UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/deipnosophistaru07athe

LGr A866S Athenaeus Naucratita ... Deipnosophistorum libri
[Vol. 7]

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

POST

ISAACUM CASAUBONUM

CONSCRIPSIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER

ARGENTORATENSIS

INSTITUTI SCIENTIAR. ET ART. POPULI GALLO-FRANC. SOCIUS

ANTIQUAR. LITERAR. IN SCHOLA ARGENT. PROF.

TOMUS SECUNDUS.

ANIMADVERS. IN LIB. III. ET IV.

ARGENTORATI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE

ANNO X. (1802.)

21457
27/1/92
6

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM

IN EPITOMEN LIBRI TERTII.

Ed. Caſ. P. 72.

AD CAP. I.

a ΟΤΙ Καλλίμαχος ὁ Γραμματικὸς, τὸ μέγα βιβλίον ἶσον, ἔλεγεν, εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. » Non eſt iſte *Callimachus* » *Grammaticus* alius a Cyrenenſi poëta omnibus noto. » *Grammaticum* appellat, propter humaniorum literarum » profeſſionem: [& propter plura edita opuſcula philolo- » gici argumenti.] Calumniandi anſam invidentibus prae- » buerat, quod multa quidem, ſed brevia carmina ederet. » Ipſe de hac malevolorum calumnia conqueritur in Apol- » linis hymno: [vſ. 105.]

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν·
οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει.

» Propterea ſolitus dicere Callimachus, *Magnum librum*, » *magnum eſſe malum.* Martialis alluſit: [lib. I. Epigr. 119.]

Cui legiſſe ſatis non eſt epigrammata centum,
nil illi ſatis eſt, Seditiane, [Caeciliane,] *mali.*

» Tandem, ut os obturaret malevolis hominibus, magnum » poëma Hecalen inſcriptum [citatum Noſtro, II. 56. c.] » coactus eſt edere. Scholiaſtes ad ſuperiores verſus: Ἐγ- » καλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι » ποιῆσαι μέγα ποίημα· ὅθεν ἀναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκά- » λην. « CASAUB. Praepoſitam particulam Ὅτι, quam omiſerant ſuperiores editores, dedere noſtri mssti ex uſu

Epitomatoris, de quo dixi ad I. 4. a. pag. 47. harum a Animadv.

In NICANDRI *verſus de Faba Aegyptiaca* & *Ciborio*, commentatus eſt Hadr. Iunius, Animadverſor. lib. I. c. 10. in Gruteri Theſ. Crit. T. IV. p. 332. Plura ad iſtam plantam ſpectantia collegit Bodaeus a Stapel ad Theophr. IV. 10. (ubi & iconem fructus exhibet p. 446.) & Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 678 ſqq. cum quibus contuliſſe iuvabit quae docuit Mahudel in commentatione inſerta in *Hiſtoire de l'Académie des Inſcript.* T. III. pag. 181 ſqq. In *verſ.* 1. ante Caſaub. ὅφρα θερίσσης editum erat, ex Muſuri (puto) παραδιορθώσει: inde, *ut poſt metas*, vertit Dalech. Recte Caſaub. e msstis, θερείης repoſuit, i. e. *per aeſtatem*, *aeſtate*. Similiter θερείας eſt in ms. *a*. Vocabulo ἡ θέρεια vel θερεία, pro τὸ θέρος, *aeſtas*, frequenter uſum eſſe Polybium olim notavimus. *Verſ.* 2. Si ἄνθεων legas cum msstis noſtris, ſubintelliges ἐξ praepoſitionem, & duabus ſyllabis pronunciabis vocem, ut efficiat ſpondeum pedem. Sed exquiſitior fortaſſe nonnullis videbitur edita ſcriptura ἄνθεα, *flores facias coronam*, i. e. *ex floribus*. *Ibid.* Minime opus videtur ut cum Salmaſ. l. c. p. 679 ſq. πεπτηῶτος legamus. τὰ κιβώρια πεπτηῶτα (ἐξ) ἀκμαίου καρποῦ, *ciboria quae e maturo fructu exciderunt*, ſunt *grana* ſeu *fabae*, quae e loculis fructus maturi, veſparum favis ſimilibus, exciderunt. Nam (quod ab eodem etiam Salmaſio ibidem obſervatum eſt) aliis quidem auctoribus tota planta κιβώριον dicitur; aliis totus fructus, calicis formam referens, intus loculis diſtinctus, in quibus grana ſeu fabae inſunt; aliis ipſae per ſe *fabae*, ſeu *grana*, quae *iuvenibus exoptatum eſſe cibum* ait poëta. *Verſ.* 4. εἰς χεῖρας habent mssti, contra metri rationem. b

Ῥίζας δὲ λέγει. Sic commode mssti. Aberat δὲ editis. κυάμους λέπας &c. »Scribendum κυάμου: *fabae Aegyptiae colocaſium*, id eſt radicem, *decorticatum intrivit:* vel »hoc modo, κυάμους λέπας, κολοκάσιον ἐντριψάσης τε: *fabam demto cortice, & colocaſium ſimul conſciſſum miſcuit.*« CASAUB. — Priorem rationem probavit Salm. l. c. p. 678. καὶ κυάμου λέπας legens. Sic nimirum κύαμον poëta totam dixerit plantam, cuius fructus *ciborium*, radix vero *colocaſium* apud Alexandrinos vocabatur. conf. Dioſcorid. II. 97. Ex vulgata ratione verte: *decorticata faba, inciſoque colocaſio.* Κολοκασίας Ἀθηνᾶς ἱερόν. Non ab *Aegyptio coloca-*

ſio nomen illud habuiſſe *Minervam*, ſed a *curta ac ſuccincta veſte*, qua amictum fuit eius ſimulacrum, poſt Salmaſ. pag. 679. monuit Palmerius in Exercitat. in Auctores Graecos pag. 488 ſq. Ἔστι δὲ καὶ κιβώριον, εἶδος ποτηρίου. *Ciborii* in variis *calicum* generibus nominibuſque ſuo loco rurſus meminit noſter XI. 477. e.

AD CAP. II.

c Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ Φυτῶν. Hiſtor. Plant. IV. 10. » Theophraſti deſcriptionem confer cum ea quae extat in » Epitome Stephani, voce Ἄκη. Scribe autem apud Ste- » phanum, ἧς ὁ καρπὸς ἥ τε ῥίζα πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ » ποικίλῳ καὶ ταῖς κεφαλαῖς: &, κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι » τὴν ῥίζαν· τὸ δ' ὑπερπεφυκὸς κιβώριον, ὄψιν ἰδίαν ἔχον, » ἐδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχον. « Casaub. — Monuit vero Salmaſ. pag. 683 extr. auctorem illum, e quo iſta protulit Stephanus, confudiſſe, ut paſſim ab aliis factum, colocaſiam quae faba eſt Agyptia, cum alia colocaſia radice aro ſimillima. In Theophraſti verbis εἰς τέτταρας πήχεις conſentit Euſtath. ad Od. ι'. p. 337, 34. ubi ex Athenaeo haec citat: ſic & Plin. XVIII. 12, 30. Strabo vero ὅσον δέκα πόδας, lib. XIV. p. 799. d. Nempe, quod commode adnotavit Villebrune, variare debet altitudo caulis pro diverſa aquae altitudine. δακτυλιαῖος recte edd. & Euſt. Perperam δακτυλαῖος mssti noſtri. In καλάμῳ μακρῷ conſentit Euſtathius. Plinius vero cum Theophraſti libris, *molli calamo*. τοῖς κηρίοις recte apud Athen. agnoſcunt omnes; apud Theophr. editiones veteres τοῖς κρίνοις habebant. Sed alia ratione, & magis quidem propria, hic intelligenda iſta comparatio eſt, quam II. 50. c. ubi κηριῶδες ἄνθος erat flos umbellatus. ἡ κωδία. ἡ κωδύα mss. noſtri & Euſtath. Commode vero h. l. apud Theophr. adiiciuntur verba nonnulla, quae apud Athen. nolebam omiſſa: ἡ κωδία παρομοία σφηκίῳ περιφερεῖ· καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν κυττάρων κύαμος μικρὸν ὑπεραίρων αὐτοῦ· πλῆθος δὲ οἱ πλεῖστοι τριάκοντα. τὸ δὲ ἄνθος &c. id eſt: *caput favo veſparum orbiculato ſimile: in cuius ſingulis cellulis ſingulae fabae continentur, paululum ſuper cellulam eminentes; nu-*
d *mero utplurimum triginta.* Particulam καὶ ad κατὰ Κιλικίαν ex Theophr. adieci. Et ſic ſcripſiſſe etiam Athenaeum, teſtatur pluralis numerus, αἱ χῶραι, qui continuo ſequitur.

Ἐκπέττουσι, & paulo poſt πέττει, ut habent Theophraſti d libri, ſic & noſtri dedere mssti. μετρία τῷ μεγέθει. Sic ed. Caſ. ut apud Theophr. Pro quo μετρία in recto caſu malebant Viri docti DUTHEIL & CORAY; ad ῥίζαν, non ad λίμνην, referentes. Ac ſane μετρία abſque iota ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. E codicibus vero noſtris, qui cum ed. Caſ. collati ſunt, nihil enotatum eſt. καὶ τελεοκαρπεῖ. καὶ τελειοῖ καὶ τελεοκαρπεῖ eſt apud Theophr.

Δίφιλος δ' ὁ Σιφν. Deeſt coniunctiva particula noſtris mssstis. Mox pro εὐστόμαχός τέ ἐστι καὶ τρόφιμος, eſt εὔ- a στομόν τε ἐστὶ καὶ τρόφιμον in ms. *a.* qui tamen deinde in δυσέκκριτος conſentit. δυσέκκριτος δὲ. Coniunctio a nobis e coniect. adiecta. διὰ τὸ παραστύφειν. *quoniam aliquantum adſtringit*, interpretatur Coray ad Xenocr. de Alim. ex Aquat. p. 160. ubi vim illam praepoſitioni παρὰ ineſſe monuit. τὸ ἥκιστα ἐριῶδες. » Quod Diphilus ἐριῶδες, *lanoſum*, »vocat, id Plinius *araneoſum*. XXI. 15, [51.] Martialis: »[XIII. 57.] *Niliacum ridebis olus lanaſque ſequaces.*« CASAUB. οἱ δὲ γινόμενοι κύαμοι ἐκ τῶν κιβωρίων. » *Ciborium* »proprie ipſa eſt faba Aegyptia vel eius folliculus, non »planta quae fert fabam. Pro planta aliquando accipiunt, ut »hic Diphilus. Sic *colocaſia* proprie fabae radix: apud Pli»nium [l. c.] eſt integra planta.« IDEM. — Sed de confuſione, quae in uſu iſtorum nominum obtinet, quibus diverſae admodum plantae promiſcue a multis auctoribus indigitantur, vide quae ad Plinium notavit Harduinus, & conſule quos ille citavit auctores: quorum verba etiam huc ſpectantia apud Bodaeum relata reperies. Adde Mahudel, in Commentatione ſuperius laudata.

Γίνεται δὲ ὄντως ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ ἄνθος στεφανωτικόν. καλοῦσι δ' Αἰγύπτιοι μὲν αὐτὸ λωτόν· Ναυκρατῖται δὲ -- μελίλωτον. Recte ὄντως dedere noſtri libri, i. e. *revera*; quae particula reſpicit iſta Nicandri verba, ſupra adlata, ἄνθεα μὲν στεφάνους ἀνύῃς, III. 72. a. Perperam οὕτως edd. quae vocula & alibi locum alterius occupaverat, ut IV. 137. d. *Corona melilotina* commemoratur infra XV. 678. c. at ea huc non ſpectat, quia e flore facta in Graecia vulgo creſcente. *Lotina* vero *corona* (ex loti Aegyptiacae flore) memoratur XV. 677. d. e. Et nunc quidem confundi ab Athenaeo *loton*, quae *nymphaeae* ſpecies eſt, cum *faba Aegyptiaca*, monuere Bodaeus pag. 440. & Salmaſ. p. 686. & 689. At idem pariter & a multis vulgo, & a Plutarcho,

a quem mox citat Noſter, factum videtur: & docuit Mahudel (loc. cit.) ciborium ſive fabam Aegyptiacam a loto nymphaea fere nonniſi colore differre, quem illa rubrum, haec candidum habeat. Quo minus mirum videri debet, utramque plantam eodem nomine ſubinde fuiſſe adpellatam. Praeterea Athenaeo Naucratitae credere poſſumus, eamdem rurſus plantam, quam alii *loton* vocabant, a Naucratitis *meliloton* ſolitam eſſe adpellari.

AD CAP. III.

b Κυάμων Αἰγυπτίων &c. Videtur utique, ut modo monui, etiam Phylarchus hîc *fabam Aegyptiacam* eamdem atque *lotum* dixiſſe. Lotum quidem Agyptiacam, quae rei herbariae peritis *Nymphaea lotus* audit, hodieque in partibus multo etiam magis, quam Epirus, ad ſeptentrionem vergentibus, in ſuperiori Hungaria, prope Varadinum oppidum, in rivo e calido fonte exeunte, nuperrime adhuc reperta eſt, & in *Plantis Rarioribus Hungariae* (Viennae 1800.) delineata; quod his ipſis diebus ex Novis Literariis Goettingenſibus anni 1800, num. 208. cognovi. Θύαμιν praeeunte Dalecampio correxit Caſaub. Θύραμιν edd. vett. cum msstis. Vide Cellarii Geogr. Ant. T. I. p. 1088. De emendando nomine iam monuerat editor Baſileenſis, monitus ipſe ab Hermolao Barbaro in Caſtig. Plin. lib. III.

c Τὸ παραπλήσιον ἐγένετο καὶ ἐν Αἰδεψῷ. Sic ed. Caſ. nec aliud e noſtris msstis enotatum. Ἐδεψῷ edd. vett. Αἰδηψὸς vero nomen eiuſdem oppidi Euboeae ſcribitur apud Steph. Byz. & Strab. IX. 425. & I. 60. Quod dicit auctor χωρὶς τῶν ἄλλων ὑδάτων, id eſt, *praeter reliquas aquas*, thermas illas, id eſt, calidas aquas dicere videtur, quorum Strabo locis citatis meminit, qui thermas etiam Aedepſanas aliquando per aliquod tempus fluere deſiſſe me-

d morat, ac deinde ex aliis fontibus erupiſſe. Διάφορόν τι ἔταξαν διδόναι. διάφορον pro *certa pecunia* accipi adnotavit Caſaub. de quo vocab. commentatus idem erat ad Theophr. Charact. p. 229 ſqq. ad cap. περὶ Μικρολογίας. Eâdem notione Polybio frequentatum idem vocab.

τὸν πρὸ τοῦ χρόνον. Sic ex certa coniectura correxi. Saepe ſic uſus eſt Polybius: vide Lexic. Polyb. in Πρό. Caſaubonum miratus ſum, vulgatum χρόνου intactum relinquentem. Corayi noſtri acumen non effugit illa menda;

a quo pariter adnotatum video, χρόνον ſcriptum oportuiſ- d
ſe. τὸν Τραγασαῖον ἄλα. » *Salem Tragaſaeum* manifeſto in
» Troade Athenaeus collocat, conſentientibus Geogra-
» phis. Diverſe tamen ſentientium opinionem refert Pol-
» lux lib. VI. cap. 10. [ſect. 63.] « CASAUB. De *Traga-
ſaeo ſale* iam dictum eſt ad II. 43. a. (pag. 306 ſq. harum
Animadv.) Auctoribus ibi citatis adiici poterat Steph. Byz.
in Τράγασαι, & Heſych. in Τραγασαῖοι ἅλες, ubi con-
ferendae virorum doctorum Notae.

AD CAP. IV.

Παροιμία. Τὸν σικυὸν τρώγουσα, γύναι, τὴν χλαῖναν
ὕφαινε. *Proverbium: Cucumerem edens, mulier, laenam texe.*
» Apparet (inquit ERASMUS, in Adag. *Sicyon arrodens uxor
» lacernam texe.*) eſſe verba mariti, iubentis ut uxor tenui
» contenta victu peragaret opus ſuum. « — Rectius haud
dubie CASAUBONUS: » Quomodo ex Ariſtotele prover-
» bium illud interpretati ſint peritiſſimi rei herbariae me-
» dici [Hermolaus Barbarus, in Corollariis ad Dioſcori-
» dem, num. 366.] non me latet: frigidam eius fructus
» facultatem, & Veneri noxiam, putant indicari veteri
» hoc dicto. Non negamus, & cucumerum & peponum
» frigidum eſſe temperamentum, atque ἀναφρόδιτον. Ma-
» lim tamen hoc proverbium aliter interpretari, quod in-
» ter ruſticos iactatum exiſtimamus, ut alia multa, ad rei
» familiaris curam, non diſciplinam morum pertinentia.
» Admonebantur hoc dicto mulieres, quarum opera ve-
» ſtes olim confectae, ut, *cum erit maturus ὁ σικυὸς, de hie-
» me cogitent, & parandis familiae hibernis veſtibus*, cuiuſmo-
» di eſt *laena*. Viri docti, ſi attendiſſent voci χλαῖνα, aliam
» interpretationem noſtrae huic non praetuliſſent; quae
» ſimpliciſſima eſt, &, niſi fallor, veriſſima. Nunquam
» Graecis aliud ſignificat id nomen, quam *hiemale indumen-
» tum*: ut, in alio proverbio, Χλαῖναν ἐν θέρει τρίβεις.
» [Suid. in Ἐν θέρει. Zenob. Cent. II. 72. Diogen. IV. 51.]
» Σικυὸν in hoc verſu & *cucumerem* & *peponem* poſſumus in-
» terpretari: affecta aeſtate & cucumis eſtur, & pepo.
» Huic adagio ſimile eſt, Βαίτη καὶ θέρεος καὶ χείματός ἐστιν
» ἀρίστη: [in Proverbiis Metricis vſ. 29. quae ſubiecta
» ſunt Proverbiis Graecorum ab Andr. Schotto editis; &
» nonnihil mutatis verbis apud Suid. in Βαίτη.] quo admo-
» nentur matres familiarum, ut lacernas omni tempore ſuis

d »paratas habeant; hieme propter frigus, aeſtate propter »imbres & alia aëris incommoda. « — Initio Proverbii, Τὸν articulus deeſt ed. Ven. & noſtris msstis; adiectus a Baſileenſi editore, cui praeiverat Eraſmus in Adagiis. Dorico idiomate (neſcio qua auctoritate) effertur idem proverbium in Proverbiis Metricis a Schotto collectis, *verſ.* 135. ubi τρώγοισα ſcribitur, & τὰν χλαῖναν.

Μάτρων ἐν Παρωδαῖς. Nil hic mutant, quod ſciam, libri noſtri; qui rectius (ut videtur) Παρῳδίαις dederant
e II. 64. c. MATRONIS verſus repetiit Brunck in Analect. T. II. p. 250. quos ad imitationem Odyſſ. λ'. 575 ſq. effectos eſſe, iam ab Euſtathio obſervatum eſt ad Od. pag. 456, 38. In *vſ.* 2. deſunt verba ἐν λαχάνοις cod. *b.* ſed tenet eadem cod. *a.* cum edd.

Φρύνιχος δ' ἐντραγεῖν, φησὶ, σικύδιον. Corruptiſſime Φρύνιχος δ' ἐν Τραγαῖς φησὶ edd. quod ex ἐν Τραγῳδοῖς ortum ſuſpicatus erat Caſaub. quam fabulam Phrynichi & Athenaeus ſaepius & Suidas commemoravit: cogitaveratque idem Caſaub. etiam de Τραγάσαις Troadis, ubi *Tragaſaeus* dictus *ſal* colligebatur, de quo conf. II. 43. a. & ibi notata: quarum coniecturarum neutri nunc erat locus. In noſtro cod. *b.* quidem eſt Φρύνιχος δὲ τραγεῖν: in cod. *a.* vero perſpicue Φρύνιχος δ' ἐντραγεῖν ſcriptum, quam ſcripturam etiam ex aliis msstis Caſaubonus adnotavit. Eſſe autem hoc veriſſimum, declarant ea quae continuo ſequuntur, in quibus

NON AMPLIUS EPITOMATOR,

SED IPSE DEHINC ATHENAEUS LOQUITUR;

ipſe, inquam, *Athenaeus*, quatenus ſcilicet non a librariis vel mutilata ſubinde vel corrupta auctoris oratio eſt: de cuius generis cladibus, quamquam inde ab hoc loco, in quo nunc verſamur, *optimarum* quae ſuperſunt *vetuſtiſſimarumque Membranarum* praeſidio uti nobis licet, tamen vel ſic nobis nimis etiamnum frequens conquerendi occaſio erit. Nam ſicut ille Athenaei Codex, quo olim uſus eſt Epitomator, iam multis modis miſere erat corruptus, ſic nec hae *Veneto-Pariſienſes Membranae*, (quae a nobis dehinc eâdem brevi notâ *cod. A.* vel *mss. A.* deſignabuntur, qua iam in Lectionibus contextui ſubiectis uſi ſumus) triſte illud fatum effugere potuerunt; de cuius codicis cum univerſa ratione, tum huius loci ſcriptura, con-

ferat Lector quae in Praefatione contextui praemiſſa (pag. LXXXVIII ſeqq.) diximus. Is igitur codex, poſtquam ex abrupto ab illis verbis Στελέω (non στελέων, ut erat a editum) ῥαφανίδας, σικυοὺς τέτταρας, initium cepit, (ubi στελέω pro στελῶ, prima futuri a verbo στέλλω accepi) ſic pergit: Σικύδιον δ' ὑποκοριστικῶς εἰρηκε Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ· κἀντραγεῖν σικύδιον. &c. Cuius ſcripturae quum nullam prorſus mentionem in Italicis ſuis Notis factam repererit Caſaubonus; ſatis intelligitur, quam vel corrupti in ipſo initio fuerint iidem Italici Codices, quorum excerptis ad emendandum Athenaeum uſus ille erat, vel quam parum diligenter enotatae lectiones eorumdem codicum fuerint. Denique vero in *Addendis* ad ſuas Animadv. haec adnotavit CASAUB. »At in ms. codice, cuius »mihi nuper copiam fecit vir ampl. Andr. Huraldus Meſ»ſaeus [cf. noſtram Praef. p. LX. not. *s*.] ita legitur: ῥαφανί»διον δ' ὑποκοριστικῶς εἰρηκε Φρύνιχος . . . τρόπῳ. ſine ul»lo dubio pro Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. Ea fabula hodieque »notiſſima eſt, ſaltem titulo tenus, inter Phrynicheas. »Adi ad lib. VI. cap. 12. « — Scilicet apud Athenaeum noſtrum VI. 248. c. citatur Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ: at in Indice quidem Auctorum ab Athenaeo laudatorum ea fabula non comparet: nam cum in editione Dalecampii (a quo confectus ille Index eſt) per errorem Μονόσιτος pro Μονότροπος eſſet poſitum, idem error in Caſaubonianis editionibus eſt repetitus. Eadem vero fabula ter etiam a Suida & bis a Polluce citata eſt. Quam vocem dimidiatam in codice Huraldaeo reperit Caſaubonus, eam eodem modo truncatam in aliis msstis libris reperiri, in Praefat. (p. LXIX. not. *f*.) monuimus. Eamdemque ſcripturam ἐν . . . τρόπῳ ſuo in codice invenerat etiam Venetus editor: ſed is, cum in Epitome pro verbo ἐντραγεῖν, compendio ſcripturae in fine vocis deceptus, ἐν Τραγαῖς legiſſet, hoc loco pariter illud ἐν τρόπῳ ex ἐν Τραγαῖς corruptum putavit, & temere hoc illius loco poſuit. Scribae ii, qui primi e veruſtiſſimo noſtro cod. *A*. deſcripſerunt Athenaei Deipnoſophiſtas, (ſive nonniſi unus fuit ſcriba, qui rectâ ex ipſo illo fonte hauſit, e cuius ſcribae apographo dein reliqua omnia, quae hodie ſuperſunt, exempla manarunt) primores literas vocis μονοτρόπῳ iam ita evanidas repererant, ut eas transſcribere vel non poſſent vel non auderent. Noſter vero iuvenis ſpeculator, acutius inten-

a dens oculos, tamen adhuc his noſtris diebus liquido cognoverat, μονοτρόπῳ in eisdem membranis ſcriptum eſſe, eamque ipſam ſcripturam ex illis adnotaverat; quamquam, cum ita legeret, ignoraverat Caſauboni conie&turam de lacuna aliorum librorum eodem modo ſupplenda.

AD CAP. V.

Θεόφραστος δὲ &c. Theophr. Hiſt. Plant. VII. 4. τὸν μὲν Λακ. -- ἀνύδρους. τὸ μὲν edd. ubi ex ipſo Theophraſt. τὸν μὲν & dein ἀνυδρεύτους corrigi iuſſit Caſaub. Et τὸν μὲν dedere utraeque noſtrae membranae, *A.* & *Ep.* quae & ambae in ἀΰδρους conſentiunt; quod tenere fortaſſe debueram. Voces ἄϋδρος & ἀϋδρία adnotavit H. Steph. in Theſ. III. 1783. b. c. nulla quidem certa auctoritate; nam de verſu quem pro Heſiodeo ille citat vide Strab. VIII. 371. b. c. *Ibid.* γίνονται δὲ, φησὶ, καὶ εὐχυλότεροι &c. »Pro εὐχυλότεροι codices Theophraſti habent »γλυκύτεροι.« CASAUB. Scil. ſic de Cauſſ. Plant. II. 19. & III. 12. ſed διαφορὰν λαμβάνειν κατὰ τοὺς χύμους ait in Hiſt. Plant. VII. 3 extr. ubi quidem ſolum *hic* nominatur; *mulſum* adiicitur de Cauſſ. II. 19. & III. 12. nuſquam vero eadem plane, quae hic adferuntur, verba occurrunt. Quae ſequuntur, ἱστορεῖ δὲ ταῦτα uſque καταπεσῆναι βραχῆ, praetermiſit Epitomator. Sunt autem iſta, ἧττον αὔξεσθαι &c. non ex libris de Cauſſ. ducta, ſed ex Hiſt. Plant. VII. 1. Quare ſuſpicatus eram, poſt Αἰτίοις excidiſſe fortaſſe κἀν ἄλλοις φησὶ, aut alia quaedam in eam ſententiam verba. Rurſus vero ne haec quidem ad verbum ex Theophraſto transſcripta ſunt; nam ibi ſic legitur: ἔνιοι δὲ καὶ προβρέχουσι τὸ μὲν σίκυον [τὸ μὲν τοῦ σικύου oportebat, ſcil. σπέρμα, ut cap. 3 extr.] πρὸς τὸ ἧττον (ſcil. παραγίνεσθαι) ἢ ἐν γάλακτι, ἢ ἐν ὕδατι.

b εἶδος σικυῶν εἶναι τοὺς προσαγ. δρακοντίας. Vide Salmaſ. Hyle Iatr. p. 39. col. *a.* ſub fin. coll. Plin. XIX. 5, 24. Ὀνομάσθαι δὲ σικυοὺς. σικυὸν malim, quia ſequitur ὁρμητικὸν in ſing. niſi ibi ὁρμητικοὺς oportuit. Epitomator ſcripſit, Ἰξίων δὲ ἐτυμολογεῖ αὐτὸν ἀπὸ &c. *Ibid.* ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κίειν. Cum κύειν eſſet editum, CASAUBONUS, poſtquam multus fuit ut probaret ferri iſtud non poſſe, ſic pergit: »Literae unius mutatione ſcribendum aio κίειν, *progredi*, »pro κύειν, *uterum gerere.* Senſus eſt, σικυὸν dici a σεύεσθαι

» & κίειν, quae verba *motum & progreſſum in ulteriora* ſigni- b
» ficant; quia haec planta eſt ὁρμητικὴ, id eſt, *late funditur*
» in cucumerario. Erat ſcribendum συκιὸς, ſed facta eſt
» duarum vocalium υ & ι tranſpoſitio. Euſtathius quinto
» in Iliadem Commentario [immo ad Il. δ'. p. 332, 21.
» conf. ad Odyſſ. ρ'. p. 634, 14 ſq.] de vocibus diſputans,
» quae ſunt compoſitae ex duabus ſignificationis eiuſdem,
» ἐκ τοῦ σύεσθαι, (inquit) ἤγουν ὁρμᾶν, καὶ τοῦ κίειν,
» ἢ συκᾶν. καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν δέ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, καὶ
» ὁ σικυὸς κατὰ μετάθεσιν ἢ τροπὴν διχρόνων. « [δίχρονοι Graecis grammaticis ſunt vocales ancipites.] » Signifi-
» catione parum differunt σεύεσθαι & σύεσθαι: tamen ad
» Etymon ſatius eſt cum Euſtathio ſcribere σύεσθαι. « Sic
ille: in quo rurſus mireris, veram ſcripturam nec Notarum Italicarum nec Epitomae Hoeſchelianae auctoritate firmaſſe Caſaubonum: atqui noſter codex uterque *A.* & *Ep.* ſicut in σεύεσθαι non male conſentiunt, ſic perſpicue κίειν non κύειν habent.

ἡδύγαιον καλεῖ τὸν σικυόν. » Vellem adieciſſet, utrum
» κυρίως, an ἐπιθετικῶς. Nam quicquid ubere & laeto ſo-
» lo provenit, ἡδύγαιον appelles licet, tanquam ἡδεῖαν ſi-
» ve καλὴν ἔχον γῆν. « CASAUB. — » Forſan, quod ἐν
» ἡδείᾳ γῇ proveniat: « ait H. Steph. in Indice Theſ. Nempe ἡδύγαιον, τὸ καλὴν ἔχον γῆν interpretatus eſt Suidas: vide vero, ne pariter ſignificare poſſit quod *laetam* vel *pulcram adſpectu terram reddat.*

Διοκλῆς δ' ὁ Καρύστιος τὸν σικυὸν, φησί. Δίφιλος editum erat; quod mireris non modo intactum reliquiſſe Caſaubonum, ſed & prorſus ſilentio praeteriiſſe. Atqui *Siphnius* erat Diphilus, *Caryſtius* vero Diocles; uterque medicus, frequenter Noſtro laudatus: & Διοκλῆς δὲ ὁ Καρύστιος perſpicue dedere mss. *A.* & *Ep.* Deleatur igitur poſthac *Diphilus Caryſtius* ex Catalogo Medicorum Veterum, in quo a Fabricio in Bibl. Graec. T. XIII. p. 145. poſitus eſt, qui nullus umquam aut uſquam fuit, niſi in corruptis nonnullis Athenaei codicibus. Tum ſeries verborum in edd. haec erat, Δίφιλος δέ φησιν ὁ Καρύστιος: in *ms. Ep.* vero, Διοκ. δὲ ὁ Καρ. φησὶ τὸν σικυόν: at in ms. *A.* ſicut edidimus, τὸν σικυὸν φησί. Porro vero verba μετὰ σίων, quibus carebant edd. & Epitome, dedere membr. *A.* quae ſane non erant reſpuenda. *Sium* in herbis, quibus in guſtationibus utebantur veteres, rela-

tum ſupra vidimus II. 61. c. & habet ſion vim quamdam aromaticam: quo magis credibile eſt, *cucumeres cum ſio edi* ſolitas eſſe. De ſio conf. Bod. ad Theophr. p. 691 ſq. & quem is laudat Dioſcorid. lib. II. cap. 116. Quod paulo
c poſt ait, ἐφθὸν δὲ, καὶ διουρητικὸν μετρίως ὑπάρχειν, idem fere iam ex eodem Diocle Caryſtio ſupra commemoratum eſt, II. 68. e.

δυσυποβίβαστος, *non facile per alvum ſuccedens*. *δυσυποβίαστος ms. Ep.* perperam: nec minus corrupte *δυποβίβαστος* editt. vett. *Ibid. αὔξονται -- οἱ σικυοὶ κατὰ τὰς πανσελήνους* &c. »*Plenilunio manifeſtum in hortis capere cu-*» *cumeres incrementum*, probat Deipnoſophiſta exemplo *echi-*» *norum*. Clarum id exemplum & omnibus notum ex phi-» loſophis & poëtis etiam. Sunt ad manum Oppiani de ea »re verſus elegantiſſimi, quos inde lector petat. [Ἁλιευτ. »lib. V. vſ. 589 ſqq.] Lucilius: [apud A. Gellium, quem »vide, lib. XX. cap. 8.]

» *Luna alit oſtrea, & implet echinos: muribus fibras*
» *& pecui addit.* « CASAUB.

Ibid. καθάπερ καὶ οἱ Ζαλ. ὡς οἱ ms. Ep.

AD CAP. VI.

ΣΥ̃ΚΑ. Ἡ *συκῆ, φησὶν ὁ Μάγνος. οὐδενὶ γὰρ* &c. Pro iſtis omnibus, quae eodem modo dedere optimae noſtrae *membranae A.*, nihil aliud hic editum legebatur, niſi haec ſic ſcripta: Ἡ ΣΥΚΗ'. *Οὐδενὶ γὰρ* &c. neque ex Italicis ſuis codicibus quidquam aliud adnotaverat Caſaub. At perſpecte Dalecampius iam ex coniectura haec ipſa verba, *inquit Magnus*, ſuppleverat; intelligens ſcilicet ex pag 79. a. illius Deipnoſophiſtae ſermonem h. l. initium ſumere. Breviter Epitomator: Σύκα. (ſic conſtanter noſter *ms. Ep. σύκα* & *σύκον* acuto accentu ſcribit) tum ſtatim: Ἡ *συκῆ ἠγεμὼν τοῦ καθαρείου βίου* &c. *Ibid. τῶν περὶ σύκων λόγων*. Sic haud dubie ſcriptum oportuit, *περὶ σύκων*, i. e. de *ficis*, fructibus; non *περὶ συκῶν*, ut erat
d editum, i. e. de *ficubus arboribus*. *Ibid.* Temere a me factum intelligo, quod δὲ particulam inſeruerim non modo contra membranarum auctoritatem, ſed & nulla prorſus neceſſitate urgente. In errorem me induxerat, quod poſt *παραχωρ.* in ſuperioribus editionibus nullum prorſus diſtinctionis ſignum, poſt *δέη* vero in ed. Caſ. maxima ora-

tionis distinctio posita erat. *Post* παραχωρήσαιμι *minus* d *punctum pone*, & ista verba φιλόσυκος γάρ εἰμι δαιμονίως nudis commatibus, tamquam novae parentheseos signis intercipe, ut cohaerere intelligantur ista: κἂν ἀποκρέμασθαι δέῃ, λέξω τά μοι προσπίπτοντα, id est: *immo, si vel suspendi me oporteat, dicam tamen quae mihi occurrent.* Respexit proverbium, Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπάγξασθαι, de quo vide Schol. ad Aristoph. Ran. 748. & Suid. in Ἀπὸ & in Ἄξιον. Confer etiam historiolam apud Ciceron. de Orat. II. 69.

ἡ συκῆ -- ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. Sic edd. nec aliud quid ex *ms. A.* enotatum. καθαροῦ maluerat Dalech. alios autem μακαρίου coniectasse ait: quos praeter rationem ingeniosos fuisse recte monuit Casaubonus, haec simul ad h. l. adnotans: »Initio ci»bus hominum glandes fagineae quernae fuerunt: deinde »cognita est ficus, & eius fructus prae glandibus proba»tus. Hoc fuit alius vitae initium, quam solent Graeci »modo ἥμερον vel ἀλλησμένον, ut docemus lib. XIV. »[ad pag. 642. a.] appellare; modo καθάρειον, -- quam »lectionem etiam Eustathius habet.« — Quamquam parum interesse inter καθαρίου & καθαρείου videatur, lubens tamen ab Eustath. ad Od. ω'. 839, 2. istam vocis formam καθαρείου, quam & noster *ms. Ep.* hoc loco offert, accipiam: de qua forma vide quae supra notavimus ad II. 65. d. In *ms. A.* quidem ει & ι frequenter praeter rationem atque etiam imperite inter se permutantur.

δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ καλεῖν τοὺς Ἀθηναίους Ἱερὰν μὲν συκῆν τὸν τόπον &c. Particulam μὲν, quae deerat editis, commode dedit *ms. A.* Ad ista verba Casaubonus: »Ego, »inquit, non reperio ullum locum in urbe Athenis, aut »agro Attico, qui diceretur ἱερὰ συκῆ: fructum ipsum ita »vocatum memini legere in epigrammate de Phytalo, fi»cus inventore, apud Pausaniam in Atticis.« — Vide Pausan. I. 37. p. 89. Quod Casaubonum ista scribentem praeterierat, id docuit Meursius in Atticis Lection. lib. V. cap. 16. fuisse scilicet locum in *via sacra*, quae dicebatur, quae Athenis Eleusinem ducebat. conf. Hesych. in Ἱερὰ, & ibi Intt. ac praesertim quae ex Photii Lexico ibi adferuntur.

ἡγητηρίαν. Sic videtur esse in *ms. A.* unde nihil adnotatum. »*Hegeteriam* ficum Eustathius appellat ἡγητορίαν,

d » qui ita hic legerat. « [Euſtath. ad Od. ω'. p. 839. 3. ubi quidem in recto caſu ἠγητορίας ſcribitur.] » De ea fuſe » Heſychius, quem vide: [in Ἡγητηρία] ac vel doce me, » quale apud Athenienſes feſtum fuerit *Paraplynteria;* vel » diſce a me ſcribendum eſſe in Heſychio ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ » τῶν Πλυντηρίων. Porphyrius quoque lib. II. de Abſtinen- » do ab Animatis, [ſect. 7.] *hegeteriae* meminit, pompam » Solis & Horarum ex ritibus Athenienſium deſcribens. « CASAUB. — Docere Caſaubonum codex Hoeſchelianus potuiſſet, ex Epitome Euſtathium iſtam ſcripturam ἠγητορίαν duxiſſe, certe noſter *ms. Ep.* id ipſum exhibet: ſed & apud alios auctores eadem occurrit ſcriptura. Conf. Meurſ. Attic. Lect. II. 13. & Suidam in Ἡγήτορες, ibique Küſterum. *Ibid.* διὰ τὸ πρῶτον εὑρεθῆναι. διὰ τὸ προευρεθῆναι Euſtath. ſed *ms. Ep.* cum *A.* in vulgatum conſentit.

e ANTIPHANIS *verſus* in fine locupletiores vidimus ſupra, II. 43. b. c. In ISTRI verbis, τὰς ἀπ' αὐτῶν, intellige ἀπὸ τῶν Ἀττικῶν σύκων, γινομένας ἰσχάδας: *caricas ex ficis Atticis.*

Ἄλεξις δ' ἐν Ποιητῇ. ἐν Ποιηταῖς legitur infra, VI. 241. d. Utrum verum ſit non liquet, ſed eadem utique fabula eſſe videtur. Tum vero eumdem Alexidem ἐν Ποιητρίᾳ citat Pollux, IX. 153. quod neſcio de eadem-ne fabula, an de diverſa, accipi debeat. — Sed eamdem varietatem, eamdemque dubitationem iam a CASAUBONO

f propoſitam video. Idem ad iſta ALEXIDIS verba, Ἔδει γὰρ ὅστις χρηστὸς ἦν ἡδύς τ' ἀνὴρ, τὰ σῦκα προστεθέντα, δηλοῦν τὸν τρόπον, haec adnotavit: » Senſus eſt: *Debuit hoc* » *potius fieri, ut, ſi quis eſſet vir probitatis inſignis, nomini il-* » *lius inſereretur vox συκῆ, in teſtimonium virtutis:* puta, ut » vel φιλόσυκος appellaretur, vel συκάγαθος, *homo eximie* » *bonus*, ut dicitur βουπόνηρος, *inſigniter malus;* vel συκο- » λόγος aut συκόβιος, aut *Sycocharmus.* Προστίθεσθαι ſic ac- » cipe in his verſibus, ut apud Ariſtophanem, [Nub. vſ. » 62 ſqq.]

» Περὶ τ' οὐνόματος δὴ ταῦτ' ἐλοιδορούμεθα·
» ἡ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοὔνομα,
» Ξάνθιππον, ἢ Χάριππον, ἢ Καλλιππίδην.

» Aelianus verbo συμπλέκεσθαι in eandem ſententiam uſus, » epiſtola quadam: [neſcio quâ:] Θρασυλέων οἶμαι ἦν ὄνο- » μα αὐτῷ, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον συμπεπλεγμένον θηρίῳ. Sic » & in ſequentibus uſurpat Alexis, Νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν

» ἡδὺ προστεθὲν, &c. *Nunc*, inquit, *cum* in voce ſyco- f
» phanta *improbo ſit additum* & coniunctum *ſuave, incertum*
» *eſt qua de cauſſa id ſit factum.* τὸ μοχθηρὸν eſt φάντης, *de-*
» *lator, quadruplator*: τὸ ἡδὺ eſt vox συκῆ, leviter initio
» dictionis corrupta. « — Paulo aliter CORAY, illos prio-
res verſus,

Ἔδει γὰρ ὅστις χρηστὸς ἦν ἡδύς τ' ἀνὴρ
τὰ σῦκα προστεθέντα (*f.* προστιθέντα) δηλοῦν τὸν τρόπον,

ſic accepit, ut intelligeretur, nomen illi eſſe debere συ-
κόχρηστος & συχηδύς. — Mihi, cum συκοφάντης proprie
idem valeat, ac σῦκα φαίνων vel προφαίνων, hoc viſus
erat dicere poëta: *Nomen σῦκα, cum voce φάντης compoſi-
tum, debebat declarare mores hominis, qui probus & ſuavis eſ-
ſet;* (nempe, qui *ficos prae ſe ferret*, id eſt, *qui bonos &
ſuaves mores oſtenderet:*) *nunc, cum hominis pravi nomen ex
ſuavi illo nomine ſit compoſitum*, (i. e. cum nomen ex illo
ſuavi vocabulo σῦκον compoſitum ponatur in homine pra-
vo;) *neſcio cur ita factum ſit.* Puto autem, qui iſta dicens
inductus fuerit a comico, fuiſſe peregrinum hominem,
cui inſolens viſus eſſet ille uſus vocabuli συκοφάντης apud
Atticos.

Φιλόμνηστος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων.
Nulla varietas notata ex *ms. A.* Et in Φιλόμνηστος conſentire
Epitomen ipſe video; libri quidem titulum pro more omi-
ſit Epitomator. Φιλόδημος ſcribitur X. 445. a. Utrum
verum ſit, non magis mihi quam Voſſio compertum, qui
ſuam dubitationem (de Hiſtoricis Graec. lib. III. p. 404.)
non diſſimulavit. Si coniecturae locus, faciliùs equidem
crediderim, ex Φιλόμνηστος, rarioris compoſitionis no-
mine, in uſitatius Φιλόδημος, quam vice verſa, aberraſſe
librarios. Nam de eodem viro accipiendum eſſe utrum-
que nomen, id quidem vix dubitari poteſt. Pro Σμινθείων
rectius fuerit Σμινθίων, quod in altero loco legitur. Ad
rem quod ſpectat, CASAUBONUS: » Teſtatur Strabo, in-
» quit, locum fuiſſe in agro Rhodiorum, *Sminthia* dictum,
» lib. XIII. [p. 605. a.] De eo loco & nominis huiuſce
» cauſſis egerat Philomneſtus, ſive (ut lib. X. ſcribitur) Phi-
» lodemus. « — Mihi in mentem venerat, feſtorum ſolennia
hic *Sminthia* intelligi: & ſuſpicionem confirmavit Apol-
lonii Lexicon Homeric. in Σμίνθευ, ubi memoratur ἐν Ῥό-
δῳ, Σμινθία, ἑορτή: nec vero dubito, Σμίνθια ibi ſcribi
debuiſſe, non Σμινθία.

τὰ ἐπιζήμια καὶ τὰς εἰσφορὰς, σῦκα &c. » Ante rece-
» ptum usum nummorum, pecuniae locum in contracti-
» bus, mulctis, praemiis, & omne genus collationibus,
» obtinuerunt res ad humanos usus necessariae. - - - Sic
» apud veteres Romanos ovis & bos. « CASAUB. *Ibid.*
a τοὺς ταῦτα πράττοντας καὶ εἰσφαίνοντας. Ignorant Lexi-
cographi, quos quidem consulere mihi licuit, verbum
εἰσφαίνειν; quod tamen recte hîc esse positum, cum utriusque codicis consensus, tum ipsa orationis connexio, dubitare nos non sinit. Igitur quemadmodum ἀναφαίνειν non modo *ostendere*, *demonstrare* significat, sed & *facere ut adpareat*, *facere ut sit*, *efficere*, *reddere*, *praestare aliquem talem*: sic vis verbi ἀναφαίνειν in hoc inerit, *facere ut intus adpareat*, *curare ut intus adsit*; quod percommode in eum dicetur, qui *curat ut tributa & mulctae in aerarium inferantur.* εἰσφέροντας corrigendum censuerat Villebr.

AD CAP. VII.

Λακωνικοῦ - - τα δὶ λέγων. τάδε edd. ταδὶ dedit *ms. A.*
Ibid. Συκᾶς φυτεύω. Sic recte Brunck in Fragm. Aristoph.
pag. 226, 4. & sic perspicue in *ms. Ep.* scriptum video.
Perperam Συκὰς edd. *Ibid.* πάντα, intellige πάντα γένη.
b Ἄλεξις δ' ἐν Ὀλυνθίῳ. Forsan Ὀλυνθίᾳ. Vide nostras
Animadv. ad II. 55. a. quo loco multo auctius ab initio
legitur fragmentum hîc citatum. Caeterum laudatur etiam Alexidis fabula Ὀλύνθιοι apud Nostrum VI. 240. c. &
apud Stob. XXVII. de Iureiurando. *Ibid.* τό τε θειοφαγὲς. In hanc scripturam h. l. non modo editi libri, sed
& *ms. A.* cum *ms. Ep.* consentiunt: quare, quamvis specioſum sit θειοφανὲς, quod a Casaubono ad II. 55. a.
commendatum edidimus, istud tamen teneri debuisse videtur. *Ibid.* μητρῶον. μητρώϊον exserte scribitur in edd. &
ms. A. & *Ep.* *Ibid.* ἰσχὰς. Sic ex II. 55. a. correxit h. l.
Casaub. Lubens ἰσχάδες & hîc & superiori loco acceptu-
rus eram, si libri dedissent.

Φιβαλέων σύκων. Sic scribit Athenaeus, ac si esset
forma nominis ὁ φιβαλέος, ἡ φιβαλέα, τὸ φιβαλέον. Sic
enim h. l. & mox rursus in Pherecratis versu φιβαλέων
σύκων scribitur in gen. plur. neutrius generis: sic dein ex
TELECLIDE adfertur, ὡς καλοὶ καὶ φιβαλέοι: nam sic
ibi *penacute* (*non*, ut a nobis editum est, φιβάλεοι,)

ſcribitur illa vox cum in ſuperioribus edd. tum in *ms. Ep.* b & (ni fallor) etiam in *ms. A.* Denique ait, τὰς μυρρίνας δὲ Φιβαλέας λέγουσιν. Sed in ANTIPHANIS *vſ.* 4. Φιβάλεως καλὰς ſcribitur: (ſic certe edd. nec ex *ms. A.* aliud quid notatum; in Epitome quidem prorſus omiſſi Antiphanis verſus:) prorſus ut apud Ariſtophanem Φιβάλεως ἰσχάδας, Acarn. 802. Quare etiam in proxime praecedentibus verbis τὰς μυρρίνας δὲ Φιβάλεως malebat Caſaub. quemadmodum & Etymologus ait: Φιβάλεως γένος συκῆς. λέγουσι δὲ οὕτω καὶ τὰς μυρρίνας. Nempe haec eſt forma Atticis uſitata, ἡ Φιβάλεως ſc. συκῆ, de arbore; itemque ἡ Φιβάλεως ἰσχὰς, de carica; unde itidem accuſ. plur. τὰς Φιβάλεως. Turbare quidem rurſus nos poterat, quod apud Polluc. VI. 81. Φιβαλέως & alia id generis penacute ſcribuntur; ſed iſta haud dubie vitioſa ſcriptura eſt, & diſerte docet Scholiaſtes Ariſtoph. ad Acarn. 802. Φιβάλεως προπαροξυτόνως eſſe ſcribendum. Videtur quidem in eodem ſcholio (quod verbotenus Suidas transſcripſit) aliud nonnihil turbatum eſſe, quod nunc non moror; illud retuliſſe contentus, derivatum eſſe nomen a loco quodam, ſive Megaridis, ſive Atticae, Φίβαλις dicto. Communem nominis formam, ut apud Athenaeum, ſic apud Heſychium habes: Φιβαλέα· εἶδος σύκων, καὶ ἡ συκῆ ὁμωνύμως. τινὲς δὲ ἰσχάδας. Et parum abit Apollophanes apud Etymologum: τὰ σῦκα, Φιβάλεα· καὶ Φιβαλέαι, ἰσχάδες. Conf. infra ad lit. d. in Androtionis verbis.

Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις. Quae de titulo fabulae h. l. docuit Caſaubonus, ea ſuo loco in Indice Auctorum olim referentur. *Ibid. vſ.* 1. πύρεττε &c. Haec quo valeant, intelliget lector ex his quae infra docet Noſter pag. 80. a. *Verſ.* 2. τρῶγε σύκων. Sic transpoſita verba deſideravit metri ratio, ne eſſet in quarta ſenarii ſede ſpondeus. *Verſ.* 3. Poteſt utique ferri τὰς μεσημβρίας, in accuſ. plurali; quo ſignificatur, *quotidie* id facere ſolitum eum de quo agitur. In ſimilibus vero aliorum poëtarum verſibus p. 80. a. & b. τῆς μεσημβρίας legitur.

In TELECLIDIS verbis teneri debebat librorum ſcriptura c φιβαλέοι, de qua paulo ante dixi. Sin Atticam formam malles, φιβάλεῳ oportebat. Ad rem pertinet (quod etiam CASAUBONUS adnotavit) quod verba iſta καλοὶ καὶ φιβαλέοι neque de *arbore* ficu, quae eſt ἡ συκῆ, neque de *fructu*, quod eſt τὸ σῦκον, intelligi poſſint: de *hominibus* igi-

c tur accipienda illa verba: quo facit id, quod in Schol. Ariſtoph. Acar. 802. legitur, καὶ τοὺς ἰσχνοὺς τῶν ἀνθρώπων, φιβάλεις (apud Suidam φιβαλεῖς editur) καλοῦσι.

In ANTIPHANIS vſ. 4. τασδὶ φιβάλεως erat editum: ſed τὰς δὲ percommode dedit *ms. A.* eâ ſententiâ quam in verſione expreſſi. Epitomatorem omiſiſſe hos verſus, iam ſupra monui, ubi de voce φιβάλεως dixi. Ad metrum quod ſpectat, ultimam vocis πάνυ ob caeſuram produci poſſe exiſtimavi. *Ibid.* στεφανωτρίδας ſi verum eſt, fuerit veluti foem. a maſc. στεφανωτήρ. στεφανωτίδες μυρρίναι ex Theophr. Hiſtor. Plant. lib. V. citantur ab H. Steph. Aliâs στεφανωτικὰ vel στεφανωματικὰ ἄνθη dicuntur *coronarii* flores.

Χελιδονίων δὲ σύκων μνημ. »Heſychius paulo aliter: »Χελιδόνεως, εἶδος ἰσχάδων. Cauſſam appellationis rima»mur lib. IX. « CASAUB. Eum vide ad lib. IX. p. 401. a. & conf. XIV. 652. f. *Hirundinariae fici* dictae a ſimilitudine coloris. In nomine cum Noſtro conſentit Pollux VI. 81. conf. Plin. XV. 18, 19. & Columell. lib. X. ſub fin. ubi *purpureae chelidoniae*. Χελιδόνεως Attica forma eſt, quae paulo poſt apud Noſtrum etiam occurrit. Similiter vero & κορώνεως eſt fici genus apud Ariſtoph. Pac. 628. a cornicis colore nomen habens. conf. p. 77. a. *Ibid.* Ἐπιγένης ἐν Βακχείᾳ. Sic corrigendum monuerat BENTLEY in *Diſſ. on the Epiſtles of Phalaris* p. 237. conf. infra, VI. 498. c.
d (ubi ἐν Βακχίᾳ) & Suid. in Ἐπιγεννης. EPIGENIS *verſus* ita, ut fecimus, diſtribuendos & χελιδονείων ibi pro χελιδονίων eſſe ſcribendum, docuit Bentl. ib. p. 236. Superiores editores duos verſus fecerant, quorum prior ab Εἶτ', alter a σκληρῶν incipiebat. Pro σκληρῶν Dalech. σύκων legerat; quod »fortaſſe non male factum« iudicavit Caſaub. Mihi non ſolicitandum videbatur vulgatum. cf. pag. 76. d. in Alexidis vſ. 4. Epitomator non niſi haec verba adpoſuit: χελιδονίων σκληρῶν ἀδρὸς πινακίσκος.

γένη σύκων. συκῶν videtur omnino oportuiſſe, ab ἡ συκῆ; quoniam de *arboribus* nunc agitur. Mox, in ANDROTIONIS *verbis* χελιδονέων & φιβαλέων penacute ſcripta erant, perperam: ex communi formâ oportebat χελιδονίαν vel χελιδόνειον, & φιβαλέαν; ex Attica formâ, χελιδόνεων, & φιβάλεων, quemadmodum ſcribendum putavi: tum pro ἐριναῖῶν & λευκερινεῶν, quae erant edita, ἐρινεῶν & λευκερινεῶν ſcripſi. Paulo ante, voculam οὖν, poſt Ἐγ μὲν,

quam ignorabant editi, non repudiare debui, cum daret d noſter codex *A*. Epitomator quidem ex toto hoc loco non niſi haec verba excerpſit: λέγονται δέ τινες καὶ ὀπωροβασιλίδες, καὶ κόλουροι, καὶ δίφοροι, καὶ Μεγαρικαί. Quoniam duos priores Athenaei libros non niſi ex eadem *Epitome* cognitos habemus; non erit inutile, ſi ſubinde exemplis nonnullis docuerimus, qua ratione in illa conficienda uſus ſit Abbreviator. Φορμύνιοι ficus, unde dictae ſint neſcio, nec alibi reperi hoc nomen; nec vero magis mihi notae ſunt φορύνιοι ficus, quas a Dalecampio hic invectas adoptarunt qui poſteriores editiones Caſaubonianas curaverunt. Videtur Dalecampius *Phorinei vini* meminiſſe, Plinio memorati XIV. 8, 10. ubi quidem *Phormeum* in msstis legi Harduinus docuit. Equidem e ſuperioribus editionibus φορμύνιον debui revocare, quod & *ms. A.* tenere videtur. Epitomator hanc ipſam vocem praetermiſit. A vocabulo φορμὸς, *corbis*, *calathus*, derivatum nomen cenſuit Villebrune, provocans ad Heſych. in Περισχαδόν. De διφόρῳ ficu conf. p. 77. d.

AD CAP. VIII.

Λυγκεὺς ἐν Ἐπιστολαῖς. »Extabant olim Lyncei Samii e »*Epiſtolae*, quarum & Harpocration meminit in Ἰθύφαλλος. In his fuit una ad Diagoram, qua contendens va»ria eſculenta Rhodi nata cum Atticis, palmam Rhodiis »adiudicabat. Conferendus hic locus cum altero huic ge»mino infra, eodem libro, [III. 109. d. e.] ubi de *Panis* »generibus diſputatur; item alio qui libro VII. [p. 285. »e. f.] in ſermone de *aquis*: reperies & alios. « Casaub.

Τὰ δὲ ἐρινεὰ τοῖς Λακωνικοῖς ὥστε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν. »Deeſt verbum, ex aliis eiuſdem epiſtolae locis »ſupplendum, ἀντιπαραβάλλουσιν, aut ſimile. Senſus eſt: »*Si ficus Rhodiacae*, erineae *nomine dictae*, *iis comparentur*, »*quae Athenis* Laconicae *dicuntur*, *tam impar fore certamen*, »*quam ſi ficubus contendantur ſycamina*, id eſt, *mora*. Si quis »aliter interpretetur, non ero pertinax: modo intelligatur »ſimilis aliqua comparatio. « Casaub. — Quae Athenis *Laconicae* dicebantur fici, videntur fuiſſe ex delicatiſſimis: quare etiam *inimicam* dixiſſe videtur paulo ante Comicus, & invidioſam, quod *parva* ſit, cum ob bonitatem optandum eſſet ut ſit maior. Quidquid ſit, hoc dicit Lynceus: *Rho-*

e *diacas caprificos cum ficis eis, quae Laconicae Athenis vocantur, ſic contendere, ut mora cum ficis videantur contendere;* id vero eſt, *multo eſſe delicatiores.* Nam adeo praeſtare *mora* ficis omnes iudicabant, ut inde etiam nomen moris acceſſiſſe putaretur, ut συκάμινα adpellarentur, tamquam σύκων ἀμείνω, *meliora ficis.* Vide II. 51. f. Ad iſtamque etymologiam adludit Lynceus; ſimulque videtur in verbis ἐρινεὸς & ἐρίζειν luſus ineſſe. Quod autem initio deeſſe verbum finitum dixit Caſaubonus; ſaris fortaſſe fuerit, ſi δοκεῖ pro δοκεῖν legamus, aut ſi verbum ἐρίζει ſubintelligamus. Caeterum ſi placet inſerta particula τῇδε poſt Τὰ δὲ, referetur illa ad ſequentem ἐκεῖ: *hic*, Rhodi; *illic*, Athenis. Deinde in fine haud dubie aut παρατέθειται, aut παρατεθείκασι, aut aliquid in eam ſententiam oportebat: quemadmodum in eâdem Epiſtolâ infra p. 109. e. ἐπιφέρουσιν & ἐπεισάγουσι dicit. *Epitome* de iſtis omnibus nil niſi haec verba habet: Λυγκεὺς δέ φησι, τὰ ἐρινεὰ τοῖς Λακωνικοῖς ὡς συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν.

καλλιστρουθίων. Vide Plin. XV. 18, 19. &, quos ibi Harduinus laudavit, Iulium Capitol. in Albino, & Columell. lib. X. *Ibid.* ὀξυωπέστερος - - τοῦ ὁμωνύμου. Vide Eraſmi Adag. in *Lynceo perſpicacior.*

f Λιβιανά. *Liviae fici*, Plin. loc. cit. ubi & *Chiarum*, *Chalcidicarum* & *Africanarum* fit mentio. Χαλκιδικὰ recte mssti & ed. 3. Caſ. cum ed. Ven. & Baſ. Perperam Χαλκιδιακὰ ed. 1. & 2. Caſ. *Ibid.* Ἡρόδοτος ὁ Λύκιος, *Lycium* hunc *Herodotum*, qui *de Ficis* ſcripſit, nulla cauſſa eſt cur cum viris doctis, neſcio quibus, quos Fabricius Bibl. Graec. T. XIII. p. 185. dicit, in *Herodorum* mutatum velimus. Idem nomen, abſque varietate, ſicut hic, recurrit III. 78. d.

AD CAP. IX.

Παρμένων δ' ὁ Βυζ. Particulam δὲ de mea coniect. adieci. *Ibid.* Cum τὰ ἀπὸ Καύνων (conſentiente noſtro *ms. A.*) eſſet editum, & deinde in *Parmenonis vſ.* 2. Καύνεα φόρτου, adnotavit CASAUB. »Melius ſcribas Καννῶν, ut re»ctum ſit Καῦναι; unde fit gentile Καυναῖος. Atque ita ſcri
a »bi debet in ſequenti verſu Parmenonis, Καυναῖα φόρτον, »non Καύνεα φόρτου. Etiam apud Ciceronem [de Divin. »II. 40.] *Caunaeas* ſcribendum, quod exauditum eſt, *Cave »ne eas. Cauneas* caret analogia: *Caunias*, alienus ab eo ſo»no. *Caunae*, Aeolidis oppidi nomen: *Caunus*, alius oppidi in

»Caria. A Καῦνος fit *Caunius*: at Καυναῖος eſt a Καῦναι, ut a »Ἀθηναῖος & Θηβαῖος. In Stephani Ethnicis mutilate iſta »explicantur.« — Haec ille. At *Cauneae* ſive *Cauniae caricae* apud Ciceronem l. c. ſunt ex *Cauno* Cariae notiſſimo oppido, cuius continuo deinde meminit Noſter. Καῦναι vero, *Acolidis* oppidum, nullum eſt; certe nemin[illegible]emoratum. Lege Stephanum Byz. in Κάναι, & co[illegible], ſi vis, quae vel Interpretes Stephani adnotarunt, vel quae Cellarius in Geogr. Antiq. T. II. p. 62 ſq. collegit; nec dubitabis, recte a nobis Καυνῶν & Καναῖα eſſe correctum. Eamdem emendationem, dubitabundus quidem, iam propoſuerat PALMERIUS in Exercit. in Auct. Graec. p. 490. qui caeteroquin multa ad hunc Athenaei locum ſpectantia, ac praeſertim de *Cauniis caricis*, ex *Cauno Cariae*, docte congeſſit. Quod in PARMENONIS *vſ.* 2. φόρτον legendum pro vulgato φόρτου Caſaubonus cenſuit, id non probandum modo, ſed & in contextum adoptandum iudicavi. Iam olim in ora ſui exempli editionis Baſ. eamdem emendationem idem Caſaub. adnotaverat: »Scr. φόρτον, per appoſitionem.«

Τῶν ὀξαλίων δὲ σύκων &c. Ad vulgatam olim ſcripturam Τοξαλίων, quam cum editis etiam *ms. A.* & *Ep.* agnoſcunt, (qui perinde & in APOLLODORI *vſ.* 3. mendoſum τοξαλίους tenent) haec notavit CASAUBONUS: »*Toxalias* ficus inamoenas atque ingratas palato fuiſſe de»clarat qui ſequitur *Apollodori* locus. An igitur ita dictae, »quod *ſagittae inſtar* palatum vulnerarent? Sic *crucium* vi»num, quod bibentibus eſſet ingratum ut crux.« — At perſpecte GROTIUS, memor Heſychianae gloſſae, Ὀξάλιοι, εἶδος σύκων, ſimiliter apud Athenaeum ὀξαλίων & ὀξαλίους legendum vidit, atque ſic correxit in *Apollodori vſ.* 3. ὀξαλίους τὰ χωρία, in Excerptis ex Tragoediis & Comoed. Graec. p. 805. Tum in Notis pag. 994. monuit: »Huc adludens, [ſcil. is qui apud poëtam loquitur] ait, *apud ſe eſſe etiam ἀμπέλους ὀξαλίους*: non »quod hoc nomen de *vitibus* etiam uſurparetur, ſed quod »vox ſatis conveniret.« — At apud eumdem Heſychium eſt etiam de *vino* proxima Gloſſa: Ὀξαλὶς, ὀξίνης οἶνος. Sed, ad *ficos* quod ſpectat, ὀξάλιοι *caricae* etiam Polluci memoratas videmus, VI. 81. ubi ὄξαλοι quidem vulgo editur, ſed ὀξάλιοι melior codex dabat.

ἐκ δράματος Προικιζομένης Ἱματιοπώλιδος. Nil mutat vetus noſter codex. Sed ſuſpicatus eram, quod etiam Da-

a lecampio in Indice auctorum probatum video, ante Ἰματ. particulam ἢ intercidisse, ut titulus fabulae fuerit Προικιζ. ἢ Ἰματιοπ. Quod vero FABRICIUS Bibl. Gr. T. I. p. 745. fabulae titulum his verbis citavit: »προικιζομένη ἱματοπώλις, Athen. & Suid. qui tribuit Apollodoro Geloo: « ibi adnotavit quidem HARLESIUS, [T. II. p. 421.] apud Athenaeum Ἰματιοπ. legi; sed caetera intacta relinquens dubium me reddidit vir doctus, cum mihi nusquam apud Suidam vestigium ullum illius fabulae contigerit reperire. Illud video, a Grotio l. c. hunc poni titulum, Προικιζομένη ἱματοπώλιδι, quem sic ille latine reddidit, *Dotatâ cingulivendulâ:* nempe ille Athenaei editione Bas. aut Ven. usus erat, in quibus cum mendose ἱματιπώλιδι expressum esset, ἱματοπώλιδι corrigendum censuit. Casaubonus sive ex Italicorum codicum excerptis sive sua de coniectura ἱματιοπώλιδος edidit; quam scripturam, ut dixi, firmat noster codex. Eamdem vocem Pollux habet VII. 78. ubi commemoratur ἱματιόπωλις ἀγορὰ, *forum vestiarium Athenis.* Vocem Προικιζομένη cum Grotio malui *dotatam* reddere, quam cum Dalecampio *gratis se sistentem*, aut *mendicam.* Non habet illud verbum H. Steph. in Thes. Sed in Philoxeni Glossis est προικίζω, *doto:* & προικιζομένη, *dotanda;* & sic fortasse h. l. reddendum erat vocabulum. *Ibid.* In *Apollodori vs.* 4. pro συκᾶς φέρει, in *ms. A.* perperam est συκὰς ἃς φέρει.

b τὰ καλ. παρὰ τοῖς Παρ. αἰμώνια. Citavit Eustath. ad Od. ω'. pag. 838 extr.

In ARCHILOCHI verbis, ista σῦκα κεῖνα tenet uterque ms. cum editis. Brunckius σῦκ' ἐκεῖνα ad oram sui libri notavit, nescio utrum e cod. Paris. Hermolai Barb. (quem codicem, sicut in Epitome nota *ms. b.* insignivimus, sic in pleniore opere, ubi eius mentionem faciemus, *ms. B.* nominare licebit) an sua de coniectura, parum quidem h. l. necessaria. Caeterum debebat iste versus adiici *Archilochi Reliquiis*, quae in Brunckii Analect. T. I. p. 40 sqq. & T. III. in Lect. & Emend. p. 236. collecta sunt.

τοσαύτην ἔχει τὴν παραλλαγὴν πρὸς τὰ πολλαχοῦ γινόμενα. *Dele* τὴν articulum, praeter necessitatem a Casaub. adiectum. Ignorant quidem eum *mss. A.* & *Ep.* cum ed. Ven. & Bas. Pro πολλαχοῦ, ἀλλαχοῦ malebat CORAY. Vulgatum vero tuetur codex uterque: & possis intelligere *plerisque aliis in locis, vulgo.*

AD CAP. X.

Λευκερινεὸς δέ τι εἶδος &c. Verba iſta, ſicut in paulo c breviora contraxit Epitomator, ſic citavit Euſtath. Od. υ'. pag. 1220, 14.

In EURIPIDIS *vſ.* 2. κραδαῖς ἐρίναις. ἡ κράδη, *ficus, ramus ficus arboris*, & generatim *ramus arboris cuiuſvis*, penacute ubique ſcribitur cum apud veteres Lexicographos, tum apud recentiores: & ſic h. l. κράδαις habet *ms. Ep.* Sed in κραδαῖς conſentiunt edd. neque ex *ms. A.* adnotatus diſſenſus. Sic rurſus XV. 682. d. κραδαὶ ex Romano codice edidit Canterus; at ibidem rurſus noſter *ms. Ep.* κράδαι habet. Rurſus vero apud Theophr. de Cauſſ. Plant. V. 1. pag. 322. ed. Heinſ. κραδὴ & κραδαὶ acute expreſſum video. Pro ἐρίναις, ἐρινεῖς ſcribitur in *Ep.* ubi ἐριναῖς puto oportuerat.

In EPICHARMI *verſu*, vulgo nude ὅμοια γ' ἐρίνοις ſcribitur, ubi γ' οὖν vel γοῦν poſtulare metri ratio mihi viſa erat. Iſtum verſum omiſit Epitomator.

Πέπων ἔρινος ἀχρεῖος ὢν &c. »Sophocleum hoc pro d »verbium ſimile eſt illi, *Lepus tute es, & pulpamentum quae»ris.* Sed ſcribendum Πέπων ἐρινὸς cum accentu in ul»tima. *Arboris* nomen eſt ἐρινὸς & ἐρινεός: *fructus*, ἔρινος, »inquit Euſtathius; [id quidem nuſquam diſerte dicit Eu»ſtath. quem vide ad Il. ι'. p. 1280, 10 ſqq. & ad Od. ε'. »p. 225, 3 ſqq.] vel potius ἔρινον, ut σῦκον, quod cla»rum ex ſequentibus Athenaei: qui obſervat, *dixiſſe So»phoclem* πέπων ἐρινὸς, *quod arboris nomen eſt, pro* πέπον »ἔρινον, *quomodo fructus appellatur*, inquit. Caeterum τρα»πικῶς id dictum admonet Athenaeus. Ita autem verten»dum: *Tu cum ſis groſſus nihili & inſipidus, ad comedendum »inutilis, alios verbis increpas, tanquam ignavos & inſipidos.* »πέπων accipio hic, ut apud Homerum, quando probri »loco aliquis dicitur πέπων. Adrianus Iunius, magni iu»dicii vir, aliter interpretatur; [in Adag. *Groſſus maturus »eſui ineptus*:] cui non aſſentior. Dalecampio multo mi»nus, emendanti οὐ πέπων: reclamant libri, reclamat Eu»ſtathius, reclamat ſententia; quam, opinor, primi nunc »indicamus vere. ἐξερινάζεις λόγῳ, valet, *oratione tua epi»vεὺς vocas*: non enim uſitata ſignificatione verbum hoc »uſurpatur, ſed nova & inſolente, ut multa apud tragi»cos & comicos, quando praeſertim loquuntur homines

d »irati. Aut, ſi mavis, interpretare ἐξερινάζεις λόγῳ, *verbis »laceſſis, & ad contentionem provocas*, ut ſit alluſum ad »originem vocabuli, quod ab ἔρις deducunt grammatici. »Etiam apud Latinos *caprificus* in ſignificatione vitii uſur»patur, ut:

— — *& quae ſemel intus*
innata eſt, rupto iecore exierit caprificus.

»Priorem verſum integrare ſic poſſumus, πέπων ἐρινὸς αὖ»τὸς ὢν ἀχρήϊος.« CASAUB. — Utique Πέπων ἐρινὸς acute ſcribendum cum Euſtathio, Il. ω'. pag. 1280, 10 & 12. cum quo conſentit noſter ms. *Ep.* Et ſic deinde rurſus πέπων δ' ἐρινὸς εἴρηκεν. Ex his poſterioribus verbis perperam δ' particula in edd. etiam in Sophoclis verba irrepſerat; unde eam eieci, utriuſque codicis msti auctoritate. Sententiam dicti Sophoclei multo minoribus ambagibus, quam Caſaubonus, haud paulo commodius, & unice vere interpretatus Euſtathius eſt loco modo citato, cum ait, ſimile eſſe illi, Ἀπαίδευτος ὢν, πῶς ἂν ἑτέρους παιδεύσειας; Quam interpretationem merito probavit BRUNCK in Sophoclis Fragm. p. 13. perſpecte docens, ἐξερινάζειν λόγῳ eſſe *oratione maturum reddere, aptum rebus agendis.* Monuitque idem Vir doctus, parum eſſe probabile, Ionicum ἀχρήϊον (quod coniectaverat Caſaub.) adhibuiſſe Sophoclem. Adnotavit CORAY, SCHNEIDERUM in Lexico Critico Graeco-Germanico, voce Ἐξερινάζω, aliter atque a Caſaubono factum, ac fortaſſe felicius, interpretari hoc verbum: quo libro doleo me carere; ſuſpicor vero ex Euſtathii & Brunckii ratione hunc locum interpretatum eſſe Virum doctum.

ἀντὶ τοῦ, πέπον ἔρινον. Haec verba cum Epitomatore praetermiſit Euſtathius. Videtur vero & hoc loco, & deinde, ubicumque de *fructu* agitur, pariter acute ἐρινὸν ſcribendum. Sic quidem & in Lyncei verbis p. 75. e. τὰ ἐρινεὰ acute ſcribitur: ſic etiam apud Pollucem optimus codex habet VII. 143. nec tamen ſatis conſtanter; vide eumdem I. 242. Conf. infra ad p. 77. c.

In ALEXIDIS *verſ.* 2. τὰ σῦκα ἑκάστοτε ſcripſi cum *cod. A.* τὰ σῦχ' erat editum. In Epitome verſus iſti deſiderantur. *Verſ.* 3. ἐν τοῖς συρίχοις. »Erat editum *συ»ρίσκοις*: ſi metri rationem non habeas, optime. Heſy»chius: Συρίσκος, ἀγγεῖόν τι πλεκτὸν, εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλ»λουσι· τινὲς δὲ ὑρίσκον. Sed verſiculi modulus eam vo-

» cem aſpernatur. *συρίχοις* igitur ſcribendum: aut, quia d
» alibi, quod ſciam, ea vox non legitur, *ἀρίχοις*. Quae
» dicitur Ciceroni *fiſcina ficorum*, Graecis eſt *σύκων ἄριχος*,
» vel *ἀρρίχος*, vel *ἀρσίχος*; & *ἀρίσκος*, itemque *συρίσκος*,
» & *ὑρίσκος*: tanta eſt linguae huius volubilitas. Emen-
» dandus in hac voce Theophraſtus de Cauſſ. Plant. I. 7.
» *καὶ διὰ τοῦτο ἐν ὑπερῴοις τιθέασι, καὶ κρεμαννύουσιν ἐν*
» *ἀξαρίχοις*. Legendum, *ἐν ἀρρίχοις*. « CASAUB. — Si Ve-
netam editionem inſpexiſſet vir doctus, vidiſſet ipſum *συ-
ρίχους* ibi expreſſum; in quod & noſter *ms. A.* conſentit.
Sua auctoritate id mutaverat Baſileenſis editor. *Verſ.* 4.
τὰ σκληρὰ καὶ μοχθηρὰ. καὶ τὰ μοχθηρὰ habet *ms. A.* re-
fragante metro. *Verſ.* 7. *ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὸν γνάθον.* e
» Quid ſit hoc, ad Theophraſtum pridem expoſuimus. «
CASAUB. — Scil. ad Theophr. Charact. c. 6. *περὶ Ἀπο-
τοίας*, pag. 194 ſq. docuit vir doctus, morem fuiſſe Athenis
hominum vilium, qui in foro res venales habebant, ut
quas pecunias pro venditione mercium ſuarum colligerent, eas urgentibus negotiis in os & buccam conderent.
Conf. Ariſtoph. Veſp. 787. (791. ed. Br.) & ibi Schol.
Eumdem morem reſpexit Epictet. Diſſert. III. 22, 50.

In STRATTIDIS *vſ.* 1. *ἐρινὸν* acute rurſus ſcribere non
dubitavi, quia de arbore agitur. Rurſus ibi *ἔρινον* erat edi-
tum, & ex *ms. A.* nil adnotatum: in *Ep.* vero abſunt
Strattidis verba. HOMERI *verſus* eſt Odyſſ. *μ'*. 103.

ἐρίναικὰς. Ex *A.* nil notatum. In *Ep.* eſt *ἐρίναικας*,
tamquam a ſing. *ἐρίναξ*. Apud Heſych. vero: *Ἐρινάδες·
ὄλυνθοι*. *Ibid.* *ὀλύνθους*. Sic conſtanter apud Theophr. per
vocalem *υ* in medio ſcribitur hoc vocabulum; nec aliter
apud Grammaticos. Heſychius: *Ὄλυνθος, τὸ μὴ πεπαμ-
μένον σῦκον*. Suidas: *Ὄλυνθος, ἢ ὠμὴ συκῆ*: debebat *τὸ ὠμὸν
σῦκον*. Euſtathius: (ad Iliad. *υ'*. p. 1453, 39.) *ὄλυνθος ὁ
καρπὸς τῆς ἀγρίας συκῆς*. At conſtanter ambo noſtri co-
dices mssti, ſicut h. l. *ὀλόνθους* habent, ſic rurſus p.
77. f. in verbis ex Theophraſto citatis, bis per vocalem *ο*
in medio eam vocem efferunt: eodemque modo apud Eu-
ſtathium l. c. edi debuiſſe intelliges, ſi locum ipſum in-
ſpexeris.

AD CAP. XI.

σύκα βασίλεια. Huc ſpectat *ἡ βασίλεως ἰσχὰς* apud Poll. f

f VI. 81. Sic enim ibi excudi oportebat, *βασίλεως* atticâ formâ pro *βασιλείος*, non *βασιλέως*. *Ibid.* *κόλυτρα. κόλυθρα* cum Suida & Euſtath. (ad Od. *ω'*. p. 838. extr.) habet noſter *ms. Ep.* neſcio an & *ms. A.*

Σέλευκος δ', ἐν ταῖς Γλώσσαις, καὶ γλυκυσίδην τινὰ καλεῖσθαι, φησὶ, σύκῳ τὴν μορφὴν μάλιστα ἐοικυῖαν. φυλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας ἐσθίειν, διὰ τὸ ποιεῖν ματαϊσμούς. Hunc locum DALECAMPIUS ex Plin. XXVII. 10, 60. & Dioſcor. III. 148. (al. 157.) a ſe (ut ipſi videbatur) *emendatum*, latine ſic reddiderat: *Seleucus in Gloſſis refert, Glycyſiden quandam vocari, figura perquam ſimilem fico, a mediciſque obſervatum fuiſſe, in cibo ſumptam rubra feminarum profluvia ſiſtere: ac valere contra malum mentis & infatuationes.* Ad quae CASAUBONUS: »Hoccine, inquit, eſt auctorem aliquem emendare, appingere illi quicquid velis, & »contrariam quoque ſententiam affingere? hac mercede »neque Athenaeus, neque alius auctor corrigi velit. »Utrumque autem a Dalecampio factum hoc loco. Alie»na eſt, neque Athenaei haec ſententia, *paeoniam in cibo* »*ſumtam rubra foeminarum profluvia ſiſtere:* ficta & Athe»naei verbis contraria, quae deinceps ſequitur, *ac valere* »*contra malum mentis & infatuationes.* Athenaeus plane con»trarium ſcribit: *paeoniae eſu abſtinere foeminas, quod fatui»tatis cauſſa ſit.* *ματαίζειν* eſt *μωραίνειν, facere quod ſit in»decorum, & gerere ſe ſtulte.* Quidam e veteribus hac voce »uſi ſunt ad notandum peculiare illud *ἀτοπήματος* genus, »cui obnoxius Claudius Imperator. Phavorinus apud Sto»baeum, *ὁ Βοιώτιος ἐντυχὼν θησαυρῷ μετὰ ἑβδομήκοντα* »*ἔτη, ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματάϊσε. Boeotius quidam an»nis LXX maior invento theſauro oppedit.* Damoxenus comi»cus *ἀσχημονεῖν* ea notione uſurpavit, de male paratis »cibis loquens. [apud Athen. III. 102. d.] Equidem non »aliter hic interpretarer *τὸ ποιεῖν ματαϊσμούς*, niſi ob ocu»los verſarentur Plinii verba; [l. c.] *Eſtur*, ait, *etiam con»tra malum mentis.* Divinabam abiiſſe in diverſas ac pro»pe contrarias ſententias Plinium & Seleucum, quod in »eo auctore, unde hauſerunt ambo, lectionem diverſam »nacti eſſent: Plinium legiſſe, *ποιεῖν πρὸς ματαϊσμούς*: »Seleucum, *ποιεῖν ματαϊσμούς*. Verbum *φυλάττεσθαι* »utrique ſententiae poſſe aptari certum eſt. Heſychius: »*Γλυκυσίδην· φυτὸν ποιὸν συντελοῦν πρὸς ἀτόπημά τι τῶν* »*γυναικῶν.* Neque Plinii neque Seleuci ſententiae haec re-

»ſte accommodaveris, ſed ad facultatem paeoniae ſiſten- f
»di *rubros mulierum fluores*; ita enim interpreter hic vocem
»ἀτόπημα: quamquam non neſcimus, poſſe eam dictionem
»accipi etiam ἀντὶ ποφδῦς. - - Non ſcripſiſſe eadem de vi
»eiuſdem herbae Plinium & Seleucum ſi quis miretur,
»nae ille rem miratur parum admirandam. Quid enim fre-
»quentius? vel, quod praecedit de *ſimilitudine paeoniae*
»*cum ficu*, quis alius veterum dixit cum Seleuco? tamen
»addit μάλιστα. σύκῳ τὴν μορφὴν μάλιστα ἐοικυῖαν. Po-
»ſtremo emendationi Dalecampii opponimus Euſtathii au-
»ctoritatem, qui ante annos prope CD legebat ut nos ho-
»die, ad Od. ω'. « — Quae Euſtathius l. c. pag. 838 extr. habet, ex Epitome ducta ſunt. In Athenaei Seleucique verbis nihil mutant noſtri codices, niſi quod pro φυλάττεσθαι in ms. *Ep.* φυλάσσεσθαι legatur, in *A.* vero pro ἐοικυῖαν, quod *ms. Ep.* tenet, ἐοικὸς ſcriptum ſit: ſub quo videndum ne aliud quid lateat, aut ne intercideriit nonnihil; cum praeſertim non modo nemo alius ſcriptor *glycyſiden* ſive *paeoniam* cum *fico* comparet, ſed ne intelligi quidem poſſit, (ut Bodaeus ad Theophr. p. 1042. adnotavit) quo pacto *ſimilitudinem aliquam inter paeoniam & ficum*, praeſertim *quod ad formam*, reperire quiſquam potuerit. Quare pro σύκῳ Bodaeus σίδῃ olim ſcriptum fuiſſe cenſuit, quod grana paeoniae acinis mali Punici (quod σίδη a poëtis dicitur) ſimilia eſſe videantur. Id ſi verum eſt, in auctore, e quo iſta Seleucus duxit, σίδῃ non σύκῳ ſcriptum fuiſſe; ſtatuendum fuerit, σύκῳ non ſequiorum librariorum eſſe errorem, ſed iam Seleucum ipſum, aut certe Athenaeum in ſuo Seleuci codice σύκῳ reperiſſe: alioquin nulla prorſus cauſſa fuiſſet, cur hic, ubi de *ficis* agitur, *glycyſides* meminiſſet Noſter. Porro fieri poteſt, ut vim verborum φυλάττεσθαι ἐσθίειν minus recte perceperit Plinius: quae, ſi quid video, nil aliud ſignificare poſſunt, niſi *cavere ne edant, abſtinere ab eſu*. Aliter quidem decrevit Gallicus interpres, qui nos docet, φυλάττεσθαι h. l. ſignificare *avoir ſoin de faire une choſe*, & hoc dicere auctorem: *que les femmes ont ſoin d'en mettre* (*de la pivoine*) *dans leurs alimens, parcequ'elle eſt bonne pour les égaremens d'eſprit; ou mieux, pour les vapeurs*, ματαϊσμούς: *en ſuppoſant* πρὸς *avec Aegius, que Caſaubon devoit nommer*. Ubi quod de *Aegio* & de *Caſaubono* narrat, id quale ſit declaravimus in Praef. contextui praemiſſa p. LXIV. Caeterum ſi

PLATONIS *comici* verba adpoſuiſſet Athenaeus, planius fortaſſe de eo, quod nunc dubitationi eſt obnoxium, iudicare poſſemus. Pro κομῳδοποιὸς, quod olim erat editum, κομῳδιοποιὸς ſcripſi cum ms. *A.*, quâ formâ in hac voce conſtanter alibi utitur Athenaeus.

a Κυδωναῖα. In Κωδωναῖα cum Euſtath. ad Od. ω'. p. 839, 1. conſentit noſter *ms. Ep.* Heſychius vero: Κυδώνεα, σῦκα χειμερινά: quam ſcripturam unice probavit Bod. ad Theophr. p. 341 & 388. Vicinum nomen κυδώνια ad *malorum* genus pertinet, de quo II. 59. b. & III. 81. a.

Κοράκεων δὲ &c. Eodem pertinere videtur κορώνεως ἰσχὰς apud Ariſtoph. Pac. 628. & Poll. VI. 81. alioſque. conf. ſupra ad p. 75. c. Erat autem κοράκεων penacute editum, quod προπαροξυτόνως ſcribendum putavi, praeſertim in accuſ. ſing. Ac fortaſſe dein in HERMIPPI *verſu*, ubi ſunt genitivi plurales, pariter φιβάλεων & κοράκεων ſcribi debuerat, pro φιβαλέων & κορακέων. Quidquid ſit, ibidem metri ratio poſcit, ut φιβαλεων nonniſi tribus ſyllabis pronuntietur, quaſi φιβάλων vel φιβαλῶν eſſet ſcriptum, ut ſit pes anapaeſtus.

Θεόφραστος δ', ἐν δευτέρῳ Φυτῶν Ἱστορίας &c. Nihil, quod huc ſpectet, legi hodie apud Theophr. iam pridem monuit Dalech. *Ibid.* συκῶν ſcripſi, quia de *arborum* genere agitur, ut ex foeminino ἡ - - καλουμένη intelligitur. *Ibid.* ἡ Χαρίτιος Ἀράτειος. Vertit Dalech. *quod Charitiam ſive Arateam nuncupant;* cui ſe adſentiri Caſaubonus profitetur: »quantumvis, inquit, conſentiant omnia exem»plaria antiqua.« — Ubi primum moneo, praetermiſſum in Epitome eſſe totum iſtud ex Theophraſti libro ſecundo citatum: dein, ſi Plinii codices conſulamus, probabile fieri, ἡ Ἀρίτιος ἡ Ἀράτειος oportuiſſe; nam apud eum lib. XV. cap. 18. ſect. 19. ubi ficus *aratia alba* memoratur, *pediculo minimo*, *latiſſima*, in aliis codicibus *aritia* ſcribitur.

ἐν δὲ τῷ τρίτῳ. Theophr. Hiſt. Pl. III. 17. indeque etiam Plin. l. c.

b ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Φυτικῆς Ἱστορίας. Lib. IV. c. 2. indeque Plin. XIII. 7, 15. *Ibid.* πρὸς ᾧ ὁ καρπός. Imperite πρόσω una voce editum erat. Recte apud Theophraſtum. *Ibid.* φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ. Sic recte *ms. A.* ut apud Theophr. Vulgo τῇ πτελέᾳ, ionico idiomate, quo nec Theophr. nec Athenaeus uſus eſt. *Ibid.* ὅσαι περ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. ὅσαι παρ' αὐτοῦ erat editum. Apud

Theophraſtum vero ὅσαι ὑπὲρ αὐτοῦ, perperam haud dubie. Utrobique ὅσαι περ corrigi iuſſit Caſaub. At per ſe ſpectatum, ferri poterat παρ' αὐτοῦ, idem valens ac nudum αὐτοῦ, cuius pleonaſmi frequens uſus apud Polybium. Sed id ipſum, quod voluerat Caſaubonus, obtulit noſter *ms. A.* In *ms. Ep.* hoc rurſus abeſt citatum, exceptâ prioſi particulâ, quae non hoc loco, ſed paulo poſt adpoſita eſt. *Ibid.* Poſt αἱ βλαστήσεις verba nonnulla, οὐδένα δὲ πεπαίνει &c. quae ſunt apud Theophraſtum, temere apud Athen. a feſtinante librario omiſſa eſſe exiſtimaverat MEURSIUS in Creta, lib. II. c. 9. At multa talia conſulto ipſe Athenaeus praetermiſiſſe videtur. *Ibid.* καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐρίνοις. ἐρινοῖς apud Theophr. rectius, ut videtur. cf. not. ad p. 76. d. Pro καὶ ἔσωθεν, quod quidem eodem modo apud Theophr. expreſſum, καὶ τὰ ἔσωθεν malebam. Plinius: *Suavitas & interiora fici.*

AD CAP. XII.

Τῶν δὲ προδρόμων καλ. σύκων. Sic ſupra, οἶνος πρόδρομος, I. 30. b. *Praecoces ficos* Plinius vocat XVI. 24, 49. *Ibid.* ὁ αὐτὸς Θεοφ. μνημονεύει ἐν τρίτῃ Φυτικῶν Αἰτιῶν. Perperam ὁ deeſt *ms. A.* Verba vero Theophraſti hîc adlata, non *tertio* libro de *Cauſſis Plantarum* leguntur, ſed lib. V. c. 1. p. m. 323. Scriptura Αἰτιῶν, tamquam a recto caſu αἱ Αἰτίαι, ex ed. Caſ. in noſtram propagata. Αἰτίων eſt h. l. in ed. Ven. & Baſ. a recto τὰ Αἴτια, quae ſcriptura verior videtur, & alibi plerumque occurrit. At paulo poſt in Αἰτιῶν conſentiunt editi omnes. De ſcriptura *msti A.* mihi non liquet: ſaepe etiam prorſus neglecti ſunt in illo codice accentus. Epitomator pro ſuo more titulum libri omiſit. *Ibid.* οἱ πρόδρομοι. Putares τὰ πρόδρομα, ſcil. σῦκα: ſed in maſc. gen. utuntur illo vocabulo, intelligentes puto ὄλυνθοι. *Ibid.* ἥτε Λακωνική. Commode οἷον ἥ τε Λακ. apud Theophr.

προτερικήν φησι. Sic edd. nec ex *ms. A.* aliud notatum: & ferri hoc poterat, a πρότερον derivatum. πρωτερικὴν vero (ut Heſych. ac fere ut Euſtath.) habet noſter *ms. Ep.* commode ad id quod ſequitur, πρώϊον καιρόν.

In ARISTOPHANIS *verſiculo*, Ὑμᾶς δέ γ' ὡς editum erat; ſed δέ γε ὡς habet *ms. A.* depravatum ex δ' ἐτέως, quod legitur apud ipſum Comicum vſ. 707.

d Ἀντιφάνης ἐν Σκληρίαις. » Antiphanis Σκληρίας diu ha-» bui de mendo ſuſpectos: poſtea reperi incerti poëtae » fabulam *Sclerias* tribus locis apud Stobaeum. « CASAUB. *Ibid.* Ἔστι δὲ παρ' αὐτὴν. δὲ pro γὰρ ſcribendum adnotavit Brunck, flagitante metro. Utriuſque comici verſiculos praetermiſit Epitomator.

Theopompus ἐν τῇ πεντηκοστῇ τετάρτῃ. Apud Steph. Byz. in Γαστρωνία, eſt εἰκοστῇ τετάρτῃ. *Ibid.* Βισαλτίαν καὶ Ἀμφίπολιν. Sic *mss. A.* & *Ep.* Βισαλτίαν Ἀμφιπ. ed. Ven. & Baſ. Βισαλτίαν, Ἀμφιπ. ed. Caſ. *Ibid.* καὶ Γραιστωνίαν. Caetera adponens, duas iſtas voces omiſit Epitomator. De illa regione vide Holſten. ad Steph. Byz. l. c. & Niclas ad Ariſtot. de Mirab. Auſcult. p. 271.
e ed. Beckmanni. *Ibid.* τὰς μὲν συκᾶς. Sic recte *ms. Ep.* ut edidimus; antea συκὰς erat. *Ibid.* τὰς δ' ἐλαίας, ἐν ᾧ χρόνῳ βρύειν εἰκὸς ἦν αὐτάς. » De *oliva* proprie dicitur » βρύειν *florere incipiente.* Graeci Magiſtri: τὸ βρύειν κυ-» ριολεκτεῖσθαι λέγεται ἐπὶ τοῦ τὴν ἐλαίαν ἀνθεῖν. « CASAUB. — Nempe ſic Euſtathius, ad Il. ρ'. pag. 1126, 42. Pronomen αὐτὰς ad ſuperiora retuli poſtpoſito *commate*, quemadmodum verba iſta diſtinguuntur in utroque noſtro msto: in ed. Ven. nullum erat diſtinctionis ſignum; deinde, commate poſt εἰκὸς ἦν poſito, verba iſta αὐτὰς ἐλαίας ἐνεγκεῖν iuncta ſunt in ed. Baſ. & Caſaub.

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ Φυτῶν - - - τὸν ἐρινεὸν εἶναί φησι δίφορον, &c. Verba iſta nuſquam, quod ſciam, hodie apud Theophraſtum leguntur: ſed habet eadem Plinius lib. XVI. 27, 50. Ubi pro ἐν Κέῳ, in quod conſentiunt noſtri codices, *in Cea inſula* legitur.

AD CAP. XIII.

Λέγει δὲ καὶ τὴν συκῆν, ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ. Perperam ἐν σκιάλῃ hîc, & mox iterum, edd. vett. cum utroque msto. Correxit Caſaub. ex Theophr. Hiſt. Plant. II. 7. Sic & Plin. XVII. 11, 16. *Ficus, ſi in ſcilla (bulborum hoc genus eſt) ſeratur, ocyſſime ferre traditur* &c. *Ibid.* καὶ εὐβλαστῆ γίγνεσθαι. Hinc corrigendam mendam apud Theophraſtum monuit CASAUB. ὅλως δὲ πᾶν ἐν σκίλλῃ φυτευόμενον ἔβλαστε. εὐβλαστὲς oportebat. » Alibi (inquit) » in eadem ſententia uſus eſt voce εὐβλαστία, ut de Cauſ-» ſis V. 7. «

Πάλιν -- ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Αἰτιῶν. De Cauſſ. Plant. f II. 14. Pro Αἰτιῶν, rectius fortaſſe fuerat Αἰτίων, ut paulo ante dictum. *Ibid.* Ἡ Ἰνδικὴ, φησὶ, συκῆ καλουμένη. Duas voces, φησὶ & συκῆ, cum deeſſent editis, commode dedere noſtri mssti.

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς Φυτικῆς Ἱστορίας ὁ φιλόσοφος φησίν· Ἔστι καὶ ἄλλο γένος συκῆς ἔν τε τῇ Ἑλλάδι, καὶ περὶ Κιλικίαν καὶ Κύπρον, ὀλυνθοφόρον· ὃ τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθεν φέρει τοῦ φύλλου, τὸν δὲ ὄλυνθον ἐξόπισθεν. αἱ δὲ ὅλως ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ νέου. πρῶτον δὲ τοῦτο τῶν σύκων πέπονά τε καὶ γλυκὺν ἔχει &. Non una difficultate premitur hic locus, quem levi ſatis pede CASAUBONUS tranſiit, nil aliud monens, niſi haec: »Scribe cum Dalecampio, ἔμπροσθεν φέρει τοῦ φύλλου: »[nempe pro φυτοῦ, quod erat editum:] & ad librum »V. De Cauſſis adi, cap. 1. & paulo poſt, καρπὸν [pro »vulgato πρῶτον] δὲ τοῦτο τῶν σύκων πέπονα καὶ »γλυκὺν ἔχει. cum doctiſſimo Geſnero. « — Noſtri codices nil mutant, niſi quod pro ὀλυνθ. utrobique ὀλονθ. habent, de quo ad p. 76. f. dictum; tum quod in *ms. Ep.* (qui habet hunc locum uſque ad vocem ἐξόπισθεν) τοῦ καρποῦ pro τοῦ φυτοῦ legitur. Eſt autem prima huius loci difficultas haec, quod apud Theophr. in toto libro II. de Hiſt. Plant. nihil aliud, quod huc trahi quodammodo poſſit, hodie reperiatur, niſi c. 4. haec verba, & ipſa haud dubie corrupta, ἤδη ποτὲ συκῆ τὰ σῦκα ἔφυσεν ἐκ τοῦ ὄπισθεν τῶν ἐρινεῶν. Praecedentia vero verba nuſquam, quod ſciam, apud graecum Philoſophum in illa connexione orationis leguntur. Sed eadem, ut apud Noſtrum, ſic fere apud Plinium ſuperſunt, XVI. 26, 49. *Inſigne proditur in quodam genere* (nempe *ficuum*) *Ciliciae, Cypri, Helladis: ficos ſub folio, groſſos vero poſt folium naſci.* Quare iſta ſuperiora in vulgatis Theophraſti codicibus, ut multa alia, intercidiſſe videntur. Plinii verba ob oculos habens Dalecampius, pro φυτοῦ, quod apud Athenaeum erat editum, in latina verſione *folium* poſuit: id Caſaubonus dicit, τοῦ φύλλου eum legiſſe, quod verum ille iudicavit. Ego vero de re conſentiens, nollem vocabulum me adoptaſſe a Caſaubono commendatum. Ipſa varietas librorum (φυτοῦ edd. cum *ms. A.* καρποῦ *ms. Ep.* ἐρινεῶν codd. Theophr.) ſatis indicare videtur, non vocem omnibus notiſſimam, φύλλου, ibi olim ſcriptam fuiſſe, ſed aliud nomen minus

f familiare librariis, in quo illi halucinati ſint. Illud nomen eſt θρίου, quod loco τοῦ φύλλου apud Noſtrum repoſitum velim; quemadmodum apud Theophraſtum l. c. pro τῶν ἐρινεῶν, τῶν θρίων legendum iam pridem a viris doctis monitum eſt. Vide Robertum Conſtantin. & Bodaeum ad Theophr. p. 81. Eſt enim vocabuli θρίον proprius uſus in *ficulneo folio*: & ſic habes apud ipſum Theophraſt. de Cauſſ. V. 1. p. 323. φέρουσι δὲ τὸν ὄλυνθον ὄπισθεν τοῦ θρίου. & V. 2. εἴ ποτε συκῆ τις ἤνεγκεν ἐκ τοῦ ὄπισθεν τοῦ θρίου τὸν καρπόν. Graeca ἔμπροσθεν τοῦ θρίου Plinius *ſub folio* reddidit; ubi *Harduinus*: » Hoc eſt, » *ante folium.* (inquit.) Groſſos vero *poſt folium*, hoc eſt, » *a tergo foliorum*, &, uti nos loquimur, *ſupra folia.* « Nempe in eamdem ſententiam iam Dalecampius in verſione poſuerat: *& eum quidem* (ſcil. olynthum, ſive groſſum) *ſupra folium, ficum vero ſub folio.* Idem Dalech. vocem ἐξόπισθεν olim de *tempore* accipiens, in verſione ſic poſuerat, *& eum quidem poſt exortum folium naſci, ficum tempeſtivum ſub folio*: (ubi mireris, non perinde & ἔμπροσθεν de *tempore* accepiſſe:) tum in Emendandis demum monuit, pro *poſt exortum folium* ponendum *ſupra folium.* Et ego quoque aliquando ſuſpicatus eram, & ἔμπροσθεν & ἐξόπισθεν de *tempore* accipienda: quam in ſententiam apud Theophr. de Cauſſ. V. 1. p. 323. accipienda eſſe illa verba, διὸ καὶ ὄπισθεν τῶν φύλλων πάντα ταῦτα γίνεται, καὶ οὐχ, ὥσπερ τὸ σῦκον, ἔμπροσθεν, itemque iſta ibidem, φέρουσι δὲ τὸν ὄλυνθον ὄπισθεν τοῦ θρίου, declarare videtur totius diſputationis connexio, quae illo capitē inſtituitur. Rurſus vero eodem lib. V. cap. 2. ſimillima verba his, quae ex Hiſt. Plant. II. 4. huc ſpectare diximus, οἷον εἴ ποτε συκῆ τις ἤνεγκεν ἐκ τοῦ ὄπισθεν τοῦ θρίου τὸν καρπὸν, haud dubie de *loco* & *ſitu* accipienda ſunt. Sequentia verba, αἱ δὲ ὅλως ἐκ τοῦ ἔνου &c. apud Plinium non magis, quam apud Theophr. leguntur: quae ne ipſa quidem carent difficultate. Si vera eſt ſcriptura αἱ δὲ; intelligi debebunt αἱ συκαῖ, *ficus arbores*; neſcio utrum *eaedem*, de quibus modo dixerat, cum ait ἄλλο γένος συκῆς; an *aliae.* Sententia poſtulare videtur, ut cum Dalech. & Villebr. de *eiſdem arboribus* haec dicta intelligamus; ſed tunc non convenit, quod verbum dein ἔχει ſequitur in *ſingulari* numero. Quare pro αἱ δὲ Villebr. ἀλλὰ δὲ legi voluit; quod nemini facile fecerit ſatis. Dale-

campius ἄμφω δὲ cogitaverat, ſic reddens, *& utrumque, non ex novello ac recenti germine, ſed ex annotino.* Cum iſtis ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ &c. conferenda quae leguntur apud Theophr. Hiſt. Plant. I. 23. ubi ait, ἐκ μὲν τῶν νέων (βλαστῶν φέρει τὸν καρπὸν) ἡ συκῆ: & paulo poſt, ἔτι δὲ καὶ ὁ ὀλυνθος ἐκπεττων καὶ σῦκα φέρων ἐξ ἔνων. Ubi cum equidem cum Dalecampio putaſſem, νέον βλαστὸν eſſe *recens germen huius anni*, ἔνον vero *anni ſuperioris*, monuit Bodaeus p. 68. νεὸν βλαστὸν vocari *germen ſuperiore aeſtate natum*; ἔνον vero, *quod annum exceſſit*, id eſt, quod anno natum ſit qui ſuperiorem aeſtatem praecedebat. Et ſic fere vinearum cultores germanico idiomate in palmitibus voces *iung holz* & *alt holz* memini uſurpare. Fuit cum ſuſpicarer, intercidiſſe apud Athenaeum nonnihil in hanc ſententiam: καὶ αἱ μὲν ἄλλαι συκαῖ ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ φέρουσι τὸν καρπὸν, αἱ δὲ &c. Sed ne ſic quidem apte cum his cohaererent ſequentia verba πρῶτον δὲ τοῦτο - - γλυκὺν ἔχει. Quibus in verbis quid promoveatur, ſi cum Geſnero & Caſaub. καρπὸν pro πρῶτον legamus, non video. Haud dubie tenendum πρῶτον, & ad τὸν ὄλυνθον referendum; ut *groſſus* opponatur *fico*, quemadmodum paulo poſt in illis, καὶ μείζων οὗτος πολὺ τῶν σύκων. Quod ſi inter τὸν ὄλυνθον ἐξώπισθεν & πρῶτον δὲ non interpoſita eſſent iſta verba αἱ δὲ ὅλως - - οὐκ ἐκ τοῦ νέου, aut ſi poſſent haec ipſa, αἱ δὲ ὅλως &c. (abſque ulla in verbis mutatione) *in parentheſi poſita* intelligi; facillimam emendationem explicationemque habitura eſſent haec de quibus nunc quaerimus: pro πρῶτον δὲ τοῦτο legeremus πρῶτον δὲ τοῦτον ſcil. τὸν ὄλυνθον, & in liquido forent omnia. Greſſus & nexus orationis foret huiuſmodi: Ἔστι ἄλλο γένος συκῆς, ὃ τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθεν φέρει τοῦ θρίου, τὸν δὲ ὄλυνθον ἐξόπισθεν· πρῶτον δὲ τοῦτον τῶν σύκων πέπονα - - ἔχει: id eſt, *& idem genus hunc* (groſſum) *ante ficos maturum habet.* Mox ὥσπερ τὸν παρ' ἡμῖν bene habet, & nil mutat optimus noſter *ms. A.* Quare ſi in *ms. B.* (i. e. in *Cod. Pariſ. Hermolai Barbari*) pro τὸν ſcribitur τὸ τῶν, mendoſum id eſt: fruaturque illo, qui id probavit, Villebrunius; cui nec reliquas emendationes hic ab illo propoſitas invidemus. — Caeterum magis fortaſſe in planum deduci hic locus poſſet, ſi, quid ſit quod ὄλυνθον dixerit Theophraſtus, planius conſtaret. Nec enim, ut Heſychius & Suidas (locis ſupra ad p. 76. e. adlatis) indicare viden-

f tur, *quaevis immatura ficus* ὄλυνθος dicitur: nam plerumque non matureſcunt οἱ ὄλυνθοι, interdum vero maturi fiunt & eſculenti. (Theophr. de Cauſſ. V. 1. p. 323. ſub med. & rurſus ſub fin.) *Nec*, ut Euſtathius videtur ſignificare, ὁ ὄλυνθος nil aliud eſt niſi *fructus caprifici arboris*: fructus enim caprifici arboris eſt τὸ ἐρινὸν, cum quo quidem hactenus confertur ὁ ὄλυνθος, & ipſe etiam interdum τὸ ἐρινὸν adpellatur, (velut apud Theophr. p. 323 extr.) quod ſit utplurimum acerbior, quam ficus: eadem vero ficus arbor tam σῦκα quam ὀλύνθους ferre poteſt: ſunt contra aliae συκαῖ arbores, quae non ficus, nil niſi ὀλύνθους ferunt. (Theophr. de Cauſſ. p. 323.) Quare quid differat ὄλυνθος, quem *groſſum* latine vocant, a *fico*, haud ſatis adparet: videndumque, ne in eo inſit differentia, quod *ficus* ἐκ τοῦ νέου βλαστοῦ naſcatur, *groſſus* vero ἐκ τοῦ ἔνου, quod ex Theophr. Hiſt. Plant. I. 23. collato ipſo hoc loco colligi videtur.

a Λαπύρια. καπύρια, non καπίρια, eſt in *ms. Ep.* idque verum fuerit. *Ibid.* In vulgatis olim, λευκόφια, μελανόφια, nil mutant libri. CASAUBONO tamen adſenſus ſum, ſcribenti: »Mendum nihilo minus ineſſe huic »ſcripturae cenſeo, & ſcribo λευκόφαια & μελανό»φαια. Pullus color inter album & nigrum eſt medius; »quae *pulli coloris* ſunt, ut ficus, prout *ad albedinem aut* »*nigredinem accedunt*, *leucophaea* dicuntur aut *melanophaea*, »id eſt, *albopulla*, & *nigropulla*. Doctis, qui λευκόφυα cor»rigunt, [hi quinam ſint, mihi incompertum:] acce»dere non poſſum.« — Vocabulum λευκόφαιον habes apud Polluc. VII. 129. & apud Plinium habes *leucophaeam acaciam*, & *leucophaeum pannum*. Vox χρηνεία deeſt in *ms. Ep.*

AD CAP. XIV.

Συκέαν ἕνα τινὰ τῶν Τιτάνων &c. Eadem adnotavit Steph. Byzant. in Συκαί. Magnam item huius Capitis partem ex Epitome repetiit Euſtath. ad Od. ω'. pag. 839. lin.
b 4 ſqq. *Ibid.* Συκέαν πόλιν. Συκὴ nomen illius ſcribitur apud Steph. ubi Συκῆ ſaltem oportebat. Nec vero idcirco neceſſe eſt, ut apud Noſtrum Συκῆν pro Συκέαν ſcribamus, ut voluerat SEVIN in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcript.* T. III. pag. 137 ſq.

'Ορέαν. Nil mutant libri: nec vero nota ulla arbor il- b
lius nominis. *Oxyam* in verſione poſuit Dalech. id eſt, *ornum:* in ora vero *fagum* ſcripſit. ῥοιὰν, i. e. *malum Punicam*, *malogranatum*, Bodaeus maluit, ad Theophr. p. 381.

Ibid. Pro Πτελέαν, mendoſe codex noſter uterque πεταλίαν habet. Correxit Venetus editor.

τὸν Ἱππώνακτα. Vide infra ad lit. f. ubi de *Ananio.*

Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων &c. Conf. Bod. ad Theophr. p. 380. c

Ibid. εὕρημα ex ed. Baſ. in ed. Caſ. tranſierat. εὕρεμα bene ſcriptum in ed. Ven. & in *ms. Ep.* Puto etiam in *A.* Sic II. 55. a. & b. III. 75. b. Apud Euſtathium quidem, hunc locum ob oculos habentem, εὕρημα editur. *Ibid.* Συκιτὴν. Συκίτην ſcribe. Sic *ms. Ep.* & Euſtath. ut ſuaſerat Alberti ad Heſych. in Συκεατής.

Ἀνδρίσκος. »ANDRISCUS ſcripſerat *Naxiaca*, cuius hi- »ſtoriae meminit Parthenius cap. 9. & 19.« CASAUB. *Ibid.* Ad vulgatum olim Ἀγασθένης nihil ex *ms. A.* adnotatur: in *ms. Ep.* autem omiſſum utriuſque auctoris nomen. Haud dubie vero Ἀγλαοσθένης fuit corrigendum: de quo ſcriptore, praeter Voſſium de Hiſtoricis Graec. lib. III. pag. 318. videndus Thomas Gale in Notis ad Parthen. p. 125. & Hemſterhuſ. ad Polluc. IX. 83. & in Addendis ad Polluc. p. 1064. *Ibid.* Μειλίχιον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον. Conſentit codex uterque & Euſtath. l. c. Sic & mox rurſus in Μειλιχίου, & in eius nominis veriverbio. Quare nil opus erat, ut Bodaeus ad Theophr. p. 380. ex Suida & Zenobio Μόρυχος corrigendum cenſeret. Utrumque Baccho cognomen eſſe potuit.

AD CAP. XV.

Ἡρόδοτος ὁ Λύκιος. Conſentiunt mssti. Conf. not. ad p. d
75. f. *Ibid.* εὐτραφῆ τε λέγων γίνεσθαι. Ex *ms. A.* nil notatum, niſi γίνεσθαι, pro γίγν. quod erat in edd. Breviter & bene Epitome: Ἡρόδοτος γοῦν ὁ Λύκιος εὐτραφῆ λέγει γίνεσθαι. *Ibid.* ἐν τῷ χυλῷ τῶν σύκων εἰ διατρέφοιτο. Videtur ἐν perperam ex litera ν, in quam deſinit vox praecedens παιδίων, adhaeſiſſe. Epitome quidem eam voculam recte ignorat.

Φερεκράτης δὲ. Particulam, quae deerat editis, dedere *mssti A.* & *Ep.* Et *ms. Ep.* quidem etiam καὶ Φερεκρ. δὲ. *Ibid.* ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς Πέρσας. » De auctore eius fabu-

d »lae dubitatum fuiſſe a veteribus Criticis, palam facit »Athenaeus; qui tamen alibi non ſemel *Pherecrati* eam tri»buit, ſicut etiam Ariſtophanis vetus interpres aliquam»multis locis: & Pollux lib. VII. c. 2. [ſect. 15.] Φερε»κράτης ἐν Πέρσαις. Ad Ranas vero Comici [vſ. 365.] »Scholiaſtes dubitationem ſuam prodit ſatis, laudans ſine »nomine τοὺς ποιήσαντας τοὺς Φερεκράτους Πέρσας.« CASAUB.

Ἦν δ' ἡμῶν σῦκόν τις &c. Metrum expeditu haud ſane facile. In edd. primus verſus ab Ἦν δ' ἡμῶν uſque νέον ποτὲ excurrebat; ubi poſteriora verba, διὰ χρόνου νέον ποτὲ, ſpeciem habebant poſterioris hemiſtychii tetrametri trochaici; ſed non conveniebat prius hemiſtychium. Tentavi iambos, qui ne ipſi quidem bene procedunt; &, utcumque tranſponas verba, manebit ſaltem ſecundus verſus σκαζων, ob ſpondeum τοὐτῳ in fine. *Verſ.* 2. τῷ ὀφθαλμῷ erat editum, & dein περιμάττομέν γε τοῦτο. Ubi τοῦτο quidem tenet ms. uterque, γε vero uterque ignorat: tum τὠφθαλμῷ *ms. Ep.* (ſic, in fine certe cum circumfl. & iota ſubſcripto:) ſed τὼ ὀφθαλμὼ in accuſ. dual. & dein τούτῳ ſcribendum recte monuit CASAUB. & τὼ φθαλμὼ habet *ms. A.* Verbum περιμάττειν ad luſtrationis vel expiationis caerimoniam pertinere, docuit idem CASAUB. ad Theophr. Charact. pag. 304. tum hoc loco monuit: »germanum ei ſuperſtitioni, de qua hic agi»tur, morem ex Zoroaſtre doceri in Geoponic. lib. XI. »[c. 18.] Spondebat ille Magus, oculos integro anno illi »non dolituros, qui conſpectae primum roſae tribus ca»lycellis eos terſiſſet. Ζωροάστρης λέγει, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕνα »μὴ ἀλγεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐν πρώτοις ἰδόντα ἐπὶ τοῦ »φυτοῦ (de *roſa* loquitur) μεμυκυίας κάλυκας, καὶ τρι»σὶν ἐξ αὐτῶν ἀπομαξάμενον τὰ ὄμματα.«

e Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἱστορ. Lib. I. cap. 71. *Ibid.* Ὦ βασιλεῦ. Deeſt Ὦ *ms. A.* & *ed. Ven.* Adiecit editor Baſ. *Ibid.* παρασκευάζῃ. Sic editi omnes. παρασκευάζε *ms. A.* ex παρασκευάζεαι decurtatum, quod eſt apud Herodot. *Ibid.* σιτέονται δ' οὐχ. Coniunctio deeſt ed. Ven. & Baſ. Adiecta a Caſaub. ex Herod. In *ms. A.* eſt τ' οὐχ. *Ibid.* οὐκ οἴνῳ νὴ Δία χρέονται. Sic recte *ms. A.* unde corrigendum quod apud Herodotum editur οὐκ οἴνῳ διαχρέονται. Apud Noſtrum νὴ Δί' οὐκ οἴνῳ edebatur. *Ibid.* οὐ σῦκα ἔχουσι. οὐ σῦκα δὲ ἔχ. apud Herodot. Iſta omnia quae

ex Herodoto adfert Athenaeus, ſic contraxit Epitomator: e
Ὁ δὲ θαυμασιώτατος καὶ μελίγηρυς Ἡρόδοτος, χώραν φέγων ἐν α'. Ἱστοριῶν, οὔτε οἶνον ἔχειν αὐτήν φησι, οὐ σύκα, [ſic conſtanter ille, ut iam dixi, σύκα & σῦκον penacute] οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθόν. Quae indidem repetiit Euſtathius, (ad Od. ω'. pag. 839, 10 ſq.) non ipſe ex Herodoto excerpſit.

Πολύβιος δ' ὁ Μεγαλ. ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν. Non ex *duodecimo*, ſed e *ſexto decimo* POLYBII *libro* deſumta eſſe quae hic adferuntur, Valeſius cenſuerat. Vide noſtrum Polyb. XVII. 24, 9. & ad eum locum notata.

Ἀνάνιος δ' ὁ Ἰαμβοποιός. » ANANII, quem *Iambopoeum* f
» auctor vocat, qui proferuntur verſus, non ſunt *iambici*, » ſed Hipponactei ſcazontes: iambicis tamen potiſſimum » claruiſſe, cognomen declarat. Ariſtophanes in Ranis & » eius Schoiiaſtes, hos illius tres iambos nobis ſervarunt: »Ἀπολλον, ὃς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις, &c.« CASAUB. — At *Hipponactei* verſus ſunt etiam ipſi toti *iambici*, niſi quod ultimum pedem pro iambo ſpondeum aut trochaeum habent; unde σκάζοντες & χωλίαμβοι vocantur, id eſt, *claudicantes iambi*: quorum inventores *Ananius* & *Hipponax* perhibentur, ut ex Hephaeſt. & Tzetze docuit Fabric. Bibl. Gr. T. I. pag. 570. num. XIII. Sic ille Hipponactis verſus, ſupra lit. c. citatus, Συκῆν μέλαιναν &c. pariter ſcazon vel choliambus eſt: eiuſdem vero Hipponactis choliambos, qui IX. 370. b. adferuntur, nude *iambos* vocat Noſter. Hi autem verſus, quos nunc ANANIO Athenaeus tribuit, iidem HIPPONACTI tribuuntur vulgo apud Stobaeum, Serm. XCV. de Comparatione Paupert. & Divitiarum: (cf. Schol. ad Ariſtoph. Ran. 674.) ſed in optimo Stobaei cod. ms. Pariſ. quem olim Brunckius noſter in omnibus locis quae e Poëtis adducta ſunt, diligenter cum Grotii Florilegio contulit, non adiectum eſt auctoris nomen: quare Grotius, Athenaeum ſequens, *Ananio* tribuit, in Floril. pag. 390 ſq. In Epitome & nomen & verſus deſunt.

In ANANII *verſ.* 1. Εἴ τις καθεῖρξαι. Sic recte noſter *ms. A.* In fine *eiuſd. verſ.* teneri fortaſſe poterat πολὺν ex eodem *ms. A.* & vulgata apud Stobaeum ſcriptura: nec enim opus eſt ut in carmine ſcazontico omnes verſus ſint ſcazontes. Sic quidem IX. 370. b. poſt duos ſcazontas ſequitur tertius legitimus iambicus, in φαρμάκου

f desinens: quare ut ille in pedem iambicum, sic hic, de quo quaerimus, in pyrrichium desinere poterat. Unde πολλὸν arripuerit primus Athenaei editor, nescio: tenui tamen, ut ionicum; quoniam & vs. 3. ionica particula κε occurrit. Apud Stobaeum quidem πουλὺν ex msto adscivit Grotius, quae est forma & Ionibus & Atticis poëtis usitata. *Vers.* 3. γνοίη. Bene γνώῃ Stob. *Ibid.* χ ὅσῳ τὰ σῦκα. Sic recte *ms. A.* cum edd. χ' ex ionico κε pro ἄν. Corruptissime apud Stobaeum σχάσοντας σῦκα editur; quod in γ' ὅσον τὰ σῦκα mutavit Grot. cum Salmas. sed in χ' ὅσῳ consentit ms. Stob. *Ibid.* κρέσσω. κρείσσω Stob. ed. & ms. Br. κρέσσον Grot.

AD CAP. XVI.

a συκολογήσαντος. Vide I. 23. a. & ibi not. & Supplem. Notar. ad pag. 40. f. *Ibid.* Φιλότιμος ἐν τῷ τρίτῳ. Sic edd. Sed in *ms. A.* est Φυλότιμος ἐν Γ περὶ Τροφῆς Vide inf. ad pag. 81. f. *Ibid.* τὰ ἁπαλὰ σῦκα, sunt *fici recentes*, quibus opponuntur τὰ ξηρὰ pag. 80. b. c. Paulo post, τὰ ὑγρὰ videntur eaedem dici atque τὰ ἁπαλά. *Ibid.* δυνάμεις δ' ἔχει τῶν ὑγρῶν. Conf. pag. 81. a.

b *Ibid.* ὑπονιτρώδεις τε. Non aliter in suo exemplo legerat Epitomator, qui καὶ ὑπονιτρώδεις scripsit. Idem, praetermisso huius capitis exordio, disputationem hanc ab illis verbis incepit, καὶ κατεργάζεται μᾶλλον τῆς ὀπώρας: quae quidem in hoc modum immutavit, Εἰσὶ δ' εὐκατεργαστότερα τῆς ἄλλης ὀπώρας &c. denique vero in fine capitis ista adiecit: Ταῦτα συκολογεῖ Φιλότιμος ἐν τῷ περὶ Τροφῆς.

ἀναδίδωσι μεθ' ἁλῶν ἐπιγινόμενα. In ἐπιπινόμενα cum edd. haud dubie h. l. consentit *ms. Ep.* Ex *ms. A.* enotatum est ἐπιπινόμενος, notandum ob literas ος cum α confusas, caeterum in ἐπιπιν. conveniens. Quo pertinet CASAUBONI animadversio: » Quia soliti veteres ficos » *avidissime comedere*, usus est auctor in ea re verbis ἐπι» πίνειν & καταπίνειν, cum ait, *succum salsum acrimonia* » *mixtum generare* μεθ' ἁλῶν ἐπιπινόμενα, & paulo post »[lit. d.] καταπίνομεν αὐτὰ ταχέως οὐ λεάναντες.« — Ego vero bene gnarus verbum καταπίνειν de *cibis* non minus, ac fere etiam frequentius, quam de *potu* usurpari, pro eo quod est *deglutire, devorare;* tamen ἐπιπίνειν

non puto eodem modo usurpari. Hoc quidem verbum in b
fra X. 438. d. non aliter nisi de *potu* accipi potest, denotatque *rursus bibere*, vel *post* (*coenam*) *bibere*, *potare*, *potui indulgere*: similiter I. 17. e. si vera ibi scriptura, commode Casaubonus interpretatus est *poscere maioribus poculis finitâ coenâ*. Nec tamen h. l. ausus essem verbum in ipso contextu contra librorum consensum mutare; nisi paulo inferius, (lit. d. sub finem cap.) ubi ad verba hic posita manifeste respicitur, in ipsum id, quod hoc loco posui, libri omnes consentirent; ubi ait, ἁλυκώτερον δὲ ποιήσει ἢ ῥιμμὺν (scil. τὸν χυλὸν) ἐκ τῶν ἐπιγινομένων, id est, *ex his quae ad illa accedunt, quae illis adiiciuntur.* Sed hoc quidem loco illud utique incommode factum, quod τὰ σῦκα dicantur ἐπιγινόμενα, cum alia potius, quae veluti condimenta adiiciuntur, ἐπιγινόμενα dici debuissent: quare videndum ne aliud quid hic lateat. Commode κατα-πινόμενα coniectaverat Pursanus, quod etiam in animo habuisse Dalecampius videtur, cum *devoratas* latine reddidit. ἐπιπιλωμένα Villebr. proposuit, puto ἐπιπε-πιλωμένα aut ἐπιπιλούμενα cogitans, id est, *conspipatae.*

διαλύεται μὲν οὖν ταχέως· διότι πολλῶν καὶ μεγάλων ὄγκων εἰσενεχθέντων, μετὰ μικρὸν χρόνον λαγαροὶ γινόμεθα καθ' ὑπερβολήν. Cum perperam ista accepisset Dalecampius, haec monuit ad hunc locum Casaubonus: »Sen-»tentia auctoris est: *ficus in ventriculo dissolvi facile*, hoc »est, σῦκα esse εὔπεπτα; *id ex eo constare, quod, postquam* »*illarum multas & magnas moles in ventriculum coniecimus,* »*non multo post simus* λαγαροὶ, id est, *liberi ab impedimento* »*ventriculi & laxi; quod evenire non posset, si manerent in-*»*digestae ficus.* Apud philosophos & medicos multis diver-»sisque modis vox ὄγκος accipitur; quod fuse probamus »alibi, [nescio ubi:] plurimis Theophrasti, Galeni, & »aliorum id genus magnorum scriptorum locis illustratis. »Interdum ὄγκος est *cibus in stomachum admissus, qui sua* »*mole illum impedit, si maiori copia sit sumtus.* Galenus »Τγιεινῶν libro VI. in ταχυπεψίας curatione, ὄγκους ἐδεσ-»μάτων ὀλιγοτρόφους ἐδίδουν: intelligit *cibos, qui mole im-*»*plerent ventriculum, non multum tamen alerent.* Catalogum »ὄγκων ἀτρόφων ex Erasistrato habes in libro Galeni de »Missione Sanguinis contra Erasistrateos: in eo albo po-»nuntur & caricae. Simon Sethi de anetho, διαφορητι-»κόν ἐστι, καὶ ὠμῶν ὄγκων πεπτικόν: id est, *crudos in ven-*

b »*triculo cibos concoquit.* Libro ſecundo [II. 67. e.] dictum »eſt de aceto, καὶ τὰ ἐν κοιλίᾳ τὰ ἐν τῷ ὄγκῳ διαλύει: »verba ſunt Heraclidae Tarentini, qui novo loquendi »genere ſic expreſſit illa, *quae ſua mole ſtomachum* (abu»tar ea voce cum multis) *habent impeditum.*« [Ibi τὸν ὄγκον equidem cum Dalecampio *tumorem* intellexeram: re»cte-ne, an ſecus, viderint artis periti.] »Libro IX. [p. »402. d.] dicuntur Athenaeo *ſucci e carnibus caprinis* πολὺν »χρόνον ὑπομένειν ἐν τοῖς ὄγκοις: hîc ὄγκος aliter accipi»tur, pro *corporis mole*, id eſt, *corpore ipſo*, & ea quam »ἕξιν vocat alibi, ut diximus libro I. cap. XX. [p. 26. b. »De *mole corporis* rurſus occurrit XII. 550. c.] A priore »ſignificatione dicuntur cibi εὔογκοι, *qui non diſtendunt ven»triculum, nec male habent.* [malim, *qui non gravant ven»triculum.*] Libro VIII. [p. 357. f.] ait auctor, *piſces ſa»xatiles* eſſe εὐόγκους, καὶ πέπτεσθαι ταχέως. Etiam de »perſonis εὔογκος dicitur. Euripides Bellerophonte: [apud »Stobaeum; vide Muſgr. Fragm. Eurip. p. 555. n. 17.]

»εὔογκος εἶναι γαστρὶ μὴ πλημμελῆ.

»hoc eſt, ut paulo poſt loquitur Athenaeus, ἀλύπως διά»γειν καὶ οὐδὲν ἐνοχλεῖσθαι. Hoc ipſum verbo λαγαρὸς »declaratur ab auctore: eo utimur in ſignificanda re *laxa*, »*non aſtricta, non plena & farta.* Sic λαγαρὸς & εὐρυκοίλιος »apud Hippocratem iunguntur: contra apud Themiſtium »[cf. H. Steph. Ind. Theſ.] λαγαρὸς & μεστὸς opponun»tur; & Oratione IV. eiuſdem, βρόχοι λαγαροὶ καὶ ἀσθε»νεῖς, *compedes laxae & quibus facile eſt ſe exuere.* Athen. »lib. VIII. [p. 363. a.] λάπτειν, ἐκπέπτειν τὴν τροφὴν, »καὶ κενούμενον λαγαρὸν γίνεσθαι. Si quis putaverit, de»ſiderari hîc aliquid, [hoc loco, in quo verſamur] ut »ſit plena ſententia, ei licet per me ita ſcribere, διαλύεται »μὲν οὖν ταχέως· δῆλον δὲ διότι πολλῶν καὶ μεγ.« — Nil opus eſt adiectis verbis δῆλον δὲ, quae ſubintelligenda omittere conſuevit is auctor, e quo haec ſumta: ſic rurſus paulo poſt, οὐ μόνον ὅτι &c. ubi pariter ὅτι non cauſam explicat cur res ita ſit; ſed demonſtrat, ita eſſe, & rationem profert e qua intelligatur rem ita ſe habere. Sic & deinde, ac rurſus p. 81. d. e. Quia tamen paulo inſolentior haec loquendi forma poterat videri, mutavit eam nonnumquam Epitomator; veluti mox pro illis verbis οὐ μόνον ὅτι πολλαπλ. ſic ſcripſit paulo commodius, πολλαπλάσιον γοῦν.

μὴ ταχὺ διαλυομένων τῶν σύκων. » Pro τῶν σύκων, b
» habent omnes mss. τῶν σωμάτων, quod idem eſt: nam
» σώματα vocat quos mox ὄγκους dixit. « CASAUB. — Id
mihi quidem non ferendum viſum erat. Miror vero, ſi
in Hoeſcheliano codice Epitomes etiam σωμάτων reperit
Caſaub. Noſter quidem *ms. Ep.* perſpicue τῶν σύκων habet.

Κατεργάζεται δὲ μᾶλλον τῆς ἄλλης. Adiectam h. l. mal- c
les vocem ὀπώρας, quae aliquanto poſt demum ſequitur.
Sed in vulgatum conſentiunt libri: & referuntur haec ad
paulo ſuperius dicta, ubi adiectum id nomen. *Ibid.* οὐθὲν
ἐνοχλούμεθα. Sic *ms. A.* οὐδὲν edd. *Ibid.* Pro πέπτε-
ται, ſcribe πέττεται cum msstis, ut alibi.

ἄνευ στρόφων. Perperam ἀνευ τροφῶν *ms. Ep.* *Ibid.* ἐκ d
τῶν ἐπιγινομένων. » Suadent veteres Medici in quorundam
» morborum curatione, ut fici non ſolae comedantur, ſed
» cum aliis: puta, ſi quis oppilatione laboret, cum thy-
» mo, thymbra, calamintha, origano, pipere, aut zingi-
» bere. Haec ſunt quae ἐπιγινόμενα vocat auctor, quaſi
» *adſcititia*: niſi legendum ἐπιπινόμενα, quoniam ita
» paulo ante in eadem ſententia ſcriptum eſt. « CASAUB.
— Vide ſupra ad lit. b. notata.

AD CAP. XVII.

Πότερον -- θερμὸν ὕδωρ. *Calidam aquam;* intellige cum e
vino: quare & deinde τοῦ ἀκράτου meminit.

εἰς λεπτομερεῖς τόμους ἄγει. Ad vulgatum τόπους f
nihil ex *ms. A.* notatum. Perſpicuum vero videtur, τό-
μους debuiſſe corrigi; ut praeeunte Dalech. monuit Ca-
ſaub. At inveteratum eſt vitium; ac neſcio quid ſit quod
in ſingulari εἰς λεπτομερῆ τόπον ἄγει ſcribitur in *Epit.*

ἀθρουστέρῳ. ἀθρούστερον *ms. Ep.* a

AD CAP. XVIII.

Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις. Eius verba prolata ſunt
p. 75. b. *Ibid.* Ἀριστοφάνης δ' ἐν Προαγῶνι. » Verum no-
» men unius fabularum Ariſtophanis, Προαγών. Meminit
» Iulius Pollux lib. IX. cap. 10. « CASAUB. — Meminit
vero item Noſter ſaepe aliàs. Vide Brunck Fragm. Ariſt.
p. 263. *Ibid.* EUBULI verſiculos Excerptis ſuis inſeruit

b Grotius, pag. 869. De *Nicophonte* Comico vide Caſaub. ad III. 126. e. Pro Σειρῆσι eſt Σίρησι in *ms. A.*

AD CAP. XIX.

In DIPHILI *Siphnii* verbis mirum videri poſſit, eumdem cibum & εὐέκκριτον dici & ἐπιπολαστικόν: niſi forte ἐπιπολαστικὸν nunc eo pertinet, quo p. 79. d. ἀλλοιοῦται δ' οὐ λίαν, & ibid. f. τὰ σῦκα οὐκ ἀστείως διατιθησι τὸν στόμαχον &c. Sic quidem & III. 115. e. idem cibus & εὐέκκριτος & κακοστόμαχος. *Ibid.* εὐοικονομητότερα recte dedit codex uterque. Sic δυσοικονόμητος II. 70. a. 71. e. III. 115. e. Perperam h. l. εὐοικονομικώτερα edd.

c τὰ δ' ἐν τῇ ἀκμῇ τῶν ὡρῶν. » ἀκμὴ ὡρῶν eſt *plena & fer-* » *ventiſſima aeſtas.* Sic ὡραῖον mel, Plinius vertit *aeſtivum;* » & apud Galenum, quarto in Epidem. commentario, ὥρα » ſignificat *aeſtatem* per excellentiam: ὥραῖον δὲ (inquit) » ἐγχωρεῖ μὲν καὶ τὸ κατὰ τὴν προσήκουσαν ὥραν γινόμε- » νον, ὡς ἐπαινοῦντα λέγειν αὐτόν· ἐγχωρεῖ δὲ καὶ μόνον » ὀνομάζειν τὸ κατὰ τὸ μέσον θέρος. Ita etiam interpretare

d » mox, μήτε κατεξηραμμένους λίαν ὑπὸ τῆς ὥρας ἔξει: » *quorum ſucci non ſint aeſtatis fervore exhauſti.* « CASAUB. — Conf. Foeſii Oecon. Hippocr. voce Ὥρα.

Ibid. μῆλα Δελφικά. conf. mox lit. e. initio cap. ſq. Paulo ſuperius, recte κακοχυλότερα dedit *ms. A.* ubi κακοχυλώτερα erat editum. Dein ſatis erat δεῖ φυλάττειν τὸν καιρὸν, quod eſt in eodem *ms. A.* & in ed. Ven. & Baſ. Nec incommode vero (tacite quidem) παραφυλάττειν edidit Caſaub. ex Epitome: ſic quidem noſter *ms. Ep.*

Δημήτριος - - - τοῦ Τρωϊκοῦ Διακόσμου. *Troiani Adparatus* in verſione poſui, Dalecampium ſecutus. Rectius fuerit, *Ordinationis Troianarum copiarum*, ut monuit Caſaub. De illo Demetrii ſcripto in Indice Auctorum dicetur.

Ἡγησιάνακτα γοῦν. Sic recte codex uterque. οὖν edd. *Ibid.* κατ' ἀρχὰς ὄντα ταπείνηχον. Quod communi quidem conſenſu habent libri, ὄντα πένητα, h. e. *cum pauper eſſet*, nullo modo ferendum putavi. Quid enim quaeſo *paupertas* facit ad *vocem*, aut quid ea impedire hominem poſſet, quo minus vel *bonus* fieri *fabularum ſcenicarum actor* vel *commodâ voce* uti poſſet. Deſiderabatur omnino vocabulum ſignificationis contrariae illi εὔηχον: id equidem cum in ταπείνηχον reperiſſe mihi viſus eſſem,

temperare mihi quin id ipsum hîc ponerem non potui. *τα-* d
πεινὸν φθέγγεσθαι, de *humili, demisso, exili vocis sono*, cum alibi, tum apud Lucian. in Nigrin. cap. XI. reperies. Ex ὄντα ταπείνηχον in ὄντα πέντα aberrasse veterem aliquem librarium, e cuius exemplo uterque noster codex derivatus esset, mihi persuaseram. Si quid commodius certiusque aliquis obtulerit, lubens accipiam. *Ficos voci contrarias* existimari, Plinius etiam adnotavit, XXIII. 7, 63. *Ibid.* Pro ὑποκριτικὸν, *ms. Ep.* ὑποκριτὴν habet; nec vero idcirco istud solicitandum: ὑποκριτὴς est *actor fabularum*; ὑποκριτικὸς, *idoneus ad fabulas agendas*; *commodus, solers actor.*

In *priore Proverbio de Ficis* nil opus erat, ut ἰχθῦν, e circumflexo accentu Casaubonus ederet: sic tamen in *ms. Ep.* scriptum hîc video, ut saepe etiam aliàs. Nec male vero ἰχθὺν expressum erat in ed. Ven. & Bas. *Ibidem* vero perperam ὄσπρεον habebant edd. omnes; ubi recte ὄσπριον mssti.

In *altero Proverbio*, perperam φιλορνίθεσι erat in ed. Ven. & Bas. quod correxit Casaub. Sed *coniunctionem post* φυτεύειν, quam dedit uterque noster codex, ignorabant editi omnes; qui nec distinxerunt orationem post ὀρνίθεσσι. Commodior haud paulo librorum nostrorum scriptura. Proverbium istud retulit Erasmus, in capite de Luxu & Mollitie tit. *Ficus avibus gratae.*

AD CAP. XX.

Μνησίθεος - - μῆλα Δελφικά. Vide cap. superiori, lit. c. d. *Ibid.* κακόχυλα εἶναι. Sic codex uterque. κακόχυμα edd. *Ibid.* εὐχυλότερα μὲν recte *ms. A.* & ed. Ven. & Bas. εὐχυλώτερα ed. Cas. cum *ms. Ep.* qui in hac regione aliquoties ω longum ponit in illa voce, cum aliàs veram tenere soleat scripturam.

κακοχυλότερα *ms. A.* κακοχυλώτερα *ms. Ep.* κακο- f
χυμότερα ed. Ven. & Bas. κακοχυμώτερα ed. Cas. *Ibid.* στατικώτερα restitui ex ed. Ven. & Bas. quibus recte adsentiuntur *mss. A.* & *Ep.* eamdemque scripturam etiam ex *ms. B.* adnotavit Brunck. Praeter rationem σταλτικώτερα edidit Casaubonus; quod, ne casu factum putes, ipsius etiam docti viri manu sic superscriptum alteri scripturae vidi in exemplo editionis Bas. quo is olim usus est. στατικὸν scil. τῆς κοιλίας, est quod habet vim τοῦ ἱστάναι

f τὴν κοιλίαν, i. e. *alvum ſiſtendi.* vide II. 56. b. 71. e. III. 115. e Apud Dioſcor. quidem I. 136. (al. 162.) ubi de malis Epiroticis agitur, κοιλίας σταλτικὰ editum video: inde ſuum σταλτικωτ. petiiſſe Caſaubonus videtur. *Ibid.* In verbis προσλαμβάνοντα δὲ εὐστομεῖν nil mutat, quod ſciam, *ms. A.* Omiſit vero illa ipſa Epitomator. Paulo poſt deerant in ed. Ven. & Baſ. verba iſta, εἶναι δὲ αὐτῶν -- εὐχυλότερα, tacite adiecta a Caſaubono, qui ea & in Excerptis Italicis (nam & ex Aegiano libro adnotata a Caſauboni manu video) & in Epitome repererat. Pro κακοχυλώτερα vero & εὐχυλώτερα, quae ſunt in ed. Caſ. & in *ms. Ep.*, meliorem ſcripturam per o breve ex *ms. A.* recepi.

τὰ δὲ καλούμενα ὀρβικλάτα. ὀρβικάτα, & deinde (p. 81. a.) ὀρβικάτοις habent edd. & in *ms. Ep.* priore loco pariter ὀρβικάτα perſpicue ſcriptum, (alterum quidem locum omiſit Epitomator;) utrobique vero cum edd. conſentit *ms. A.* niſi quod hic ὀρβικᾶτα cum circumflexo ſcribit. Quo magis miror, Brunckium utrobique adſcripſiſſe, ὀρβικλάτα & ὀρβικλάτοις eſſe *in cod. Pariſ. B.* Suſpicor, Hermolaum Barbarum, qui illum ſcripſit codicem, cum *orbiculata mala* ex Plin. XV. 14, 15. & XXIII. 6, 55. itemque ex Dioſcorid. I. 136. (al. 162.) cognita haberet, conſulto ὀρβικλάτα correxiſſe (conf. eiuſdem Hermolai Barbari Corollaria ad Dioſcorid. lib. I. num. 169. & 172.) Quidquid ſit, ſicuti, pro latinorum *Lentulus*, Λέντλος Graeci dicere amabant, & Βίβλος pro *Bibulus*, aliaque ſimilia, omiſſa vocali *u* brevi, eâdem ratione latina vox *orbiculata* Graece ὀρβικλάτα rectius, quam ὀρβικάτα, efferebatur; quamquam Dioſcorides, omnia latini vocabuli elementa expreſſurus, ὀρβικουλάτα ſcripſit, ſi editis libris fides. At illa etiam gravior h. l. dubitatio nobis iniicitur: ſi, quod dixerat Athenaeus II. 51. a. *ſub Lyſimacho, Alexandri M. ſucceſſore, vixit Diphilus Siphnius*, unde ei hoc *latinum* nomen *orbiculata?* Dicemus-ne, alio nomine, Ἠπειρωτικὰ, uſum eſſe Diphilum, eique ab Athenaeo latinum nomen ipſius aetate uſitatum, *orbiculata*, eſſe ſubſtitutum? Vide Dioſc. l. c.

a τὰ δὲ σητάνια λεγόμενα. *Setania mala* ſunt *meſpilorum* genus maius. Vide Plin. XV. 22, 22. & XXIII. 7, 73. auctoreſque ab Harduino ad Plin. laudatos. *Ibid.* προσέτε δὲ πλατάνια. Hoc nomen an apud alium quoque au-

ctorem occurrat, mihi non liquet. In ſcriptura nil mutant noſtri libri. Opportune vero cummaxime a CORAYO noſtro adnotatum video: »Haec Galenus πλατανίστινα »appellat, de Aliment. Facult. L. II. T. IV. p. 325 extr. »rationemque nominis addit: ἐπειδὴ παραπλήσιά πως »ἐστὶ γευόμενα τοῖς ἁπαλοῖς φύλλοις τῶν πλατάνων.« a

ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Μορδίῳ λεγομένῃ. »Olim Μορδίειον »fuiſſe dictam illam *Apolloniam*, auctor Stephanus: ac for»taſſe ita etiam hìc ſcribendum.« CASAUB. — Eſt *Apollonia Piſidiae*, inter plurima cognomina oppida ſeptimo decimo loco a Stephano Byz. nominata: is autem non Μορδίειον ἐπιθετικῶς olim adpellatam tradit, ſed proprio nomine Μορδιαῖον dictam. Apud Athen. nil mutat *ms. A.* In Epitome vero deeſt tota iſta ῥῆσις. *Ibid.* ἀναλογεῖ δὲ τοῖς ὀρβικλάτοις. ἀναλογεῖται τοῖς ὀρβ. edd. vett. cum *ms. A.* perperam haud dubie: deſiderabatur utique coniunctio; tum vero verbum in activo uſurpatum recte vidimus pag. 80. c. Quare bene Caſaubonus ἀναλογεῖ δὲ edidit, quod iam olim in ſuo libro ille ſic correxerat, ſive ſua de coniectura, ſive in alio libro id adnotatum invenerat: nec vero in Animadverſionibus quidquam ad hunc locum monuit.

ὧν ἔνια στρουθία λέγεται. *Scribe* ὧν ἔνια καὶ στρ. cum libris omnibus edd. & mssis: operarum errore omiſſa in noſtro contextu illa particula. στρουθία (ſic) conſtanter fere ſcribitur in utroque noſtrorum codicum; ſemel aliquanto poſt (lit. d.) στρουθεῖα in *ms. A.* Pariter vero στρουθία editum apud Dioſcor. video, & apud Heſych. in Κυδώμαλον: ſic & apud Galenum, cuius haec verba citavit Bod. ad Theophraſt. pag. 341. τῶν κυδωνίων μήλων τὰ μείζω τε καὶ ἧττον στρυφνὰ, ἃ στρουθία καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες. στρούθειον habes in Analect. Br. T. II. pag. 171. num. 8. Videntur *ſtruthia* vel *ſtruthea*, (ut poſt alios etiam Villebr. adnotavit) ea eſſe, quae apud nos *cottonea pyra* dicuntur; a quibus cum diſtinguuntur τὰ κυδώνια, ſunt haec quae ſtrictiori ſenſu *cottonea mala* vel *poma* vocare ſolemus.

ἄριστα τῶν ἀκροδρύων. Vide Animadv. ad II. 52. a. *Ibid.* φαύλια. φαυλία eſt *olivae* nomen, de quo II. 67. b. quo pertinet Heſychii gloſſa: φαυλία, εἶδος ἐλαίας. Sed Φαύλια, προπαροξυτόνως, apud eumdem ſunt μῆλα τὰ με-

a γάλα. Sic & Pollux VI. 47. καὶ φαύλια δὲ, μῆλά τινα ἀνόμαζον. Eamdem ſcripturae diſtinctionem Etymologus obſervavit. Quare mendoſum putavi, quod φαυλία editum h. l. erat. In *ms. A.* nullo accentu notatum hoc vocabulum: in *ms. Ep.* prorſus abſunt iſta verba. Quaenam vero ſic adpellentur mala, ad p. 82. b. videbimus.

Φιλότιμος δ' ἐν τῷ τρίτῳ καὶ δεκάτῳ περὶ Τροφῆς. De PHILOTIMO Medico vide Fabric. Bibl. Gr. T. XIII. p. 369. ubi nomen viri, pluribus auctoribus memoratum, non aliter ſcriptum exhibetur, atque hîc & alibi apud Athenaeum editur. Sic quidem etiam in *ms. Ep.* ſcribitur p. 79. a. ſed cum hic, tum p. 82. f. uterque codex ΦΙΛΟΤΙΜΟΣ praefert; & eodem modo ſcribitur in *ms. Ep.* II. 53. f. tum in *ms. A.* III. 79. a. & VII. 308. f. Quare vide, ne vera ſit haec ſcriptura. *Numerus libri* in ed. Ven. ſic erat expreſſus, ἐν τῷ τρίτῳ ἢ δεκάτῳ. Pariter in *ms. A.* eſt ἐν Γ ἢ ι. ſed in in ed. Baſ. & Caſ. pro ἢ eſt καὶ, quod habent omnes p. 82. f. (In *Epit.* numerus libri cum titulo omiſſus: qui adeo codex in talibus numquam invocari teſtis poteſt.) Supra vero, pag. 79. a. ubi ex eodem (ut videtur) libro adferebatur locus, *denarius* numerus non erat adiectus.

b Τὰ μῆλα - - ἐαρινά. *Mala verna*, Plin. XXIII. 6, 54. τὰ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα, i. e. *quae vere matureſcunt*, Dioſcor. ab Harduino ad Plin. citatus. τὰς δὲ δυνάμεις ἔχει τῶν ὑγρῶν. Eâdem formulâ uſus erat idem auctor, pag. 79. a. *Ibid.* ποσῶς ὀξείας. Sic recte *ms. Ep.* & ed. Caſ. Perperam πόσεως ὀξ. *ms. A.* & edd. vett.

χυμόν τε ἀναδίδωσιν εἰς τὸ σῶμα τὸν καλούμενον ξυστικόν. »Quid appellat χυμὸν ξυστικόν? quid interpretes *fuc-*»*cum radentem?* Galeno auctore ita quidam appellarunt »atram bilem. ἡ μέλαινα, inquit, de bile loquens, κακο-»ηθεστέρα μὲν πολὺ καὶ αὕτη τῆς κατὰ φύσιν. ὄνομα δὲ »οὐδὲν ἴδιον κεῖται τῷ τοιούτῳ χυμῷ· πλὴν εἴ που τινες ἢ »ξυστικὸν ἢ ὀξώδη κεκλήκασιν αὐτόν. *Bilis atra malignior* »*longe eſt, quam quae ſecundum naturam habet. Proprium vero* »*tali humori nullum impoſitum eſt nomen, niſi quod fuere qui* »*radentem aut acetoſum vocarent.* Apparet non fuiſſe hoc »nomen uſu tritum in medicorum ſcholis, & ex eo quod »dicit Galenus τινὲς κεκλήκασιν, & magis ex illo, quod »in rei medicae ſcriptoribus adeo infrequens occurrat ξυ-»στικοῦ χυμοῦ mentio. - - Galenus cum dicit, atram bi-

»lem ita fuiſſe a quibuſdam nominatam, *Praxagoram* an- b
»tiquum medicum tacite innuit, quod Athenaei indicio
»ſcimus, qui ſubdit ſtatim ξυστικὸς δὲ γίνεται χυμὸς ἐξ
»αὐτῶν &c. quae interpretamur, *humor, quem ex iis con-*
»*fieri diximus, id eſt, quem Praxagoras* ξυστικὸν *vocavit.*« CASAUBONUS. — Conf. Foeſ. Oecon. Hippocr. in Ξύω: cui idem videbatur ξυστικὸς atque στυπτικὸς, *adſtringendi aut ſpiſſandi vim habens.* Sed de his, quae de *Praxagora* Caſaubonus adnotavit, vide quae docte, ut ſolet, oppoſuit CORAY ad verba mox ſequentia.

τὰς δὲ πλείους προσαράμενοι. »Ionice videtur ſcripſiſſe
»auctor ille, unde haec verba deſcribit Athenaeus; nam
»προσαίρεσθαι, *edendi* ſignificatu, eius dialecti eſt: inde
»προσάρματα, *cibi*, apud Hippocratem. Alii potius dixe-
»runt προσφέρεσθαι.« CASAUB. — τὰς δὲ ad τὰς ἀπίους (*pyra*) refertur: nec enim ſolum τὸ ἄπιον graece *pyrum* dicitur, ſed & ὁ ἄπιος, itemque ἡ ἄπιος. Vide Noſtrum XIV. 650. c. d.

ξυστικὸς δὲ γίνεται χυμὸς ἐξ αὐτῶν, ὁ λεγόμενος ὑπὸ Πραξαγόρου. *Poſt* Πραξαγόρου *ſignum defectus* ponendum docuit CORAY; ad ea, quae paulo ante a Caſaub. tradita vidimus, haec obſervans: »Fallitur Caſaubo-
»nus, exiſtimans τὸ λεγόμενος referri ad ξυστικός. Num-
»quam hoc nomine humorem illum adpellavit *Praxagoras.*
»Reſtituto igitur, quod amanuenſium ἀβλεψία omiſit, vo-
»cabulo, lego ὁ λεγόμενος ὑπὸ Πραξαγόρου ὑαλώδης.
»(vel ὑαλοειδής.) Nihil in ſcriptis Galeni frequentius
»hac denominatione a Praxagora uſurpata. Ὅσα τὸ ψυ-
»χρὸν φλέγμα γεννᾷν πέφυκεν ἱκανῶς, ὅπερ ὑαλώδη χυ-
»μὸν ὁ Πραξαγόρας ὀνομάζειν εἴωθεν. Galen. de Praeſag.
»ex Pulſu, T. III. p. 124. Τὸ γονοειδὲς δὲ οὖρον, ἢ καὶ
»διαχώρημα, γένοιτ' ἂν ποτε κρίσιμον, ὅταν ὁ καλούμενος
»ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκκενοῦται. Idem,
»Comment. II. in VI. Epidem. T. V. p. 469. Φιλότιμος
»οὖν (idem *Philotimus*, qui *Praxagoram* apud Athenaeum
»laudat) οἴεται, παχὺν καὶ κολλώδη καὶ ψυχρὸν ἐξ ἁπά-
»σης μάζης γεννᾶσθαι χυμὸν, ὃν αὐτός τε καὶ ὁ διδάσκα-
»λος αὐτοῦ Πραξαγόρας ὑαλώδη καλοῦσιν. Idem, de
»Aliment. Facult. L. I. c. 4. p. 311.«

παρασκευάζειν εἰωθεν αὐτούς. Sic edd. vett. cum *ms.* c
A. & eodem fere modo *ms. Ep.* Suo arbitratu Caſaubonus tacite τοὺς χυμοὺς loco αὐτούς poſuit: non anim-

c advertens, ſuperiora verba (ἀπεδείχθη - - ἀπίων) debere in parentheſi poſita intelligi; quibus ita acceptis, abſque difficultate ad praecedens χυμοὺς refertur nomen αὐτούς. Ipſa illa verba, quae parentheſeos ſignis incluſimus, prorſus praetermiſit Epitomator. Nec vero praetereundum, quod poſt δυσκατεργαστότερα particulam τε inſerat *ms. A.* unde oritur ſuſpicio intercidiſſe alterum membrum, oportuiſſeque δυσκατεργαστότερά τε καὶ στρυφνότερα τῶν ἀπίων.

τὰ δὲ στρούθεια. στρουθία h. l. rurſus, ut ſupra, habet *ms. Ep.* neſcio an & *ms. A.* e quo hic nil enotatum, qui caeteroquin ſaepe ει & ι temere confundit. Quidquid ſit, cum alibi formam στρουθία adoptaverim, temere hoc loco factum, ut altera forma ſervaretur. Conſtructionem adverbiorum μᾶλλον & ἧττον cum *comparativis* iam ſupra ad II. 44. c. notavimus. πέττεσθαι, pro πέπτεσθαι, ſcripſi cum noſtris codd. & ed. Ven. Pariter paulo ſuperius πέττομεν oportebat, ubi quidem πέπτομεν omnes edd. tenent, nec ex *ms. A.* aliud adnotatum, ſed πέττομεν *ms. Ep.* tenet, ut aliâs.

Νίκανδρος ὁ Θυατ. τὰ Κυδ. μῆλα στρουθία φησὶ καλεῖσθαι. Teneri poterat τὰ articulus ante στρουθ. ac poterat etiam Nicander formâ vocis στρούθεια uti, quam h. l. ut alibi edd. habent, non reclamante *ms. A.* & ſilente *ms. Ep.* in quo haec de Nicandro non leguntur. Sic Nicander ille in Λέξεσι Ἀττικαῖς ſcripſiſſe videtur: Κυδώνια μῆλα· τὰ στρούθεια. In quo erraſſe eum ait Athenaeus, quod στρουθία, quae ſunt *genus maius & dulcius malorum cydoniorum*, (ut paulo ante ad lit. a. dictum) eadem ſtatuit cum *cydoniis vulgaribus*, aut quod prorſus ſynonyma iſta nomina facit, quorum alterum multo latius patet. Cui d opponit *Glaucidae* verba, iam paulo etiam ante adlata, in quibus diſtinguuntur κυδώνια a στρουθίοις vel στρουθείοις: ubi κυδώνια pro *cydoniis vulgaribus*, vel *minoribus & paulo acerbioribus* accipienda videntur. Mox tamen docet idem Noſter, a *Philemone* etiam *cydonia mala* & *ſtruthia* pro eiſdem poni. Confer Bodaeum ad Theophr. pag. 342. Ac potuit ſane, pro regionum & temporum diverſitate, varius eſſe illorum nominum uſus. In *Glaucidae verbis* h. l. pro κυδώνια, *ms. A.* κυδώνεια habet, & mox ibidem στρουθεῖα; ubi στρούθεια edd. ut aliâs, & στρουθία *ms. Ep.* quod & in στρουθεῖα in *ms. A.* latet.

AD CAP. XXI.

STESICHORI *verſus* ad metri rationem exigendos peritio- d
ribus relinquo. Conſentit in cunctis verbis codex uterque, niſi quod pro μύῤῥινα *ms. A.* μύρεινα habet. *Verſ.* 2. ποτὶ δίφρον. In verſione tenui *in ſellam*, quod poſuerat Dalech. Rectius puto fuerat *in currum*, vel *ad currum*, quod habet H. Steph. in Lyricorum Fragm. p. 53. *Verſ.* 3. Vocem στεφάνους, omiſſam in ed. Venet. & Baſ. ex mss tis adiecit Caſaub. & adiecerat iam H. Steph. *Verſ.* 4. Iſta, ἴων τε κορωνίδας οὔλας, idem Steph. ſic reddidit, *violarumque apices teneros.*

καὶ Ἀλκμάν· ἔτι δὲ Κάνθαρος ἐν Τηρεῖ. Sic ex libris ſe correxiſſe ait Caſaub. At nec aliter in ed. Ven. legitur. Nempe in ed. Baſ. imperite ἐντηρεῖ velut unum verbum expreſſum erat, &, nulla interpoſita diſtinctione, cum ſequentibus verbis iunctum. Porro idem CASAUB. »Deſunt verba (inquit) *Alcmanis*, quae tamen ne Athenaeus quidem fortaſſe appoſuerat, contentus digitum »intendiſſe, ut ſaepe alibi.« — At ipſa *Alcmanis verba*, in quae hic digitum intendit Athenaeus, paulo poſt ipſe adpoſuit, lit. f.

Ibid. Κυδωνίοις μήλοισιν εἰς τὰ τιτθία. »Deeſt verbum ἐτόξευον vel ἔβαλλον. De amante loquitur, qui ſuam »ἐρωμένην *malis in ſinum coniectis* petebat; ut, *Malis me* »*Galatea petit*, & paſſim poëtae.« CASAUB. Cuius rationem probavit Bod. ad Theophr. p. 340. adponens etiam Theocriti in eamdem ſententiam verſiculos. Similia de more amantium τοῦ μηλοβολεῖν collegit Cerda ad Virgil. Ecl. III. 64. conf. Iacobs ad Anthol. Vol. I. Part. I. p. 339 ſq. Ego vero, memor illius verbi alterius Poëtae apud Noſtrum II. 50. e. f.

— — Πάνυ γάρ ἐστιν ὠρικωτάτη·
τὰ τιτθία, ὥστερ μῆλον ἢ μιμαίκυλα.

aliud verbum hoc loco intelligendum putavi, ἔοικε, ἐοικυῖα, aut aliquod in eam ſententiam: cuiuſmodi cum verbo percommode conſtrui praepoſitio εἰς videtur, idem ſignificans ac κατὰ, *quod ſpectat ad*, *quoad*. Fuiſſe autem ex hoc genere etiam mala, quorum color in purpuram vergeret, intelligitur ex Antipatri verſibus p. 82. b.

In PHILEMONIS verbis, pro στρούθεια, quod erat edi- e

e tum, rurſus στρουθία dabant *mss. A.* & *Epit.* Eſt autem is non comicus Philemon, ſed Grammaticus.

τὸ γοῦν Φαριακὸν φάρμακον. τὸ οὖν *ms. Ep.* minus commode. Rectius vero videtur, quod idem codex Φάριον habet, pro Φαριακόν. Φαρικὸν eſt apud Nicandrum, Heſych. & alios. Vide Schneiderum ad Nicandri Alexiph. p. 205 ſq. & conf. Schol. ad Nic. vſ. 398. *Ibid.* εἰς ῥίσκον. ῥοΐσκον ed. Ven. & Baſ. ῥοΐσκον ed. Caſ. cum *ms. Ep.* ῥίσκον dedit *ms. A.* ſicut ſcribendum h. l. monuerat Salmaſ. Exercit. Plin. p. 170. cum Heſych. Polluce & aliis. Conf. Menag. ad Laërt. V. 72. *Ibid.* ἐξ ἀναχρίσεως. Sic ἀναχρίνων habes pag. 84. f. *Ibid.* καὶ ἐπιγνόντος. Deeſt καὶ *ms. Ep.* non male.

AD CAP. XXII.

f Ἔρμων δ' ἐν Κρητικαῖς Γλώσσαις. Perperam κρητίαις *ms. Ep.* Ridicule vero ex *Cretenſibus* Gloſſis *iudiciarias* fecerat Dalech. quaſi κριτικαῖς legiſſet; quem merito improbans CASAUBONUS: »Olim docti, inquit, mul»ti *Gloſſas*, id eſt, obſcurarum vocum interpretationes, »&, ut nunc vocant, Λεξικὰ ediderant: in his, Amerias, »Seleucus, Pamphilus, Nicander Colophonius, Philetas, »Philemon, Timachidas, Hermonax, alii. Sed fuere qui »unius tantum gentis vocabula ſuſciperent interpretanda: »ut Philemon, cuius Ἀττικαὶ λέξεις, & Ariſtophanes, »cuius *Gloſſae Laconicae* non multo ante laudabantur. Si»militer HERMONAX, *Creticae dialecti* tantum *voces* com»plexus opere ſuo, titulum ei fecerat Γλῶσσαι Κρητικαὶ, »cuius libri aliquoties meminit Athenaeus: [vide III. 76. »f.] neque debemus dubitare, etiam hoc loco de eiſdem »Gloſſis eum loqui. Quare etiam Ἑρμώναξ, quam Ἔρμων, »melius ſcriberetur, niſi fuit iſte binominis, ut multi in »literis ſacris.« — Scripturam Ἑρμώναξ tenent libri II. 53. c. & III. 76. f. & Ἑρμώναξ ἐν ταῖς Κρητικαῖς λέξεσι citatur a Scholiaſte Nicandri, ut docuit Meurſ. in Creta lib. IV. c. 15. p. 256. In Ἔρμων vero conſentiunt & hoc loco, & VI. 267. c.

κοδύμαλα. Conſtanter ſic vocem hanc ſcribunt edd. ut apud Heſychium, qui in ſerie verborum a κο incipientium ſic habet: Κοδύμαλον· τὸ στρουθίον μῆλον. οἱ δὲ, κυδώνιον· οἱ δὲ, ἄνθους εἶδος. In *ms. Epit.* ſemel tantum

occurrit ea vox, ibique κωδύμαλα ſcribitur. In *ms. A.* hoc ipſo loco, ubi primum occurrit, κοδύμαλλα ſcribitur, per ο & λλ: deinde vero ter per κω initio; & conſtanter per λλ, excepto poſtremo loco, ubi ex Alcmane κωδύμαλον citatur. Si κωδίμαλον per *iota* in medio ſcriberetur, ſuſpicari potuiſſes, eſſe ex μῆλον & κώδιον compoſitum, denotareque proprie *malum lanuginoſum*; fere ut λασιόμαλον, apud Heſychium, μῆλον τὸ ἔχον χνοῦν.

Θεόφραστος. Hiſt. Plant. II. 3. nonniſi obiter. a

ἐν Σιδοῦντι· κώμη δ' ἔστιν αὕτη Κορίνθου. *Siduntem, Corinthii agri vicum* eſſe ait. Sic mox rurſus lit. b. Stephanus Byz. Σιδοῦς, κώμη Κορίνθου, ἣ Μεγαρίδος ἐπίνειον: quae de uno eodemque vico vel oppido accipienda. Conf. Plin. IV. 11, 7. & Scylax citatus ab Hard. ad Plin. T. II. pag. 233. not. 29. In *ms. Ep.* h. l. ſcribitur, ἐν Σιδοῦντι πόλει Κορίνθου.

Εὐφορίων. ἢ Ἀρχύτας. EUPHORION, hiſtoricus & epicus poëta, ſaepe Noſtro citatus; de quo vide Meurſ. in Notis ad Hellad. p. 54 ſqq. & Toup Epiſt. Crit. p. 132 ſqq. ARCHYTAS, intelligendus videtur Amphiſſenſis poëta, de quo videndus Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 496. conf. Laërt. VIII. 82. & ibi Menag. Praeteriit iſta nomina cum ſeqq. verſibus Epitomator. Ex *ms. A.* nulla varietas adfertur. In *ms. B.* vero (notante Brunck.) *verſ.* 1. pro ἀργιλλώδεσιν ὄχθαις, ſcribitur ἀργιλώδεσιν ὄχθες: ubi prioris vocis ſcripturam per ſimplicem λ, bonam iudicavit Br. pro ὄχθαις vero vel ὄχθες, ὀχθῆς oportuiſſe cenſuit.

Νίκανδρος ἐν Ἑτεροιουμένοις &c. »Ἑτεροιούμενα inſcripſe»rat poëma quoddam ſuum NICANDER, eiuſdem ferme »argumenti cum *Metamorphoſi* Naſonis. Verſus hic adla»tos videtur poëta de amante ceciniſſe, qui familiari an»tiquis more nomen eius, quem deperibat, cortici mali »inſculpſerat. τύπους enim *Cadmi* quid aliud, quam *litera»rum characteres*, interpretemur? Vulgo creditum olim, »literas inventum eſſe Cadmi.« CASAUB. *Verſ.* 1. ἢ Σιδόεντος ex ed. Ven. & *ms. A.* reſtitui. (Epit. haec non habet.) Temere in ed. Baſ. omiſſa eſt ἢ particula: pro qua dein Caſaubonus, qui Venetam editionem numquam inſpexiſſe videtur, ſuo de ingenio ἐκ poſuit. Itaque Notula ſub contextu noſtro ad h. l. prorſus omitti poterat, aut ſic ſaltem ſcribi debuerat: »ἐκ Σιδ. ed. Caſ.« *Ibid.* Πλείστου. Πλεῖστος fluvius Phocidis, iuxta Cirrham in

mare influens; multis memoratus, quos nominat Meurſ. Attic. Lect. II. 2. pag. 59. *Verſ.* 2. χλοάοντα, *viridia.* χνοάοντα, id eſt, *lanuginoſa*, ſcribendum cenſuit IACOBS ad Anthol. Vol. II. Part. I. p. 203. quem vide. Similiter quidem paulo poſt (lit. c.) mali arbores nonnullae χνοωδίαι memorantur. *Ibid.* μιμήσατο. Vide Toup ad Theocrit. p. 298 ſq. νεμέσσατο ex *mss. A.* & *B.* adfertur.

b Ῥιανὸς εἰρηκεν. »*Arianus*, auctor Ἡρακλείας, is eſt for»taſſe poëta ex quo profert Pollux lib. II. [180.] hunc »verſum, Αὐχένος ἐξ &c. Niſi tamen Ῥιανὸς legendum: »quem res Herculis deſcripſiſſe quatuor libris teſtatur »Suidas: ipſe Ἡρακλείδα [Ἡρακλειάδα] vocat. Etiam Pi»ſander & Phaedimus id argumentum tractaverant, & »Ἡράκλειαν ediderant uterque.« CASAUB. — Haud dubie non probanda ſolum, ſed & adoptanda fuit emendatio. Apud Pauſaniam l. c. etiam melior codex Ῥιανὸς dabat. Vide Küſterum ad Suid. Voſſium de Hiſt. Gr. I. 17. pag. 111. Fabr. Bibl. Gr. T. I. 449 ſq. & T. III. pag. 269. Heyn. ad Apollod. p. 1120.

In ANTIGONI *verſ.* 1. »Scribe (ait CASAUB.) ἦχί μοι »– – ἦδ' ἀρα μήλων, non ἦδ' ἀρι μήλων.« Interpretationis nihil adiecit vir doctus: nec vidiſſe videtur, haud ſane multo commodiorem eſſe emendationem, quam ipſam corruptam vulgo ſcripturam: in qua nil mutat *ms. A.* & ſilet *Ep.* Mihi non ingenioſum modo, ſed unice verum viſum erat, quod propoſuit IACOBS ad Anthol. Vol. II. P. I. p. 203. Eo ſpectat, quod ex Heſychio paulo ante adpoſui: Λασιόμαλον, μῆλον τὸ ἔχον χνοῦν: eodemque pertinent *mali arbores* χνοωδίαι, paulo poſt nominatae. *Verſ.* 2. Ἐφύρη τά τ' ἀέξεται. Dedit hoc *ms. A.* cum quo conſentit *B.* Inficete τάπερ αὔξεται erat editum. *Ephyram* Dalecampius de *Corintho* accepit; recte, ut videtur. Conf. Steph. Byz. ea voce.

AD CAP. XXIII.

Φαυλίων δὲ μήλων &c. »*Phaulia mala* qualia fuerint, »non explicat Deipnoſophiſta. Heſychius, *magna quaedam* »*mala* ſic ſcribit vocata: quod notandum duximus, nam »aliud prae ſe fert nomen. Sed molem ſine ſapore in il»lis puto fuiſſe.« CASAUB. — *Phaulia mala* commemorata vidimus cum κυδωνίοις & στρουθίοις, pag. 81. a. & c.

Eorumdem quum TELECLIDES ſic meminit, ut dicat φαυ- b
λότεροι φαυλίων μήλων, iſta verba ſi per ſe ſpectes, facile tibi perſuadeas, a *vilitate* nomen illa mala habere, ut ait Bergler ad Alciphron. p. 83. Quam in ſententiam Dalech. *viliores malis Phauliis* reddiderat poëtae verba: indeque etiam inter Eraſmi Adagia iſtud relatum eſt, *Vilior vitioſis pomis*, & cum Plautino illo verbo collatum, *caſſa nuce non emendus*. Nihil hic nos iuvat Pollux, qui nude ait, φαύλια δὲ, μῆλά τινα ὠνόμαζον. VI. 47. Sed Heſychius, cum φαύλια, μῆλα τὰ μεγάλα dicit, & Glaucides cum *omnium fructuum, qui ex arboribus naſcuntur, optimos eſſe*, ait, *mala cydonia, phaulia & ſtruthia*; ſane neuter horum *phauliis malis* a *vilitate* nomen eſſe intellexerat: niſi *vile* quod dicimus, non *vitioſum* intelligamus, ſed idem dicamus ac *commune, vulgare*, collatum cum eo quod ſit paulo rarius. Sed nec apud *Teleclidem* φαῦλος & φαύλιος ad *vilitatem* referenda ſunt, verum ad *ſimplicitatem*. Adluſit haud dubie poëta ad illa Euripidis verba, a Laërt. III. 63. aliiſque citata, φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθὸν &c. (vide Euripidis Fragm. T. III. ed. Muſgr. p. 569 ſq. & viros doctos ad Laërt.) ubi vocem φαῦλος pro ἁπλοῦς accipi monuit idem Laërtius, itemque Etymologus in φαῦλος. (cf. Timaei Lexic. Platonic. ibique Ruhnk. p. 268 ſq.) Euſtathius vero (ad Il. ω'. p. 1492, 26.) eadem Euripidis verba reſpiciens, eo etiam progreditur, ut φαῦλον idem atque ἀγαθὸν ibi valere dicat: nam in explicanda multiplici vocis φαῦλος notione mire laſcivientes videas Grammaticos. Quidquid ſit, φαύλια μῆλα, (quod iam ſupra ad II. 56. c. ſignificavi) mala *ſimplicia, vulgaria*, dici crediderim; ut intelligatur totum illud genus, quod *ſtrictiori* ſenſu *mala* vel *poma* dicere ſolemus, quod genus iſto nomine cum a cydoniis malis & ſtrutheis, tum ab aliis rarioribus, ut Perſicis, citriis &c. diſtingui videtur. Niſi forte in praedictis *Glaucidae* verbis, (pag. 81. a. & e.) inter vocabula κυδώνια & φαύλια *non* erat *comma* interponendum, ſed iunctae intelligendae voces κυδώνια φαύλια, *cottonea mala ſimplicia*, vel *nuda*; & *ſtruthia*, i. e. *lanuginoſa*: aut (quod eodem redit) interpoſito etiam commate, ita intelligenda fuerint illa verba, ut τῶν κυδωνίων μήλων duo ſtatuantur genera, unum τῶν φαυλίων, alterum τῶν στρουθίων. Ad TELECLIDIS *verſum* ut redeam: cuius ille menſurae ſit, aut quodnam nomen ex artis metricae praeceptis ei

ſit imponendum, mihi non liquet. Aptus ſatis modulus ei ineſſe viſus erat, ſi efferretur ut anapaeſticus trimeter; cui tamen illud ſingulare ineſſe intelligo, ut primum & quintum pedem pro anapaeſto habeat amphimacrum.

c In ANDROTIONIS verbis, rurſus στρουθίας dedere mss. pro στρουθείας, quod erat editum. *Ibid.* Ante verba οὐ γὰρ ἀπορρεῖ, in *ms. Ep.* inſeruntur iſta, καὶ πάλιν. Equidem in parentheſi illa ponenda cenſui; quoniam, quae ſequuntur τὰς δὲ ἠρινὰς, reſpondere ſuperioribus τὰς μὲν putaveram. Poterant vero etiam fortaſſe haec eadem, τὰς δὲ - - χνοωδίας, per ſe ſtare intelligi; quae ipſa quidem praetermiſit Epitomator. Caeterum non debeo diſſimulare, paullo ſuperius *non* τὰς μὲν μηλέας eſſe in edd. ſed τὰς δὲ μηλίας, & ſic etiam in *ms. A.* quae mea de coniectura correxi, de quo ſub contextu ſtatim monere debueram. Silet in his *ms. Ep.* nihil aliud habens, niſi, καὶ Ἀνδροτίων, φαυλίας καὶ στρουθίας. *Ibid.* Ubi ἀπορρεῖ τὸ μῆλον habent edd. cum *ms. A.* ibi *ms. Ep.* τὸ φύλλον habet, perperam. *Mox*, pro ἠρινὰς vitioſe ἐρινὰς habet ed. Caſ. Veram ſcripturam cum *ms. A.* tenuerat ed. Ven. & Baſ. Idem valet ἠρινὸς ac ἐαρινὸς, p. 81. a. τῆς μηλέας ἐαρινῆς meminiſſe etiam Theophraſtum (Hiſt. Plant. initio libri II.) monuit CASAUB.

τεθαύμακα τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην. Nude τὰ τὴν Ῥώμην ed. Ven. cum *ms. A.* quod in τὰ ἐν Ῥώμῃ mutavit editor Baſ. tenuitque CASAUBONUS, ſed in Addendis ad Animadv. monuit, antiquos libros τὴν Ῥώμην habere, certo indicio intercidiſſe κατὰ praepoſitionem: in quo ſane quid fraudi fuerit librario, in oculos incurrit. Scripſerat tamen & Epitomator τὰ ἐν Ῥώμῃ: ſed id ſuo arbitratu fecit, quemadmodum & τεθαύμακα in θαυμαστὰ mutavit. *Ibid.* Ματτιανά. Perperam Βαττιανὰ *ms. Ep.* obvio erroris fonte. Nomen a *C. Matio* equite Rom. vide Plin. XV. 14, 15. alioſque ibi ab Harduino citatos.

τὰ ἐν Γάγγροις. In *ms. Ep.* ſuperſcriptum Γάγγραις, male. ἡ Γάγγρα nomen erat illi oppido in ſing. & τὰ Γάγγρα in plur. Et, poſteriori forma uſum eſſe Athenaeum tertio libro Deipnoſophiſtarum, diſerte adnotavit Steph. Byz.

d Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος. Συρακόσιος *ms. A.* THEOCRITI *verſus* ſunt ex Idyll. II. 120. In *verſ.* 1. pro φυλάσσων, quod ex vulgata apud Theocritum lectione rece-

piſſe videtur primus Athenaei editor, libri omnes (ut ait d Caſaub.) φέρουσα praeferunt: ſic ſane & noſtri *mssti A. & Ep.* ubi ſuſpicari licet, φέρων σοι fortaſſe eos debuiſſe. Praeterea pro ἐν κόλποισι, eſt ἐκ κόλποιο in *ms. Ep.* Νεοπτόλεμος ὁ Παριανός. Perperam ὁ Κυπριανὸς *ms. Ep.* Ἐπιμηλὶς - - τῶν ἀπίων τι γένος. »Ἐπιμηλὶς etiam »Heſychio *pyri genus* eſt. Dioſcoridi aliud ea vox ſonat: »& item aliud Galeno.« CASAUB. — Vide Galen. in Gloſſis Hippocr. hac voce; ubi *meſpili* genus eo nomine intelligitur. In *malorum* genere retulit Macrob. Saturn. III. 19. In Athenaei verbis, τῶν ante ἀπίων ignorat *ms. Ep.*

In vulgata ſcriptura μήλων, tum in eo, quod olim editum erat ἐν τῷ τετάρτῳ εἰπών, nil mutat *ms. A.* Ibi e CASAUBONUS poſt εἰπών, *indicandam lacunam* cenſuit, monuitque: »Deſunt verba TIMACHIDAE: praeterea ana»coluthon eſt in auctoris oratione: nam rectum erat »Ἐστ. μήλων μνημονεύει. Dalecampius emendat »ἐν τῷ τετάρτῳ Δείπνων: memor laudari libro VII. [p. »283. d.] *Timachidam* ἐν τῷ ἑνάτῳ τοῦ Δείπνου.« — Perſpecte utique Dalech. in verſione, *Libro quarto Coenae*, poſuerat. Quemadmodum XV. 684. e. ſcribitur, Τιμαχίδας ἐν τετάρτῳ Δείπνου, ſic puta etiam h. l. olim ἐν δ'. Δείπνου ſcriptum fuiſſe, indeque ἐν δ'. εἰπὼν factum. Nec vero deſunt Timachidae verba: ſed, *dixiſſe Timachidam*, ait Athenaeus, τινὰ τῶν μήλων καλεῖσθαι Ἐσπερίδων μῆλα. Id mihi probabilius viſum erat, quam excidiſſe verbum μνημονεύει; quamquam nec hoc praefracte negaverim. Quidquid ſit, vitium ineſſe in illis verbis vix dubitari poteſt. Cui ſic facillime, ac fortaſſe certiſſime, medebimur, ſi legamus: Ἐσπερίδων μῆλα. οὕτως καλεῖσθαί τινα φησὶν &c. ut Ἐσπερίδων μῆλα intelligatur eſſe titulus adpoſitus, perinde ac deinde Περσικά, initio cap. 24. κιτρίον, cap. 25. & id genus alia. Et id ipſum, Ἐσπερίδων μῆλα, agnoſcit *ms. Ep.* ſed alia dein omittens, nonniſi haec habet: Ἐσπερίδων δὲ μῆλα ἐν Λακεδ. Παμφ. φησὶ τοῖς θεοῖς παρατίθεσθαι. Non placet SALMASII ratio, qui ſic conſtituendum & interpungendum hunc locum cenſuit: (Exercit. Plin. p. 670 extr.) Περὶ Ἐσπερίδων δὲ μήλων, οὕτως καλεῖσθαί τινά φησι Τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ, εἰπὼν καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς. φησὶ Πάμφιλος ταῦτα, εὔοσμα δὲ εἶναι καὶ ἄβρωτα &c. Caeterum de *Heſperidum malis*, quae pleriſque eadem eſſe vi-

e ſa ſunt ſive cum *citriis*, ſive cum *aurantiis*, quae *Medica* aliâs audiunt, conſulendus Salmaſ. l. c. & Bodaeus ad Theophr. p. 358 ſq.

καὶ ἐν Λακεδαίμονι δὲ παρατιθ. Particulam δὲ, quae deerat editis, commode dedit *ms. A.* *Ibid.* εὔοσμα δὲ εἶναι καὶ ἄβρωτα. »Ex his emendabis Heſychii codices, »ubi ſcriptum perperam, ἐν Λακεδαιμονίᾳ βρωτά τινα μῆ»λα, pro ἐν Λακεδαίμονι ἄβρωτα.« CASAUB. — Bodaeus contra l. c. ex Heſychio corrigendum Athenaeum cenſebat, minus probans ſuam ſententiam doctis viris. Vide Heſychii Interpr. voce Ἐσπεριδ.

AD CAP. XXIV.

Θεόφραστος ἐν δευτέρῳ περὶ Φυτῶν ἱστορίας &c. Quae ex THEOPHRASTO hìc citat Athenaeus, ea rurſus, ut multa alia, hodie non reperiri in illius Philoſophi libris, monuit Dalech. & Salmaſ. Exerc. p. 483 extr. Villebrunius quidem veſtigia eorum ſibi reperiſſe viſus erat lib. I. c. 17. at ibi nihil, quod huc referri poſſit: puto caput 18. eum dicere voluiſſe; quod tamen ipſum quo pacto huc trahi poſſit, minime adparet. Nec vero, verbis a Noſtro prolatis quaenam ſententia inſit, ſatis perſpicuum. Epitomator haec omnia praetermiſit. ἀμυγδάλης quidem, non ἀμυγδαλῆς, ſcriptum oportuiſſe, intelligebatur, quia reliqua nomina, *fructuum* ſunt, non *arborum*. Poſt idem vocabulum, ſic legebatur in editis, καὶ καρύου, καὶ τῶν ἄλλων &c. ubi poſt καρύου adiiciendum ex msstis καὶ βαλάνου monuit Caſaub. Et βαλάνου quidem noſter etiam vetuſtiſſimus *cod. A.* agnoſcit, ſed καὶ particulam non modo ante καρύου, & ante βαλάνου *ignorat*, verum etiam ante τῶν ἄλλων, percommode: quare, eâ deletâ, ſic lege, καρύου, βαλάνου, τῶν ἄλλων ὅσα &c. Mox, τοῦ Περσικοῦ non de *Perſico malo*, ſed de *Perſica nuce*, i. e. *nuce iuglande*, intelligendum eſſe, docent alia fructuum genera quibus hic fructus accenſetur; monuitque iam olim Salmaſius l. c.

f Manifeſtius vero etiam ambiguitate nominis decipi ſe paſſus eſt Noſter in his, quae paulo poſt de *oleo* ex *Perſicis expreſſo*, auctore PHILOTIMO, ſubiicit: ſed iſta tam mira tamque imperita eſt confuſio, ut prorſus imprudenti excidiſſe docto viro videatur. conf. Animadv. noſtr. p.

364. ad II. 53. f. *Olei* quidem e *nucibus* Perſicis expreſ- f
ſi, ſupra diſerte meminerat, II. 67. a. E *malis* vero *Perſicis* quo pacto *exprimi oleum* intellexerit, difficile dictu eſt. DIPHILI quidem verba, de *malis Perſicis* perſpicue loquuntur. Ibi perincommode in hunc modum vulgo diſtincta erat oratio: φησὶ τάδε· Περσικὰ λεγόμενα μῆλα &c. Haud dubie ſic oportebat, ut nos correximus. Paulo ſuperius, in Theophraſti verbis, ῥόας penacute erat editum, ubi ῥοᾶς correxi. De PHILOTIMO conf. notata ad III. 81. a. In voce κεγχρῶδες nil variant libri: de ea dictum eſt ad II. 53. d. πιεζούμενον dedit codex noſter uterque. πιεζόμενον edd.

»Sequitur ex ARISTOPHANIS *Gloſſis Laconicis*, τοὺς a
»Λάκωνας καλεῖν ὀξύμαλα Περσικὰ, ἃ τινα Ἄδρια.
»[nempe ſic erat in ed. Caſ. & ἅ τινα ἄδρια in ed.
»Ven. & Baſ.] Mirum poſſit videri, *pruna* duobus no-
»minibus eſſe appellata a Spartanis ὀξύμαλα Περσικά;
»praeſertim cum Heſychius ſolam vocem ὀξύμαλα inter-
»pretetur κοκκύμηλα. Non tamen id ſatis argumenti ad
»inducendum h. l. τὰ Περσικά: nam, eâ voce ſublatâ,
»non habet hîc locum Athenaei haec obſervatiuncula.
»Sed corrupta ſunt poſtrema, pro ἃ τινὰς ἄδρια: *quae*
»(*ait Ariſtophanes*) *alios vocare adria*. Libro ſuperiore [II.
»50. a.] *pruna* dicebantur μάδρυα, quaſi μαλόδρυα. Au-
»ctore Heſychio ἄδρυα Siculis appellabantur, quae aliis
»ἀκρόδρυα. In Hoeſcheliana Epitome nihil horum.« CASAUB. — In noſtro *ms. Ep.* nonniſi tria poſtrema verba deſunt, quae nos ſic correximus ἃ τινες ἄδρυα, praeeunte *ms. A.* Sic Heſychius: Σικελοὶ δὲ ἄδρυα λέγουσι τὰ μῆλα. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς, ἀκρόδρυα. Superiora Ariſtophanis verba ſic accipienda videntur, ut dicat, *quae ab aliis* κοκκύμηλα Περσικὰ *vocantur*, (ut paulo ante ex Diphilo adnotatum eſt) *eadem a Laconibus* ὀξύμαλα Περσικὰ *nominari*.

AD CAP. XXV.

Ex initio huius capitis nil aliud habet *Epitome*, niſi haec: Παροιμιῶδές ἐστι τὸ, ὥσπερ εἰς Αἶγας ἀγρίας ἀποπέμπων ἡμᾶς. Tum ſtatim, Ὅτι Ἰόβας ὁ Μαυρ. &c. »Placent no-
»bis (inquit CASAUBONUS) quae de iſtis ὥσπερ εἰς
»αἶγας &c. olim Eraſmus ſcripſit. Fortaſſe tamen reſpe-

a »ctum ad fabulares capras, quae Phrygibus quondam ora»cula edidiſſe dicuntur. Clemens Alex. in Protrept. [p. 4. »ed. Heinſ.] εἶτ' οὖν ἀρχαίους τοὺς Φρύγας διδάσκουσιν »αἶγες μυθικαί. Et mox [p. 7.] συνέμποροι τῆσδε τῆς γοη»τειας αἶγες, αἱ ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι.« — Imperite, ut videtur, ἐπὶ κατάρας (i. e. *de exſecratione*) interpretantur hoc proverbium veteres Paroemiographi, & cum illo Ἐς κόρακας conferunt: Diogenian. Cent. V. num. 49. & Suidas in Κατ' αἶγας ἀγρίας. Rectius DALECAMPIUS cum *Eraſmo* (in Adag. *In capras ſylveſtres*) ad *rem* retulit *inventu perquam difficilem*; & quae cum magno labore, atque etiam fruſtra, inveſtigetur. »Sylveſtres enim caprae (in»quit) in aſperrimis & abditiſſimis rupibus degunt, in »quibus aut vix aut nunquam venatores illas reperiunt.« τῆς δὲ λέξεως τὰ νῦν (ſive ταυῦν) οὐ μεμνῆσθαι. Particulam ΔΕ abſorpſerant primores literae vocis ſequentis ΛΕΞΕΩΣ. *Mox*, φησὶ, poſt ἔγωγε recte dedit *ms. A.* Perperam φασὶ edd.

b ὁρμώμενος ἐκ τινῶν σχολικῶν ὑπομνημάτων ἀνδρὸς οὐκ ἀδόξου. Σχολικὰ ὑπομνήματα ſunt *commentarioli, in quibus adoleſcentuli ſcholaſtici adnotationes conſignant, a magiſtris in ſchola dictatas.* Vide Epicteti Diſſ. III. 21, 6. *Ibid.* μιμονεύοντα τοῦ κιτρίου. Sic recte mssti: perperam h. l. κίτρου edd. *Paulo poſt*, omiſſa in editis erant ſex verba,

c Τὰ δὲ τῶν Ἐσπερίδων λεγόμενα μῆλα, quae commode obtulit *ms. A.*

χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις, ἔτι τε ταῖς Ἄννωνος πλάναις.

»Proverbii ſpeciem habent iſta: — — χαιρέτω
»Λιβυκαῖσι βίβλοις, ταῖσί τ' Ἄννωνος πλάναις.
»*Si quid horum retulit in libros ſuos Iuba, dignus eſt quem oble»ſtent Libyci libri de erroribus Annonis.* Simile illi: *Qui Bavium »non odit, amet tua carmina Maevi.* Λιβυκαὶ βίβλοι καὶ Ἄν»νωνος πλάναι, figura eſt ἓν διὰ δυοῖν. Iam olim Cartha»ginienſes navigationem in Atlantico oceano inſtituerunt, »& terrarum aliquas plagas multis poſtea ſeculis incogni»tas, aperuerunt. Claſſis praecipuae dux fuit *Anno*, vel »potius *Hanno*, e proceribus Carthaginienſium. Sed neque »περίπλους ab illo editus, neque libri de eodem argumen»to ab aliis confecti fidem apud homines invenerunt. Inde »natum proverbium, quod ita videtur fuiſſe conceptum:

»Εἰ μέν τι τούτων ἱστορεῖ τις, χαιρέτω
»Λιβυκαῖσι βίβλοις ταῖσι τ' Ἄννωνος πλάναις.«

CASAUB. — Conf. Fabricii Bibl. Graec. T. I. p. 41 ſq. De- c
fenſionem Peripli Hannonis ſuſcepit BOUGAINVILLE in *Mem. de l'Acad. des Inſcript.* T. XXVI. & XXVIII. atque etiam haud ita pridem THOMAS FALCONER, Oxonienſis literator, in libello, cui titulus: *The voyage of Hanno, translated, and accompanied with the Greek Text; explain'd from the Accounts of modern Travellors; defended againſt the obiections of Mr. Dodwell and other writers, and illuſtrated by Maps*, &c. *London* 1797. Alios auctores laudavit Fabric. & ad eum Harles in Bibl. Graec. lib. I. cap. 6. ſect. 8. ſqq. Mihi ad verba Λιβυκαῖσι βίβλοις praepoſitio σὺν videbatur intelligenda, ut ſenſus eſſet, *valeat cum ſuis libris Libycis.* Vulgo nude ἔτι ταῖς Ἄννωνος erat editum, ubi ἔτι τε ταῖς dedit *ms. A.*

AD CAP. XXVI.

Ἡ δὲ Μηδία χώρα &c. Theophr. Hiſt. Pl. IV. 4. ſub d
fin. ubi cum ſit paſſim corrupta aut mutilata in Theophraſti codicibus ſcriptura, emendandos illos eſſe ex hoc Athenaei loco monuit Aldus Manutius in Epiſtola Dedicatoria Athenaeo praemiſſa. Confer Bod. ad Theophr. p. 342 ſqq. & Salmaſ. Exercit. p. 667 ſq. *Ibid.* ἄλλα ἔχει πλείω. Scribe ἄλλα τε ἔχει πλ. Sic *ms. Ep.* ut eſt apud ipſum Theophr. *Ibid.* τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον. In eamdem ſententiam Salmaſ. apud Theophr. pro τὸ Μηδ. καὶ τὸ Περσ. ſcribendum τὸ καὶ Περσ. cenſuit. *Ibid.* σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης, ἀνδράχνης, καὶ καρύας. Deſunt hodie apud Theophr. voces δάφνης & καρύας: & Plinius etiam XII. 3, 7. ſolam *unedonem* nominat, id eſt, ἀδράχνην, (conf. eumdem Plin. XIII. 22, 40.) non ἀνδράχν. ut vulgo ſcribitur, quod *portulacam* ſonat. Agnoſcunt vero eaſdem voces apud Athenaeum libri omnes. Et cum *lauro* collatam etiam Medicam hanc, id eſt citream, arborem videas apud Virg. Georg. II. 131 ſqq. Rurſus iſta, δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ -- φάρμακον, deſunt vulgo apud e
Theophraſtum: expreſſit ea vero Virgil. l. c. vſ. 127 ſqq.

ἐὰν γάρ τις ἐφήσῃ -- τὸ εἴσω τοῦ μήλου. Huic ſcripturae, τὸ εἴσω, patrocinatur Plinius, *grana* intelligens, XII. 3, 7. & XI. 53, 115. atque etiam apud Theophr. τὰ ἔσωθεν Gaza legerat, qui quidem *interna pomi* vertit. *Ibid.* Σπείρεται δὲ τοῦ ἤρος. Perincommode δὲ τοῦτο τοῦ ἤρος

edd. Iſtud τοῦτο peraeque noſtri codices atque Theophraſti libri ignorant. *Ibid.* Quid ſit διειργασμένον ἐπιμελῶς, ad τὸ σπέρμα relatum, haud ſatis percipio: ſic tamen & Athenaei codices & Theophraſti. Utique διειργασμένας malim, ad πρασιὰς relatum, *in areolas probe ſubactas;* quemadmodum cum apud Theophr. tum apud
f Athen. acceperunt interpretes. *Mox,* pro χωρίον eſt χῶρον in *ms. Ep.*

Ibid. τὰ δ' ἐκπέττει. Haud dubie mendoſum erat ἐκπίπτει, quo miror nec Dalecampium offenſum eſſe, qui *aliis cadentibus* vertit; nec Caſaubonum, qui ait, non multum diverſo ſenſu ἐκπέπτει legi apud Theophraſtum: imo vero plurimum diverſo ſenſu; quem recte Plinius expreſſit, (XII. 3, 7.) cum ait: *aliis* (pomis) *matureſcentibus.* Recte vero τὰ δ' ἐκπέττει Epitome habet, & ex ea Euſtathius ad Od. ζ'. p. 247, 49. qui quidem perperam Pamphilo iſta verba tribuit. Neutraliter ponitur verbum ἐκπέττει, ut πέττει III. 72. d. I. 26. c. & alibi. Mirum vero quod pro τὰ μὲν ἀφήρηται idem Plinius *aliis cadentibus* poſuerit.

Ibid. ἠλακάτην ἐκ μέσου τιν' ἀνέχουσαν. Collatâ utriuſque codicis ſcripturâ, ſic ſcriptum reliquiſſe Athenaeum iudicavi. De *piſtillo*, quod vocant Botanici, loqui hic Theophraſtum adparet, quemadmodum & lib. I. c. 21. quem locum Noſter proximis verbis reſpicit.

Ibid. ὃν φησιν bene edd. Perperam ὡς φησὶν *ms. A.* In Epitome haec in brevius contracta ſunt. *Ibid.* περὶ χρόας. περὶ τῆς χρόας ed. Caſ. ſed articulum ignorat *ms. A.* cum ed. Ven. & Baſ. At de *colore* quidem nihil ſupra ex Theophraſto memoratum, nec apud ipſum Theophr. l. c. legitur. *Ibid.* τὸ κιτρίον. Recte ſic ubique mssti, penacute. Minus recte κίτριον edd. h. l. & aliquoties deinde, nec tamen conſtanter. Quod ſequitur εἶναι, non eſt in Epit. ubi breviora omnia: ſed nil mutat (quod ſciam) *ms. A.* Suſpicatus eram, ex νὴ Δία forſan εἶναι ortum.

a μέχρι τῶν κατὰ τοὺς πάππους ἡμῶν χρόνων οὐδεὶς ἤσθιεν. »*Citrium malum coepiſſe edi*, narrat doctus convivator, *memoriâ ſuorum avorum, cum ad illa uſque tempora nemo inter eſculenta habuiſſet.* Plutarchus, ſeculo uno antiquior, ſuis temporibus parum adhuc id fuiſſe in mores receptum ſignificat: [Quaeſtion. Convival. IX. 9. ſub fin.] affirmans, pleroſque ſeniorum qui tunc vive-

» rent insolentes eius cibi penitus abstinuisse. Πολλὰ γὰρ, a
» inquit, τῶν ἀγεύστων καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν
» γέγονεν: *multa quae nemo antea gustare aut edere voluisset,*
» *suavissima sunt facta.* Exempli loco affert *oenomeli, vul-*
» *vam, cerebrum, sicyopeponem, piper,* & hoc ipsum *Medi-*
» *cum malum.* Plinius, de malo Assyria: [XII. 3, 7.] *po-*
» *mum ipsum aliàs non manditur.* « CASAUBONUS. — Quo minus solicitari debebat vox ἄβρωτα, p. 82. e.

AD CAP. XXVII.

Ἀντιφάνης μὲν ἐν Βοιωτίῳ. » Quotiescunque in his li-
» bris laudatur ANTIPHANES Βοιωτίῳ, legendum censeo
» mutato genere Βοιωτίᾳ quemadmodum aliis aliquot
» locis [XI. 474. e. & XIV. 650. e.] melius scriptum. Il-
» lo sane, qui noni libri principio habetur, [IX. 367. f.]
» Pollux legit Βοιωτίᾳ lib. X. cap. 23.« CASAUB. — Ad-
sentiuntur Casaubono, cum alii docti viri, tum Iungerm. ad Poll. X. 88. &, qui ipsum Antiphanis locum a Nostro adlatum tractarunt, Sam. Petitus in Miscell. lib. V. c. 3. Taylor in Lectionib. Lysiac. p. 229. ed. Reisk. In eosdem cum Antiphanis, tum Eriphi, qui sequuntur, versus fuse commentatus est Bodaeus ad Theophr. p. 338 sq.

In ANTIPHANIS *vers.* 1. pro ἠλίθιον τὸ, perperam ἠλί-
θιόν τ' est in *ms. A.* In *ms. Ep.* abest vs. 1. & maior pars secundi: itemque in seqq. alia partim in medio, partim in fine omissa. *Vers.* 2. ὥς πρὸς ἀπλήστους. Ferri nullo modo potuit ὥσπερ πρὸς, delerique haud dubie debuit abundans syllaba περ. Quos ἀπλήστους dicit, probabiliter Petitus ad *Boeotos voraces* retulit, de quorum *gula* vide Polybium apud Nostrum, X. 418. a. b.

Versiculi 7 & 8. sic scripti erant in editis: b
Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία
μόν'. ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι παντα χοῦ
καὶ τίμιον.

Pro quibus omnibus, in *ms. Ep.* nonnisi haec verba leguntur, τρία μόνα, ὀλίγον ἐστὶ παντα χοῦ τὸ καλὸν καὶ τίμιον. In *ms. A. vers.* 7. non φασὶν, sed φησὶ scribitur; & sic rursus paulo post, ubi iidem versus repetuntur, ubi φησὶ in editis etiam libris servatum erat. Mihi priori loco bene correctum φασὶν visum erat; pariterque deinde eodem modo corrigendum putavi, in quo etiam Taylor l.

b c. praeivit. Adeo saepe ista, φησὶ & φασὶ, temere confusa a nostris librariis videmus, ut ubique editori, aut (rectius ut dicam) erudito cuique lectori liberum esse iudicium debeat, utri ex illis sit locus. Tum *eod. vs.* pro ταῦτ' εἶναι est ταυτὶ εἶναι in eodem *ms. A.* quod & ipsum haud dubie mendosum est: & idem codex paulo post, in repetito eodem versu, recte, ταῦτ' εἶναι tenet. *Versum* 8. vero ita edidimus, ut in codice scriptus est, exceptâ personae notâ, quae nusquam in msstis adiecta est. (Nec in superioribus edd. in Graeco contextu usquam personarum notae adiectae sunt: quas in latina versione Dalecampius pro suo sensu adposuerat.) Ita fiebat, ut verba φασὶν - - εἶναι ad superiora essent referenda; ista autem, Τρία μόνον ἐστίν, alteri personae essent tribuenda; tum rursus illa Ὀλίγον &c. priori personae. Ex superiorum editionum ratione, sic distributae erant personarum partes:

B. *Ab Hesperidibus, per Luciferam, putabam equidem*
(scilicet, *advenisse semen.*)
A. *Dicunt, aurea haec mala tria esse*
tantummodo. B. *Paucum est pulcrum ubique*
& pretiosum.

Parum quidem interesse videtur; facileque patiar, si cui haec posterior ratio magis arriserit: sed ratio a codice nostro praescripta confirmari eo videtur, quod dein sub Eriphi nomine posteriores versus ita repetuntur, ut illa verba Παρ' Ἐσπερίδων ad sequentia referantur, non ad antecedentia. Grotius nonnisi postremam sententiam, Ἔστιν ὀλίγον - - τίμιον, Excerptis suis p. 607. inseruit: titulum vero fabulae nec Βοιωτίῳ, nec Βοιωτίᾳ praefixit, sed Βοιωτίοις; nescio quo fundamento nixus.

Quod dein de ERIPHO poëta dicit, προθεὶς ὡς ἴδια, recte hoc dedit *ms. A.* quod etiam ex coniectura commendaverat CORAY. Minus commode προσθεὶς edd. *Ibid.* Verba τὰ τοῦ Ἀντιφάνους importune hic posita & e margine irrepsisse visa erant TAYLORO: qui cum ait, se non videre quid illa in Athenaei contextu valeant; ego contra, quid in illis incommodi deprehenderit vir doctus, non perspicio. Perapte haec ab auctore expressa: Ἔριφος, προθεὶς αὐτὰ ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα, τὰ τοῦ Ἀντιφάνους, ὡς ἴδια, ἐπιφέρει &c. *Eriphus, postquam eosdem illos iambos, qui Antiphanis sunt, pro suis praemisit, subiecit deinde* &c. Sed illud incommodum videri debebat, quod verbum ἐπιφέρει

ante verſus illos poſitum eſt, quos *praemiſſos* ab Eripho ait b
Athenaeus; cum poſt hos demum eo loco poni debuiſſet, ubi propria Eriphi verba incipiunt. Quare aut dicendum fuerit, imperite repetitos eſſe tres, qui ſequuntur, Antiphanis verſus cum quarti initio; aut cum CORAYO, viro docto, ſtatuendum, tali modo digerenda haec fuiſſe:

Ἔριφος δὲ - - προθεὶς ὡς ἴδια τὰ τοῦ Ἀντιφάνους·

Παρ' Ἑσπερίδων, ὦμην γε, νὴ τὴν Ἄρτεμιν,
φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι. Τρία
μόνον ἐστίν. Ὀλίγον τὸ καλὸν ἔστι πανταχοῦ
καὶ τίμιον.

ἐπιφέρει·

Τούτων μὲν ὀβολὸν, εἰ πολὺ,
τίθημι. &c.

In iſtis *Antiphanis* verſibus ſub *Eriphi* nomine repetitis, *vſ.* 2. non φασὶν, ſed φησὶ, non modo in codice no- c
ſtro, ſed etiam in editis ſcriptum fuiſſe, iam ſupra monui. Dein *vſ.* 3. cum olim ſic eſſet editum, μόν'. ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι πανταχοῦ &c. rurſus verba μόνον ἐστίν, iuncta dedit *ms. A.* ſequente puncto, quemadmodum edidimus: quo poſito, delendum comma erat, quod poſt καλὸν habebant edd. *Verſ.* 4. εἰ πολὺ percommode dedit codex noſter; οὐ πολὺ edd. *Verſ.* 5. ῥοαί γ'. Particulam in fine, cum deeſſet editis, ex eodem *ms. A.* adieci. *Ad verſ.* 6 *ſq.* monuit OLEARIUS, (ad Vitam Apollonii Tyan. IV. 28. p. 168 ſq.) *plantationem mali Punicae Veneri tribui*, nempe genitrici & rerum parenti; verbo, virtuti prolificae; ob maximam ſeminum copiam, quae malo Punico prae caeteris id genus fructibus inſunt.

Verſ. 8. Cum vulgo iungerentur verba Βέρβεια πολυτίμητε, Dalech. *magni faciundum praemium*, vertit. Quo refertur CASAUBONI Animadverſio: »Fruſtra eſt vir doctus, qui »emendabat βραβεῖα πολυτίμητα. Βέρβεια *ancillae* barbarae »barbarum eſt *nomen*, ut ſervorum pleraque omnia.« Vellem docuiſſet idem Caſaubonus, illud πολυτίμητε quonam ſit referendum; quod mihi quidem nullo modo liquet. Subit coniectare πολύτιμοί γε, ad ῥοαὶ referendum, ut οι cum υ, & litera Γ cum Τ permutata ſit; quarum confuſionum neutra admodum infrequens. Valet autem ὃ καὶ ἢ πολύτιμος, ut Grammatici docent, idem atque πολλῆς τιμῆς (vel πολλοῦ τιμήματος) ἠγορασμένος, *magno pretio emtus, pretioſus*: πολυτίμητος vero, *multo ho-*

nore dignus; qua ratione Deos πολυτιμήτους *dicimus.* Vide Ammonium p. 118. & Thom. Mag. p. 729. Itaque recte Grotius Excerpt. p. 715. in Menandri verſu apud Clem. Alex. Strom. VI. p. 512. (p. 842. ed. Pott.) pro πολύτιμοι Θεοὶ, quod habent alii, πολυτίμητοι tenuit ex ed. Flor.

εἴ τις ἀντιλέγειν ἔχει. Bene hoc dedit *ms. A.* ἔχοι edd.

AD CAP. XXVIII.

d ἀπὸ τῆς κέδρου τὸ κεδρίον ὠνομάσθαι. Nil mutat *ms. A.* In Epitome autem praetermiſſa iſta omnia ex Phaenia hic adlata. Commode vero Dalech. in verſione, *Citrium a Cedro, tanquam Cedrium nominatum fuiſſe.* Dioſcorides I. 136. ait, τὰ μηδικὰ λεγόμενα ἢ περσικὰ ἢ κεδρόμηλα, ῥωμαϊστὶ δὲ κίτρια. Conf. Bod. ad Theophr. p. 337.

ὅτι δὲ καὶ προλαμβανόμενον. Sic recte *ms. A.* ut corrigendum etiam monuit CORAY, praeeunte Dalecam-
e pio. Perperam προσλαμβ. edd. *Ibid.* In ἅπασι τοῖς ζώοις conſentiunt mss. *A.* & *Ep.* quod de *varii generis beſtiis* acceperam. Quo accedebat, quod paulo poſt, verbis illis παραβληθέντες πελωρίοις καὶ ἀγριωτάτοις ζώοις, ταῖς ἀσπίσι δηχθέντες, diſtingui videbantur *aſpides* ab *aliis beſtiarum generibus*: unde ſuſpicatus eram, per gradus iri ſolitum in illo ſupplicii genere, ut primum ſerpentibus obiicerentur miſeri, dein, ſi ab his non laederentur, aliis ferocioribus beſtiis. At, ſi ibi *aſpides* ab *aliis beſtiis* diſtinguere voluiſſet auctor, ita ſcripturus erat, ὑπὸ τῶν ἀσπίδων δηχθέντες, non ταῖς ἀσπίσι. Quare ibi vel *delendum comma poſt* ζώοις, vel poſt ταῖς ἀσπίσι pariter comma ponendum, ut intelligantur iſta per adpoſitionem (quam vocant Grammatici) iuncta, *obiecti immanibus & ferociſſimis beſtiis, nempe aſpidibus.* Itaque etiam pro vulgato ἅπασι τοῖς adoptari ἀποσίτοις (i. e. *impaſtis*) debebat, quod ex Valckenaerii ore olim Koenius ad Corinth. de Dialect. p. 251. commendavit; (conf. Animadv. noſtras ad II. 47. d.) niſi ἀπάστοις malueris, quod idem valet. Monuit ad hunc locum CASAUBONUS: »Soliti *Alexandrini* non ſolum feris laniandos fontes obiicere, verum etiam *venenatorum animalium* morſibus interficere, ſicut Athenienſes cicutae hauſtu. Galenus, in »Comment. de Theriaca ad Piſonem, hoc illorum publicum inſtitutum commemorat his verbis: Πολλάκις ἐθσα-

» σάμην ἐγὼ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τάχος τοῦ e
» ὑπ' αὐτῶν (de *aspidibus* loquitur) γιγνομένου θανάτου.
» ὅταν γάρ τινα τούτῳ τῷ νόμῳ τῆς κολάσεως κατακριθέντα,
» φιλανθρώπως καὶ ταχέως ἀποκτεῖναι θέλωσιν, προσβάλ-
» λοντες αὐτῶν τοῖς στέρνοις τὸ θηρίον, καὶ ποιήσαντες ὀλί-
» γον περιπατῆσαι, οὕτω ταχέως ἀναιροῦσι τὸν ἄνθρωπον.
» *Vidi saepe in magna Alexandria quanta celeritate mortem af-*
» *pides inferant. Quoties enim damnatum aliquem lege supplicii*
» *huius, cum aliqua humanitate, & cito volunt interficere, pe-*
» *ctori serpentem admovent, & passus aliquot ambulare iubent:*
» *atque ita hominem brevi enecant.* «

Ibid. κάπηλίς τις γυνή. Vocabulum γυνή, cum deesset editis, dedere mssti *A.* & *Ep.*

ἐξ ἀκεραίου bene Dalech. *absque dolo* vertit. Suidas: Ἀκέ- f
ραιον· ἄκακον, καθαρὸν, εἰλικρινές: de quo usu illius vocabuli multa collegit Wetsten. ad Matth. X. 16. Quod praecedit, κατὰ τὸ αὐτὸ, idem valet ac αὐτόθεν, *ex tempore, e re nata, non deliberato.* vide Notas nostras ad Arriani dissertationes Epicteti p. 5 sq. Perperam κατὰ τὸ αὐτὸν *ms. A.* Epitomator breviter, ὡς ἔμαθεν τὸ περὶ τοῦ κιτρίου.

Ἐὰν δέ τις -- ὅλον τὸ κιτρίον. Bene sic *ms. Ep.* cum a edd. Deest τὸ *ms. A.* *Ibid.* ὁ ἀπ' αὐτοῦ λαμβάνων ἕωθεν δύο ἢ τρεῖς δακτύλους. *qui mane de eo duo aut tres digitos sumserit.* Villebrunius vertit, *le poids de deux ou trois dattes*, i. e. *pondus duarum vel trium palmularum:* quam recte, nescio. Mihi visum erat, δάκτυλον hîc dici *quantum* de viscida massa *extremo digito*, quem intinxeris, *adhaeret:* nisi forsan aut δακτυλίους oportuit, aut δάκτυλος idem significat quod apud Hippocratem τὸ δακτύλιος sonare Galenus (in Lexico Hippocr.) ait, nempe κύκλος, κυκλίσκος, τροχίσκος, i. e. *pilula* vel *pastillum;* si modo satis coagulatam statuere liceat massam, ut effingi ex ea *pilulae* vel *trochisci* possint. conf. Foes. Oecon. Hippocr. in Δακτύλιος.

AD CAP. XXIX.

Τούτοις εἴ τις. Sic commode *ms. A.* Εἴ τις τούτοις edd. *Ibid.* Θεοπόμπου -- ἀνδρὸς φιλαλήθους, καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος &c. » Verum est elogium, quo THEO-
» POMPUM *historicum* auctor affcit: *veritatis amantem*, ait,
» *fuisse, eiusque pervestigandae studio magnam pecuniae vim*
» *insumsisse.* De *impensis Theopompi* non tacet Dionysius Ha-

a »lic. in Epiſtola ad Pompeium. [cap. 6. T. VI. ed. Reisk. »p. 782 ſq. ubi plura in illius ſcriptoris laudem.] De *amo»re veritatis* non deſunt qui obſtrepant. Athenaeus ipſe li»bro VI. δυσμενέστατον appellat, parum conſtans ſibi. »[Athenaei locum ex lib. VI. non habeo in promtu: ſed »vide interim Polyb. VIII. 11–13. & Cornel. Nep. in »Alcib. c. 11.] Sed quia ingenue vitia hominum Theo»pompus carpſerat, multorum odia veritas illi paraverat: »itaque βάσκανον & aliorum virtutibus invidentem multi »pronunciarunt, quos refellit Dionyſius. Lucianus de »Conſcribenda Hiſtoria, [cap. 59.] τὴν αὐτὴν τῷ Θεο»πόμπῳ κατηγορίαν ἔξεις, φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι »τῶν πλείστων. Hinc *Theopompinum ſcribendi genus* nomi»nat Cicero, cum de omnibus omnia libere palam dicun»tur, ad Atticum lib. II. [ep. 6.]« CASAUBONUS.

b τοῦ Ἡρακλεωτῶν τῶν ἐν τῷ Πόντῳ τυράννου. Aut ſic, aut τοῦ Ἡρακλεώτου, Ἡρακλεωτῶν τῶν ἐν τ. Π. τ. fuiſſe ſcribendum, recte monuit Caſaub. De *Clearcho* illo confer Suidam in Κλέαρχος ὁ Ποντικός: apud quem quae de eo narrantur, omnia ex eodem Theopompo deſumta videntur. Apud Antigonum Caryſtium, eamdem rem cum Athenaeo ex Theopompo narrantem, (Hiſtoriar. Mirab. cap. 131.) perperam *Agatharchus* pro *Clearcho* nominatur. Alios auctores, qui eiuſdem meminere, citavit Beckmann ad Antigon. l. c. pag. 182.

τοῖς πλείστοις ἐδίδου κώνειον πιεῖν· &c. κώνιον *ms. A.* ſuo more *ει* & *ι* permutans: in κώνειον vero conſentit *ms. Ep.* Pro eo vero quod hic κώνειον dicitur, quod proprie *cicutam* ſonat, mox deinde ἀκόνιτον ponitur, (*aconitum*,) quae & ipſa quidem eſt venenata planta, ſed generis plurimum diverſi, cuius deſcriptionem apud Plinium habes XXVII. 3, 2. *Aconito* autem, non *cicutâ*, in ſuos ſaeviſſe Clearchum cum ex his, quae mox ſubiiciuntur, adparet, tum alii confirmant auctores. Quare κώνειον h. l. librariorum vitio irrepſiſſe, & in ἀκόνιτον mutandum, & olim docti viri, & nuperrime etiam SCHNEIDERUS ad Nicandri Alexiph. p. 92. cenſuit. Eamdem vero cum olim ſententiam dixiſſet *Hieron.* MERCURIALIS, (Var. Lect. III. 4.) adiecerat: »Niſi malumus Athenaeo κώνειον & ἀκό»νιτον idem perperam exſtitiſſe, quemadmodum Stephanus »de Urbibus eum citans, in Ἀκόναι, atteſtari videtur: in »quo etiam ſubinde ab aliis auctoribus peccatum.« At

commode CASAUBONUS: »Quia in multis Graeciae op- b
»pidis, inquit, legitimus, ut ita dicam, & uſu plurimo
»cognitus veneni modus, *cicutae propinatio* fuit; κώνειον
»ſimpliciter pro *venenato poculo* uſurparunt: ſicut *pyxis*,
»[quae proprie *buxea* eſt,] dicitur etiam ex auro & ar-
»gento; & χάλκεα poëtis etiam *ferrea* & *chalybea;* ſex-
»centa his ſimilia. Ita debuerant accipere interpretes, cum
»ait noſter, τοῖς πλείστοις ἐδίδου κώνειον πιεῖν: non de
»*potu cicutae*, ut verterunt: nam ſequitur ſtatim, πίνον-
»τας τὸ ἀκόνιτον, de eodem veneno, ut clarum eſt, &
»admonuerunt ante nos viri doctiſſimi: quibus aſſentiri
»non debes, Athenaei codices emendantibus. Stephanus:
»Λέγεται δὲ καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, ὡς
»Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν, ὅτι (malim, ἱστο-
»ρῶν) τοὺς προφαγόντας τὸ πήγανον μηδὲν πάσχοντος [im-
»mo πάσχοντας, aut πάσχειν] ἐκ τοῦ κωνείου. Mani-
»feſte hic ſcriptor imitatione Athenaei κώνειον pro *vene-*
»*nata potione* ἁπλῶς uſurpavit. Ita autem hic legunt &
»membranae omnes & Hoeſcheliana Epitome.« — Et
Athenaeo quidem ipſe etiam Theopompus in illo vocis
uſu praeiviſſe videtur.

πρὶν φαγεῖν πήγανον, *quin rutam comediſſent.* De rutae
uſu contra venenum conſulendus BECKMANN ad Antigo-
num Caryſt. p. 69 ſq. *Ibid.* ὃ καὶ κληθῆναί φησι. Particu-
lam καὶ, quam ignorabant editi, commode dedit uterque
cod. A. & *Ep.*

»Finito ſermone de *Citro*, ait: Ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Δη-
»μοκρίτου. Ubi ſcribendum aliquando putavi τοῦ Λαρην-
»σίου. *Democritus* enim Romani hominis nomen non eſt:
»illum autem qui ſuper citrio malo modo diſputavit, &
»Romanum fuiſſe, & e primoribus, colligitur ex praece-
»dentibus paulo ante verbis, εὖ οἶδα μαθὼν παρὰ πολίτου
»ἐμοῦ πιστευθέντος τὴν τοῦ Αἰγύπτου ἀρχήν. Praefecturam
»Aegypti alii fuiſſe creditam, quam Romano civi, pu-
»tandum non eſt. Sed patuit late per ea tempora ius ci-
»vitatis Romanae. Verum de iſto Democrito & caeteris
»convivis plura ἐν τοῖς προλεγομένοις.« CASAUB. — *De-*
mocritum haec dicentem fecit Athenaeus inde a pag. 83. c.
Caſauboni Prolegomena in Athenaeum numquam lucem
vidiſſe, iam alibi monuimus. Nos de Convivis, quos fin-
xit Athenaeus, diſputavimus in Animadverſionibus ad
auctoris Prooemium.

c ἀπίσθιον. Sic recte h. l. edd. ἀπείσθιον *ms. A.* quae mendosa verbi forma passim alibi in editos quoque libros irrepsit. *Mox*, pro κίτρον, uterque codex noster perperam κρίτον habet.

AD CAP. XXX.

Totum hoc caput, cum dimidia parte capitis sequentis, praetermisit Epitomator.

EPICHARMI *tres priores versus* sic concepti distributique legebantur in editis:

Ἄγε δὲ παντοδαπὰ κογχύλια,
Λεπάδας, ἀσπέδους, στραβήλους, κηκιβάλους, τηθυάκια,
Βαλάνους, πορφυρᾶς, ὄστρεα συμμεμυκότα.

Quos partim mutilos, partim corruptos esse adparet: nec vero emendare eos nobis licuit. Debuisse trochaicos esse tetrametros catalecticos, ut sunt plerique Epicharmi versus, monuit Valckenarius ad Theocr. p. 223. adparebatque e posterioribus versibus, qui satis integri ad nos pervenerunt. *Vers.* 1. Ἄγει δὲ est in *ms. A.* quod recte in Ἄγε δὲ mutasse videtur primus editor, ut a pede tribrachy legitime inciperet versus. Quod *vers.* 2. κραβύζους & στραβήλους iunxi, non recte a me factum esse intelligo: alterum in contextu, alterum in nota poni debebat. κραβύζους quidem quid sit, quod ex nostro *ms. A.* adnotatum est, nescio; nec ullibi aliàs, nec apud veterum nec recentiorum quemquam, vestigium illius nominis reperire mihi contigit. Quae ipsa vocis illius insolentia induxisse primum editorem videtur, ut eius loco istam στραβήλους ex coniectura substitueret, ex pag. 86. c. & f. desumtam. Quod pro ἀσπέδους, CASAUBONUS ait: »Scribi probem cum msstis λεπάδας ἀσπέτους, *lepadas multas*: nam ἀσπέδους nusquam invenias.« — vereor, ne illud ἀσπέτους (ut passim alia, quae in marginibus librorum impressorum cum codd. msstis collatorum scripta Casaubonus repererat) non ex codice msto, sed ex alicuius docti viri coniectura ductum fuerit. Noster certe *ms. A.* ipsum ἀσπέδους agnoscit: quod quidem quid sit, non magis quam Casaubonus compertum habeo, aut quam Gesnerus, qui in libro de Aquatil. voce *Aspedos* nil aliud adnotavit, nisi esse conchylii genus apud Epicharmum. Pergit adnotare CASAUB. »Ἀστάκους emendari [pro ἀσπέ-

» δους] non probo : etsi enim τῶν ὀστρακοδέρμων sunt asta-» ci, non tamen de genere conchyliorum. *Strabeli* ex Athe-» naeo & Hesychio noti : tamen in exaratis manu constan-» ter κραβύζους. De *cecibalis* amplius quaeramus: [nus-» quam enim alibi id nomen occurrit:] τηθυνάκια, sunt » parva τήθυα, de quibus multa in sequentibus. «

Sicut postrema verba *vers.* 3. ὄστρεα συμμεμυκότα legi- d timam posterioris hemistychii trochaici mensuram habent, sic sequentibus versibus ad eumdem modulum aut parum aut nihil deerat. In singulis maxime vocibus nonnulla monenda sunt. Et quidem *eod. vers.* 3. pro πορφυρᾶς oportebat πορφύρας, idque in contextu corrigi debebat. Dein pro συμμεμυκότα, scribitur συμπεφυκότα p. 92. f.

Vers. 4. Pro vulgatis διελεῖν, ἔστι, & καταφαγεῖν, cum Valckenario l. c. doricas formas διελῆν, ἔντι, & καταφαγῆν posui; de quibus vide Maittaire, Dialect. p. 230 sq. & pag. 206. quamquam non negaverim, istis formis substitui ab Athenaeo vulgatas potuisse: ac sane nihil hîc mutabat noster *ms. A.* At doricas formas ἐντὶ & ἐμπαγῆμεν paulo post *vs.* 6. servatas in libris videmus. Caeterum, sicut *ostrea aperire, difficile* dicit Epicharmus: sic κόγχην διελεῖν, *concham aperire*, in proverbio de *re facili* usurpabatur, de quo infra pag. 87. a.

Quintus versus probus erat, nisi quod pro ἀναρίτας perperam ἀναρίπτας erat in ed. Ven. sicut & in *ms. A.* quod correxit editor Basileensis. Ibi CASAUB. »Ἀναρῖται, sive » ἀννηῖται, iidem cum iis quos νηΐτας alii vocant. In » multis dictionibus τὸ α impune adest aut abest: sic stra-» beli & astrabeli iidem. « De *anarite* conf. pag. 86. b. De strabelo & astrabelo habes pag. 86. f.

Ibid. »σκιφύδρια Epicharmo sunt quae aliis ξιφύδρια. » Hesychius: Ξιφύδρια, κοχλία. [κοχλίαι, puto, voluit; » aut κογχύλια. Idem: Σκιφύδρια, εἶδος κογχυλίου.] Sic & » σκίφος pro ξίφος. [Maittaire, Dialect. p. 149.] Et pisces » quoque *sciphiae* non alii a *xiphiis*, sed ab istis Epichar-» mi conchyliis diversi longe. Sciphydrium, latine *gladio-» lus.* De hoc genere ait EPICHARMUS [*Vers.* 6.] τὰ γλυ-» κέα μὲν ἐντὶ ἐπέσθειν, [perperam ἐπίσθειν ed. Ven. & » Bas.] ἐν πάγει μὲν δ' ὀξέα. Corrigo, τὰ γλυκέα μὲν » ἐντὶ ἐπέσθεν, ἐμπαγέμεν δ' ὀξέα: *qui* (gladioli) *dulces » quidem sunt in edendo, acuti autem in perforando.* ἐμπαγέ-» μεν, Doricum pro ἐμπήγειν, (nam πήγω dicebant pro

d »πηγνύω;) vel pro ἐμπαγῆναι, quod ita accipiendum, »ὥστε ἐμπαγῆναί τινα αὐτοῖς ῥᾳδίως, *ut facile aliquis traiici* »*ab illis poſſit*. Vel hic locus interpretum commenta de »etymo vocis σκιφύδρια ſatis refellit.« CASAUB. — Scilicet a σκύφος derivabat Dalech. cum Rondeleto. Caeterum *ſciphydrii* vel *xiphydrii* nomen diligentiſſimus in hoc genere & rerum & nominum ſcrutator Geſnerus (de Aquat. p. 234 extr. & ſq.) nonniſi ex hoc Athenaei loco & ex Heſychio cognitum habuerat. Xenocrates c. 30. (31.) ξιφύδρια eadem dicere conchylia videtur ac τελλίνας, de quibus mox lit. e. & f. At *tellina* nec *perfodere* manum poteſt, nec ullam cum *gladio* habet ſimilitudinem. Pro vulgato ἐπέσθειν commode ἐπέσθεν ſcribendum propoſuit Caſ. quae forma in praeſente quidem infinitivi frequentior fuiſſe videtur; ſed quemadmodum etiam χαίρην & ἔρπην ex Theocr. XIV. 1. & XV. 26. adnotavit Maittaire p. 230. ſic ἐπέσθην h. l. ſcribendum putaveram, ut ſupra διελῆν & καταφαγῆν. At apud Theocritum nunc video a pleriſque χαίρην & ἔρπην edita abſque iota ſubſcripto: a Valckenario vero etiam in Theocriti Adoniaz. vſ. 26. vulgarem formam ἔρπειν video reſtitutam, & diſerte commendatam ut meliorem quam ἔρπην: quare, cum idem vir doctus ad Theocr. p. 223. hunc Epicharmi verſum ſic ſcribendum praecepit,

τὰ γλυκέα μὲν ἔνθ' ἐπέσθειν, ἐμπαγῆναι δ' ὀξέα:

videtur pari ratione ἐπέσθειν conſulto ſcripſiſſe, quod equidem nolenti ei excidiſſe putaveram, quoniam paulo ante διελῆν & καταφαγῆν doricâ formâ ſcripſerat. Denique ἐμπαγέμεν, in activo, de quo primum cogitaverat Caſaubonus, nec fert metri ratio, nec ſententia, quae paſſivum ἐμπαγῆμεν (pro communi ἐμπαγῆναι, cf. Maitt. pag. 232.) deſiderabat, hâc ſententiâ: *quae iucunda quidem ſunt ſi comedas, ſed acuta ut eis perfodiaris.* Ad iſtam ſcripturam accedit etiam noſter codex, in quo ἐνπαγῆμεν: ubi notandum, ſaepius in veruſtis codicibus teneri ν literam in vocibus compoſitis, ubi ex pronunciationis lege ob ſequentem labialem in μ mutari illa debebat.

Verſus 7. ſic ſcriptus erat in editis:

τούς τε μακρογογγύλλους σωλῆνας· ἢ μέλαινά τε:

ubi noſter *ms. A.* recte & μακρογογγύλους ſimplici λ litera dedit, & doricam formam ᾶ, cui quidem ᾗ in codice ſuperſcripta eſt. — »Emendabat doctiſſimus Geſnerus [de »Aquatil. pag. 1036.] μακροκογχύλους. Sed cur editam

»non feramus lectionem? Μακρογόγγυλος, *longus ac te-* d
»*res* significat; ut πολυποίκιλος, *multus & varius. Solenes*,
»qui etiam dicti sunt *digiti*, & δόιακες, & αὐλοὶ, quare
»non possunt μακρογόγγυλοι appellari? Sic de alia con-
»chyliorum, ut videtur, specie, factum nomen γογγυ-
»λόσκηνος, id est, Hesychio interprete, γογγύλον ἔχων
»τὸν οἶκον ἢ τὸ σῶμα.« CASAUB. — Post σωληνας commodius fortasse poneretur maior distinctio: nam ab illis verbis, ἃ μέλαινά τε incipit novum genus constructionis: praecesserant accusativi; nunc sequuntur nominativi, ubi intelligendum verbum παρέστω, *adsit*, vel μὴ ἀπέστω, ut VII. 295. f. Sic subinde faciunt poëtae, ut in media oratione mutent constructionem: simile exemplum haud procul abest, in Philyllii versibus p. 86. e.

Desperatum versum, qui sequitur, sic scripsi ut editus erat:

κόγχος, ἅπερ κογχόθηρα πᾶσιν ἐς τρισώνια.

Ibi CASAUBONUS ait: »Scripta manu lectio nihilo me-
»lior, ἅπερ κογχόθηραν πᾶσιν ἐς τρισῶκα. Auctor Epito-
»mae, quae sanare non poterat, praetermisit pudenter.«
— Ab Epitomatore totum hoc caput praetermissum esse, iam supra monui. In τρισώνια nostes *ms. A.* nihil, quod sciam, mutat: sed in κογχόθηραν vel κογχοθήραν cum Italicis Casauboni codicibus consentit: quod utique nihilo melius videtur vulgato. Illud quidem minime dubium esse debet, de *pinna*, quae dicitur, concha agi, cui ex vulgata apud veteres opinione cancellus praesto est, vulgo πιννοτήρης vel πιννοθήρας dictus, (de quo infra pag. 89. e.) qui pinnae *cibum venatur*. Illum cancellum cum hic a *venando* κογχοθήραν dicat poëta, suspicatus sum voluisse eum alio vocabulo alterum nomen exprimere quod a verbo τηρεῖν, id est, a *custodiendo* & *diligenter observando* ductum est, exprimere: in eamque sententiam vocabulum τρισώριος h. l. positum a poëta coniecteraveram, quod idem valeret ac πολυωρητικὸς, *multam curam gerens*, *diligenter observans*. Id si non placet, (cum, praeterquam quod nullibi aliâs reperitur istud vocabulum, illud etiam obiici possit, ex analogia sermonis, sicut ὀλίγωρος dicitur, *qui exiguam curam habet*, sic τρίσωρος, non τρισώριος fuisse dicendum) vide an magis adrideat, quod a VILLEBRUNIO propositum propius abest a librorum scriptura. Is igitur τὰ ὤνια, quae proprie sunt quaecumque *res venales*, sigillatim de *alimen-*

d *tis* vel *cibariis* accipi poſſe ſtatuens, legere ſe ἐστὶν ὄνια ait: voluerat, puto, aptius ad ſententiam, & propius etiam ad literam, ἔστ' εἰς ὠνια dicere; itaque verſum hunc gallice ſic reddidit: *qui ont toutes une ſentinelle dans leur coquille, pour trouver à paitre.*

Reliqui *tres verſus* 9 - 11. in hunc modum editi legebantur:

Θάτεραι δέ τ' αἱ κόγχοι αἱ ἀμαθίτιδές τε κακοδόκι-
e μοί τε κνυγόνοι
Τὰς ἀνδροφυκτίδας πάντες ἄνθρωποι καλέοντι,
Ἄμμες δὲ λεύκας τοὶ θεοί.

Sic quidem in ed. Ven. expreſſi ſunt: a qua non diſcedunt poſteriores editiones, niſi quod per operarum errorem pro κακοδόκιμοι, eſt κακοδόκοιμοι in ed. Baſ. & κακοδόκ' μοι in ed. Caſ. 1. tum pro κνυγόνοι eſt κνυγόνοι in ed. Caſ. 2. 3. denique quod pro λεύκας eſt λευκὰς in ed. Caſ. 3. Ibi haec adnotavit CASAUB. » Lego κῦγονοι., » & fortaſſe etiam κἀδόκιμοι: *alterae*, ſive alterius generis » *conchae ſunt fabulaſae, & male audiunt, ceu generationis ini-* » *micae: has vulgo mortales appellant* ἀνδροφύκτιδας, *virifu-* » *gas: nos dii vocamus albas.* Dalecampius ἀμαθίτιδας *con-* » *chas* putat dictas ab *Amatho*, Veneri ſacra: *Amathuntem*, « puto, voluit dicere. Atque huius ſententiae auctor illi » Conradus Geſnerus: [de Aquatilib. p. 285.] qui Vene- » ris conchas eſſe putat, quas χοιρίνας & *porcellanas* vul- » go appellant. Ne aſſentiar doctiſſ. viro facit analogia: » qua enim proportione ἀμαθῖτις ab Ἀμαθοῦς poſſit dedu- » ci? Quin potius commune hoc epitheton eſſe cenſemus » illarum concharum quae in limo generantur: nam, ut » ait Nicander, teſtaceorum, quae ille vocat ὀστρακόρινα, » Πολλὰ μὲν ἐν πέτρῃσι, τὰ δ' ἐν ψαμάθοισι νέμονται: & » humanae ſapientiae pater [Ariſtot. Hiſt. Anim. V. 15.] » in βορβορώδει quidem limo oſtrea, in ἀμμώδει vero con- » chas naſci; quod huc facit inprimis. ἀμαθὸς enim, [ἄμα- » θος] ut docent grammatici, ὁ ἀμμώδης τόπος: ut mi- » rum non ſit, Epicharmo appellari κόγχας ἀμαθιτίδας, » quas ait philoſophus generari in locis ἀμαθώδεσιν, aut » quod idem eſt ἀμμώδεσι. Si probarem a loco iſtud no- » men inditum, non ab Amathunte Cypri, ſed ab Ama- » tha oppido Siciliae deducerem, ſervatâ analogiâ. — Emen- » dat deinde Dalecampius καλοδόκιμοι & ἀνδροφυτίδας. » [vertens ſcilicet, *clari nominis, ad conceptus & partus lau-*

» *datae.*] Nos cauſſam non videmus, cur edita lectio re-e
» pudietur. Homerum imitatur Epicharmus in iſtis, ἄμμες
» δὲ λευκὰς τοὶ θεοί: ſeparat *dialectum deorum* ab *humana;*
» qua de re in Cratylo Plato.« — In eamdem cum Caſaub. ſententiam ἀμαθίτιδας κόγχους Henr. Stephanus in Indice Theſ. interpretatus erat *conchas gaudentes arena littorea.* Verſuum menſuram non attigit doctus Animadverſor. VALCKENARIUS, omiſſis duobus qui ultimum praecedunt: » Ultimus, inquit, Trochaicus legitimus erit, una
» tantum litera eliſa:

πάντες ἄνθρωποι καλέουτ', ἄμμες δὲ λευκὰς τοὶ θεοί.«

Et ſic nos quoque editum volueramus, niſi quod pro ἄμμες a BRUNCKIO ἄμὲς accepimus, quod ille, ſic in *ms. Par. B.* repertum, magis eſſe doricum iudicaverat. Et id quidem diſerte Euſtathius a veteribus praeceptum teſtatur: (ad Iliad. ρ'. pag. 1151, 14.) οἱ παλαιοὶ φασιν καὶ ὅτι ἄμες [ſic ibi editum, in Baſ. quidem edit.] λέγουσιν οἱ Δωριεῖς, ἄμμες δὲ οἱ Αἰολεῖς. Conf. Maittaire Dialect. pag. 193. Ex noſtro quidem *ms. A.* nihil h. l. adnotatum: ſed facillime effugere talia potuerunt vel diligentiſſimi exploratoris aciem. Quod vero οἱ θεοί in noſtro exemplo expreſſum eſt, id temere factum; pro quo τοὶ θεοί velim reſtitutum. λεύκας penacute ſcriptum (ut iam dixi) in editionibus omnibus, excepta tertia Caſauboniana; nec in msstis adnotatus diſſenſus: caeterum facile patiar in λευκὰς mutari. Conſtituto verſu poſtremo, facile ad ſuos numeros redigi poſſe duo praecedentes mihi viſi erant: in quo adiuvit nonnihil *ms. A.* qui pro κόγχοι αἱ habet κόγχοι τε αἱ, quod in κόγχοι τε, ταί τε mutavi: in illo τ' αἱ vero, quod praecedebat, itemque in τε poſt ἀμαθίτιδες, haud dubie idem articulus ταὶ latebat. In conſtituenda ſingulorum vocabulorum vel ſcriptura vel ſignificatione maior difficultas ineſt: nec ego quidquam definire auſim. Dalecampius pro κακοδόκιμοι videtur καὶ εὐδόκιμοι vel κηὐδόκιμοι legiſſe, & dein ἀνδροφυτικὰς, pro ἀνδροφυκτίδας: ſcilicet Plinii verba (puto) reſpiciens, XXX. 12, 43. *Cochleae in cibo ſumtae acceleranf partum; item conceptum, impoſitae cum croco.* GESNERUS, (de Aquat. pag. 270.) *androphyctidas* tenens, ait: » Hae conchae fortaſſis, contraria quam reliquae faculta-
» te, Venerem non promovent, ſed inhibent: aut etiam
» ſterilitatem inducunt, ut inde κακοδόκιμοι κηυγόνοι, hoc

e »est, *male probatae ad foecunditatem*, & *Androphyctides*, »forte a virorum & concubitus taedio ac fuga, dicantur.« — Ad Dalecampii sententiam accedens VALCKENARIUS: (ad Theocr. pag. 223.) »Si lectum fuit, inquit, εὐδόκιμοι, κἤγονοι: vox ἀγονοι [quae scilicet inerat in »κἤγονοι, idem valente ac καὶ ἀγονοι] hic forsan ab in»terprete reddi potuit πολύγονοι.« — Nempe eam interpretationem adnotavit Hesychius: Ἄγονον· πήγανον, ἢ πολύγονον.

AD CAP. XXXI.

Quae ex eiusdem EPICHARMI *Musis* corrupte sic edita legebantur:

Ἀντὶ τοῦ κόγχος ἀντέλλιν καλέομες. ἔστιν δ' ἄδιστον κρέας:

in hunc modum emendans Casaubonus,

Ἐντὶ κόγχος ἂν τέλλιν καλέομες· — —

recte haud dubie priora constituit verba, nisi quod metri ratio verbum ἐντὶ ad superiorem versum pertinere ostendebat: de voce τέλλιν vero non cogitaverat vir doctus, dorice τέλλαν, non τέλλιν, fuisse dicendum. At noster *cod. A.* τέλλειν exhibens, pro solita sua vocalium ει & ι confusione, haud dubie τέλλιν indicabat, quod adeo adoptavi: scil. a recto casu ἡ τέλλις, qui idem sonasse videtur ac ἡ τελλίνη vel τελλίνα. καλέομες dorica forma est, pro καλέομεν. Dein in posteriore hemistychio ferri non debuit vulgatum ἔστι: sed desiderabatur doricum ἐντὶ, sive accentu retracto ἔντι malueris; certe absque ν ἐφελκυστικῷ, quod hic quidem respuebat metrum.

ἢν Ῥωμαῖοι μίτλον ὀνομάζουσι. Cum μύτλον esset editum, monuit PALMERIUS: (Exercit. p. 492.) »Lege »μίτλον. Nam si fuit Romana vox, non potuit habere τὸ »υ: eâ literâ non utebantur Romani, nisi in vocibus Grae»cis; & Plinius *mitulos* semper scribit, non *mytulos*.« Vide Plin. IX. 37, 61. & 51, 74. & XXXII. 9. 31. *Mitulum* etiam in versione scripserat Dalech. Nobis vero istis virorum doctorum auctoritatibus nil erat opus: ipse codex noster μίτλον offerebat.

Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης συγγράμματι. Nil opus erat, ut Σκυτάλης maiuscula litera scriberemus: si maiusculam utique

velles, Ἀχνυμένης σκυτάλης erat scribendum. Quod autem coniectaveram, ἀγνυμένης forsan oportuisse, similiter a CORAYO h. l. adnotatum video: »An ἀγνυμέ- e »νης?« In eamdemque sententiam olim MEURSIUS in Bibl. Graec. (Thes. Antiq. Graec. Vol. VIII. p. 1254.) titulum *commentarii* ARISTOPHANIS ab Athenaeo citati, *de fracta scutala*, interpretatus erat. At in vulgatam scripturam consentiunt alii auctores, qui magno numero verbum illud ἀχνυμένη σκυτάλη, quo proverbialiter olim usus erat ARCHILOCHUS poëta, commemorarunt. Vide Brunckii Fragmenta Archilochi num. 39. T. I. Analect. p. 46. & confer quae ad illud Fragmentum, ex Ammonio de Diff. Vocab. p. 7. ducto, docte (ut solet) adnotavit Iacobs T. I. P. I. p. 174. Et quamvis ex hoc ipso, quod Aristophanes Grammaticus commentarium περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης scripserit, intelligi videatur, ne inter veteres quidem satis constitisse, quid illo verbo voluerit Archilochus, tamen usu obtinuit, ut ἀχνυμένη σκυτάλη tamquam in proverbio de *tristi nuncio* diceretur, ut docent Paroemiographi, Diogenianus III. 25. & Apostolius V. 29. Itaque περὶ τῆς ἀχνυμ. σκυτ. latine *de Tristi scytala* reddi debebat. Conf. Erasm. Adag. *Tristis scytale.*

In duobus ALCAEI *versibus*, qui mox adponuntur, nil f mutat noster codex, nisi quod in *priori* versu pro θαλάσσης, quod erat editum, doricam formam θαλάσσας dedit, quamquam & ibi superscriptâ literâ η simul communis forma indicatur. In *posteriori vers.* quod in ed. Cas. 2. ἀθαλασσία scribitur pro ἀ θαλασσία, error est illi editioni proprius: caeterum nil variant libri. Vulgatam, quam tenuimus, lectionem, sic interpretatus erat DALECH. *In lepadibus animum recrees ô marina lepas*: [ubi intelligi poterat, *animum nobis recreet.*] monueratque in ora, iocum esse ex ambiguo vocis λεπὰς significatu. CASAUBONUS vero: »Quidquid nonnulli muginentur, in- »quit, fatendum est, ita scripta haec Ἐκ λεπάδων χαίνοις »φρένας &c. sensum nullum habere. Leginus nos, Ἐκ »λυπάων δ' ἰαίνοι σε φρένας ἀ θαλ. λεπάς: vel, ἰαίνοις ὦ »θαλ. λεπ. Optat iucunda omnia amiculae: in his, ut »*lepade marina animum oblectet, ut solent pueri fistula;* vide »sequentia Athenaei.« — Equidem nihil definiam. An λυπάων penultimâ longâ, pro λεπάδων, ferat metri ratio, penes artis peritos iudicium esto. Tenendum vulgatum

f perſuadebit fortaſſe Hipparchi ille verſiculus, III. 101. a. ἐν λοπάσιν μ' εὐφραίνει &c. In verbo χαύνοι utique vel terminatio vel accentus certe fuerit mutandus: ſed, ipſum verbum cum alio mutare, minus neceſſe eſſe videtur.

ὁ δ' Ἀριστοφ. γράφει ἀντὶ τοῦ λεπὰς, χέλυς. » Inter »oblectamenta iuventutis fuerunt & conchyliorum genera quaedam, ex quibus varia ſibi ludicra pueri conficiebant. Ariſtophanes pro λεπὰς emendabat χέλυς: [i. e. *teſtudo*:] credo, quia ad illa quae diximus puerilia »oblectamenta parum aptas exiſtimabat eſſe marinas *patellas*. Quantum huic emendationi tribuendum ſit, amiſſis Alcaei poëmatis, aeſtimare hodie non licet nobis. »Videtur tamen primus eius odae verſus, non obſcure »alteri lectioni favere, πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσης τέκνον: nam quid aliud *lepas*, niſi *rupis & maris progenies?*« CASAUB.

Quem DICAEARCHUM mox dicit Athenaeus, Meſſenius fuit, Ariſtotelis auditor, ſaepius Noſtro citatus: Grammaticus, ſicut Ariſtophanes. Ibi cum ἐκλεξάμενον vulgo legeretur, mireris illum errorem non animadvertiſſe Caſaubonum. Haud dubie ἐκδεξάμενον oportuit, ut monuit Valcken. ad Phoen. p. 169. conf. X. 430. c. & II. 66. b. ibique not.

a Σώπατρος ὁ φλυακογράφος. Cum adnotaſſet Dalech. pro vulgato φλοιακογράφος legere quoſdam (nempe legendum exiſtimare) φλυαρογράφος; CASAUBONUS contra: »Errant, inquit, qui SOPATRUM appellari »non ferunt φλοιακογράφον. Super membranas & Epitomen Euſtathius fidem facit huic lectioni. φλοίακες in »Magna Graecia dicebantur *hiſtriones & mimi:* [Euſtath. »ad Iliad. λ'. p. 836, 47.] *mimorum poëtae*, φλοιακογράφοι; »vel etiam φλύακες aut φλοίακες ſimpliciter. Stephanus »de Urbibus, [voc. Τάρας:] Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, »τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον. Vir doctus, »qui in hoc Stephani loco φλύαξ aliter accipit, fallitur. »Huiuſmodi poëſis proprio nomine *hilarotragoedia* appel»labatur, vel *phlyacographia*. Suidas eius auctorem facit »Rhinthonem: Ῥίνθων, ait, Ταραντῖνος κωμικὸς, ἀρχηγὸς »τῆς καλουμένης ἱλαροτραγῳδίας, ἥ ἐστι φυλακογραφία. »ſcribendum φλυακογραφία. Nihil intereſt inter φλύαξ »& φλοίαξ. Idem (Suidas) alibi [in Σωτάδης Κρής] de

»Sotade: ἔγραψε φλύακας, ἤτοι κιναίδους. De hoc Sopa- a
»tro plura cap. XXXII.« [ſcil. ad III. 119. a.] CASAUB. —
In vulgatum φλοιακογρ. conſentiunt quidem h. l. mssti. *A.* & *Ep.* quae ſcriptura ex prava confuſione vocalium οι & υ nata eſt. Sed veram ſcripturam per υ infra, XIV. 621. f. cum editis tenet *ms. A.* atque etiam *ms. Ep.* (in quo quidem οι ibi ſuperſcriptum, quod e ſuo Epitomes exemplo Euſtathius l. c. in ſuos Commentarios tranſtulit.) Eam porro ſcripturam per υ non ſolum locis citatis Suidas & Stephanus tenent; ſed rurſus idem Suidas in ſerie literarum, vocab. Φλύακες, & Heſychius in Φλύαξ, quod per γελοιαστὴς ille interpretatur. Deinde, eamdem originem habere hoc vocabulum cum verbo φλυαρεῖν, (quod nuſquam per οι ſcribitur) docet idem Heſychius, cum φλυάσσει interpretatur φλυαρεῖ, φλύει: & Euſtathius ad Dionyſii Periegeſ. vſ. 976. cum ait: Ῥίνθων ὁ ἐπικαλούμενος Φλύαξ, ἤγουν φλύαρος ὑποκοριστικῶς.

In SOPATRI *verſ.* 1. quod pro μέ τις, in *ms. Ep.* eſt μέγας, id quidem ex Epitomatoris emendatione eſſe videtur, parum utique illâ neceſſariâ. Monuit h. l. CASAUB. »Elegantia eſt Homerica, ἔβη με [εἰς] ἀκοὰς ἴαχος: »ut, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.« — Plura talia, ni fallit animus, apud Tragicos reperiuntur. Quod vero adiecit idem CASAUB. »Membranae tamen, & Epitome, »μέγας, non μέ τις:« ſi praeter Epitomen aliae membranae μέγας habent, ſunt illae ex Epitoma adulteratae; noſtrae quidem vetuſtiſſimae membranae μέ τις tenent. Sed eſt nimirum hoc eiuſdem generis, de quo iam ſaepe monui: viri alicuius docti coniecturam, in ora libri notatam, pro codicis mſti lectione acceperat Caſaub. *Verſ.* 2. »μελῳδὸς ἴαχος (ait idem CASAUB.) pro μεμελῳδη»κὼς vel ἐμμελής.« Id eſt, μελῳδὸς adiective accipiendum, quaſi eſſet μελῳδητός.

Πάλιν ὁ Ἐπίχαρμος ἐν Πύρρᾳ καὶ Προμαθεῖ. Haec & nonnulla, quae ſequuntur, praeteriit Epitomator. Imperite vero Πᾶ δ' Ἐπιχ. erat editum; ubi CASAUBONUS: »Illud Πᾶ pro καὶ quomodo huc irrepſerit etiam »in mſstis, neſcio; nam ad ſuperiora pertinere non vi»detur. Caetera ſic lego, Ἐπίχαρμος ἐν πυρκαεῖ Προ»μηθεῖ. Epicharmum hoc nomine fabulam docuiſſe, teſta»tur Pollux lib. X. c. 23. [ſect. 82.] Promethei fabulam »per partes poëtae varii docuerunt, & cognominibus ſua

a » dramata distinxerunt. In Aeschylearum tragoediarum » indice legas, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς πυρφόρος, » Προμηθεὺς λυόμενος: sed & Προμηθεὺς πυρκαὴς [im- » mo πυρκαεὺς, activa notione; non πυρκαὴς, quod pas- » sivam habet significationem] ab Aeschylo composita » est, ut affirmat conceptis verbis Iulius Pollux lib. IX. » [sect. 156.] Quare augeatur, me auctore, antiquus il- » le catalogus, fabulae istius nomine. Restituatur etiam in » eodem albo corruptum nomen alterius dramatis, aut » certe praetermissum: nam in litera Θ prima censeri de- » buit fabula Θαλαμοποιοὶ, auctore eodem Polluce lib. VII. » c. 26. « [sect. 122.] — At nihil huc facit Aeschyli Προ- μηθεὺς πυρκαεύς. Epicharmi fabula, cui iuxta Athenaeum titulus erat Πύῤῥα καὶ Προμηθεὺς, apud Pollucem X. 82. ex veterum librorum praescripto Πύῤῥα ἢ Προμηθεὺς in- scripta erat, exiguâ differentiâ. Vide Meurs. ad Hellad. p. 64. & Pollucis interpretes, ac praesertim Hemsterh. ad Poll. X. 82. Eidem fabulae apud Nostrum X. 424. d. solus titulus Πύῤῥα tribuitur. Absurdum Πᾶ δ' ex perperam ac- cepto scripturae compendio natum erat. Perspicue opti- mus noster codex πάλιν dedit.

Monstrosae rationi, qua scriptus vulgo legebatur *ver- sus* ex illa *Epicharmi* fabula citatus, Κἄν τις Ἑλλήνων τὸν ἄνδρι τ' ἂν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς ὅσσα, nil medentur nostrae membranae. Quae verba cum latine sic reddidisset Dalech. *Si quis autem Graecorum lepas quanta sit contempletur;* Ca- saubonus: » Nae bono fuerunt stomacho, inquit, qui » haec concoxerunt. Nos foede omnia inquinata affirma- » mus; & ita emendamus, ipsa corruptae lectionis vestigia » prementes: Καὶ τελλίναν τε κ' ἀναρίταν θᾶσαι δὴ, καὶ » λεπὰς (vel λεπάδ') ὅσα. *Tellinam & anaritam hunc spe- » cta, ac patellam marinam, quâ magnitudine sint.* Conside- » ra superiores eiusdem poëtae locos, & faviisse hic nobis » Musas non dubitabis. Θᾶσαι valet *cerne:* extat apud Theo- » critum & Sophronem, eiusdem dialecti poëtas. « — Cuius emendationes in praecipuis quidem verbis adoptare non dubitavi. Initio vero tenui κᾰ̓ν: quod si bene habet, signi- ficaverit *modo, tamen, solummodo;* ut κᾰ̓ν θᾶσαι idem fere valeat, ac θᾶσαι μὰν infra apud Sophronem, III. 106. a. sed τὰν pro κᾰ̓ν malebam.

Παρὰ Σώφρονι δ' οἱ κόγχ. Exspectabam αἱ κογχ. cum & aliâs foeminino genere utatur, & praesertim cum h. l.

ſequatur foemininum μελανίδες. Caeterum, hoc-ne dicat a Athenaeus, *quaslibet conchas*, nullo diſcrimine, μελανίδας dictas eſſe a Sophrone, an peculiare aliquod genus, haud ſatis adparet. In ipſis SOPHRONIS *verbis*, νησουν τι (ſic) diſtinctis vocibus erat editum. Ibi CASAUB. »Scribo νισσονται »aut νισσοῦνται, *venient*, ſive *afferentur*.« — Perſpecte vero KOEN ad Corinthum de Dial. p. 147. monuit, ſatis eſſe ſi unâ voce νησουντι ſcribatur, ut ſit dorica forma futuri pro νήσουσι, a νέω, νήσω, *eo*, *venio*. Violentiorem medicinam IACOBS adhibendam cenſuit, Emendation. pag. 47. μελανίδες καὶ πίννης ἔντι corrigens. νησουντι una voce habet noſter *ms. A.* ſed abſque accentu. De *Sophronis oratione*, per *cola* quidem diſtributâ, apto numero decurrentia, nec vero *metri legibus* adſtricta, in Indice Auctorum dicetur.

ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ [ſcil. μίμῳ] Ὠλιεὺς τὸν ἀγροιώταν. Corrupte edd. ἐν τῷ Ἁλιευτικῷ τὸν ἀγροιώταν. Ubi primum particulâ δὲ carere non potuit oratio; niſi aliud quid turbatum ſtatuas. Titulus mimi Sophronei rectius editus legitur VII. 288. a. Ἁλιεὺς τὸν ἀγριώταν. Primam autem vocem commodius etiam & prorſus ex vero ὦλιεὺς exhibuit *ms. A.* (quod poterat etiam Ὠλιεὺς ſcribi) id eſt ὁ ἁλιεύς. In ἀγροιώταν conſentit h. l. idem codex; bene, ut apud Homer. & Sapph. ſupra in Sapphûs verſiculis, I. 21. c. ubi vide Notas & Notarum Supplem. Ad iſta verba Ὠλιεὺς τὸν ἀγριώταν adparet intelligendum eſſe neſcio quod verbum vel participium, puta ἁλίσκει, ἁλίσκων, aut aliud quodcumque. Idem fortaſſe mimus eſt, qui alibi uno verbo ſic citatur, Σώφρων ἐν τῷ Ἀγροιωτικῷ. VII. 309. c. Quidquid ſit, cum h. l. nullâ interpoſitâ diſtinctione ſic editum legeretur, τὸν ἀγριώταν χηράβας ὀνομάζει: & deinde, καὶ Ἀρχίλοχος δὲ τῆς b χηράβος μέμνηται: meliorum codicum praeſidio fere deſtitutus CASAUBONUS, ſic praeceperat: »Lege τὸν »ἀγροιώταν χηραβαν vel χηράμβαν ὀνομάζει· καὶ Ἀρχίλο»χος δὲ τῆς χηράβος μέμνηται. Senſus eſt: Alios in maſculino genere iſtud nomen extuliſſe, ὁ χηράβης, vel, »ut ſcribunt membranae, ὁ χηράμβης: alios in foemini»no ἡ χηρὰϕ vel χήραϕ, ut λαίλαϕ.« — Noſtrae membranae priori loco χηράμβας in accuſ. plur. poſteriori loco χηράμβης in gen. ſing. dedere: ſic omnia mihi plana viſa erant, eâ ſententiâ quam in verſione expreſſi.

b καλεῖται δ' ὁ ἀναρίτης καὶ ἀνάρτας. ἀνάρτας dictus videtur ἀπὸ τοῦ ἀναρτᾶσθαι, id est, προσέχεσθαι ταῖς πέτραις, ut mox ait: cum quo videri potest pugnare id quod de derivatione vocabuli ἀναρίτης ab ὁ ῥηρίτης supra a Casaub. observatum vidimus ad pag. 85. c. Sed potest ἀναρίτης primum a ῥηρίτης fuisse formatum; deinde vero rursus ex ἀναρίτης ob soni vicinitatem potuit ἀνάρτης vel ἀνάρτας formari cum respectu ad τὸ ἀναρτᾶσθαι.

κογχῶδες δὲ. Saepe quidem confunduntur κοχλίαι & κόγχοι; proprie vero κόγχοι sunt bivalves, κοχλίαι univalves. Quare probabilius mihi visum erat, quod apud Hesychium scribitur, Ἀναρίτας· ζῶον κοχλιῶδες. Similiter apud Etymologum: Ἀνηρίτης, ἔστι κοχλίδιον.

Ἡρώνδας δ' ἐν Συνεργαζομέναις. »HERONDAM comicum, »cuius Συνεργαζομένας auctor hic laudat, non invenio »alibi.« CASAUB. — »Verum, non *Comicus* laudatur, »sed, ut ex subiecto choliambo adparet, *Iamborum scri*»*ptor*, HERODES, qui patronymicâ & Doribus propriâ »formâ Ἡρώνδας dicitur; quod bene vidit Salmasius »Exercit. Plin. p. 111. Illam nominis formam illustrarunt »Hemsterhusius ad Callim. Fragm. p. 590. & Valckenarius »ad Schol. in Eurip. Phoen. p. 764. Denique Herodem »Iambographum cum Herode Attico, gravissimo errore »confundunt Interpretes Plinii [iunioris, ad Epist. 3. lib. »IV.] & Fabricius Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 710.« RUHNKENIUS *in Hist. Crit. Oratorum Graecorum*, p. 172 sq. (in Reiskii Orat. Graec. Vol. VIII.) ubi plura etiam de eodem *Heronda* vel *Herode* erudite adnotata reperies. In Herondae versu, pro ionico & dorico ὅκως, quod cum editis tenet *ms. A.*, commune ὅπως posuit Epitomator.

Αἰσχύλος δ' ἐν Πέρσαις. »In AESCHYLI *Persis* non in»venio verba, quae ex ea fabula proferuntur.« CASAUB. — Neque quisquam alius ea adhuc ibi reperit. An Πεῤραιβοῖς oportebat, pro Πέρσαις? An potius Φρύνιχος, pro Αἰσχύλος? Nam e fabula *Persis* ductum esse versiculum, qui sequitur, probabile facit *vastatarum insularum* mentio. In ipso versiculo perperam τοὺς νήσους pro τὰς habet *ms. A.* Unde vero ἀναῤῤιτοτρόφους arripuerit Venetus editor, quod in ἀναριτοτρόφους mutavere sequentes editores, nescio. Nostrae quidem membranae ῥιτοτρόφους absque α habent, quod in contextu poni debebat. In Epit. haec non leguntur.

Ὅμηρος δὲ τῶν τηθέων μεμν. Il. π'. 747. Pro τῶν est τοὶ in *ms. A.* sub quo quid lateat nescio.

AD CAP. XXXII.

Verba ex ARCHIPPI *Piscibus* hîc citata, repetuntur p. c 90. f. nullâ differentiâ, nisi quod ibi κτένεσίν τε pro κτένεσί τε scribitur. Ibi ut metro adstricta, hîc ut soluta, scripta edebantur. Quas ἐσχάρας dicit poëta, sint-ne *conchyliorum* aliquod *genus*, an iidem cum ἐσχάροις, qui in *piscium latorum* numero referuntur VII. 330. a. haud liquet. Rondeletus (apud Gesn. p. 369.) suspicatus erat, ἐσχάραν h. l. *madreporarum* quoddam genus debere intelligi. At βελόναι tamen, quae dein nominantur, (i. e. *acus*) haud dubie *piscibus* adscribuntur. Vide VII. 319. d.

Ῥωμαλεώτερα δὲ τῶν κογχυλίων. Sic recte *ms. A.* τῶν κογχίων edd.

Mox, in altero *Archippi versu*, qua ratione κήρυξ, id est, *buccinum*, υἱὸς πορφύρας dicatur, i. e. *purpurae filius*, haud adparet. Emendationem a Rondeleto propositam, cum υἱὸς in ὦς mutatum vellet, ferri non posse ob metri rationem, perspecte Gesnerus observavit pag. 133. conf. ibid. p. 131. Quod si (ut Plinius docere videtur IX. 36, 61.) *buccinum* pariter atque murex purpureum colorem largitur; *pater* potius, quam *filius purpurae*, dicendus fuisse ὁ κήρυξ videtur.

Σοφοκλῆς ἐν Καμικοῖς. Καμικίοις emendavit Heringa, suffragante Valckenario ad Herodot. VII. 169. ut nomen habuisse intelligeretur drama illud a Choro, qui e *Camiciis*, ex Camico Siciliae oppido, fuisset compositus. Quam rationem unice probans Brunckius, adoptavit in Sophoclis fragmentis. Me, ne a vulgata scriptura auderem discedere, retinuit codicum consensus: nam & noster *ms. A.* cum hic, tum IX. 388. f. Καμικοῖς tenet, & eamdem scripturam ex Etymol. Paris. msto laudavit Ruhnkenius in Auctario Emendationum ad Tom. II. p. 404, 15. Hesychii Albertini: denique ex eâdem manifeste natum est mendosum Κωμικοῖς, quod habet Suid. itemque Phot. in Lex. ms. voce Πέρδικος ἱερόν. Cf. Albert. ad Hesych. l. c. In ipsis SOPHOCLIS *verbis* iungunt vulgo τέκνον cum στραβήλου τῆσδε: quam in sententiam vertit Dalech. *marinae huius strabeli prolem si quam invenire possumus.* Mihi τεκνον

d in vocativo positum, τῆς στραβήλου autem collective accipiendum visum erat.

Ἔτι ὁ Σπεύσιππος. τι ὁ Σπευσ. habent exempla nonnulla editionis secundae Casaub. operarum negligentiâ.

ARAROTIS Comici, Aristophanis filii, *versiculum primum* iam supra citatum vidimus II. 47. d. Hoc loco τὰ κομψὰ δήπου ταῦτα erat editum, ex primi editoris emendatione; qui viderat, syllabam in medio versu deesse, cum sic fuisset scriptum, τὰ κομψὰ δὴ ταῦτα &c. Et sic quidem h. l. codex noster uterque: nos vero eodem modo, atque supra, constituendum versum putavimus. Vide Animadv. ad II. 47. d. *Posterius hemistychium vs.* 2. cum *vers.* 3. repetitur infra p. 105. c. adiecto etiam alio versu sequente.

Σώφρων δ' ἐν Μίμοις: nempe γυναικείοις, in *Mimis Muliebribus*. cf. mox p. 87. a. SOPHRONIS *verba* in ed. Ven. & Bas. continuo tenore sic scripta erant: Τίνες δὲ ἐντί ποκα φίλα τὸ δέ τοι μακραὶ κόγχαι σωλῆνέσθην τοῦτί γα γλυκύκρεων κογχύλεον χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμα. Eadem sic in cola distributa edidit CASAUBONUS:

Τίνες δὲ ἐντί ποκα, φίλα, τόδέ τοι,
μακραὶ κόγχαι· σωλὴν τοῦτί γα
γλυκύκρεων κογχύλιον, χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμα.

Ad ista, haec adnotavit idem: » Sophronis verba allegorice accipienda, ut docet Demetrius Phalereus. Sophron, » inquit, ἐπὶ τῶν γυναικῶν ἀλληγορεῖ οἷον ἐπὶ ἰχθύων, σω- » λῆνες γλυκύκρεων κογχύλιον, χηρῶν γυναικῶν λίχνευμα. » Distingue, Τίνες δ' ἐντί ποκα φίλα; τόδε τοι μακραὶ κογ- » χαί· σωλῆνες τοῦτί γα. *Quinam hi sunt pisces, o amica? Istud quidem, conchae longae: istud vero solenes.* « — Corruptum olim Demetrii locum (de Elocut. sect. 151.) ex Athenaeo esse corrigendum monuerat *Paul. Leopardus*, Emendat. lib. X. c. 22. in Gruteri Thes. Crit. T. III. pag. 205. Apud Nostrum commodius, quam a Casaub. factum, & distinguendam orationem, & verba nonnulla scribenda docuit TOUP, in Curis Noviss. in Suid. p. 266. quem secuti sumus, nisi quod ad σωλῆνες voculam σὴν adiecimus, quam cum ed. Ven. percommode dedit noster *ms. A.* (Idem valere σὴν ac commune δὴ, docet Schol. Theocr. V. 111. cf. Maittaire Dial. p. 246.) Dein vero pro τοῦτί γα vel τουτί γα est τοῦτοί γα in eodem *ms. A.* quod & ipsum fortasse recipi debebat, ut iuncta intelligerentur ista, σωλῆνες σὴν τοῦτοί γα. *Primo* quidem *colo* in vul-

gatum τόδε τοι consentit codex; sed ibi necessario ταί- e δε corrigere cum Toupio debui. *Colo* 3. γλυκύκρεον per ο in fine scribit *ms. A.* sed γλυκύκρεων per ω tenet *ms. Ep.* qui quidem nonnisi postrema Sophronis verba adposuit. Quod dein est in *ms. A.* κογχύλεον, sit-ne ex dialecto, an ex scribae errore, nescio: codex quidem *Ep.* vulgatum tenet. Denique *colo* 4. pro χηρᾶν, quod cum editis tenuerat Toup, χήραν penacute dedit codex uterque; quod probum iudicavi, quoniam adiectivum h. l. non substantivum nomen est. Ad ambiguitatem, in qua ludit poëta, pertinet quod Hesychius voce Σωλῆνες adnotavit, τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μορίων, scilicet τῶν τοῦ ἀνδρὸς αἰδοίων, ut iam olim interpretatus est Gesner. de Aquat. p. 1036.

In CRATINI *versu* pro πίννῃσι erat σπιπίῃσι in ed. Ven. & in vetustis *membr. A.* (Epitome haec non habet.) quod quo pacto huc irrepserit, eo minus percipio, quod & connexioni orationis & metro manifeste repugnabat. Opportune πίννῃσι cum editis dedit codex uterque pag. 92. f. ubi idem versiculus, ex parte quidem repetitur: atque inde vocem illam perspecte huc reposuit editor Basileensis. Debebat vero item etiam alius huius loci error corrigi, & ὀστρείοισι scribi, pro ὀστρέοισι, quod & ipsum metro non erat aptum. Est enim, ni fallor, (ut alii ex eadem fabula IV. 164. e.) versus hexameter, sic scribendus:

Ἡ μὲν πίννῃσιν καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη.

CASAUBONUS, cum in sua editione σπιπίῃσι reposuisset, quod ad oram ed. Bas. ex msstis adnotatum repererat, monuit in Animadv. » Versum Cratini scribe ut in vulgatis:

»Ἡ μὲν πίννῃσι καὶ ὀστρέοισιν ὁμοίη. non σπιπίῃσιν.

»quod in nostram editionem ex mss. nescio quo modo »irrepsit.« — Ubi quos *vulgatos* libros dicit, nulli alii sunt nisi exempla editionis Basileensis. Ex quo confirmatur, quod iam aliàs observavimus, Venetam Editionem ne eis quidem in locis, ubi de scriptura ambigebatur, inspectam umquam a Casaubono fuisse: quo magis mirum videri debet acerbum illud iudicium, quod de Basileensi editione ab eodem Casaub. in Praefatione pronunciatum vidimus. De CRATINI fabula, cui titulus *Archilochi*, vide Indicem Auctorum. Perperam ἐν Ἀρχιλόχοις pro Ἀρχιλ. sola ed. Bas.

e Φιλύλλιος δ', ἢ Εὔνικος. Quod ἢ Φρύνιχος legitur in editis, id ex Veneti editoris ingenio eſt. Δύνικος, quod noſter *ms. A.* exhibet, videri poterat ex Αἴνικος corruptum; quod ipſum hîc repoſitum fortaſſe nonnulli maluerint, memores apud Suidam memorari Αἴνικον, *veteris comoediae poëtam:* ſed quoniam non modo apud Polluc. X. 100. verum etiam apud noſtrum Athenaeum XIII. 567. c. & 586. a. is qui Suidae Αἰνικος dicitur, librorum omnium conſenſu Εὔνικος vocatur, idem nomen h. l. reponendum putavi: (conf. Küſter. ad Suid. in Αἴνικος.) niſi forte duplex eidem viro nomen fuit, Εὔνικος & Αἴνικος. De fabula, Πόλεις inſcripta, conf. pag. 92. e. & pag. 104. f.

In PHILYLLII *verſ.* 1. tenui ὄστρεα, quod ibi habet editio Veneta & reliquae omnes. Nam quod Caſaubonus in Animadv. provocans ad p. 92. e. ait ὄστρεια h. l. ſcriptum oportuiſſe, id metro non magis aptum putavi, quam ὄστρεον, quod ex *ms. A.* hîc adnotatum reperio. Manifeſte mihi viſi erant anapaeſtici verſus eſſe tetrametri catalectici; quod metrum non aliam ibi vocis formam, niſi ὄστρεα, ferebat. Eiuſdem metri cauſſâ, ad vocem κάραβον particulam τ' adieci, ut ultima ſyllaba longa fieret: quamquam ne ſic quidem ſatis commode fluere primum verſum intelligo. In ſuperioribus editionibus tres verſus (ſi Deo placet) ſic erant diſtributi, ut primus inciperet a voce Πολυπόδιον, alter a λεπάδας, tertius a verbo αἴρετ'. In eodem verſ. 1. ἄστρακον, pro ὄστακον, per errorem expreſſum erat in ed. Caſaub. 1. & 2.

Verſ. 2. πίννας. πίνας *ms. A. Ibid.* ἐκ Μιτυλήνης. Sic idem *ms. A.* ut deſiderabat etiam metrum: nec aliter ed. Ven. niſi quod ibi μιταλήνης operarum errore expreſſum. Pro quo quum ex p. 92. e. editor Baſ. ἐκ Μηθύμνης poſuiſſet, idque tenuiſſet Caſaubonus, monuit dein idem CASAUB. »Scribunt optimi libri ἐκ Μιτυλήνης; non, »ut editum eſt, ἐκ Μηθύμνης. Duo ſunt eiuſdem inſulae »Lesbi oppida, *Methymna* & *Mitylene*; quorum in anti»quis libris ſaepe invenimus permutata nomina, ut hîc: »& lib. X. [p. 438. c.] Μιτυληναῖος habent mssti, non Μη»θυμναῖος. Iſto loco [nempe hunc ipſum dicit, in quo »verſamur] ſtant ab edita lectione veteres auctores, qui »κτενας Μηθυμναίους celebrant, Clemens Alex. Paedag. »lib. II. & Pollux lib. VI. c. 10. [ſect. 63.] Quare nihil

» mutandum neque hîc, neque infra paulo poſt, ubi ite- e
» rum laudatur hic locus. « — Cum nihil h. l. mutandum ait vir doctus, nempe tenendum Μηθύμνης, rurſus (ſicut paulo ante) non viderat, id ipſum, quod *non mutatum* hoc loco voluit, nonniſi ex editoris Baſileenſis arbitrio *mutatum*, ſedem illam occupaſſe. Parum quidem per ſe intererat: poterant *Lesbii* κτένες, ſua bonitate celebrati, ab aliis *Methymnaei*, ab aliis *Mitylenaei* vocari: potuitque idem Athenaeus, poſtquam teſte vetuſto noſtro codice hoc loco recte ἐκ Μιτυλήνης ſcripſit, alibi ἐκ Μηθύμνης ſcribere; quamquam, ſi ita fecit, parum adcurate fecit, quia altero loco eiuſdem poëtae verſus reſpexit. Caeterum cum librorum h. l. ſcriptura conſentit Archeſtratus apud Noſtrum III. 92. d. & Xenocr. de Alim. ex Aquatil. ſect. 19. (al. 20.) ubi ait, διάφοροι δ' οἱ (κτένες) ἐν Μιτυλήνῃ. Quod de mſſtorum lectione X. 438. c. dixit Caſaubonus, ibi quidem noſtrae membranae cum edd. in Μηθυμναῖος conſentiunt, nec aliter Diodor. Sic. XIV. 37, ut neſciam unde in alios codices, quos dixit Caſaubonus, altera ſcriptura irrepſerit.

Tertius verſus ſic vulgo ſcriptus legebatur, Αἴρετ' ἀνθρακίδας, τρίγλη, σαργὸς, &c. (ἀθρακίδας ſolae editt. Caſ. 1. & 2. operarum errore.) Ibi monuit Casaub. » Poſt Αἴρετε ἀνθρακίδας, pone τελείαν στιγμήν. Nam ſe- » quentia ab alio verbo pendent, quod deſideratur. « — Similem in media oratione mutationem conſtructionis obſervavimus in Epicharmi verſibus p. 85. d. At quum ex metri ratione verbum αἴρετ' ſuperiori verſui eſſet adtribuendum; verbum illud ad ſuperiora ſpectare, & novae conſtructionis initium a proximo vocabulo fieri debere iudicavi: itaque ἀνθρακίδες in nominativo ſcripſi, in quo praeiverat Dalecampius. Sunt autem ἀνθρακίδες, ut Grammatici docent, *piſciculi ſuper prunis aſſati*. Vide Suid. h. v. & Heſych. in Ἀπανθρ. & Ἐπανθρ. Aſſabantur quidem & *conchae* ſuper prunis, ut paulo poſt docet Ariſtophanis verſus ex Babyloniis.

Ἀγίας δὲ, καὶ Δέρκυλος ἐν Ἀργολικοῖς. » Invenio f » inter antiquiſſimos Graeciae ſcriptores, eos qui Athenaeo » hîc nominantur. Clemens Alexandrinus hos pariter con- » iungit in hiſtoria capti Ilii, lib. I. Strom. Ἀγίας δὲ καὶ » Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανήμου. [p. 236. ed. Heinſ.] » Scribitur in Clementis codicibus Αἰγίας: ſed *Agiae* puto » huic fuiſſe nomen; nam in Euſebio [Praepar. Evang.

f »X. 12. pag. 438.] Ἄγις ſcribitur, apud quem Κέρκυλος »male pro *Dercylo*. Etiam Polluci lib. III. c. 3. Ἀγίας ὁ »κωμικὸς nominatur, qui an iſte ſit an alius, difficile di»ctu eſt: ego alium puto.« CASAUB. — Comicus, qui apud Polluc. III. ſect. 36. Ἀγίας vulgo nominatur, ex meliorum codicum auctoritate *Amphias* vel *Amphis* eſt. Ut Λιγχίας vel Ἄγις apud Clementem pro eodem habeatur cum hoc Athenaei Ἀγία, ſuadet utrobique comes iunctus *Dercylus*. At cum iſte apud Clementem videatur eſſe *chronographus*, hic contra *muſicus* fuiſſe videri poteſt: certe, ſicut h. l. de re agitur ad muſicam artem ſpectante, ſic apud eumdem noſtrum Athenaeum XIV. 626. f. Ἀγίας ſive Ἀγίας ὁ Μουσικὸς laudatur; cum quo, quoniam fere Pythagorei fuere, qui κατ' ἐξοχὴν *Muſici* adpellabantur, videndum an idem fuerit Ἀγέας Crotoniata, quem in Pythagoreorum numero Iamblichus retulit in Vita Pythag. ſect. 267. Poſſunt vero utique cum Voſſio (de Hiſtoric. Graec. pag. 501.) ſic etiam accipi Athenaei verba, praeſertim ſi cum Clemente conferas, ut intelligatur, tam AGIAM, quam *Dercylum*, *Res Argolicas* ſcripſiſſe. De DERCYLO conſulendus idem Voſſius, l. c. p. 354. qui rectius Δέρκυλλος ſcribi nomen cenſuit, ut apud Plutarchum, apud Schol. Eurip. ad Phoeniſſ. vſ. 7. & apud Etymol. in Εὔιος. Ibi quod dicere Voſſius videtur, citari ab *Athenaeo* eiuſdem Dercyli vel Dercylli alia quoque ſcripta, id parum adcurate expreſſum eſt, nec ad Athenaeum referendum, ſed ad Plutarchum; nempe ad illum Pſeudo-Plutarchum, qui ſub huius ſcriptoris nomine mendaciſſimos (ut ait Valcken. ad Phoeniſſ. p. 597.) libellos de Fluminibus & περὶ Παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν conflavit. Sed videndus ipſe Valckenarius l. c. ubi etiam docuit, idem nomen Δέρκυλος (non quidem eiuſdem viri) alibi etiam apud Noſtrum, in fine ſenarii, ſimplici litera λ recte ſcribi, ſcilicet X. 458. b.

τοὺς στραβήλους - - - εἰς τὸ σαλπίζειν. Huc ſpectat quod eſt apud Heſych. Στραβήλῳ· τῷ κόγχῳ, ᾧ ἐσάλπιζον. Quo ex uſu canendi hoc conchyliorum genere probabile fit id quod cum Rondeleto Geſnerus ſtatuit, pag. 924 ſq. *ſtrabelum*, *ſtrobilum*, & *ſtrombum* ad idem fere genus, quos *turbines* vulgo vocamus, pertinere. Paulo ante etiam dixerat Athenaeus, ſimilia inter ſe pronunciaſſe Speuſippum κήρυκας, πορφύρας, στραβήλους, κόγχους. Quod autem

idem ſonant στράβηλος & ἀστράβηλος, id eadem fit ratione, qua & σταφὶς & ἀσταφὶς Graeci dicebant, & , ut paulo ſuperius vidimus, νηρίτας & ἀνηρίτας vel ἀναρίτας.

AD CAP. XXXIII.

Τὰς δὲ κόγχας - - καὶ θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. Scilicet & ἡ κόγχη dicitur, & ὁ κόγχος, & fere frequentius etiam ἡ κόγχος, terminatione maſculina, genere foeminino. Vide quae paulo poſt ad Ariſtonymi verba, κόγχος ἦν βάπτων, notamus.

'Αριστοφάνης, Βαβυλωνίοις. ἐν Βαβυλ. edd. non male; ſed praepoſitionem ignorat noſter *ms. A.* De argumento illius fabulae, in Indice auctorum dicetur.

κόγχην, φησὶν, διελεῖν. Supra (pag. 85. d.) de *oſtreis* a loquens Epicharmus, dicebat τὰ διελεῖν (vel διελῆν) μέν ἐστι χαλεπά: iſtud vero, κόγχην διελεῖν in proverbio de *re facile facili* uſurpabatur. Suidas: Κόγχην διελεῖν, ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως τι ποιούντων. οἷον, ταυτὸν ἐστι τόδε τῷ κόγχην διελεῖν. Pariter Heſychius: Κόγχην διελεῖν· παροιμία, ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίως τι ποιῆσαι. »Simile huic aliud proverbium de re viliſſima, κόγχης ἄξιον. Heſychius: Κόγχης, »ἐπὶ τοῦ ἄξιον οὐ τελείαν ἐτίθεσαν: depravatiſſime. Scribe, »ἐπὶ τοῦ εὐτελοῦς λίαν ἐτίθεσαν.« Casaub. — Similiter Suidas, Κόγχης ἄξιον, τὸ οὐδενὸς ἄξιον. Nec vero diſſimulandum, non κόγχην hoc loco apud Noſtrum, ſed κόγχη ſcribi in *ms. A.* ſicut in ed. Ven. & Baſ. mendoſe id utique, niſi verbum unum aut alterum intercidit.

Σώφρων γυναικείοις. »Sophronis *Mimi* alii dicebantur »*viriles*, alii *muliebres*, ex ipſo argumento. Muliebrium »hîc, virilium alibi fit mentio: & horum & illorum apud »Pollucem lib. IV. c. 24. & aliis locis. In Etymologico »magno [voc. Σκιρωθῆναι] legimus, Σώφρων ἐν τοῖς γυναι»κείοις τροπαίοις. Dubio procul corrupta eſt vox τρο»παίοις.« Casaub. — In Sophronis *verbis*, initio ſic ſcribendum adnotavit Brunck, Αἴ γα μὰν: quâ ſententiâ, non percipio. In ed. 2. & 3. Caſ. literis maiuſculis nec ſpiritus nec accentus adiecti ſunt, ſed ed. 1. Caſ. cum ed. Ven. & Baſ. Αἴ γα habet; ſic & *ms. Ep.* & *ms. B.* nec aliud e *ms. A.* adnotatum. Ex dorico quidem idiomate, Ταί γα oportebat. *Ibid.* κελεύσματος, quod editum fuiſſe dixi, unius Caſauboni arbitratu editum erat.

a In mollius κελεύματος conſentiunt ed. Ven. & Baſ. cum *ms. A.* Agnoſcit tamen κελεύσματος *ms. Ep.* *Dein*, ἀμῖν ſcripſi cum utroque codice: ἀμὶν ex *ms. B.* adnotavit Brunck: ἄμμιν edd. κεχάναντι & κρῆς ſunt doricae formae, pro κεχήνασι & κρέας. De κρῆς vide Corinthum, & ibi Koen p. 108 ſq. Denique, pro ἕκάστας ἐξέχει, quod habent edd. cum Epitoma, eſt ἕκαστος ἐξέχει in *ms. A.* & *B.* ubi ferri quidem fortaſſe potuerat ſubitus ille a foeminino genere ad maſculinum tranſitus, quoniam & recte ὁ κόγχος dicitur; ſed non conveniebat verbum ἐξέχει, quod contra conſtantem ſermonis uſum active foret accipiendum. Quare ſi verum eſt ἕκαστος, pro ἐξέχει oportebat ἐξερεῖ, quod olim etiam Caſaubono veniſſe in mentem ex notulis manu ipſius ad oram ſui libri ſcriptis intellexi.

Αἰσχύλος, ἐν Ποντίῳ Γλαύκῳ. »Legendum ἐν Ποτνιεῖ »Γλαύκῳ, non Ποντίῳ. *Glaucum marinum* nemo veterum »ab Aeſchylo editum fuiſſe eſt auctor. *Potnienſis Glaucus* »poëtae illius nota fabula eſt, ex Strabonis libro nono, »Heſychio in Ἀμφίσωπον [T. I. pag. 309.] & Ξιφίρου λι»μὴν, & ipſo laterculo Tragoediarum eius poëtae. Erat »ſcriptum Ποτνίῳ, unde poſtea factum Ποντίῳ. Πότνιος »autem & Ποτνιεὺς idem, ut annotat in Ethnicis Stephanus. »Nec deſunt qui nullo cognomine *Glaucum* nominent, ut »Pindari interpres ad Od. I. Pythionicarum. « CASAUB. — Ubi fefelliſſe τὸν πανεπιστήμονα Caſaubonum memoriam ait IAN. RUTGERSIUS, Variar. Lect. lib. II. cap. 6. p. 92. adfirmans »Aeſchylum in Tragoedia Ποντίῳ Γλαύ»κῳ non ab Euripidis Scholiaſte modo, & auctore Arati »vitae, [voluit puto, *Aeſchyli vitae*] ſed a Strabone quo»que laudari & Athenaeo. « — At nec ab ipſo Rutgerſio ſatis adcurate haec obſervata eſſe, & confuſum ab eo Πόντιον Γλαῦκον & Ποτνιέα Γλαῦκον adparet. Nam in Aeſchyli vita (Arati vitam, in qua Glauci Aeſchylei fiat mentio, nullam novimus) Γλαῦκος Ποτνιεὺς, non Πόντιος, nominatur. Apud Euripidis vero Scholiaſtam ad Phoeniſſ. 1201. olim nude Αἰσχύλος ἐν Γλαύκῳ legebatur, priuſquam Valckenarius l. c. (p. 750.) & Muſgravius (ad vſ. 1229.) ex codicis msti veſtigiis ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ recte edidiſſent. In eo vero aut fefellerat Caſaubonum memoria, aut minus perſpicue mentem ſuam ille declaravit, cum dicere videtur, notam eſſe *Aeſchyli fabulam*, *Potnienſem Glaucum*,

ex Strabonis libro IX. Nam mentionem quidem fecit Geo- a
graphus lib. IX. pag. 409. Potnienſis illius Glauci, qui, cum equas ſuas humana carne paviſſet, ipſe ad extremum ab eiſdem diſcerptus eſt: (conf. Pauſan. VI. pag. 505.) ſed de Aeſchylo ibi altum ſilentium. Contra apud eumdem Strab. lib. X. pag. 447. diſerte citatur *Aeſchylus ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ.* Et exſtitiſſe *Aeſchyli fabulam*, quae ad alterum illum *Glaucum* ſpectabat, qui ex piſcatore *marinus Deus* factus perhibebatur, ex Pauſania etiam lib. IX. pag. 754. ſatis intelligitur. Quo minus hoc loco vulgata ſcriptura Ποντίῳ, quam eamdem membranae noſtrae tenent, ſolicitari debuit; cum praeſertim ipſe Athenaeus diſerte doceat, VII. 296. c. eumdem hunc *Glaucum*, ex piſcatore inter Deos relatum, Πόντιον fuiſſe cognominatum. Quare prudenter Stanleius fecit, duas diverſas Aeſchyli fabulas ſtatuens, alteram Γλαῦκος Ποτνιεὺς, alteram Γλαῦκος Πόντιος inſcriptam: quam diſtinctionem ſuadebant etiam ipſa argumenta fragmentorum, quamvis perbrevium, quae ex utraque fabula ſuperſunt.

κόγχος ἦν βάπτων ἄλλων ὁμοίως. »Verſum ex ARI»STONYMI Comici (de quo multa Suidas) *Theſeo*, ſcribi »ſic malim, κόγχος ἦν βάπτων ἄλλον ὁμοίως.» CASAUB. — Quonam ſenſu iſta verba acceperit, non declaravit vir doctus. Dalecampius latine ſic reddiderat: *Conchus fuit aliis tinctoriis ſimilis.* In eamdem fere ſententiam Villebrunius ἄλλοις legens, ſic vertit: *Il y avoit une conque qui teint comme les autres.* Libri nil mutant. Ego βαπτῶν ἀλλων legendum coniectans, genitivos partitivos, quos dicimus, eſſe exiſtimavi, intelligendo τινὰ; vocem autem βαπτῶν ea fere notione accepi, qua uſus eſt Euripides in Hippol. 123. de quo vocis uſu conſule Heſychii Interpp. ad voc. Βαπτὰν, & Valck. ad Hippol. l. c. & confer Athen. III. 123. c. Illud βαπτῶν in βάπτων mutatum fortaſſe ab eo fuit, qui ad κόγχος referendum hoc participium putaſſet, quo conſtaret, uſurpari hoc loco nomen illud in *maſculino genere.* At quamquam dixerat Athenaeus, ἀρσενικῶς δ' Αἰσχύλος, tamen ne in adlatis quidem Aeſchyli verbis quidquam aderat, ex quo intelligeres in *maſculino genere* poſitam eſſe vocem κόγχοι. Quare quod dixit ἀρσενικῶς Athenaeus, non tam de *genere* maſculo, quam de *terminatione* accipiendum videtur.

Φρύνιχος, Σατύροις. »*Satyros*, PHRYNICHI fabulam, b

b » reperies nominatam libro tertio Pollucis cap. 7. & in » Scholiis Ariſtoph. ad Nebulas. « CASAUB. — Pollucis de iſta fabula teſtimonium, III. 73. effugit Fabricii & Harleſii diligentiam, ubi titulos fabularum Phrynichi in Bibl. Graec. enumerarunt.

Ἰκέσιος, ὁ Ἐρασιστράτιος. Sic *ms. A.* Perperam ὁ Ἐρασιστρατος ed. Ven. ὁ Ἰρασιστράτειος ed. Baſ. Nec male vero ὁ Ἐρασιστράτειος ed. Caſaub. Qui diſcipuli fuerant aut ſectam ſequebantur Eraſiſtrati medici, hi *Eraſiſtratei* vel *Eraſiſtratii* adpellabantur. Ipſum viri nomen & hic & paulo poſt iterum Ἰκέσιος (*Hiceſius*) ſcribitur in ed. Ven. & Baſ. & in *ms. Ep.* quod fortaſſe rectius. Vide Fabricii Bibl. Gr. Vol. XIII. pag. 189. & 253. Caſaubonus inconſtanter, plerumque cum leni ſpiritu, nonnumquam cum aſpero edidit. Utram rationem teneat *ms. A.* certo confirmare non poſſum. — De *chamarum* diſtinctione in *aſperas* & *laeves*, (quarum poſteriores *regias* Iceſius vocat) conf. Rondelet. & Bellonium apud Geſn. pag. 272 ſqq. & Coray ad Xenocr. p. 149 ſq.

κωρύκους καλεῖσθαι. » Quod ait, *aſperas conchas vocatas* » *fuiſſe a Macedonibus* κωρύκους, admonet nos ut Heſychium » in ea voce emendemus: nam hodie perperam, οἱ δὲ λόγ- » χην, pro, οἱ δὲ κόγχην. « CASAUB.

ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων, κρείους. » In Eupolidis verſu ita » interpretamur vocem κρείους lib. IX. « [p. 373. e. At ibi κριοὺς legendum, i. e. *ingratos*, docuit Valcken. ad Phoeniſſ. pag. 18.] » Heſychius vocat ſine diphthongo κριούς. » Similis διττογραφία in aliis huius vocis ſignificatibus, » ut dicebamus libro ſuperiore. « CASAUB. Vide ſupra ad II. 54. f. In κρείους h. l. cum edd. conſentiunt *mss. A.* & *Ep.* quam quidem idcirco ſcripturam praeſtare non auſim. Chamas *arietinas* interpretatur Rondelet apud Geſn. pag. 272.

AD CAP. XXXIV.

c Οἱ δὲ κτένες, προϊμώτεροι μέν εἰσι. μέν εἰσι τούτων. edidit Caſaub. adſcito ex Epit. pronomine; quo facile carere h. l. potuimus cum *ms. A.* & ed. Ven. & Baſ. *Mox*, pro κακοχυλώτεροι, & dein pro εὐχυλώτεροι, quae in edd. & in *ms. Ep.* ſic ſcripta erant, rectius hic, ut alibi, κα-

χοχυλότεροι & εὐχυλότεροι dedit *ms. A.* Et prior vox etiam c
recte ſcripta in ed. Ven. & Baſ.

σκιλλώδεις, κακοχύλοί τε καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς. »*Squillam reſipientes, mali ſucci, & ſaporis ingrati.* »Non defuerunt qui vocem σκιλλώδεις mutandam cenſerent »cum hîc, tum paulo poſt: quorum ſententiam refutavit »doctiſſimus Geſnerus [de Aquatil. pag. 279 ſq.] accu»rata diſputatione. Accedat nunc auctoritas membrana»rum omnium, & Epitomae, in qua σκυλλώδεις exara»tum eſt, parvâ mendâ. Alibi iunguntur in ſimili ſen»tentia, κακόχυλοι καὶ κολλώδεις, ut paulo poſt in ex»plicanda ſolenum natura.« CASAUB. — Aliud eſt κολλώδης, III. pag. 90. a. nempe *glutinoſus;* aliud σκιλλώδης, *ſcillam reſipiens*, ſcil. *acri amaroque ſapore*, (cf. II. 64. b. & ibi not. Adde quae notamus ad verba ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ pag. 91. f.) quamquam utrumque, τὸ κολλῶδες & τὸ σκιλλῶδες, in uno ſubiecto iunctum eſſe poteſt, ut III. 121. a. Salmaſius vero Exercit. Plin. pag. 793. arripiens id quod de ſcriptura Epitomae dixerat Caſaubonus, σκυλλώδεις veram lectionem eſſe contendit, quod *coriaceos* interpretatur, & ſive de *duriore carne*, quae non facile mandi poſſit, ſive de *malo odore*, qualis eſt *e coriis*, intelligi poſſe ait. At noſter quidem *codex Epitomae* & h. l. & mox iterum, & II. 64. b. & III. 121. a. conſtanter σκιλλωδ. non σκυλλωδ. exhibet. Neque a vero aliena utique videtur Geſneri coniectura, apud Plinium XXXII. 9, 31. (ubi de *mitulis* ſcribitur, *ſalem viruſque reſipiunt*) non *ſalem*, ſed *ſcillam* debuiſſe librarios: niſi forte ex eo, quod in eadem re Xenocrates de Alim. ex Aquatil. ſect. 31. (al. 32.) θαλαττίζουσι τὴν γεῦσιν dicit, aut vulgatum apud Plinium defendi poſſe, aut *ſalem* in *ſalum* mutandum ſtatueris.

οἱ δ' ἐλάσσονες τούτων. οἱ δὲ ἐλασσούμενοι τούτων *ms.* d
Ep. Ibid. Οἱ δὲ τῶν κηρύκων τράχηλοι. Vide mox ad lit. f. *Ibid.* μὴ ῥᾳδίως ἀποδιωθοῦσι τὴν τροφὴν εἰς τὸ κύτος τῆς κοιλίας. Sic recte ed. Caſ. cum *mss. A.* & *Ep.* Id eſt, *qui non facile expellunt* (ſcil. *ex ventriculo*) *alimenta in cavitatem alvi.* Temere & perperam ἀποδιηθοῦσι & εἰς τὸ αὐτὸ τῆς κοιλ. ed. Ven. & Baſ. Caſauboni Animadverſiones ſi conſulas, neſcias, ex coniectura-ne, an e msstis, iſta correcta ſint: nam altum ibi ſuper hoc loco ſilentium. *Mox*, in δύσφθαρτοί τε conſentiunt libri: ſed non dubi-

d to γε pro τε oportuiſſe, niſi aut excidiſſe aliud nomen adiectivum ante δύσφθαρτοι ſtatuas, aut prorſus deletam particulam malis. τὸ φθείρεσθαι (unde cibi vel εὔφθαρτοι dicuntur, vel δύσφθαρτοι) ad *concoctionem* ciborum referri a veteribus medicis, iam alibi adnotavimus. Vide Anim-adv. ad II. 45. d. Celſus, *alterari*, aut, verbum de verbo reddens, *corrumpi cibos in ventriculo*, ſolet uſurpare. Caeterum cum ſimiliter, atque hic legimus, apud Xenocratem (loco paulo ante citato) conchylia quaedam carnis durioris commoda perhibentur eis, quibus eſt *ventriculus debilior;* monuit ibi CORAY: (p. 171.) »Quomodo dura, »& concoctu difficilia, debili ventriculo proſint, docet »optime ex medica obſervatione Athenaeus pag. 87. & »91 extr. & 92. b.« — Mihi vero haec talia minime explorata eſſe profiteor: ac vereor, ne in verſione Graecis ſubiecta (quamquam in hac parte preſſo fere pede Dalecampium medicum ſum ſecutus) parum adcurate ſententiam auctoris expreſſerim, in illis praeſertim verbis,
e quae paulo poſt leguntur, ὅθεν αἱ μήκωνες αὐτῶν πρὸς μὲν τὰς τῶν στομάχων εὐτονίας οὐκ εὐθετοῦσι· πρὸς δὲ τὴν τῆς κοιλίας ἀσθένειαν, χρήσιμοι. ubi τὴν κοιλίαν pariter, ac τὸν στόμαχον, *ſtomachum* cum Dalech. interpretatus ſum. Licet enim interdum idem valeat ἡ κοιλία ac ὁ στόμαχος, tamen, ſicut alibi plerumque haec diſtinguuntur, ſic hoc loco perſpicue στόμαχος & κοιλία eâdem ratione inter ſe diſtingui videntur, ac στόμαχος & γαστὴρ pag. 91. f. ut idem hic valeat ἡ κοιλία atque ἡ γαστὴρ, dicatque Medicus noſter, *purpurarum papavera* (quae *mecones* Graecis dicuntur) *minus quidem commoda eſſe eis, quibus ſit ventriculus robuſtior; utilia vero his, quibus ſit alvus imbecillior*, id eſt, *quibus ſint intestina infirmiora.*

Τροφιμώτεραι δὲ τούτων καὶ ἀπολαυστικώτεραι. τὸ ἀπολαυστικὸν cum Dalech. pro eo quod *delicatum* eſt acceperam. Docuit vero CORAY ad Xenocr. pag. 156 ſq. intelligendum eo vocabulo »*nutritivae facultatis ultimum ac* »*praecipuum actum*, i. e. per univerſas corporis partes & »ipſarum particulas aequam cibi cocti & confecti, ſive »chyli, diſtributionem: ita ut quaſi ſynonymum ſit τοῦ »τρόφιμον, quocum hic iungitur, aut τοῦ εὐανόδοτον, quod »poſuit Noſter III. 91. f. pro eo quod in eadem re ἀπο»λαυστικὸν dixit Xenocr. ſect. 23.« (ſect. 22. ed. Franz.) Quo loco apud Xenocr. pro vulgato μελάνων ἀπολαυ-

στικοὶ, perſpecte idem vir doctus μᾶλλον ἀπολαυστικοὶ le- e
gendum monuit. Eamdem vim verbi Ἀπολαύειν iam ob-
ſervaverat Foeſius in Oecon. Hippocr. pag. 77.

ἴδιον δὲ καὶ ταύταις καὶ τοῖς σωλῆσι παρέπεται, τὸ ἑψομέναις &c. Ex *ms. A.* nullus diſſenſus notatus: in *ms. Ep.* vero ἑψομένοις reperio, commode, ad proximum nomen σωλῆσι relatum.

ἑψόμενοι δὲ τὸ καθ' ἑαυτοὺς καὶ οἱ τράχηλοι τῶν πορφυρῶν &c. Praeteriit haec Epitomator uſque eo, ubi finem capitis fecimus. Satis erat καθ' ἑαυτοὺς abſque τὸ: ſed ferendus etiam videtur articulus, pleonaſtice adiectus. Ad iſta verba, οἱ τράχηλοι τῶν πορφυρῶν, haec notavit f
CASAUB. »Potes accipere de genere *purpurarum*, quas *tra-*
»*chelos* vocabant. Heſychius: Τραχήλους, τὰς πορφύρας.
»Sed addit idem, Ἔνιοι τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων,
»*quidam interpretantur de vertebris conchyliorum.* Sane in hoc
»auctore locos invenias, ubi *tracheli* nominantur *con-*
»*chyliorum proprium genus;* ut ſtatim in *Poſidippi verſu,*
»πίννας, τραχήλους, μύας: item alios, ubi *pars cerycis*
»aut *purpurae* aliusve conchylii ita nominatur, non κυρίως
»quidem, ſed ἀναλόγως. Has partes fuiſſe ad cibum ex-
»petitas ſcribit Heſychius in Ταραντῖναι. Petronius: *Mox*
»*cibis validioribus paſtus, id eſt, bulbis, cochlearumque ſine*
»*iure cervicibus, hauſi parcius merum.*« — At οἱ τράχηλοι τῶν πορφυρῶν non magis pro proprio conchyliorum genere hîc accipi poſſunt, quam αἱ τῆς πορφύρας μήκωνες, quae paulo ante nominatae ſunt, aut οἱ τῶν κηρύκων τράχηλοι, paulo ſuperius memorati. In buccinis, purpuris, aliiſque id genus conchyliis, duae diſtinguebantur partes, quae ſeorſim vel coquebantur vel ſuper prunis torrebantur: altera pars, anterior ſive ſuperior, ſapore quidem gratam carnem, ſed paulo duriorem & concoctu difficiliorem habens; quam partem Graeci τράχηλον (& nonnumquam σπόνδυλον) vocabant, Romani *cervicem*, aut *ſpondylum*, ut Plin. XXXII. 6, 21. Altera pars, interior & inferior, (πρὸς τοῖς πυθμέσιν, *in fundo*, vel *in imo*, III. 91. f.) mollior, tenerior, & concoctu facilior; Graece μήκων, interdum etiam πυθμήν; (ut apud Xenocr. ſect. 23.) latine *papaver* dicta. Nec vero in POSIDIPPI *verſiculis*, qui continuo adponuntur, τράχηλοι pro peculiari conchyliorum genere accipi debent; non magis quam μηκώνια ibidem nominata, quae nil aliud ſunt niſi μήκωνες,

f quas dixi, diminutiva nominis forma adpellatae. Perſpecte vero SALMASIUS, Exercit. Plin. pag. 792. poſtquam Poſidippi verba adpoſuit: » In his verſibus, inquit, τραχή-» λους & μηκώνια, quae partes ſunt conchyliorum, inter » oſtrearum & piſcium genera veluti proprium genus poë-» ta recenſuit. Non tamen ſunt. Sed quia per ſe coque-» bantur, ideo ſeorſim nominavit. « — Poëtae nomen non Ποσείδιππος, ut editum eſt, ſed Ποσίδιππος, cum hîc, tum alibi fere conſtanter ſcribit noſter *cod. A.* quam ſcripturam etiam Suidas tenuit, ut non modo ex vulgata ibi ſcriptura, ſed & ex literarum ſerie intelligitur, cum praecedat Ποσειδώνιος, ſequatur Ποσίδιππος. cf. infra p. 94. c. Fabulae nomen, nulli alii auctori, quod ſciam, memoratum, ex eiuſdem noſtri codicis praeſcripto Λοκρίδες fuit, id eſt *Locrae*; non Λοκροὶ, ut perhiberi ſolet ex editorum librorum ſcriptura, quae mendum ſuum vel ipſa Ionica forma Λοκροῖσιν fatebatur. Perſpicue ἐν Λοκρίσιν ſcriptum in membranis, cum acuto accentu in penultima, ne putes conſuetam eſſe vocalium οι & ι confuſionem. *Ibid. Verſ.* 1. Pro Ὥρα, perperam ὥραι ed. Ven. & Baſ. *Vſ.* 3. pro πίννας habet πίνας *ms. A.* & ſic fere conſtanter ſimplici litera ν utitur in eodem vocabulo.

Quod paulo ante legitur, πρὸς τὰς τῶν στομάχων διαθέσεις: meminerit lector, vocabulum διάθεσις, abſolute poſitum apud Medicos, in malam partem ſolere accipi, pro *morboſa adfectione*, vel *infirmitate*. Conf. Lexic. Polyb. in Διάθεσις, num. 2.

AD CAP. XXXV.

a ὑπὸ Αἰολέων καλεῖσθαι οὓς Ἀφροδίτης. » Hinc emen-» dabis iſta Heſychii, Οὓς Ἀφροδίτης· οἱ ἁλιεῖς ὄστρεόν τι » οὕτω καλοῦσι. Imo vero οἱ Αἰολεῖς: nam lectionem no-» ſtram tuetur Euſtath. ad Ulyſſeae ϛαλ. ρ'. [pag. 633, » 22.] « CASAUB. — Ex Epitome iſtud habuit Euſtath. & conſentit etiam noſter *ms. Ep.* cum *ms. A.* Deſiderabit fortaſſe h. l. lector verbum φησὶ, quod omitti potuit librarii negligentia; (vide ad pag. 89. a.) ſed ſaepe etiam ab ipſis Grammaticis conſulto praetermiſſum eſt in citandis auctorum teſtimoniis.

βρωμώδεις δὲ. Frequens huius vocabuli apud Noſtrum uſus, de *odore graveolento & viroſo*. Poſſis *olidum* la-

tine reddere: Plinius interpretatur, *virus respiunt.* Cum a βρομώδης, brevi vocali in prima syllaba, editum esset III. 120. d. & subinde alibi apud Nostrum; ubique βρωμώδης vocali longa oportuisse contendit Bochartus Hierozoic. P. II. lib. IV. c. 4. Falso: immo vero & h. l. βρομώδεις, & mox βρομώδη rescribi debet, utriusque codicis nostri auctoritate. Eam scripturam constanter servant iidem mssti, pariterque apud Xenocratem libri omnes, nec aliter apud Dioscoridem & Aretaeum. Eodem pertinet quod apud Hesychium βρόμος, non βρῶμος, per ὀσμὴ exponitur; & βρομέον, per ὀζόμενον. Conf. Biel. Thes. Philol. T. I. pag. 307 sq.

τοῖς προειρημένοις, καὶ πολυτροφώτερα. καὶ πολυτροφωτέροις *ms. Ep.* *Ibid.* ἄγρια λεγόμενα ὄστρεα. ἀέρια ὄστρεα *ms. Ep.* Aurem marinam, de qua modo dictum, Aristoteles ἀγρίαν λεπάδα vocat, ut docuere Rondelet & Bellonius apud Gesn. pag. 685 sq.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ζώων. »Cum ab Athenaeo »vel Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ζώων, vel Theophrastus ἐν »τῷ περὶ Φυτῶν laudantur, sic accipi verba illa debent, »ut si diceret ἐν τῇ περὶ Ζώων vel Φυτῶν πραγματείᾳ: qua »appellatione continentur quaecumque alter eorum variis »operibus scripsit de *Natura Animalium*, alter de *Planta*»*rum.* Solet autem Athenaeus, quicquid de eadem re va»riis locis disperse scriptum invenit apud illos, in unum »congerere. Sic, cum super *Ostreis* ait, Ἀριστ. δ' ἐν τῷ περὶ »Ζώων, ὄστρεα φησὶ, pleraque omnia describuntur, quae »de *ostreis* philosophus dixerat non in iis solum libris qui »hodie extant, sed quaedam etiam in iis quos hodie non »habemus. Nam Histor. [Animal.] lib. IV. c. 4. ὀστρα»κοδέρμων diversa non parum instituitur divisio; qui ta»men locus cum isto est conferendus.« Casaub.

Ὄστρεα· φησὶ, &c. Vocabulum illud adparet generali b sensu h. l. accipi, ut idem valeat ac τὰ ὀστρεώδη vel τὸ τῶν ὀστρέων γένος, quod latius patet, & alia conchylia praeter *ostreum* strictius sic dictum comprehendit. Verba hinc nonnulla citavit Eustath. ad Od. δ'. 153, 12 sq. *Mox*, in πίννη recte consentit *ms. Ep.* πίνη vero *ms. A.* ut iam dictum; & sic deinde.

τὸ δὲ ὄστρεον, - δίθυρον -- λεπὰς δὲ μονόθυρον καὶ λειόστρακον. »Recte doctiss. Gesnerus, quo loco »scriptum est etiam in membranis, etiam in Epitoma,

b »λεπὰς δὲ δίθυρον καὶ λειόστρακον, legendum cenſuit μο-
»νόθυρον & τραχυόστρακον. Nam ſi haberet patella duas
»θύρας, id eſt, *teſtas*, haerere ſaxis non poſſet, quod
»huic oſtreo proprium atque ἰδιαίτατον eſt. Ipſius Ari-
»ſtotelis verba ſunt, DE Part. lib. IV. c. 5. Τοῖς δὲ μονο-
»θύροις ἐν τῷ πυθμένι ἡ μύκων, οἷον ταῖς λεπάσι. « CASAUB.
— δίθυρον quidem, de *lepade* dictum, in μονόθυρον mutan-
dum monentem GESNERUM video de Aquatil. pag. 689,
34. ſed in λειόστρακον nihil mutat. Et eſt quidem *ſtriata*
patella, ſed *non* tam *aſpera* quam oſtreum proprie dictum;
nec ſpinis horrens, ut multa ex oſtreis: quare reſpectu
oſtreorum haud incommode videtur *laevis* dici poſſe. Vi-
deo tamen alio loco quem reſpexit Caſaubonus, eumdem
Geſnerum de λειόστρακον h. l. in τραχυοστρ. mutando co-
gitaſſe, ſcil. pag. 259, 28.

συμφυὲς δὲ μῦς· μονοφυὲς δὲ &c. Tria priora verba
deſunt *ms. Ep.* qui in reliquis cum edd. & *ms. A.* conſentit.
»Oſtreorum diſtributio, quae ex Ariſtotele adfertur,
»in duo genera, συμφυῶν & μονοφυῶν, longe clarius in
»Philoſophi Hiſtoriis explicatur. Συμφυὲς, ait Athenaeus,
»μῦς· μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον, σωλὴν καὶ βάλανος.
»*Cohaerentibus teſtis conſtat muſculus: una teſta, eáque laevi,*
»*ſolen & glans.* Quanto clariora & dilucidiora verba, quae
»adſcribemus? [ex Hiſt. Anim. IV. 4.] Τῶν δίθύρων τὰ
»μέν ἐστιν ἀνάπτυκτα, οἷον οἱ κτένες, καὶ οἱ μῦες· ἅπαντα
»γὰρ τὰ τοιαῦτα, τῇ μὲν συμπέφυκε, τῇ δὲ διαλέλυται,
»ὥστε συγκλείεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι. τὰ δὲ, δίθυρα μέν
»ἐστιν, ὁμοίως δὲ συμπέφυκεν ἐπ' ἀμφότερα, οἷον οἱ σωλῆ-
»νες. *Oſtreorum δίθύρων, quae binis foribus utrimque conclu-*
»*duntur, quaedam* ait eſſe *ex parte hiantia, ut pectines &*
»*muſculos; quaedam utrâque ex parte cohaerentes fores habere,*
»*ut ſolenes.* Quibus verbis contradicere vides Philoſophum
»Deipnoſophiſtae; nam hic *ſolenes* facit μονοφυεῖς, ille
»συμφυεῖς: quod diſcidium etſi non negem poſſe compo-
»ni, tamen an iſtas ἐναντιοφανείας in ſuis ſcriptis reliquo-
»rit philoſophus accuratiſſimus, iure dubites. « CASAUB.
— At, quemadmodum de ipſo vocabulo ὄστρεον modo
vidimus, atque in ſexcentis aliis pariter videmus, aliàs
notione magis generali, aliàs ſtrictiori uſurpari: ſic nihil
impedit, quo minus credamus, Ariſtotelem promiſcue
omnia conchylia duabus partibus conſtantia, συμπεφυκέ-
ναι dixiſſe generali verbo; tum vero συμφυῆ, ſtrictiori

notione, ea nominaſſe *quae ab una tantum parte cohaerent*, b ut aperiri & claudi poſſint; μονοφυῆ vero, *quae ab utraque parte connata ſunt cohaerentque*, ut recludi aperirique non poſſint, (quo *ſolenas* refert;) aut quae, ſi pluribus partibus conſtant, ut *glandes*, omnes partes undique cohaerentes habent. Sed, qua ratione dicat, *communis ex ambobus naturae concham eſſe*, (κοινὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν, κόγχη,) id difficiliorem habuerit explicationem, ac mihi quidem minime liquet. Cupide quaeſiveram quid ſuper his verbis commentatus eſſet doctiſſimus CAMUS, ubi, quae de *conchis* Ariſtoteles praecepit vel praecepiſſe traditur, collegit pag. 242-244. ſed diligentiam Viri incomparabilis ipſa haec Athenaei verba effugiſſe dolui. Geſnerus quidem citavit eadem, de quibus quaerimus, verba; pag. 259, 31. ſed nullam eorum interpretationem aut explicationem tentavit. In eodem vero loco dubium etiam haeſiſſe CASAUBONUM video: » Quae ſequuntur, inquit, obſcura ſunt, κοινὸν » ἐξ ἀμφοῖν κόγχη. Dalec. *Ambobus id commune generibus » eſt, quod operiuntur teſta;* frigidâ plane ſententiâ: nam » cum de ſolis teſtaceis ſit ſermo, quid erat opus hac ad- » monitione? & quare dicit ἀμφοῖν potius, quam πᾶσιν? » Enimvero quae philoſophi mens fuerit non divino: ver- » ba autem hoc ſonant, *commune ex ambobus eſt concha:* » ἐξ ἀμφοῖν, *ex utroque genere* τοῦ μονοφυοῦς καὶ συμφυοῦς. » Ait, *conchas*, quae peculiaris eſt ſpecies teſtaceorum, » *naturam utriuſque generis participare*, tam eorum quae clau- » duntur, quam eorum quae ab uno tantum extremo. « — Iam vero, quod *ſolenum valvas* Ariſtoteles *utrimque cohaerentes* ait, *connataſque;* id quidem (ut iam a Rondeleto monitum eſt, apud Geſn. pag. 1035.) manifeſte repugnare videtur ei, quod in illo genere conchyliorum, ſatis & in maribus omnibus & in curioſorum collectionibus frequenti, obſervare cuivis licet: eſt enim ſolen (ut ibidem Rondelet ait) altera tantum parte colligatus nigro vinculo; altera parte ſolutus, neque in ea aut vinculi aut articulationis ullum veſtigium. Quae pugnantia Graeci philoſophi cum eo quod in re minime viſu rara ſuus quemque ſenſus docere poſſe videtur, quam-nam habeat rationem, explicent nobis Viri harum rerum periti. Illud certum eſt: primum, quos hodie *ſolenes* vocamus, eoſdem eſſe, quos olim Ariſtoteles & alii veterum eodem nomine adpellarunt: alterum, vocem μονοφυῆ eâ, qua diximus,

b notione apud Aristotelem esse accipiendam; nam ita ipse philosophus disertissime alibi eam interpretatur, de Part. Animal. IV, 7. cuius verba h. l. adponere operae pretium videtur: Τῶν δὲ θύρων (inquit) τὰ μὲν ἀναπτυκτὰ, οἷον κτένες καὶ μύες· ἐπὶ θάτερα γὰρ συγκέκλεισται, ὥστε ἀνοίγεσθαι ἐπὶ θάτερα καὶ συγκλείεσθαι. Τὰ δ' ἐπ' ἄμφω συμπέφυκεν, (haec sunt quae superiori loco μονοφυῆ dixerat) οἷον τὸ τῶν σωλήνων γένος. Quibus ex verbis simul illud adparet, non de una quadam ac singulari *solenum* specie, sed de toto genere, id quod diximus, adfirmare philosophum: qui id spectasse videtur, quod revera numquam valvas testae suae recludat aperiatque animalculum, sed exserto per alterum extremitatum aperturam capite cibum quaerat.

c Ἐν δὲ πέμπτῳ Ζώων Μορίων ὁ Ἀριστοτέλης. ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων ἱστορίας ed. Ven. & Bas. ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων μορίων ἱστορίας ed. Cas. sed partim in Animadv. partim in Addendis monuit CASAUBONUS: »Scripsimus »ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων μορίων, (nam vox ἱστορίας, quae »in nupera editione remansit, furcillis hinc extrudi de»bet:) ut locis aliis quamplurimis, ubi ita semper omnes »mssti, & qui Romae servantur aut in aliis Italicis biblio»thecis, & is etiam quem Huraldi beneficio penes nos »habemus: etsi non sunt allata verba ex eo opere, sed »ex Historiis.« — Vocabulum Ἱστορίας ignorant, ut codices quos Casaubonus dixit, sic & nostri ambo, & ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ Ζώων Μορίων exhibent, non modo *ms. A.* verum etiam *ms. Ep.* in quo aliàs fere constanter omissi sunt librorum tituli. De constanti isto Athenaei more, *quintum librum de Partibus Animalium* pro *quinto Historiae Animalium* nominandi, iam supra diximus ad II. 63. b. Ibi a Veneto editore deletum nomen Μορίων vidimus; h. l. pro Μορίων vocem Ἱστορίας substituit idem, quod & alibi passim ab eodem factum. Nonnumquam, ubi Venetus editor scripturam codicum non mutatam repraesentaverat, veluti VII. 286. c. Basileensis editor Ἱστορίας pro Μορίων substituit: quod quamvis, si rei veritatem spectemus, recte factum professus sit CASAUBONUS ad VII. 286. c. tamen »peccata veterum scriptorum isto modo emendare, »& ipsorum scripta pro nostra libidine corrigere,« id vero *temerarium, audax & vaecors esse facinus* pronunciavit. *Confusionis* autem *illius ab Athenaeo admissae* hanc fuisse

cauſſam ſtatuit idem CASAUB. : » Quia codex Ariſtotelis ad c
» manum Athenaeo non fuiſſet, referenti in literas hos
» Deipnoſophiſtarum ſermones. Excerpta ſua (inquit) ſo-
» lum habuit: atque ea, ut videtur, confuſa & perturba-
» ta, titulis perverſis. Hinc illius manavit error. « — Nos utique, quaecumque fuerit illius confuſionis origo, librorum ſcripturam, tam pertinaciter conſtantem, ubique tenendam putavimus. Locus, quem hîc reſpexit Athenaeus, exſtat hodie in Hiſt. Anim. lib. V. c. 12. Tangitur vero rurſus ex parte idem argumentum lib. IV. de Partib. Anim. c. 5. T. I. p. 1179. ed. Laemarii in 8vo.

In verbis ex *Ariſtotele* citatis vulgatum ἀεί τε ἰσχύουσι tenet uterque codex cum edd. At primum ἀεὶ δὲ malles, ut δὲ reſpondeat praecedenti particulae μὲν, aut ἀλλ' ἀεί τε. Apud Ariſtot. eſt οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ ἔχουσι. Ex quo porro apud Noſtrum pro ἰσχύουσι, pariter ἔχουσι (ſcil. ὠὰ) oportuiſſe colligas; aut certe ἴσχουσι, quemadmodum paſſim apud eumdem Ariſtot. variationis cauſſa modo verbum ἔχειν, modo ἰσχειν uſurpatur. Sed in eadem re idem Ariſtot. de Part. Anim. IV. 5. poſtquam ἔχουσι (ſcil. ὠὰ) dixerat, etiam verbo εὐθηνοῦσιν utitur, quod idem ac ἰσχύουσι valet. Quare hoc poſterius verbum apud Noſtrum fortaſſe nil opus fuerat ſolicitare; certe mutari a nobis contra librorum fidem non debuiſſe intelligo; & *repoſitum* ἰσχύουσι velim. Eamdem fere in ſententiam ἴσχουσι τὴν ἐπίδοσιν legitur III. 74. c. ubi pariter, atque hoc loco, *vigoris echinorum marinorum tempore plenilunii* fit mentio. Vide ad eum locum notata.

ἐν τῷ Εὐρίπῳ τῶν Πυρραίων. Sic bene edd. ut apud Ariſt. Hiſt. An. V. 12. ἐν τῷ Πυρραίῳ Εὐρίπῳ editur apud eumdem Ariſt. de Part. Anim. IV. 5. τῶν Πυρρέων habent h. l. *ms. A.* & *Ep.* minus recte. Intelligendum Euripum ad Pyrrham, Lesbi inſulae oppidum, monuit Palmer. Exercit. pag. 492 ſq. ex Strab. lib. XIII. pag. 617.

πλήρεις δὲ ὠῶν. ᾠῶν cum iota ſubſcripto (ſive, rectius d ut dicam, ad latus ſcripto, ut ſolet) exhibet *ms. A.* Sic & idem paulo ante ᾠὰ, non nude ὠὰ. *Ibid.* πάντες ὁμοίως. Perperam πάντες ὅμοιοι *ms. Ep.*

AD CAP. XXXVI.

Προελθὼν δὲ, πάλιν φησὶν ὁ φιλοσ. Ariſtot. Hiſt. Anim. V. 15. *Ibid.* τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον κηρίον. Verba iſta ad ſen-

d tentiam neceſſaria, cum deeſſent ed. Ven. itemque *mss tis A.* & *B.* ex Ariſtotelis libris adiecit editor Baſil. & recte tenuit Caſaub. Deerat vero etiam ἀλλ' particula poſt γλαφυρὸν, ab eodem editore Baſ. adiecta. *Ibid.* ἐκ λεπύρων ἐρεβίνθων λευκῶν. Magis placet ἐρεβίνθου λευκοῦ, quod habet *ms. Ep.* in ſing. Sed pluralem tenent libri Ariſtotelis; at in his perperam ἢ ἐρεβίνθων. *Ibid.* συμπαγείη. συμπλαγείη apud Ariſt. *Mox*, vocabulum πόρον rurſus ex Arie ſtot. adſcivit editor Baſil. *Ibid.* ἀλλὰ φύονται αὗται. αὐταὶ *ms. Ep.* *Mox*, pro ὀστρακόδερμα, idem codex ὄστρακα habet.

ἀφίησι δ' ἰχῶρα. Sic codex uterque cum edd. rectius haud dubie quam quod apud Ariſt. vulgatum eſt. *Ibid.* f εἰς δὲ τοῦτο συνιοῦσαι. Abeſt particula apud Ariſtot. ubi pro his iſta habes, ἄλις ἐν τῷ αὐτῷ εὗται. Non ſatis planus locus: quem tractavit Geſnerus pag. 771. Pro εἰς δὲ τοῦτο συνιοῦσαι apud Noſtrum legebat εἰς τὸ αὐτὸ συνιοῦσαι Sylburg. ad Ariſtot. l. c. *Ib.* Σίγειον. Perperam Σίγιον *ms. A.* *Mox* Λέκτον penacute edidit Caſ. in quo neſcio an conſentiat *ms. A.* Acute Λεκτὸν edd. Ven. & Baſ. & *ms. Ep.* Eſt promontorium Myſiae, ex adverſo Lesbi. In accentu variant ſcriptores, editores certe. Vide Cellar. in Aſia Antiq. pag. 56. Penacutae ſcripturae favere videtur analogia, quae in nominibus propriis retractum plerumque accentum, & diverſum atque in adpellativis deſiderat. *Ibid.* ἐν τῷ Εὐρίπῳ. *Euripus*, κατ' ἐξοχὴν dictus, aliàs *Chalcidicus* intelligitur: hìc vero neſcio an ſit idem intelligendus, qui paulo ante, *Pyrrhaeus*.

Poſt Εὐρίπῳ in ed. Ven. & Baſ. ſtatim ſequebantur verba καὶ ἄνθος αἱ μὲν πλεῖσται &c. omiſſis mediis: ubi καὶ τὸ ἄνθος ſcribendum, & inſerenda iſta, καὶ περὶ Καρίαν· καὶ ἐν τῷ κόλπῳ μὲν μεγάλαι καὶ τραχεῖαι, e ſuo cod. Epit. docuit Hoeſchelius, quae eadem habet noſter *ms. Ep.* Nonnihil diverſa, qualia nos edidimus, tacite inſeruit Caſaubonus e codicibus Italicis, quae eodem modo exhibet a noſter *ms. A.* *Ibid.* τὸ ἄνθος, eſt *color*. Vide Heſych. in Ἄνθη, & ibi Interpp. *Ibid.* ἐρυθρὸν μικρῷ. Sic codex noſter uterque; ac ſane commodius hoc videtur, quam μικρὸν, quod ex vulgatis Ariſtotelis libris in Athenaei editiones adſcitum. *Ibid.* καὶ μυαιαῖαι. Sic edd. cum *ms. Ep.* Nec aliunde, quam ex eadem Epitome habet Euſtathius, quod, cum aliàs μυαῖος & μυαιῶος diceretur de *pon-*

dere μνᾶν i. e. *libram aequante*, Ariſtotelem ait, graviori a paragoge uſum, *μναιαῖος* dixiſſe. (Comment. in Od. τ'. pag. 715, 20. & φ'. 754, 13.) At *μνάϊαι*, ſive *μναῖαι*, ut apud ipſum Ariſtotelem editur, ſic apud Athenaeum exhibent optimae noſtrae *membr. A.* Quod adeo adoptari debuiſſe videtur.

Ibid. ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς καὶ περὶ τὰς ἀκτάς. ἀκτὴ non *quodvis litus* dicitur, ſed ſigillatim *litus ſaxoſum*; & omnino, *locus ſaxoſus in mari.* Vide Ammonium de Differ. Vocab. p. 9. & Schol. ad Iliad. β'. 395. *Ibid. τοῖς προσβόρροις.* Sic bene *ms. A.* Nec male *τοῖς προσβόροις* ed. Ven. & Baſ. cum *ms. Ep. τοῖς βορείοις* ex vulgatis Ariſtotelis libris adſcivit Caſaub. praeter neceſſitatem: id cum ita in ed. Caſ. 1. & 2. eſſet vulgatum, dein in ed. Caſ. 3. rurſus cum *τοῖς προσβόροις* permutatum eſt. Ne quid tamen diſſimulem, non *τοῖς*, ſed *ταῖς πρὸς βορροῖς* (ſic) ſcriptum in *ms. A.* Apud Ariſtotelem *προσβορείοις* ex insstis recepit Camus.

AD CAP. XXXVII.

Ἀπολλόδωρος - - - *προθεὶς τὸ, λιχνότερα τᾶν πορφυρᾶν.* Perperam *προσθεὶς* edd. de quo corrigendo monuit Caſaub. in Animadv. Recte vero *προθεὶς* dedit *ms. A.* Verba *λιχν. τᾶν πορφ.* adparet *Sophronis* eſſe, ideoque Dorica dialecto expreſſa, ad quae deinde commentatus eſt Apollodorus. Malles *λιχνότερος* (in ſing.) *τᾶν πορφυρᾶν*, quemadmodum in Epitome eſt: ſed non poſſumus eam h. l. teſtem invocare, quoniam alia ſimul mutavit Abbreviator, qui inde ab initio huius capitis nil aliud niſi haec habet: Ἡ δὲ παροιμία ἢ λέγουσα *λιχνότερος πορφύρας, ὡς μέν τινες* &c. At potuit, pro connexione orationis apud Sophronem, ita, ut vulgo ſcribitur, expreſſa eſſe dictio: niſi tamen fortaſſe *λιχνοτέρα* in ſing. foem. oportuit, non *λιχνότερα* in neutro plurali; quamquam & haud raro aliàs in noſtris membr. eamdem vocalem *α* pro ſyllaba *ος* perperam poſitam vidimus. Sed illud certe non bene factum a Caſaubono, quod *τὰ, λιχνοτ.* edidit, quamquam (ni fallor) eodem modo in noſtris membranis ſcriptum; atque ita etiam in Excerptis Aegianis ex Romano codice adnotatum video: repetiitque eamdem ſcripturam idem Caſaub. in Animadv. Si tenere *τὰ* vel-

a les, saltem iungendum erat cum λιχνότερα, ut factum in ed. 2. & 3. Casaub. & in Heynii Fragm. Apollodori p. 1139. At rectum haud dubie, & a nobis revocandum fuit ex ed. Ven. & Bas. τὸ λιχνότ. nempe τὸ ἔτος. Simillimam dictionem, ubi de eiusdem Apollodori Commentario in Sophronem agitur, infra habes, VII. 281. e. vel f. Mox, post πορφυρᾶν deerat in edd. verbum φησὶν, quod recte adiectum in *ms. A.* idemque verbum in Casauboni Excerptis Aegianis etiam e cod. Rom. adnotatum video, ut mirer non adoptatum ab illo editore. Intercidisse illud verbum monuerat
b Heyne l. c. *Ibid.* ἐπὶ τοῦ ζώου. *Aviditate sua purpurae tolluntur*, ait Plin. IX. 37, 61. Conf. Erasmi Adagia in *Ediciores purpuris.*

Ἁλίσκονται δὲ, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης. Aristot. Hist. Anim. V. 15. *Ibid.* ἐξείροντα τὴν καλουμ. γλῶτταν. *Porrectis linguis*, Plin. Rectius vero hic ἐξείροντα, quam ἐξαίροντα apud Aristot. Quae verba alibi apud Nostrum quoque, in eadem dictione, perperam confusa vidimus, I. 21. b. ubi in Animadv. pag. 167. oblitus eram ad hunc locum provocare.

c διατρυτᾷ - - καὶ τὸ ἑαυτῆς ὄστρακον. Mirum videri possit, quod ait, *purpuram suam etiam ipsius testam linguâ perforare.* Sic tamen & apud ipsum Aristot. legitur, καὶ τὸ αὐτῆς ὄστρακον, ubi idem plane valet αὐτῆς ac ἑαυτῆς. At quatuor verba καὶ τὸ ἑαυτ. ὀστρ. apud Athenaeum cautus praetermisit Epitomator.

AD CAP. XXXVIII.

Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βυθοῦ. Apud Aristot. Hist. Anim. V. 15. legitur, Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσι. Quae discrepantia multum torsit interpretes. » Utram lectionem » (ait Casaubonus) probabimus, & veram dicemus? » Aristotelicorum librorum scriptura ait, *pinnam e byssо* » *oriri in locis fabulosis & coenosis*: nostra, *ex ipso talium* » *locorum fundo.* Utraque scriptura suas rationes, suos- » que auctores habet. Adnasci pinnis quandam, ut cum » Tertulliano [de Pallio p. 15. ed. Salmas.] dicam, *muco-* » *sam lanositatem* evincit αὐτοψία. Recentiores naturae con- » sultissimi viri, qui pinnam descripserunt visam sibi tra- » ctatamque saepius, plerique omnes in hoc consentiunt.

» In veterum tamen philosophorum Graecorum & Latino- c
» rum scriptis, si istum Aristotelis locum excipias, altum
» de hac re silentium. Unus quod sciam beatiss. pater Ba-
» silius eius meminit; qui quidem *auream lanam* vocat
» istud sive lini sive lanae rudimentum. Ita enim scribit
» Concione in Hexaëmeron septima, πόθεν τὸ χρυσοῦν
» ἔριον αἱ πίνναι τρέφουσιν, ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἀνθοβαφῶν ἐμι-
» μήσατο; & in Oratione ad Divites, ὅταν σπουδάζηται
» παρ' αὐτοῖς τὰ ἐκ θαλάττης ἄνθη, ἡ κόχλος, ἥ τε πίννα,
» ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον. Quam appellat Basilius
» *lanam auream*, Aristoteles (si modo ille ita scripsit) ra-
» tione coloris, *byssum* nominat: nam byssi color ut auri,
» sub flavi genere continetur.« — Tum fuse narrat idem
Casaubonus, monstratas sibi esse in rariorum visu rerum
collectione regia fimbrias quasdam veteris marsupii, co-
loris pulli, subtiliorem stuppam cannabinam referentes,
quarum materia esse vera pinnae byssus confirmabatur.
Dein sic pergit: » Non igitur adeo absurda est Aristoteli-
» corum exemplarium lectio, ac censuerunt nonnulli.
» Rursus, pro altera ἐκ τοῦ βυθοῦ pugnant neque paucae
» neque invalidae rationes. Primum sic habent omnes
» antiqui mssti, itemque Hoescheliana Epitome: sicque
» rei natura postulat; nam vere ἐκ βυθοῦ nascuntur
» pinnae, non illae solum, quas ἐμβυθίους paulo post
» auctor vocat, [vide p. 93. f. & 94. a.] sed omnes om-
» nino. Oppianus: [Ἁλιευτ. II. 186.]

» Ὄστρακον αὖ βυθίας μὲν ἔχει πλάκας, ἐν δέ οἱ ἰχθὺς
» πίννη ναιετάει κεκλημένος &c.

» Deinde quale est hoc loquendi genus? ut dicatur pinna
» ex eo filo nasci per quod adhaeret solo in quo gene-
» ratur. Mitto dicere, τὸν βυσσὸν, pro τὴν βυσσὸν,
» [βύσσον utrobique voluerat] Graecum non videri. Po-
» stremo illud, quo innititur pinna, nusquam scriptor ul-
» lus *byssum* appellavit, sed *radicem*, aut *quasi radicem*. Sic
» in V. Historiarum legimus, pinnas ἐρρίζῶσθαι.« [Hist.
An. V. 15. τῶν μὴ μεταβαλλόντων τοὺς τόπους, αἱ μὲν
πίνναι ἐρρίζωνται· (eadem ratione ἀκίνητον καὶ προσφυῆ
τὴν πίνναν vocat Hist. An. IV. 4.) οἱ δὲ σωλῆνες καὶ αἱ
κόγχαι, ἀρρίζωτοι διαμένουσι.] » Athenaeus quoque non
» multo post, [p. 93. f.] ὅσαι ἂν, inquit, πίνναι πέτραις
» ἢ σπιλάσι προσφῶσι, ῥιζοβολοῦσι. Iterum idem [ibid.]

c »naturam radicis huius explicans, διήκει, inquit, ἐκ τοῦ »στόματος ἡ σὰρξ, μέχρι μέσου τοῦ κόγχου οἱονεὶ ῥίζα. »Plinius, quod dixerat Philosophus ὀρθὰς φύεσθαι τὰς πίν»νας, eleganter vertit *nasci eas surrectas semper*, [IX. 42, »66.] nulla facta molestae illius appendicis mentione: »an incuria, an certo consilio? « — Ante Casaubonum adcurate hunc locum tractaverat *Conr.* GESNERUS, tam eximio vir iudicio, quam exquisitâ doctrinâ, de Aquat. p. 734. docueratque, praeter rationem illud ἐκ τοῦ βύσσου apud Aristotelem de *lana* illa sive *barba*, qua instructa pinna est, acceptum a nonnullis fuisse: ut mirer, Casaubono adhuc dubium nonnullum potuisse supersesse. Sane ὁ βύσσος, penacute, inauditum Graecis nomen. ἡ βύσσος, planta est, quae aliis *lini* genus quoddam tenuissimum, aliis *gossypium* esse, visa est: de qua vide Polluc. VII. 75. Philostrat. de Vita Apollon. II. 9. & Pausan. V. 5. Nemo vero veterum umquam *pinnarum* illam *lanam aut comam* graece βύσσον aut latine *byssum* vocavit: usus ille huius vocabuli, qui multas saepe confusiones peperit, nonnisi recentiorum quorumdam inventum est, leviter corruptâ & perperam acceptâ istâ apud Aristotelem scripturâ deceptorum. Vera est apud Athenaeum scriptura, quam & nostri codices tenent, ἐκ τοῦ βυθοῦ, *e fundo*: vera autem pariter in eamdem sententiam scriptura apud Aristotelem vulgata, dummodo accentum mutes, & βυσσοῦ scribas, quod perspecte CAMUS adoptavit in sua Historiae Animal. Aristot. ed. p. 272. rectèque interpretatus est, *Les pinnes naissent droites du fond de la mer.* Conf. Salmas. ad Tertullian. de Pall. p. 218 sq. & (quem laudavit Camus in Varietate Lect. apud Aristot. p. 691.) Bochartum in Hieroz. lib. II. c. 45. quibus adde Interpp. Hesychii voc. Βυσσός. His quidem omnibus longe doctior VILLEBRUNIUS, nuper, miseratus aliorum omnium vel inscitiam vel tarditatem ingenii, docuit nos, veram esse apud Aristotelem scripturam βύσσου, eamdemque apud Athenaeum pariter reponendam, ut sententia sit, *pinnam adhaerere per fuum byssum*: »*mais les pinnes s'attachent droites par leur byssus.*« Nempe non viderat magister optimus, aliud esse προσφύεσθαί τινι, (quod tamen ipsum *adnasci* proprie significat, non nude *adhaerere* vel *adnexum esse*,) aliud φύεσθαι ἐκ τινός. Nec illud, ut alia taceam, animadverterat vir doctissimus, toto illo capite apud Aristote-

lem agi περὶ γενέσεως, (i. e. de *ortu*) ut initio capitis c
diserte ipse auctor profiteatur: itaque non alia notione ibi
accipi verbum φύεσθαι posse, ac verba γίνεσθαι & τὴν
σύστασιν λαμβάνειν, quae eo ipso loco, de quo quaeri-
tur, vel praecedunt proxime, vel sequuntur. Denique
non legerat, quae eodem capite, paulo post initium, his
verbis ait idem Aristoteles: οὐδὲ γίνονται ἐκ τούτων
(τῶν κηρίων) αἱ πορφύραι, ἀλλὰ φύονται καὶ αὐταὶ (sic
cum msstis legendum, quos Camus laudavit, non αὐτὰ)
καὶ τὰ ἄλλα ἐκ τῆς σήψεως καὶ ἰλύος ὀστρακόδερμα.

ἡ πίννη, φησὶ, καὶ ὁ πιννοτήρης, &c. Celebratissima d
apud veteres fabula de cancello, qui pinnae sibique com-
munem cibum venari perhibetur. Quam fabulam breviter
Aristoteles attigit eodem loco, ubi de Pinna agit: uberius
vero post Chrysippum exposuit Cicero de Nat. Deor. II.
48. Plin. IX. 42, 66. Oppianus Ἁλιευτ. II. 186 sqq. alii-
que. Cancellus is modo πινοτήρης vocatur, ut hic apud
Nostrum, *a custodienda & tuenda pinna*; modo πιννοφύλαξ,
eâdem sententiâ; modo πιννοθήρας, ut vulgo apud Aristot.
paulo post verba supra adlata, & apud Plutarch. de Solert.
Animal. pag. 980. b. ed. Francf. Eumdem κογχοθήραν ab
Epicharmo dictum supra vidimus p. 85. d.

οὐ δυνάμενα συμμένειν. Simplex verbum μένειν
hic malebat Coray ad Xenocr. p. 166. At praepositio σὺν
in compositione huius verbi nunc non ad *communionem*
refertur; sed idem valet συμμένειν ac simplex μένειν, *con-*
sistere, *manere*, *subsistere*, ut passim apud Polybium: & hoc
loco intelligitur, *in vita manere*, *durare*, *vivere*. *Ibid.* φα- e
σὶ δέ τινες καὶ συγγεννᾶσθαι &c. Hoc amplius est, quam
συμπεφυκέναι, quod ex Pamphilo supra retulerat. Confer
vero p. 91. f.

Πάλιν δὲ ὁ Ἀριστοτέλης φησί. Eodem loco ubi superio-
ra, Hist. Anim. V. 15. *Ibid.* Πάντα δὲ τὰ ὀστρ. Partic-
ulam δὲ, cum abesset editis, dedere *mssti A.* & *Ep.* *Ibid.*
γίνεται καὶ ἐν τῇ ἰλύϊ. καὶ cum editis agnoscit *ms. A.* sed
ignorat *ms. Ep.* γίνεται αὐτόματα ἐν τῇ ἰλύϊ vulgo
apud Aristot. & γίνεται καὶ αὐτόματα ἐν τῇ ἰλύϊ mssti
nonnulli apud eumdem, teste Camus in Var. Lect. ad p.
272, 17.

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον. Leguntur haec, nonnullis interie- f
ctis, initio cap. 16. lib. V. Hist. Anim. Paulo commodius
vero ab istis ipsis verbis initium novi Capitis apud Athe-

f naeum facturus fuiſſem: nam continuo tenore haec apud Ariſtot. leguntur cum illis quae ſequuntur capite noſtro XXXIX. uſque ad verbum μεταχωροῦσι. *Ibid.* αἵ τε κνίδαι. κνίδοι *ms. A.* male. *Ibid.* ἐν ταῖς σήραγξι. τοῖς idem *ms. A.*

AD CAP. XXXIX.

αἱ δὲ ἐν τοῖς λείοις. Rectius hoc haud dubie, quam quod apud Ariſtot. vulgo editum erat, αἱ δ' ἐπὶ τοῖς μείζοσι. Sed apud hunc quoque doctiſſimus poſtremus Editor λείοις reſtituit ex Mediceo msto. Apud Noſtrum, in λείοις conſentit *ms. Ep.* In *ms. A.* vero λείοισι ſcribitur.

Τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις &c. Haec, & quae ſequuntur uſque ἑστεφανῶσθαι, negligentiſſime ab Epitomatore in hunc modum contracta ſunt: Τὰς δὲ κνίδας Εὔπολις ἀκαλήφας ὀνομάζει, καὶ Ἀριστοφάνης. ὁ μὲν εἰπὼν, κραναὰς ἀκαλήφας· ὁ δὲ ἀκαλήφ' ἑστεφανῶσθαι. Quod ait Athenaeus »τὰς κνίδας, id eſt, *urticas*, ab *Eupolide* aliiſque Comicis ἀκαλήφας vocari« id omnino in Atticorum idiomate fieri ſolitum docet Moeris p. 66. aliique Grammatici ibi ab Interpretibus citati, ut iam ſupra ad II. 62. d. notavimus, ubi de *urtica herba* agebatur. Corrigat ibi velim lector in contextu mendam, quam nunc demum animadverti: in Ariſtophanis verbis errore operarum κραναὰς, pro κραναὰς, expreſſum eſt.

a Ἀριστοφάνης, ἐν Φοινίσσαις, οὕτως· Ἔχε, τὸ πρῶτον πάντων ἴφυα φῦναι εἶθ' ἑξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας. Sic cum edidiſſet CASAUBONUS, monuit dein in Animadv. »Mendum profitentur prima verba. Mutata »diſtinctione facile emendaveris: ἐν Φοινίσσαις· Οὕτως »ἔχε· τὸ πρῶτον &c. Sed in collectaneis Suidae aliam in»venimus emendationem, Εἰκὸς δή που πρῶτον &c. »Sed fallitur Athenaeus, qui κραναὰς ἀκαλήφας interpre»tatur hic de *urticis marinis*: nam de *planta* recte Dale»campius accipit, vel ipſo Athenaeo teſte, qui lib. II. de »ea herba diſputans hoc uſus teſtimonio; ut taceam Co»mici ſcholiaſten non aliter interpretantem ad Veſpas.« — Vox οὕτως non modo in ed. Ven. verum etiam in *ms. A.* interpoſito puncto ſeiuncta erat ab ἔχει: quare, quamvis ſpecioſa fuerit emendatio a Caſaubono propoſita, tamen, quia aliam dubitationem Suidas movebat, nihil mu-

tare auſus ſum. Neque vero magis τὸν πρῶτον recipiendum duxi, quod quidem cum editione Ven. & Baſ. habent etiam noſtrae membr. *A.* & in *ms. B.* quoque reperierat BRUNCKIUS, qui adnotavit: »Sic ἴφυα foret accuſ. »ſing. ab ἴφυς.« — Apud Suidam, non modo pro verbis οὕτως ἔχε τὸ ſcribitur Εἰκὸς δήπου, ſed & ἁπάντων pro πάντων, & καὶ pro εἶθ' ἔξῃς: quae omnia recte habere iudicavit idem BRUNCK, (in Fragm. Ariſtoph. p. 168.) indeque ſic emendandum Athenaeum cenſuit, ut eiectis vocibus εἶθ' ἔξῃς, tamquam gloſſematicis, in hunc modum conſtitueretur hic locus: ἔτι τε Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις οὕτως ἔχει·

Εἰκὸς δήπου πρῶτον ἁπάντων
ἴφυα φῦναι
καὶ τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.

Ut ſint verſus ex anapaeſticis dimetris, & quidem e ſyſtematis clauſula. Qui ſane verſiculi percommode fluunt: ſed eos idcirco in Athenaeum inferre, id vero nimis fore violentum mihi viſum erat. Praeterea, dictionem οὕτως ἔχει nuſquam ea ratione apud Athenaeum uſurpatam memini. Primus verſiculus ex Athenaei ſcriptura, ſi modo ἁπάντων pro πάντων a Suida acciperes, non minus commode in hunc modum decurreret:

Οὕτως ἔχε· τὸ (vel τὸν) πρῶτον ἁπάντων.

Dein tertius verſiculus, ſi pro catalectico liceret hypercatalectum ſtatuere, ſervatâ itidem librorum noſtrorum ſcripturâ, ſic ſonaret:

εἶθ' ἔξῃς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας.

Ibid. καὶ ἐν Σφηξί. Ariſtoph. Veſp. 879. (vſ. 884. ed. Br.)

Ibid. Φερεκράτης δ' ἐν Αὐτομόλοις·

— κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι.

»Reſtitue in integrum poëtae hanc ſententiam ex melio»ribus Athenaei libris, quibus Suidas uſus: Νὴ τὴν Δήμη»τρ', ἀνιαρὸν ἦν τὸ κακῶς ᾄδοντος ἀκούειν. Βουλοίμην κἂν »ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι. *Ecce moleſta* »*res eſt, male canentem audire: malim vel urticis tamdiu eſſe* »*coronatus.* Extat etiam in Ariſtoph. ſcholiis ad Equites; »[vſ. 420.] unde potius fortaſſe hauſit Suidas: atque il»lius fabulae mentionem facit etiam Pollux lib. VI. c. 30. »& Clemens Strom. lib. VII.« CASAUB. — Vide Notulam ſub Contextu noſtro p. 240. ad II. 62. d. & Animadv. ad eumdem loc. p. 420.

a κατὰ παραφθορὰν νῦν ἀκαλήφη ὀνομάζεται. »*Urticam ma-*
»*rinam* a piſcatoribus dictam ἀκαλήφην refert Deipnoſo-
»phiſta [aut apud eum Diphilus Siphnius,] κατὰ παρα-
»φθοράν: id eſt, *leviter corruptis vocibus* unde origo illi.
»Quod verum eſt. Nam ἀκαλήφη dicitur, ut ſtatim ad-
»ditur, quaſi ἄπαλὴ τῇ ἁφῇ, poſito κ loco τοῦ π, & mu-
»tato ſpiritu: in eo eſt ἡ παραφθορά. Grammaticorum
»propria vox iſta. Euſtathius, [ad Iliad. Ψ. p. 1442, 30.]
»ἐξ Ἰβύκου παρεφθάρθαι τοῖς τεχνικοῖς δοκεῖ τὸ βυκανίζειν.
»Caeterum in hac voce nullius literae neceſſaria muta-
»tio: non tantum enim ἄπαλὸς, ſed & ἀκαλὸς dicunt
»Graeci pro *molli* & *tenero*: unde fluvius ἀκαλαρρείτης,
»*placide fluens*; & Ἀσκάλαφος, quaſi ἀκάλαφος, proprium
»hominis nomen *cui tenera & mollis cutis.*« CASAUBO-
NUS. — Vide Euſtath. Od. δ'. p. 153, 18 ſqq. & Iliad. ο'.
1009, 34. Adde Etymol. M. in Ἀκαλήφη & Ἀκαλός. PAL-
MERIUS vero (Exercit. p. 493.) praefert etymon, quod
vulgo tradi ait, ſcil. a privativa α, & καλὴ ἁφὴ, ὅτι οὐ
καλὴν ἁφὴν ἔχει, *quod bellum tactum non habeat.* κατὰ πα-
ραφορὰν legendum cenſuerat Dalech.

b Τὸ δ' ἐν Λυσιστράτῃ &c. »Ioci, quem ineſſe ait huic
»verſui, Ἀλλ' ὦ τηθῶν ἀνδρειοτάτη καὶ μητριδίων ἀκαλη-
»φῶν, explicationem petat lector ex Euſtathio ac Suida:
»nam neque Athenaeus neque interpretes rem ſatis ape-
»riunt.« CASAUB. — Pauca ſunt, nec admodum illu-
ſtrantia id de quo agitur, quae habet Euſtath. ad Od. δ'.
pag. 153, 16 ſq. Suidas ſua in Τήθη ex Comici Scholiaſta
ad Lyſ. 549. deſcripſit, quae frigida & coacta viden-
tur. »Ioci gratiam (ait DALECAMPIUS) hanc eſſe puto,
»quod vox μητρίδιον, ἀπὸ τῆς μητέρος formata ὑποκορι-
»στικῶς, ſignificet *materculam*; ducta vero ἀπὸ τῆς μή-
»τρας, *vulvam*, quam poëta lepide vocat *urticam*, tan-
»quam ſalaces iuvenes urentem & pungentem.« — Apud
ipſum Comicum ἀνδρειοτάτων ſcribitur, quod in ἀν-
δρειοτάτῃ (in quod conſentit cum Athenaeo Suidas) aut
in ἀνδρειόταται mutandum KUSTERUS (ad Suid. l. c.) cen-
ſuerat; BRUNCKIUS autem (in Notis ad Lyſiſtr. 549.)
verum ἀνδρειοτάτων iudicavit, ſubaudiens nomen θυγα-
τέρες: quare ſic ille interpretatus eſt, *ſed ô fortiſſimarum*
aviarum & tactu urentium matercularum progenies. In noſtro
ms. Ep. dubitare poſſis, utrum ἀνδρειοτάτῃ, an ἀνδρειοτά-
των, debuerit librarius, qui pro frequenti ſuo more ter-

minationem vocis nulla ratione expreſſit: ſed apud Eu- b
ſtathium, qui ſua ex alio codice eiuſdem Epitomes de-
promſit, perſpicue ἀνδρειοτάτη ſcribitur, ſicut apud No-
ſtrum in edd. & in *ms. A.*

μέμικται γὰρ κωμῳδικῶς πρὸς τὴν τήθην καὶ μη-
τέρα. CASAUBONUS cum non inſpectâ ed. Venetâ μέμνη-
ται edidiſſet, haec dein adnotavit: »In Epitome ſcriptum
»invenio, μέμικται κωμῳδία β πρὸς τὴν τροφὸν καὶ μητέ-
»ρα, pro eo quod noſtri libri habent, μέμνηται γὰρ κω-
»μῳδικῶς, πρὸς τὴν τηθὴν καὶ μητέρα. Proba vero lectio
»Epitomae, quam & membranae confirmant, in quibus
»diſerte exaratum μέμικται. Appellat κωμῳδίαν, *iocum*
»*comicum*; ſicut τραγῳδίαν dicimus pro *Lamentabili complo-*
»*ratione*. β, valet δίττή. « — Mire vero; propemodum
dixerim, ridicule! Primum enim, *noſtri* illi *libri*, quos di-
xit, nulli alii ſunt, niſi exempla editionis Baſileenſis; in
qua ex μέμιται, quod mendoſe in ed. Ven. expreſſum
erat, ſuo arbitratu μέμνηται fecerat editor. Deinde vero,
quo pacto illud codicis Hoeſcheliani monſtrum κωμῳδία
β probare vir doctiſſimus potuit? Noſter quidem *ms. Ep.*
in κωμῳδικῶς recte conſentit. Qui inde portentum iſtud
exſculpſit, is miro ſane invento ductum ſcripturae, qui
terminationem ως indicat, pro litera β, literam κ vero
pro α acceperat. In μέμικται autem cum Hoeſcheliano
libro & Caſauboni membranis Italicis conſentiunt &
noſtrae vetuſtiſſimae membr. *A.* & optimae membranae
Epitomen exhibentes: qui ſi libri mendoſum μέμιται te-
nuiſſent, quod operarum errore in editionem Ven. irrepſit,
non dubitaſſem ex μεμίμηται corruptum pronuncia-
re, quod unice conveniens huic loco verbum, & unice
veram ſcripturam Athenaeo reſtituendam CORAY noſter
iudicavit. Et equidem nunc quoque, cum non ſatis per-
cipiam, quid h. l. valeat μέμικται, parum abſum quin
unice illud ipſum μεμίμηται probem. μιμεῖσθαί τι
πρός τι eſt *exprimere, effingere aliquid ad exemplum* vel *ad*
formam alterius. Sic cum alibi reperies, tum apud Lucian.
in Prometh. c. 3. Caeterum qua fide Villebrunius con-
tendat, Pariſienſes codices msstos non μέμικται habere,
ſed cum editis h. l. conſentire, ipſe viderit. Brunckius
certe in eodem codice, quo fere unice uſus eſt Villebru-
nius, perſpicue μέμικται ſcriptum repererat. Vocem τη-
θὴν vero, acute ſcriptam, non ferendam iudicavi; quam

formam nominis (in quo caeteroquin multa obtinuit confuſio) nemo Grammaticorum agnoſcit. Vide Ammon. p. 135. alioſque laudatos Ruhnkenio ad Timaei Lexicon Platon. p. 256. edit. ſecundae.

AD CAP. XL.

c Χημῶν δὲ τῶν παχετῶν αἱ μικραί. DALECAMPIUS, vertens, *Ex chamis crassis minores*, adnotaverat in ora: »Rondelet legit παχειῶν pro παγετῶν. Quidam verten»dum cenſent, *Ex chamis, quae inter ſcopulos degunt, mi»nores.*« — Inde CASAUBONUS: »Omnes ſcribunt vete»res, etiam Eclogarius, Χημῶν τῶν παχειῶν. In editis »τῶν παχετῶν: quod ne nos quidem ſcimus quid ſit. »Videtur tamen altera lectio contradictionem continere: »nam quomodo dicentur *chemae* παχεῖαι, id eſt, *craſſae*, »quae & parvae ſint & carne defectae? Deinde, quae »ſubiungitur pars altera huius diſtributionis, aperte dam»nat hanc lectionem: ait enim, αἱ δὲ παχεῖαι. Atqui ab»ſurdum eſt, duas alicuius generis ſpecies eodem nomine »εἰδοποιῷ, ut loquuntur, ἀντιδιαιρεῖσθαι. Legendum cen»ſeo τραχειῶν: alioquin expedire me hinc non queo.« — Ubi quod *omnes* ait *veteres* παχειῶν *ſcribere*, id quale ſit neſcio. In noſtro quidem *ms. Ep.* eam ſcripturam reperio, quam eamdem in Hoeſcheliano Caſaubonus repererat: at in vetuſtis noſtris membr. *A.* παχετῶν ſcribi, quemadmodum eſt in editis, quamquam ipſas membranas non vidi, tamen exploratum habeo; neque ex *ms. B.* diverſam ſcripturam vel a Brunckio vel a Villebrunio video adnotatam. Igitur rurſus *coniecturam* aliquam orae libri cuiuſdam adlitam pro *ſcriptura veteris codicis* acceperat Caſaub. Ac nulla utique magis in promtu coniectura erat, quam illa ipſa, quae pro παχετῶν legendum παχειῶν ſtatueret; quam eamdem communi conſenſu a Natali Comite in huius loci verſione, a Rondeleto, (apud Geſn. p. 270, 56.) & ab ipſo Geſnero p. 654, 4. adoptatam video: ac fortaſſe ipſe etiam Epitomator ſua ex coniectura ita ſcripſerat. Quae ratio licet non admodum commoda ſit, tamen admittere videtur eam explicationem, qua molliatur abſurditas, quae ei a Caſaubono obiecta eſt. Denique videndum, ne ipſa vetus ſcriptura παχετῶν (ſive mutato accentu παχέτων oportuit) eadem notione

atque παχειῶν fuerit accipienda: quod tamen urgere c
equidem minime auſim, cum nonniſi apud unum Homerum, quod ſciam, legatur πάχετον illud, (Od. ρ'. 187.) quod παχύτερον interpretantur veteres Grammatici. Nulla utique difficultas ſupereſſet, ſi cum eodem Caſaubono τραχειῶν legeremus: ſed iſta commoditas non ſatis cauſſae erat, cur in contextum hoc reciperetur. Quoniam omnia h. l. in planum a ſe deducta gloriatur Gallicus Interpres; id quale ſit, operae pretium eſt videre. Poſtquam Graeca verba ſic reddidit, *Parmi les cames qui ſe trouvent dans les rochers*, in Nota ſubiecta ait, »*Je lis* χημῶν δὲ τῶν παγετῶν, *& tout eſt clair.* PURSAN »*avoit ſenti cette leçon. Pour peu qu'il y ait de ſables dans les* »*fentes que baigne la mer, il s'y trouve des cames: or* πά»γος *ſignifie une roche.*« — Quo vero pacto, quàve analogiâ grammaticâ factum ſit, ut, quoniam ὁ πάγος *collem*, ſive *rupem*, denotat, idcirco παγεταὶ χῆμαι dici potuerint *chamae quae in rupibus degunt*, declarare oblitus eſt Vir doctus. Qui ſi meminiſſet, non modo vocabulum πάγος iſta notione uſurpari, (quo de uſu illius vocabuli prae caeteris videndus Holſten. ad Steph. Byz. p. 44 ſq.) ſed reperiri etiam, apud Heſychium quidem, pari fere ſignificatione ipſum nomen παγετὸς, quod ibi per κρημνὸς & σκοπελὸς exponitur; poterat cum aliqua veri ſpecie ſtatuere, χήμας τῶν παγετῶν eſſe *chamas in ſcopulis degentes*. PURSANUS, quem laudavit, in ora exempli editionis Baſileenſis (de quo in Praef. dictum eſt) ad vocem παχετῶν, quam contextus habet, haec adnotaverat: »παχειῶν. Quidam παγετῶν: *chamae quae in* »*ſcopulis degunt.*« — Quae plane ex Dalecampii Adnotatione, quam ſupra retulimus, ducta ſunt; quemadmodum iam alibi monuimus, fere cunctas viri illius emendationes nonniſi ex eiuſdem Dalecampii vel Verſione latina vel Adnotationibus eſſe depromtas.

πελώριαι. Eaedem πελωρίδες, III. 92. f. ſive a *prodigioſa magnitudine*, (*ibid.*) ſive a *Peloro* promontorio, unde aliis πελωριάδες, III. 92. c. Vide Geſner. p. 274 extr. & ſq. & Rondelet apud eumdem. p. 271. *Mox*, pro ποτάμιαι exd ſpectabam ποτάμιοι: ſed in vulgatum non modo mssti noſtri conſentiunt, verum etiam Xenocrates ſect. 30. (31.)

Οἱ δὲ μύες. - - - αἱ δὲ μύες. Merito miratur CAMUS ad Ariſt. Hiſt. An. p. 524. quâ notâ in mitulis diſcreve-

d rint foeminas a maribus, cum ſint hermaphroditici ſexus. Sic vero & ſolenes alii mares, alii foeminae paulo poſt vocantur; non ob ſexus diſcrimen, ſed ob aliquam formae in eodem genere diverſitatem, ut bene monuit Rondelet, apud Geſn. p. 1034. Pari modo in Plantis eiuſdem generis, alias mares, alias foeminas nominaſſe videmus veteres, non ex ſexuali (quod hodie dicimus) ſyſtemate, ſed ſolummodo formae aliquam differentiam ſpectantes. *Ibid.* καὶ τῶν μυῶν οὖσαι μικρότεραι. καὶ τῶν μυῶν αἱ μικρότεραι *ms. Ep.* male.

οἱ δὲ σωλῆνες - - καὶ αὐλοὶ, καὶ δόνακες, καὶ ὄνυχες. Graeca nomina retinet Plinius, XXXII. 11, 54. *Solen, ſive aulos, ſive donax, ſive onyx, ſive dactylus.* *Ibid.* πολύχυλοι καὶ κακόχυλοι. καὶ ignorat *ms. Ep.* commode. *Ibid.* καὶ οὐ μονοχρώματοι· εἰσὶ δὲ τοῖς λιθίωσι &c. corrupte καὶ οὐρανοχρώματοι, & deinde τοῖς λιθῶσι ed. Ven. & Baſ. quae ex codice ſuo Epitomes corrigenda olim monuerat Hoeſchelius, & correxit Caſaub. conſentientibus & Italicis codicibus & ambobus noſtris. Villebrunius corruptam veterum editionum & recentiſſimorum codicum ſcripturam unice probavit, reſtituendamque iudicavit; ſcilicet materiam quaerens obtrectandi CASAUBONO, qui haec adnotaverat: »Praeter auctoritatem »ſcriptae lectionis, quam ſecuti ſumus, falſum eſt, *ſolenes coeli colorem imitari.* Quin unguium potius colore »ſunt; quam etiam ob cauſſam putant quidam veterum »dictos eſſe *onychas*: etſi Plinius foeminam tantum ita »appellat. Confirmant ſequentia, de foeminis ſolenibus, »οἱ δὲ θήλεις μονοχρώματοι. Inde Plinius: *foeminae ſunt »unicolores.*«

e οἱ δὲ θήλεις. οἱ δὲ θήλεες *ms. Ep.* Miretur fortaſſe aliquis maſculini generis articulum cum nomine, quo ipſe foemininus ſexus indicatur, iunctus: nempe intelligendi οἱ θήλεις σωλῆνες; nam ita loquuntur Graeci, ὁ θῆλυς ἵππος, ὁ θῆλυς ἐλέφας, & ſimilia.

Φαινίας. Sic cum ed. Ven. dedere noſtri codices. Φαf νίας ed. Caſ. cum ed. Baſ. nullâ idoneâ ratione. *Ibid.* ἀφορμῆς δὲ λαβόμενος, καὶ ἐμπορευσάμενος. ἀφορμῆς λαβέσθαι, eſt *prehendere, arripere, capere occaſionem.* Sed ubi de *mercatura* agitur, ἀφορμὴ eſt *fundus, pecunia*, qua mercaturam facimus: at hac ipſa notione, quae huic loco haud dubie conveniebat, *nactus aliquem fundum*, videtur aliâ

conſtructione ἀφορμὴν λαβὼν fuiſſe dicendum. Quare haec f fortaſſe vis illi dictioni ineſt, *prehendens occaſionem oblatam cum fundum aliquem nactus eſſet*: utique enim *fundus* vel *pecunia* eſt id quod *opportunitatem* ſuppeditat & *facultatem dat* homini faciendae mercaturae. Dalech. reddiderat, *occaſionem nactus*. Inde monuit CASAUB. »ἀφορμῆς λαβόμε»νος valet *nactus pecuniam ad exercendam mercaturam*.«

Τῶν δὲ κτενῶν - - οἱ λευκοί. Hinc corrigendum mendoſum λύοι apud Xenocr. ſect. 20. (21.) docuit Coray in Notis ad Xenocratis libellum p. 152. *Ibid.* ἀβρομοι. Sic recte codex noſter uterque. Vide ſupra ad p. 88. a. *Ibid.* οἱ μείζονες. οἱ μείζους *ms. Ep.* *Ibid.* ἐνεάριοι. »Scribo ἐα»ρινοί: nam ἐνεάριοι nulla analogia probat. Oſtrea ἐαρινὰ »ſaepe legas.« CASAUB. — Duas voces καὶ ἐνεάριοι praetermiſit Epitomator, ſed tenet *ms. A.* & in eamdem ſcripturam cum editis conſentit. *Vernus* utique ἐαρινὸς Graecis, aut ἠρινὸς, vulgo dicitur; nec alibi, quod ſciam, altera iſta vocis forma occurrit: nec tamen eam nullo pacto ferendam pronunciare, nedum ſede hac ſua prorſus eiicere auſim. ἐαρινὰ quidem ὄστρεα haud multo poſt nominantur p. 92. a.

ARCHIPPI *verſus* iam ſupra, p. 86. c. adlatus erat, ubi vide notata. *Mox*, παρὰ τοὺς τόπους recte ed. Baſ. & a Caſ. cum msstis. Perperam παρὰ τοὺς πότους ed. Ven. *Ibid.* Quod ait εὔστομοι, βρομώδεις δὲ, ſi quis miratur fortaſſe, quo pacto, quod *olidum* ſit, (ſive *virоſum*, ut Dalecampius vertit, Plinium fere ſecutus) idem *guſtu gratum* dici poſſit, is cogitet vetuſtum caſeum aut id genus alia, quorum ſapor, deteſtabilis aliis, aliis eſt exoptatiſſimus. βρομώδεις, brevi vocali in prima ſyllaba, rurſus noſtri codices dedere; & ſic paulo poſt iterum.

AD CAP. XLI.

γλυκεῖς τε καὶ εὔχυλοι. καὶ aberat in ed. Caſ. 2. & 3. b operarum errore. *Ibid.* οἱ παχύτατοι. οἱ παχύτεροι *ms. Ep.* *Ibid.* ἐπὶ τοῦ σκοπέλου της Σικελίας. *Saxum* puto illud dici, quam *Scyllam* fabulae nominabant.

Ἀριστοτέλης δέ φησι. Hiſt. Anim. IV. 5. *Ibid.* ὠά. Rurſus ᾠά *ms. A.* ut ſolet. *Ibid.* τό τε τῶν σπατάγγων. »Miram »deprehendimus varietatem in appellationibus *echinorum* »ex Ariſtotele. Ait, τό τε τῶν σπατάγγων. Vetus lectio

b » partim habet σπατάνων, partim σπαράγγων. Hesychio » auctore scribendum σπαταγγῶν. Ait enim, Σπατάγγαι, » οἱ μεγάλοι ἐχῖνοι οἱ θαλάσσιοι. « CASAUB. — Apud Athenaeum quidem, & hîc, & mox deinde, in σπατάγγων consentiunt edd. & *ms. A.* σπατάνων vero habet *ms. Ep.* Quinam sint codices, qui σπαράγγων exhibeant, mihi incompertum. Apud Aristotelem σπατάγων vulgo legebatur, donec nuperus doctus Editor duorum mss. torum auctoritate σπατάγγων edidisset, ut est apud Athenaeum; monuitque, alium codicem cum vetere versione latina σπαταγίων dare. *Ibid.* βρυσῶν dedere *mss. A.* & *Ep.* cum ed. Ven. itemque *ms. B.* βρίσσων ed. Bas. & Cas. ubi monuit CASAUB. » Ita quidem hodie codices Aristo- » telis: [nempe inde adsciverat editor Basil.] sed Athe- » naei omnia antiqua exemplaria scribunt βρυσῶν. Audia- » mus vero Hesychium: Βρύττος, εἶδος ἐχίνου πελαγίου, » ὥς φησιν Ἀριστοτέλης· οἱ δὲ ἰχθύν· οἱ δὲ τρισυλλάβως » βριγγόνην. Idem auctor alibi: Ἀμβρυττοι, εἶδος ἐχίνων » θαλαττίων. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτοὺς βρύννους καλεῖ. scribe » βρύττους. « — Quibus inter se collatis, adnotavit BRUNCK, βρύσσων h. l. apud Athen. scriptum oportuisse: & sic apud Aristot. ex ms. Paris. edidit Camus.

Ἀριστοφάνης ἐν Ὀλκάσιν. Ὀλκάσιν ed. Ven. Bas. & Cas. 1. (in Cas. 2. & 3. maiusculis literis non adpositi sunt spi- c ritus.) De ea fabula in Indice Auctorum dicetur. σπα- ταγγὴν edd. omnes cum *ms. A.* σπατάνην *ms. Ep.* Rectius fortasse erat σπατάγγην, quod praeeunte Hesychio posuit Brunck in Fragm. Aristoph. p. 259, 1. Videtur perinde & ὁ σπάταγγος & ὁ σπατάγγης fuisse in usu.

Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβης γάμῳ. Corruptum ἐνίβης, quod in ed. Ven. erat, correxit editor Bas. EPICHARMI *versus*, veluti metro soluti, vulgo scripti legebantur, hoc modo: Καρκῖνος δ' ἵκοντι ἐχῖνός τε, τοὶ καθ' ἁλμυρὰν ἅλα νεῖν μὲν οὐκ ἰσαντι, πεζαὶ δ' ἐμπορεύονται μόνοι. Eos eodem modo repetens CASAUB. *in Animadv.* de metri ratione non cogitasse videtur, nil aliud adnotans, nisi: » Legendum πε- » ζᾷ, pro πεζῇ, vel πεζοί. *Advenient cancer & echinus: qui* » *nare quidem more caeterorum quae aquas inhabitant, nesciunt:* » *sed soli aquatilium pedatim gradiuntur.* Spinae echinis pro » pedibus, ait philosophus. [nempe Aristot. Hist. Anim. » IV. 5 extr.] Itaque ingredi est his in orbem volvi. ἐμ- » πορεύεσθαι, pro simplici πορεύεσθαι, *gradi.* « — Trochai-

cos verſus eſſe, quales plerique Epicharmi, praeclare vi- c
dit GROTIUS, in Excerpt. p. 473. ſic ſcribens:

Καρκίνος Ϡ' ἵκει κ' ἐχῖνος, τοὶ καθ' ἁλμυρὰν ἄλα
νεῖν μὲν οὐκ ἴσαντι, πεζᾷ δ' ἐμπορεύονται μόνοι.

Verſionem Grotii contextui noſtro ſubieci. Priorem verſum VALCKENARIUS ad Phoeniſſ. p. 66. ſic refingi iuſſit:

Καρκῖνος Ϡ' ἵκοντ', ἐχῖνος Ϡ', οἳ καθ' ἁλμυρὰν ἄλα.

Ubi quod addit idem Vir doctiſſimus: »in ἵκοντ', pro »ἵκοντο poſito, σχῆμα poteſt Ἀλκμανικὸν obſervari.« id quale ſit, velim doceri; nec enim ulla ratione adſequi potui. Mihi ἵκοντι (quod plene vulgo ſcribitur, nec ita male, conſentiente vetuſto noſtro *ms. A.* in quo plerumque negliguntur eliſiones vocalium) uſitata Doribus forma viſa erat pro ἵκουσι, a verbo ἵκω, a quo pari ratione in ſubi. ἵκωντι habes apud Theocr. XVI. 12. pro ἵκωσι; ubi quidem ἵκωνται praetulere Br. & Valck. At hoc loco, etiamſi (quod minime equidem improbaverim) ἵκοντ' pro ἵκοντο poſitum intelligas, quid in eo *Alcmanici ſchematis* inſit non video. Neque illud percipio, cur Καρκῖνος circumflexo accentu ſcriptum repetierit idem vir doctiſſimus; cum trochaici metri ratio primum pedem trochaeum, adeoque Καρκίνος, deſideraret, penacute ſcriptum, ut recte fecit Grotius: nam utramque ſcripturam ferebat uſus, modo producens, modo corripiens penultimam in eo vocabulo. Denique TOUPIUS, in Append. ad Theocr. p. 31. in poſteriori verſu conſentiens (ut par erat) cum Grotio & Valckenario, priorem ſic ſcribendum praecepit:

Καρκίνοι Ϡ' ἵκοντ' ἐχῖνοι Ϡ', οἳ κατ' ἁλμυρὰν ἄλα.

cuius emendationem, καρκίνοι & ἐχῖνοι in plur. ſcribentis, firmat noſtri codicis *A.* auctoritas, e quo quidem alioquin nullus a ſuperiorum editionum ſcriptura diſſenſus adnotatus eſt. Verbum ἵκοντι vel ἵκοντο de *cibis in menſam adlatis* accipiendum, perſpecte monuit Valck. ad Phoeniſſ. l. c. Similiter p. 95. a. ἧκε ponitur. Quod *vſ.* 2. *ms. A.* πεζαὶ habet, ut ſuperiores editiones, id (praeterquam quod in accentu peccatum) eſt ipſum doricum πεζᾷ, cum iota more antiquo ad latus poſito. Totam Epicharmi ῥῆσιν praetermiſit Epitomator.

κληθέντα ἐπὶ δοίνην. ἐπὶ δοίναν *ms. A.*

οὔτε μὴν νῦν σε ἀφέω μαλθακισθεὶς. μὴ νῦν d

cum editis tenet *ms. Ep.* nec ex *ms. A.* aliud adnotatum:

d quibus vel invitis μὴν ſcribendum putavi. μαλθακισθεὶς dedit codex uterque: μαλακισθεὶς edd. Dalecampium μαλακισθὲν legentem, vertentemque *neque te iam mollitum abiiciam*, reprehendit CASAUBONUS, docens ſententiam eſſe, *neque ego nunc te prae mollitie animi dimittam.* »Putavit Laco, (inquit,) homo durus, ſuae conſtantiae intereſſe, ne vinci ab echini aculeis videretur. Eſt fere illi »ſimile exemplum, quod de Mario narratur, cum ei varices ſecarentur.« — Mox αὖθις bene ed. Baſ. & Caſ. & *ms. Ep.* αὖτις ed. Ven. & *ms. A.*

Ἴων - - ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ. Corrupte ἐν Φοινίκῃ καινῇ edd. cum *ms. A.* Recte vero Dalech. in *Phoenice ſive Caeneo;* quod & in Graeco corrigendum monuit Caſaub. Verum tenuere libri omnes apud Noſtrum IV. 184. f. »Interdum *Phoenicem* ſimpliciter eam fabulam vocant cri»tici. Pollux lib. IX. [ſect. 37.] Ἴων ἐν Φοίνικι σαφέ»στερον, Ἀλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται θεοί. ita ſcribe »apud Pollucem.« CASAUB. — Eiuſdem poëtae fabulam, τὸν δεύτερον Φοίνικα, laudavit Athenaeus IV. 185. a.

e *Tertius* IONIS *verſus* in ed. Ven. & in *mss. A. B.* & *Ep.* conſtanter ſic ſcribitur, uti eum edidimus:

ὃς, εὖτ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ.

Cuius ſcripturae ne mentionem quidem factam a Caſaubono mireris; qui bona fide id tenuit, quod ſuo arbitratu editor Baſileenſis ex Zenobii Adagiis Cent. V. num. 58. obtruſerat Athenaeo,

ὃς εὖτ' ἂν ἄλλων θηρίων ὀσμὴν μάθῃ.

Quo in verſu in ed. Caſ. 2. & 3. particula ἂν operarum errore omiſſa eſt. Grotius utriuſque ſcripturae partem amplexus eſt, in Excerpt. pag. 449. ſic ſcribens:

ὃς εὖτ' ἂν ἄλλων θηρίων ὁρμὴν μάθῃ.

Equidem, cur a librorum noſtrorum fide h. l. deſciſceremus, nullam cauſſam vidi.

Verſ. 4. στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας. εἰλίξας ſcripſi cum *ms. Ep.* Puto, ita ſcribi quoque in *mss. A.* & *B.* εἰλίξας edd. Caeterum eodem prorſus modo ſcribitur hic verſus in edd. & mſstis, & apud Zenob. l. c. & apud Plutarch. III. de Solert. Animal. p. 971 extr. ubi duo poſtremi verſus exhibentur. Pro ἀμφ' ἄκανθαν vero una voce ἀμφάκανθον legebat Salmaſius (citatus a Valck. ad Phoen. p. 407.) ad δέμας referens, *corpus ſpinis circumcirca aſperum*: quam emendationem probavit Brunck in notulis manuſcriptis

ad Athenaeum. At ſatis probum vulgatum videtur, ſic e accipiendum, στρόβιλος ἀμφιειλίξας δέμας ἄκανθαν, i. e. ἀκάνθῃ; vel εἰλίξας ἄκανθαν ἀμφὶ δέμας. Eaſdem *echini artes* pulcre depinxit Oppian. Ἁλιευτ. II. 360 ſqq.

AD CAP. XLII.

De *Lepadibus* ſcribitur: εἰσὶ δὲ σκληραὶ, καὶ ὀλιγόχυλοι, καὶ οὐκ ἄγαν δριμεῖαι· εὔστομοι δὲ καὶ εὐκατέργαστοι· ἔφθαὶ δὲ, ποσῶς εὔστομοι. Sic edd. & mſtus codex uterque. Quae quidem, vel per ſe ſpectata, vix ſana eſſe videri debebant. Ad verbum fere vertit Dalech. *Sunt autem omnes durae, paucioris ſucci, non valde acres; iucundi tamen guſtus, ac facilis coctionis. Elixae utcunque palato placent.* Apud Xenocratem de Aliment. ex Aquatil. ſect. 24. (25.) haec leguntur: Λεπάδες - - σκληρόσαρκοι (ſic ex mss. pro vulgato σκληροὶ) δ' ἄλλως, καὶ ὀλιγόχυμοι, δυσκατέργαστοι δὲ καὶ δυσέκκριτοι· ἔφθαὶ δὲ συναρτυόμεναι, εὔστομοι. Quibus ex verbis corrigendum hunc Athenaei locum monuit CORAY ad Xenocr. pag. 161. δυσκατέργαστοι pro εὐκατεργ. ſcribendo. Mihi aliquid amplius deſiderari viſum erat, quod in notula ſub contextu indicavi: ubi quod pro ποσῶς (i. e. *utcumque, mediocriter*) ſuſpicatus ſum, ποιῶς fortaſſe oportuiſſe, cogitavi, verbis ποιῶς ἔφθαὶ, i. e. *certa quadam ratione elixae*, idem dicere voluiſſe Athenaeum, quod Xenocrates verbis ἔφθαὶ συναρτυόμεναι indicavit, nempe *certis quibusdam adiectis condimentis.*

ὧν οἱ μὲν τραχήλοι εὐστόμαχοι, δυσκατέργαστοι δέ· διὸ f τοῖς ἀσθενοῦσι τὸν στόμαχον οἰκεῖοι &c. Vide ſupra p. 87. c. d. ubi eadem fere ab Iceſio vel Hiceſio medico, quae hic a Diphilo propoſita, traduntur: & confer ibi notata. In eiſdem Diphili verbis Rondelet (apud Geſn. pag. 732, 5.) οὐκ οἰκεῖοι pro οἰκεῖοι legendum cenſuerat.

αἱ μήκωνες λεγόμεναι πρὸς τοῖς πυθμέσιν. Vide ad pag. 87. f.

τὸ δὲ λοιπὸν αὐτῶν, ἁλυκὸν καὶ γλυκύ. Dalech. *reliquae partes, minime dulces, verum ſalſae;* quaſi Graeca haberent καὶ οὐδαμῶς γλυκύ. Nempe τὸ λοιπὸν, ut ex oppoſitione τῶν τραχήλων adparet, ſunt αἱ μήκωνες: igitur videtur interpres hic in animo habuiſſe quae de purpurarum meconibus ſ. papaveribus ſupra dicta ſunt p. 87. e.

f σκιλλωδέστεραι ὑπάρχουσι: quo ex loco cum hoc ipso collato visum olim mihi erat, τὸ σκιλλῶδες dici id quod simul esset & ἁλυκὸν & γλυκὺ, *sapore salso simulque subdulci*, adeoque ingrato & ναυτιώδει, (nauseam excitante) ut ait Xenocr. sect. 22. (23.) At scillae sapor acris & mordax, poterat ille quidem ἁλυκὸς i. e. *salsus* dici; sed idem *amarus* est, non *dulcis*. Quare adiiciendam h. l. *negativam* particulam iudicasse videtur Dalecampius. At si curatius advertas animum, videbis, ibi de *buccinorum* papaveribus agi, hic vero de *purpurarum*; quae conferuntur quidem aliquatenus cum buccinis, (cum ait, αἱ δὲ πορφῦραι μεταξὺ πίννης εἰσὶ καὶ τοῦ κήρυκος) sed differte tamen ab illis distinguuntur; quemadmodum etiam Xenocrates seorsim de viribus nutritiis τῶν κηρύκων agit, sect. 21. (22.) & seorsim de viribus *purpurarum*, sect. 22. (23.) Quare nihil temere hic mutandum. Similiter ostrea quaedam paulo post dicuntur esse θαλασσίζοντα μετὰ γλυκύτητος.

εἰς ἐπίκρασίν τε ἐπιτήδειον. Vide Animadv. ad II. 68. f.

a τὰ θαλάττια, ὅταν λίμνη ἢ ποταμὸς παρακέηται. »*Ostrea* »*omnium optima* esse ait *marina, quando lacus adiacet aut* »*fluvius*. Intelligit *aestuaria*, quaeque Graeci vocant λιμνο»θαλάττας & στομαλίμνας. Ausonius:

»*Ostrea Baianis certantia, quae Medulorum*
»*dulcibus in stagnis reflui maris aestus opimat.*«

CASAUB. — Consule super h. l. Xenocratem sect. 26. (27.) & quae ad eum docte, ut solet, commentatus est CORAY, p. 162 seqq. Adde Plin. XXXII. 6, 21.

AD CAP. XLIII.

b ἐν αἷς ἂν ἐμβληθῇ τι τῶν ὀστρέων. Sic ed. Ven. & mssti. Temere ὀστρείων ed. Bas. & Cas. *Ibid.* ταρακτικαί. ταράσσειν τὴν κοιλίαν vel τὴν γαστέρα, *turbare alvum, ad excretionem irritare, ac purgare*. Vide Foes. Oecon. Hippocr. voc. Ταράττειν.

αἱ δὲ σάρκες τῶν ἐψομένων ὀστρέων ψόφους ποιοῦσιν. ἑψημένων h. l. ed. Bas. & Cas. Sed ἐψομένων ed. Ven. cum mssti, ut paulo ante. Vertit DALECH. *elixi ostrei carnem calculum gignere*. In ora vero adnotavit: »In »Graeco ψόφους ποιεῖν, *murmur excitare*.« — Inde CASAUB. »Pro ψόφους ποιοῦσι, placet cum Dal. ψήφους: id enim

» videtur auctor ſenſiſſe. Adiuvant nonnihil ſequentia, b
» καὶ πρὸς τὰς οὐρήσεις ἐστὶν οὐκ εὔοδα. Controverſia ta-
» men ea emendatio non caret: & ψόφους retinet quan-
» tum eſt veterum librorum de quibus aliquid nobis com-
» pertum. « — Vocabulo ψῆφος dubito an de *veſicae calculo* quiſquam graecus ſcriptor uſus ſit. τόφους h. l. legebat Liſter ad Apicium de Re Coquinar. lib. 1. c. 29. At quamquam vocem *tophus* vel *tofus* latinus ſermo agnoſcat, in graeca tamen lingua nullum illius vocabuli veſtigium reperio. Denique nihil omnino urgebat, ut de *calculis* h. l. cogitaremus. Si quid mutandum, στρόφους equidem coniectaveram, i. e. *tormina*, ut p. 79. d. 102. c. 116. a. Etiam στύψεις cogitaveram, ut hoc dixerit auctor, *ius, in quo cocta fuiſſent oſtrea, movere alvum; ipſam per ſe oſtreorum carnem, humore ſuo privatam, conſtipare.* At ante omnia videndum erat, neceſſe-ne fuerit ſolicitare vulgatum: quod, quoniam cum aliis omnibus libris tuentur etiam optimi noſtri ambo, teneamus interim, dum quis nobis demonſtraverit ferri non poſſe. ψόφοι ſunt *ventris crepitus*, (unde ἀποψοφεῖν honeſte dici Suidas monet pro περδεσθαι; conf. Noſtrum VIII. 349. f.) & omnino *flatus*, & *quaevis murmura ventris*, ut ex Galeno docuit Foeſ. in Oecon. Hippocr.

κατεξηραμένας. Sic ed. Caſ. nec aliud quid eno- c
tatum ex *ms. A.* Mendoſe κατεξηραιμένας ed. Ven. & Baſ. Sed κατεξηραμμένους *ms. Ep.* ut pag. 80. d.

AD CAP. XLIV.

In NICANDRI *verſ.* 1. ὀστρέα, penacute ſcriptum, ex d
ed. Ven. in alias omnes propagatum eſt, nec diſſenſio adnotata ex *ms. A.* Rectius tamen (puto) fuerit ὄστρεα, ut conſtanter aliàs: quod etiam ex profeſſo mox docet Noſter, cum ait ὄστρεον dici ſicut ὄρνεον. At ὀστρέα rurſus penacute ſcriptum video apud Moerid. pag. 285. caſune, an conſulto, neſcio. Epitomator verſus iſtos omiſit. *Verſ.* 2. Pro πελωριάδες (quod recte habent edd. ut mox in Archeſtrati vſ. 4.) eſt πελωρίδες in *ms. A.* quod probum quidem per ſe erat, (vide infra, lit. f.) ſed hìc repugnabat metro. *Verſum* 3. cum nihil certi haberem, intactum reliqui, ut eum editum inveni conſentiente noſtro codice. Pro γλίσχραι τ' ἀλλὰ σύνες τε, *viſcidi*

d *ſolenes* in verſione poſuit Dalech. quod graece foret, γλίσχροι σωλῆνες. CASAUBONUS: »Scribebam, inquit, γλί»σχραι τελλῖναί τε. Sed fortaſſe aliud hìc latet. ἀλλὰ σύ»νες τε, *ſed attende*, vel *obſerva*.«

In ARCHESTRATI *verſ.* 1. Τοὺς μῦς Αἶνος bene edd. Τοὺς μῦς ἢ Αἶνος *ms. Ep.* quod non magis convenit metro, quam θ' ἢ Αἶνος, quod eſt in *ms. A.* Ferri potuiſſet Μῦς θ' ἢ Αἶνος abſque τοὺς articulo; ſed hunc quidem uterque agnoſcit codex. *Eod. verſ.* ὄστρεια recte edd. ὄστρεα mssti, refragante metro. »Archeſtrati verſum iſtum ad verbum En»nius expreſſit, *Mures ſunt Aeni, aſt aſpera oſtrea Abydi.* »Sed videtur Graecus poëta *muſculos* aut *mytilos* intellige»re, non *mures:* nam mus piſcis nihil commune habet »cum iis conchis, quas *myas* appellat etiam Plinius.« CASAUBONUS. — Vide Apuleii Apologiam pro ſe ipſo primam, ubi iſte verſus, & alii nonnulli, ex his Archeſtrateis converſi, referuntur.

Verſ. 2. τὰς ἄρκτους Πάριον. »Invenio in msstis τοὺς »ἄρτους Πάριον: vulgo τὰς ἄρτους. De quo velim docti »cogitent.« CASAUB. — Quibus in verbis ἄρτους operarum errore poſitum, pro ἄρκτους. τὰς ἄρκτους ex ed. Ven. & Baſ. tenuit Caſaub. nec ego mutavi, cum ex *ms. A.* nil adnotatum repererim. In *cod. Ep.* vero perſpicue τοὺς ἄρκτους ſcriptum. Ariſtoteles, noſtram ſcripturam firmans, τὰς καλουμένας ἄρκτους in cruſtaceorum numero, id eſt, in cancrorum familia refert, Hiſt. Anim. V. 17. ſub fin. Conf. CAMUS in Notis ad eum librum, pag. 600. *Ibid.* τοὺς δὲ κτένας ἢ Μιτυλήνη. »Ennius: [l. c.] »*Mitylenae eſt pecten.*« CASAUB. — Conf. ſupra ad p. 86. e.

Verſ. 3. »Depravatiſſimus eſt verſus, [ut quidem vul»go editus legebatur:]

»πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, καὶ ἄπλατα *
»μετ' αὐτῶν.

»Eclogarius more ſuo hemiſtychium integrum omiſit, »quod propter mendas non intelligebat. Conabamur ad »Apuleii Apologiam, καπρούς τε [κάπρους τε, puto, »voluerat] μετ' αὐτῶν. Rationes ibi reddidimus. Ennius »leviter a nobis emendatus, — *caprosque apud Ambracien»ſeis.*« CASAUB. — In vulgata olim apud Athenaeum ſcriptura nil mutat *ms. A.* In *ms. Ep.* eſt πλεῖστα δ' Ἀμβρακία παρέχει: dein omiſſo non modo reliquo hemiſtychio, ſed & toto verſu ſequente, pergitur in hunc mo-

dum, Κόγχας δ' ἐν Ἐφέσῳ λήψῃ τὰς λείας, οὔτι πονηράς. d Apud Apuleium Ennii verba, poſt iſta, *Mitylenae eſt pecten*, ſic vulgo corrupta legebantur, *caradrum quae apud Umbraciae fineis*. Caſaubonum, ut de vocab. κάπρους & apud Athenaeum & apud Ennium ſive Apuleium reſtituendo cogitaret, monuit eiuſdem Archeſtrati locus alius apud Noſirum, VII. 305. e.

Αὐτὰρ ἐς Ἀμβρακίαν ἐλθὼν, εὐδαίμονα χώραν,
τὸν κάπρον γ' ἂν εἰσίδῃς, ὠνοῦ, καὶ μὴ κατάλειπε, &c.

Eſt autem κάπρος, piſcis, latine *aper* proprie dicendus, ſed Plinio (pariter atque ab Ennio factum Caſaubonus probabiliter ſtatuit) *caper* dictus. Vide Plin. XI. 31, 112. ubi ex Ariſtot. Hiſt. Anim. IV. 9. docet, reperiri eum *in Achelöo amne*, qui in Ambracium ſinum influit. Perrarum vero fuiſſe illum piſcem ex eiſdem Archeſtrati verbis VII. 305. e. intelligas: quare ſuſpicatus ſum, non κάπρους τε fortaſſe, ſed κάπρον τε in ſing. hic ſcriptum oportuiſſe, pariterque *caprumque* apud Apuleium; quod cum veſtigiis etiam ſcripturae apud eumdem Apuleium magis convenit. VILLEBRUNIUS h. l. vulgatum tuetur, mutato accentu ἄπλατα legens, quod *plurima alia* (*& nombre d'autres*) interpretatur; aitque, ἄπλατα ſic pro ἀπλαστα poni, ut apud Heſiodum. Ego vero etiam initio huius verſus in voce πλείστους vel piſcis vel conchylii nomen latere ſuſpicatus ſum, ac fere haud dubito, quodcumque demum illud fuerit.

Quartus verſus in edd. ſic conceptus erat:

Μεσσήνῃ δὲ πελωριάδας στενοπορθμίδι κόγχας.

Ubi Μεσσήνῃ cum dupl. σ vel metri cauſſa erat ſcribendum. Tum reliqua quidem ſic ferri poterant, ut Μεσσήνῃ pro ἐν Μεσσήνῃ acciperetur, atque ita iunctus hic verſus cum ſequente intelligeretur, ut accuſativi πελωριάδας κόγχας a verbo λήψῃ vel λήψει penderent. Sed quoniam in *cod. A.* ſic ſcriptum compereram, πελωριάδαις, ſuperſcriptâ literâ ε ſuper αι, cogitans quam facile quamque ſaepe in vetuſtis codicibus litera ι in fine vocum cum ς permutata ſit, (de quo in Notis ad Polyb. I. 15, 10. aliiſque locis ibi citatis dixi) κόγχας perperam pro κόγχαι ſcriptum eſſe iudicavi: unde ſic refingendum hunc verſum cenſui,

Μεσσήνῃ δὲ πελωριάδες στενοπορθμίδι κόγχαι.

ſcilicet εἰσί: quod idem valeret ac Μεσσήνῃ κόγχας ἔχει,

qua ratione ſupra dixerat Τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει &c. Quod ſi quis vero priorem praetulerit rationem, quae in edd. obtinebat, nihil ego repugnabo. Πελωριάδας κόγχας hìc poëta, ut ſupra Nicander, patronymico nomine a *Peloro* promontorio ad fretum Siculum vocat, quae aliâs πελωρίδες & πελώριαι dicebantur a *magnitudine*. vide infra, lit. f.

e *Verſ.* 5. κἀν Ἐφέσῳ λήψει τὰς χήμας, οὔτι πονηράς. Pro edito olim λήψῃ Atticam formam λήψει ex *ms. A.* recepi, quam & ex *ms. B.* Brunckius adnotaverat. Intelligo tamen, poſſe etiam vocales ει & η ex librarii errore eſſe permutatas: & λήψῃ ſane Epitomator praetulit, qui tamen & ſuo arbitratu hoc pro illo ponere potuit. Vocem χήμας vero nollem cum editis tenuiſſem, quamquam videtur eadem etiam in *ms. B.* legi. Vidimus equidem *Epheſias* χήμας ab Iceſio etiam commendatas, p. 87. c. Sed ſi τὰς λείας cum utroque noſtro codice legeris, erunt αἱ λείαι, ſcil. κόγχαι, eaedem ac λεῖαι χῆμαι: nam & πελωριάδες κόγχαι de genere *chamarum* ſunt. Vide p. 90. c. Sic apud Plin. XXXII. 11, 53. iunguntur *chamae ſtriatae*, *chamae laeves*, *chamae pelorides*. Et *concha* magis generale nomen eſt, *chamas* ſub ſe comprehendens: atque etiam ἡ κόγχη prorſus pro ſynonymo τῆς χήμης haud raro uſurpatur. Itaque Heſychius κόγχας, τὰς χήμας interpretatur: & Photius in Lex. msto, Κόγχη, χήμη. σπανίως λέγεται χήμη. Item Galenus in Gloſſis: Κόγχον· τὴν κόγχην, τὴν χήμην. Quare h. l. reſtitutum auctori ſuum velim,

κἀν Ἐφέσῳ λήψει τὰς λείας, οὔτι πονηράς.

In *verſ.* 6. nota nomen Καλχηδὼν ſic ſcriptum, conſentiente cum editis noſtro *ms. A.* (non, ut apud alios ſcriptores plerumque editum reperitur, Χαλκηδών.) Epitomator quidem vocem iſtam cum praecedente omiſit: ſed lib. XII. p. 526. e. pari modo & in *ms. Ep.* & *A.* Καλχηδόνιοι ſcriptum. De qua ſcriptura dixi ad Polyb. IV. 39. 5. ubi auctoribus, quos ſuper ea conſulendos memoravi, addendi ſunt Interpretes Heſychii in Χαλκηδών, & Rhoer ad Porphyr. de Abſtinent. Anim. pag. 224. (quos laudavit Niclas ad Antigonum Caryſt. c. 162. p. 207. ed. Beckm.) denique Eckhel in Doctr. Numor. Vet. Tom. II. pag. 411. Quamquam minime damnanda altera ſcriptura Χαλκηδ. quae apud Noſtrum etiam conſentientibus msstis obtinet

X. 454. f. & VI. 252. d. Posteriorem hunc locum respexeram in praedicta Adnotatione ad Polyb. IV. 39, 5. ubi per errorem *Reliq. Histor. Polyb. lib. VIII. c.* 6, 3. positum est, pro *lib. VIII. cap.* 24, 3.

Φιλύλλιος δὲ, ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὰς Πόλεις. Vide pag. 86. e. ubi multo auctiora adponuntur huius poëtae verba. Ibidem cum ante voces, Χήμας, λεπάδας &c. proxime praecedat vocabulum ὄστρεα; videri poterat, hic quoque, ubi de *ostreis* agitur, idem vocabulum initio adiiciendum, ut censuit Casaub. in Animadv. ad proxima Athenaei verba. Sed poterat etiam h. l. omitti illa vox: intelligique poterat cum ex initio huius capitis, tum ex sequentibus Athenaei verbis, recenseri in illis Philyllii verbis *varia conchylia*, quae communi & generali nomine *ostreorum* continerentur. *Ibid.* κτένας ἐκ Μηθύμνης. Sic h. l. edd. cum *ms. A.* Rectius vero videtur ἐκ Μιτυλήνης, quod dedit idem cod. pag. 86. e. (In *ms. Ep.* utrobique omnia ista ex Philyllio omissa sunt.)

Ὄστρεια δὲ, μόνως οὕτως, ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Cum sic inde ab ed. Ven. vulgo legeretur, adnotavit Casaubonus: »Ὄστρεια, inquit Athenaeus, μόνως οὕτως »ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. *Ostrea vocabant antiqui tantum sic:* nempe ὄστρεια. Quod ait οὕτως, videtur indicare, in proximo *Philyllii* exemplo *fuisse eam vocem.* Atque id puto »verum: nam, cum de *ostreis* hic auctor agat, quô Philyllii haec verba, si in illis nulla *ostreorum* mentio? Supra, [l. c.] ubi pluribus descriptus est istius poëtae hic »locus, *ostrea* nominantur inter caetera. Sed ὄστρεα ibi male »scriptum pro ὄστρεια, ut admonebamus. Non haec »animadverterunt qui pro οὕτως scribi volunt ὄντως.« — (Nempe sic Dalech. in versione: ὄστρεια *tantum revera dixerunt veteres.*) A nobis eodem loco superiore ostensum est, ni nos fefellit opinio, recte ibi ὄστρεα absque diphthongo scriptum esse: nec vero opus fuisse, ut h. l. idem vocabulum adiiceretur, proxime ante ostendimus. Nec vero etiam necesse est, ut vocem οὕτως cum Casaubono ad aliquod vocabulum, quod in proximis Philyllii verbis positum fuerit, referamus: ex frequentissimo Athenaei usu (v. c. III. 76. a. 82. e. 123. f.) refertur vox οὕτως ad idem vocabulum, (sive illud ὄστρεια fuerit, sive ὄστρεα) quod hoc ipso loco ab illo scriptum est, cui vocabulo particula illa signanter adiicitur. At id ipsum, quod h. l. scripserat Athenaeus,

e perverſum erat a noſtris librariis: nam quod in utroque codice hic ſcribitur, ὄστρεον, ferendum non erat, & rectè a Veneto editore, ſive ab eo librario, noſtris poſteriore, cuius exemplum ille ſecutus eſt, in ὄστρειον fuit muratum. Obſervavit Galenus (referente H. Steph. in Theſ. T. II. col. 1527. c. ſtatuiſſe nonnullos inter ὄστρειον & ὄστρεον diſcrimen huiuſmodi, ut ὄστρεια eſſet generale nomen, comprehendens omnia quae ὀστρακόδερμα adpellavit Ariſtoteles, ὄστρεον autem peculiare intelligeretur conchyliorum genus. At nec conſtans illa diſtinctio fuit, nec de ea nunc cogitavit Athenaeus; cuius obſervatio non ad *diverſam* nominis paululum diverſae formae *notionem*, ſed ad *diverſam* vocabuli una eademque notione accepti *pronunciationem ſcripturamque* pertinet; cum monet, ὄστρεον plerumque penultima brevi, ut ὄρνεον, ſcribi pronunciarique; *veteres* autem *nonniſi* ὄστρειον, penultimâ longâ, *dixiſſe*. Quâ autem *formâ ſolâ* Athenaeus ait *veteres uſos* eſſe, eamdem formam alii Grammatici propriam eſſe *Atticis* praecipiunt. Quo ſpectat, quod Thomas Mag. pag. 660. ait, Ὄστρεια, οὐκ ὄστρεα. Similiter Photius in Lexico msto, citato ab Heſychii editore: Ὄστρεια, σὺν τῷ ῑ μᾶλλον. Eodemque pertinet, quod apud Moeridem pag. 285. legitur: Ὀστρία. διὰ τοῦ ῑ μακροῦ, Ἀττικῶς. ὀστρέα: [ὄστρεα puto oportebat] Ἑλληνικῶς: nam quod ait ὀστρια διὰ του ῑ μακροῦ, id ex ſequioris aevi uſu nil aliud ſonat, niſi ὄστρεια per ει diphthongum.

f Iam in CRATINI quidem, veteris comici, verbis mox ab Athenaeo adlatis, rectè haud dubie οἰστρείοισιν per diphthongum, conſentientibus libris omnibus, ſcribitur. Eadem verba iam ſupra pag. 86. e. citata vidimus, ubi perperam σπιπίσι vulgo legebatur, pro πίννησιν, quod hîc libri omnes agnoſcunt. Tum vero in EPICHARMI verbis, inconſtanter quidem in ed. Caſ. ὄστρεα erat expreſſum: ſed ed. Ven. & Baſ. cum *ms. A.* ὄστρεια συμπεφυκότα dabant, ſicut edidimus. (In *ms. Ep.* omiſſum Epicharmi teſtimonium.) Et ex eadem quidem Epicharmi fabula Ἥβης γάμῳ, ſive, ut hîc ſcribitur, Ἥβας γάμοις, (de qua ſcriptura cf. ad pag. 95. a.) vidimus ſupra (pag. 85. d.) ſimillima verba in hunc modum citata, ὄστρεα (penultima brevi) συμμεμυκότα: ex quo, ſi utramque citationem mendo vacare ſtatuamus, illud ſaltem intelligitur, non ſine exceptione fuiſſe Athe-

naei noſtri praeceptum. Nam ibi certe formam iſtam f
ὄστρεα neceſſario poſtulabat trochaici metri ratio: hic vero, quamquam prima ſpecie videri poterat eumdem ipſum reſpici Epicharmi locum, ex ipſa Athenaei obſervatione neceſſario forma ὄστρεια requirebatur. Et poteſt etiam haec forma, quae penultimam ſyllabam longam habet, locum ſuum hic obtinere, ſi modo verſum, e quo haec ῥῆσις ducta ſit, non trochaicum, ſed iambicum eſſe intelligamus. Quare, niſi ſtatuere velimus, aut prorſus memoriâ lapſum eſſe Athenaeum, aut ex negligenter ſcriptis adverſariis bis eumdem Epicharmi locum diverſis modis ſcriptum adpoſuiſſe; (quorum quidem alterum utrum, immo utrumque etiam uſu venire potuiſſe non pernegaverim;) intelligi debebit, in eadem Epicharmi fabula, quae trochaicis verſibus maxime conſtabat, quorum unus in illa verba exierat, ὄστρεα συμμεμύκοτα, fuiſſe etiam iambos, quorum unus in haec verba deſierit,

— — ὄστρεια συμπεφυκότα.

Non poſſum tamen diſcedere ab hoc loco, quin profitear, prope me abfuiſſe ut tenendam, neque ullo modo ſolicitandam iudicarem ſuperiorem illam codicum noſtrorum ſcripturam, Ὄστρεα δὲ, μόνως οὕτως, ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι: ſtatueremque, *diverſae pronuntiationis vel ſcripturae* (ὄστρεον & ὄστρειον) non praecipuam rationem hic habuiſſe Athenaeum; (quamquam in tranſcurſu monet, ὄστρεον ut ὄρνεον pronunciari:) verum hoc maxime egiſſe, ut moneret, *apud ſcriptores paulo vetuſtiores vocem χήμην non occurrere; ſed illos*, pro χήμη, *generali magis & magis in vulgus noto nomine* ὄστρεον *ſive* ὄστρειον, (quod perinde eſt) *uſos eſſe*. Eodem deinde referri mihi videbatur, quod paulo poſt ait, Τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ἴων, id eſt, *Chamarum vero mentionem (tamen iam) fecit Ion*, qui nempe & Cratino & Epicharmo & Philyllio fuit vetuſtior. Eodemque fortaſſe ſpectat, quod Photius in Lex. msto ait, σπανίως λέγεται χήμη: quae verba ſupra protuli ad Archeſtrati vſ. 5.

Πλάτων ἐν Φαίδρῳ, ὀστρέου τρόπον, φησὶ, δεδεσμευμένοι. Poſtremum verbum recte dedere *mssti A. B.* & *Ep.* quemadmodum legitur apud ipſum PLATONEM *in Phaedr.* pag. 329. T. X. ed. Bip. Perperam apud Noſtrum δεδεσμένοι erat editum; quo non offenſum fuiſſe Caſaubonum mireris: oportebat ſaltem δεδεμένοι. *Ibid.* καὶ ἐν Τιμαίῳ.

f Sic bene *ms. A.* (In *Epit.* haec deſiderantur.) καὶ ἐν τῷ Τιμ. edd. Vide PLATONIS *Timaeum*, proxime finem: ubi pro συμπάντων eſt ξυναπάντων, quae vox ibi non ad ὀστρέων ſpectat, ſed ad ſequentia refertur. *Ibid.* ἐν δὲ τῷ τῆς Πολιτείας δεκάτῳ, ὄστρεα, εἶπε, συμπεφυκέναι, ὄστρεά τε καὶ φυκία. Corrupte φυκίας edd. Recte φυκία dedit *ms. A.* Apud PLATONEM *de Rep. lib. X.* pag. 330. ed. Maſſey, ſic legitur, ἄλλα δὲ προσπεφυκέναι (nempe τῷ θαλαττίῳ γλαύκῳ,) ὄστρεά τε καὶ φύκια καὶ πέτρας. Pro ὄστρεα h. l. apud Athenaeum ὄστρια habet *ms. A.* quod ex ὀστρεια corruptum eſſe poteſt, & hactenus non ſpernam equidem: nam ſicut apud Ariſtotelem promiſcue modo ὄστρεα, modo ὄστρεια ſcribitur, ſic & Plato promiſcue utrâque uti vocabuli formâ potuit; immo, ſi fides eſt Grammaticis, quos ſupra citavimus, Atticus philoſophus ὄστρειον potius, quam ὄστρεον, dicere debebat.

Αἱ δὲ πελωρίδες ὠνομάσθησαν παρὰ τὸ πελώριον. »Etſi »verum eſt, has conchas fuiſſe πελωρίας, id eſt, *ingentes*; »non tamen haec vera nominis ratio. Dictas enim a *Pe-*»*loro*, Siciliae promontorio, ubi ſolitae capi, omnes con-»ſentiunt.« CASAUB. — Πελωρίας vocatas vidimus has chamas a Diphilo, pag. 90. c. tum Πελωριάδας a Nicandro & Archeſtrato paulo ſuperius. Vulgatiſſimum vero nomen πελωρίδες erat, iam ſupra I. 4. e. commemoratum: ſic apud Xenocr. ſect. 32. (33.) Polluc. VI. 63. Clementem Alex. Paedag. lib. II. c. 8. & apud Plinium. Quod autem Caſaub. ait, conſentire omnes a *Peloro* promontorio dictas eſſe, neminem e veteribus reperi qui diſerte id doceat, niſi forte Pollucem, qui tamen dubitanter loquitur; quamquam ex Athen. I. 4. c. & Clemente l. c. colligere illam nominis originem licet. A *magnitudine* nomen habere Athenaeo adſentitur auctor Etymologici M. in Πελωρὶς, & Euſtath. ad Od. ι'. pag. 346, 33. & ad Dionyſii Perieg. pag. 86. Quod patronymico nomine Πελωριάδας dixerunt poëtae, Nicander & Archeſtratus, id per paronomaſiam facere his licuit.

a Ἀριστοτέλης δέ φησι, καὶ ἐν ἄμμῳ αὐτὰς γίνεσθαι. Putares, de *peloridibus* haec dicere Ariſtotelem: at nomen iſtud nuſquam, quod ſciam, in huius philoſophi ſcriptis occurrit. Itaque ad totum *chamarum* concharumque genus fuerit hoc referendum. conf. pag. 89. c.

Τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ἴων ὁ Χίος. Exſpectaveram

μνημονεύει καὶ Ἴωνος, *mentionem etiam facit Ionis*; quia iam a verba Philyllii adlata sunt, in quibus idem nomen occurrit. Quod si valeret ea ratio, quam de accipiendis fortasse his quae super usu vocabulorum ὄστρεον & ὄστρειον modo dixerat Noster, paulo ante proposui, (ad pag. 92. f.) non desiderarem hoc loco illam particulam, quam libri omnes ignorant.

AD CAP. XLV.

Θεόφραστος μὲν ἐν τῷ περὶ Λίθων &c. »Extat hodieque »luculentissimus ille THEOPHRASTI Commentarius *de La-*»*pidibus*; sed mutilus & incuria maiorum male habitus. »Huius adeo loci, quem Athenaeus hic descripsit, bona »pars in editionibus Theophrasteis desideratur: tot nem-»pe verba, πλὴν ἐλάττονι· μέγεθος δὲ ἡλίκον ἰχθύος ὀφθαλ- b »μὸς εὐμεγέθης. Hinc igitur emendentur & augeantur di-»vini illius philosophi exemplaria. Clemens Alexandr. »Paedag. lib. II. [pag. 152. ed. Heinsi.] Γίγνεται ὁ μαρ-»γαρίτης ἐν ὀστρίῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις· μέγεθος »δὲ ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης. ex eodem fine du-»bio Theophrasti loco.« CASAUB. — Non dubito, Theophrasti locum istum integritati suae restitutum esse in doctissimi Tyrwhitti editione illius libelli, quam editionem mihi non esse ad manus doleo. Paulo superius, in eiusdem Theophrasti verbis, pro διαφανὴς μὲν, SALMASIUS Exercit. Plin. pag. 1113. οὐ διαφανὴς μὲν legendum censuerat: contra quem disputans BOCHARTUS in Hieroz. P. II. lib. V. c. 6. docet, plures alios scriptores, cum veteres, tum recentiores, *pelluciditatem* aliquam tribuere *unionibus*; nempe non utique perfectam illam, quae colores omnes, sed tamen quae lucis splendorem transmittat. Conf. mox pag. 94. a.

In ANDROSTHENIS verbis, perperam χοιρίων erat editum: recte χοιρίνων dedit codex uterque *A.* & *Ep.* quod in versione iam expresserat Dalech. Χοιρίναι dicuntur, quas *porcellanas* graeco de nomine, itemque *Veneris conchas* vulgo vocamus. Cf. Gesn. pag. 285. *Ibid.* In vulgata scriptura, αἱ ποικίλαι ἡδεῖαι nil mutant nostri libri; & speciem quoque aliquam huic scripturae conciliat codex *Ep.* verba sic distinguens, καὶ τῶν λοιπῶν κογχυλίων αἱ ποικίλαι, ἡδεῖαι καὶ πολὺ διάφοροι &c. quasi

b hoc dixiſſet auctor, *& ex reliquis conchyliis ea quae variegata ſunt, iucundae ſunt & longe praeſtant noſtratibus.* Nec tamen dubitari debet, meram eſſe hanc παραδιόρθωσιν, utut vetuſtam. Verum perſpecte viderat Dalecampius, vertens, *& reliquorum conchyliorum variae ſpecies.* Et in graeco haud dubie ποικίλαι αἱ ἰδέαι fuit corrigendum, quod & a CORAYO in Notis mſstis commendatum video. *Ibid.* γίνονται δὲ πορφύρα τε καὶ ὀστρέων &c. Nil mutat *ms. A.* quod ſciam. In *ms. Ep.* eſt γίνεται δὲ καὶ ὀστρέων πολὺ πλῆθος, omiſſa voce πορφύρα. πορφύραι τε adnotavit Brunckius, puto ex *ms. B.* *Ibid.* ἡ μαργαρῖτις λίθος. ἡ μαργαρίτης λίθος *ms. Ep.* Ubique aut ὁ μαργαρίτης oportebat, aut ἡ μαργαρῖτις. »Utro genere melius dicatur »Graecis, μαργαρῖτις, an μαργαρίτης, diſputat Galenus »lib. IX. de Facult. Simpl. Medicam. « CASAUB. *Ibid.* περὶ Πέρσας τε. παρὰ Πέρσας τε *ms. Ep.* ubi videri poſſit παρὰ Πέρσαις τε debuiſſe, niſi ſequeretur in eodem cod. (ſicut vulgo) καὶ τοὺς ἄνω τόπους. *Ibid.* πωλεῖται - - πρὸς χρυσίον. Megaſthenes apud Arrian. in Indicis, tradit, margaritas apud Indos etiam contra triplum auri venire.

Ibid. ἔστι δ' ἡ μὲν τοῦ ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ c κτενί· οὐ διέγλυπται δὲ, ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ ἁσύ. Haec DALECAMPIUS ſic reddiderat: *Oſtreum aſpectu pectini ſimile, concha ſpissa, non ſtriata, ſed laevi operitur.* Tum ad verba, *concha ſpissa*, adnotaverat: »Male Pli»nius, *hirſuta, echinorum modo.* « Ad iſta autem, *non ſtriata:* »Plinius, *inſecta;* οὐ διαγεγλυμμένον. « Inde CASAUBONUS, praemiſſa Graecorum verborum ſupra ſcriptorum interpretatione huiuſmodi, *Oſtrei figura ſimilis pectini, ſed inſecto: habetque teſtam laevem hirtam;* hanc ſubiecit Animadverſionem: »Plinius libro IX. [c. 35. ſect. 56.] *Iubae* »*tradit, Arabicis concham eſſe ſimilem pectini inſecto, hirſu*»*tam echinorum modo.* Neque eadem penitus, neque mul»tum diverſa eſt Pliniana deſcriptio ab Athenaica. Diſcre»pantiam, quantulacunque ea eſt, non mirabitur qui co»gitaverit, Plinium quidem *Iubae*, Athenaeum vero *An*»*droſthenis* verbis locutum. Androſthenem Iuba antiquio»rem aliquot ſeculis fuiſſe ſuſpicor, & fortaſſe Iubae le»ctum: ſed exiſtimandum propterea non eſt, merum re»citatorem Iubam extitiſſe verborum Androſthenis. Ridi»cule igitur faciunt, qui Plinium reprehendere audent, »quod τὸ ἁσὺ in ſuperiore Androſthenis loco perperam

» fit interpretatus. Qui ſi tanta diligentia inveſtigaſſent c
» quid Graecis ſignificet τὸ δασὺ, quanta fide ſudaſſe Ga-
» lenum videmus in eius vocis explicatione apud Hippo-
» cratem, omiſſo Plinio, de ſententia Androſthenis quae-
» ſiſſent accuratius. ὄστρακον δασὺ vertunt illi, *ſpissam*
» *teſtam.*« [Nempe ſic apud Hippocr. δασὺ οὖρον accipi pro παχὺ, *ſpiſſum*, *denſum*, ſolet. At id quidem aliam rationem habet. cf. Foeſ. Oecon. Hippocr. pag. 146. ὄστρακον vero δασὺ h. l. ante Dalecampium iam Rondeletus *ſpiſſam concham* intellexerat, apud Geſn. pag. 269.] » Non
» hoc Graeca vox ſignificat, δασὺ enim ac λάσιον pro-
» prie *hirtum* ſignificant, & τὸ τετριχωμένον. δασὺ & λι-
» λὺν ſic opponuntur, ut λεῖον & παχύ. In libris Medico-
» rum δασυνειν ἀλωπεκίας medicamenta dicuntur, quae
» pilos generant in capite depilato & glabro. [δασέα ὄρη,
» ſunt *montes ſylvis comati*, *ſylvis operti.*] Quod igitur te-
» ſtam eandem λείαν & δασεῖαν facit Androſthenes, dif-
» ficultatem parit: niſi de variis partibus intelligas. Mendi
» ſuſpicionem removent veteres membranae, & Epitomes
» auctor.« — Quam difficultatem Caſaubonus in eo repererat, quod idem conchylium ſimul λεῖον & δασὺ, *laeve* & *hirtum* dicatur, eam iam ex parte levaverat GESNERUS de Aquatil. pag. 529. animadvertens, τὸ λεῖον nihil aliud hic valere atque id quod proxime ante dictum eſt, οὐ διέγλυπται, nempe *non* ita *caelatam* atque *inciſam* eſſe hanc concham, ut ſunt *pectines*, cum quibus illam comparat hic auctor: (in eamdem ſententiam ῥαβδωτοὶ, *virgati*, dicuntur *pectines*, ſupra III. 88. b.) neque aliud dixiſſe Plinium, cum *ſimilem* eſſe hanc concham *pectini inſecto* ait, i. e. *non ſecto*, *non caelato*. In quo recte, ut videtur, Geſnero adſentitur Bochart. in Hieroz. P. I. lib. II. cap. 45. p. 488. Quam in ſententiam haud incommode Rondelet l. c. aut certe qui illius librum in latinam linguam convertit, λεῖον ὄστρακον, *planam concham* latine reddiderat. Cui ſententiae non repugnat, quod eadem concha ſimul *hirta* vel *villoſa* dicatur: ſed hoc ipſum *hirtum* vel *villoſum* quale eſſet, prudens definire non auſus eſt Geſnerus. BOCHARTUS de *vellere & molli lana* interpretatus eſt, qualis pinnarum eſt: pariterque PALMERIUS Exercit. p. 493. τὸ δασὺ refert ad cirrhos & radiculas, quas eas conchas emittere ſequenti capite traditur; (ὅσαι δ' ἂν πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι; paulo poſt lit. f.) quas radices

c (ait) byſſum & lanas etiam vocari & texi ſupra probavit ipſe Caſaubonus, ad pag. 89. c. At hic non, ut ſequenti capite, de *pinna magaritifera* agitur, ſed de *mitulo margaritifero*: quem ſi vel ipſum ſtatuas aliquam eiuſmodi barbam habere, qualis pinnae eſt, non idcirco *ipſa concha* vel *teſta*, δασὺς, i. e. *hirta* vel *villoſa* dici poſſet. Ego, quamquam nec a recentioribus auctoribus, qui de mitulo margaritifero ſcripſerunt, tale aliquid obſervatum noverim; nec in eis mitulis margaritiferis, qui a curioſis conſervantur, tale quid conſpicitur; tamen in graecis illis verbis nihil aliud reperire poſſum, niſi hoc dicere hunc auctorem, ſive *lanugine* quadam aut *villis*, ſive, ut Plinius indicare videtur, *minutis* quibuſdam *ſpinis* tectum eſſe illud conchylium. De quo ulterius quaerant naturae curioſi: nobis in tota hac opera id maxime propoſitum eſſe debet, ut, & quid ſcriptum reliquerint vel Athenaeus vel hi, quos ille citavit, auctores, & quaenam ſit ſententia verbis ſubiecta, diſpiciamus.

ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκί. γίνεται καὶ ἐν τῇ σαρκὶ *ms. Ep.* *Ibid.* ὥσπερ ἐν τοῖς συείοις ἢ χάλαζα. συΐοις *ms. A.* ὑείοις *ms. Ep.* Intellige κρέασιν, quam vocem adiecit Euſtath. hunc locum citans ad Iliad. λ'. pag. 795, 8. Docuit Salmaſius Exerc. Plin. pag. 505. recentiores Graecos ipſas etiam *margaritas* χαλάζας vocaſſe, a *ſuillis* illis *granis*, quae Graecis χάλαζαι.

In CHARETIS verbis, κατὰ τὴν Ἀρμενίαν. An in *Caſpio* d *mari* dicit? *Ibid.* εὐώδη σφόδρα. εὐειδῆ ſuſpicatur Villebr. id eſt, *adſpectu pulcram*: commode, ſi de interiore teſtae colore ageretur; at de carne animantis agitur. *Ibid.* προσαγορεύουσι μὲν μαργαρίτην. Hinc intelligi ait CASAUBONUS, »barbarum nomen eſſe, non Graecum, ut infra »ſcribitur. « — At quod paulo inferius ſcribitur, non tam ad μαργαρίτην, quam ad *ſmaragdum* pertinet: quamquam, utrumque nomen peregrinum eſſe, facile crediderim.

AD CAP. XLVI.

e Φασὶ δ' ὅταν βρονταὶ συνεχεῖς ὦσι &c. »*Frequentiâ toni*»*truum, & imbrium vi, adiuvari margaritarum generationem*, ex »ISIDORO CHARACENO, ut videtur, clare docet Athenaeus. »Plinius contrarium plane ſcribit: [IX. 35, 54.] *Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunii modo minui. Si vero*

» & *tonuerit, pavidas ac repente compressas, quae vocant phy-* e
» *semata efficere, specie modo inani inflata,* [al. *speciem modo* » *inani inflatam*] *sine corpore: hos esse concharum abortus.* Am- » mianus Marcellinus, libro XXIII. *Concussae vero saepissime* » *metu fulgurum inanescunt, aut debilia pariunt, aut certe vitiis* » *destituunt abortivis.* « CASAUB. Quod paulo ante legitur, δίπλους κόγχους, (perperam δίπλους ed. Cas.) *conchas tantum duplices* reddidit Dalech. *tantum binas*, puto, intelligens. Ego *bivalves* intellexi.

εἰς τὰς ἐμβυθίους θαλάμας δύνειν. Sic recte codex noster uterque. Perperam vulgo θαλάσσας edd. per nescio cuius paradiorthosin. Proprium est vocabulum ἡ θαλάμη, de piscium *latibulis*, apud Homerum, Aristotelem & alios. Quod vero *pinnas*, aliàs *fundum petere*, aliàs *per maria natare* ait Isidorus, e diametro pugnat cum his quae de pinnis Aristoteles (vide supra ad pag. 89. d.) aliique observarunt, immobiles in fundo maris manere. conf. Rondel. apud Gesn. pag. 525. & ipsum Gesn. pag. 734. Sed & alia multa turbasse confudisseque videtur hic scriptor. Quae tamen idem paulo post de *pinnophylace* tradit, (quem *pin-* f *noterem* ab aliis nominatum vidimus pag. 89. e.) explicare ea fortasse originem fabulae, quae de *cancello* pinnae socio vulgo perhibebatur, poterunt: scilicet, quae pars esset sive membrum aut instrumentum quoddam ipsius animantis, quo per aperturam iuxtam villum (qui byssus vulgo per errorem vocatur) exserto petris adhaeret; illam partem animantis, ob nescio quam similitudinem, pro *cancello* a nonnullis esse habitam. Quod ibidem dixit, ζωογονοῦνται δὲ καὶ τρέφονται διὰ τοῦ προσπεφυκότος τῇ σαρκὶ μέρους, Dalecampius reddidit, *easdem cibum capere ac foetificare sui parte quae carni adhaeret.* At *foetificare*, graece est ζωογονεῖν: ζωογονεῖσθαι sonat *vivificari, vivisci, vitam accipere:* quam vim vereor, ne non satis expresserim, cum *sustentantur* interpretatus sum.

ἐπειδὰν -- ἐντέμνουσα χωρίσῃ τὴν μαργαρῖτιν ἀπὸ τοῦ a κόγχου, ἀμπέχουσα μὲν οὐκέτι τρέφει. Deesse in Epitoma vocem ἀμπέχουσα adnotavit CASAUB. quam vocem torquere se ait in edita lectione. Etiam in nostro *cod. Ep.* deest illa vox. Mihi nec cum ista voce, nec sine ea, satis perspicuum esse quid voluerit auctor, profiteor. In nostro *ms. Ep.* pro χωρίσῃ est χωρήσῃ: hoc quidem mendose haud dubie. In latina versione addi particula *quidem* de-

a bebat, hoc modo, *amplectens illam, non amplius quidem nutrit, ſed* &c.

κινδυνεύουσι δ' οἱ θηρῶντες τοὺς μαργαρίτας, &c. Idem periculum commemorat Plin. IX. 35, 55. iuſtam poenam eſſe cupiditatis hominum pronuncians. Eamdem rem ad genus conchyliorum, quorum teſtae dentatae ac veluti ſerratae in marginibus ſint, retulit Aelian. de Nat. Anim. X. 20,

b Μαράγδων δὲ μνημονεύει Μένανδρος ἐν Παιδίῳ. In Πεδίῳ cum edd. conſentiebat *ms. A.* Legendum Παιδίῳ monuit CASAUB. ut apud Stobaeum Serm. LX. & Polluc. lib. X. cap. 50. Quibus addi poterat Suidas *in* Ἀπόστα. Simillimum mendum rurſus paulo poſt in editis obtinuiſſe, mox videbimus. Quod autem *ſmaragdum* lapidem nunc commemorat Athenaeus: videntur e veteribus ſcriptoribus nonnulli, ſimilitudine quadam nominis decepti, *ſmaragdum* gemmam cum *margarita*, quae & ipſa vulgo in gemmarum & lapidum numero habita eſt, confudiſſe: certe confudit haec turbavitque Noſter.

Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδοξι καὶ Σάρδια. Σάρδια, intellige λιθίδια, ut ex Platonis Phaedone docuit H. Steph. in Indice Theſ. Initio verſus, Μάραγδον recte dederat ed. Ven. cum *mss. A. B.* & *Ep.* itemque Euſtath. ad Iliad. λ'. pag. 779. 33. Mendoſe Μαράγδον ed. Baſ. & magis vitioſe Μαράγδων ed. Caſ. quod correcturus Clericus in Menandri Fragmentis pag. 140. Μαράγδους poſuit, ob iambici metri inſcitiam merito irriſus a Bentleio in Emend. p. 50. *Ibid.* ἄνευ δὲ τοῦ σ. Conf. Euſtath. l. c. & pag. 795, 6. & ad Iliad. α'. p. 101, 27.

AD CAP. XLVII.

c Παρηνέχθησαν. *Circumtulerunt* vertit Dalech. quod graece ſonat περιηνέχθησαν. Nec vero ſolicitandum vulgatum: ſic παραφέρω rurſus pag. 95. c. & ſaepe alibi, de *adponendis cibis*, vel *menſae inferendis*. *Ibid.* » Quae appellat auctor »ἐξ ὑδάτων κρέα, Ariſtophanes ἑφθὰ ἐκ ζωμοῦ, Latini *carnes iurulentas, & elixas.* « CASAUB. — ἐξ ὕδατος ἐψημένα ait Noſter, IX. 376. c. *Ibid.* ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἑφθοπωλίοις. Sic recte *ms. A.* Perperam ἑψοπώλοις ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. quod correctum in ed. Caſ. 2. & 3. — »ἑφθοπώλια vocem eſſe dialecti Alexandrinae »indicatur his verbis. In Atticae linguae auctoribus eam

» non legas, nisi admodum raro: sed illius loco *μαγειρεῖα*, c
» & *ἀλλαντοπωλεῖα*. *Popinae* erant, in quibus *cocta vende-*
» *bantur*, ut Graecum *ἐφθοπώλιον* Suetonius exprimit in
» Claudio. « CASAUB.

Εἰρηται γὰρ, Οὐλπιανὲ, καὶ τὸ ἐφθοπώλιον &c. Nisi quid turbatum hic a librariis, oblitus est Athenaeus, se, cum suo nomine narrare lectori vel Timocrati suo, cui hoc opus dicavit, coepisset, *Posthaec adlatae sunt patinae* &c. non debuisse subito nunc *Ulpianum* compellare, nisi induxisset aliquem convivarum, qui haec verba faceret. *Ibid.* *παρὰ Ποσιδίππῳ*. Sic h. l. poëtae nomen scribitur in edd. omnibus, consentiente *ms. A.* conf. notata ad pag. 87. f. *Ποσειδίππῳ* quidem habet *ms. Ep.* Post haec verba, plurima dein, quae sequuntur, praetermisit Epitomator. *Ibid.* *ἐν Παιδίῳ*. Sic recte *ms. A.* & codices Italici apud Casaub. Perperam *ἐν Πεδίῳ* edd. ut haud multo ante.

Τῶν ἐδωδίμων κοιλιῶν μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Ἵπποις. &c. » Solitos esse veteribus *edi* mactatorum animalium *ven-*
» *tres*, probat Deipnosophista *Aristophanis testimonio* ex *Equi-*
» *tibus*, Φησὶ σ' ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν. Non verba, d
» sed mentem poëtae expressit Athenaeus. Nam verba Co-
» mici sunt haec: [vs. 300 sqq.]

» Καί σε φανῶ [φαίνω ed. Br.] τοῖς πρυτάνεσιν,
» ἀδεκατεύτους τῶν ἱε-
» ρὰς ἔχοντα κοιλίας.

» Poterat antiquiorem Aristophane testem eius rei laudare.
» Iam tum enim Homeri temporibus intestina illa esita-
» bant. Canit Poëta Odyss. σ'. [vs. 44.]

» Γαστέρες αἰδ' αἰγῶν κέατ' ἐν πυρί· τάσδ' ἐπὶ δόρπῳ
» κατθέμεθα, κνίσσης τε καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες.

» Sed vereor ne aliud sint *γαστέρες* apud Poëtam, quam
» *κοιλίαι*, de quibus hic agit Athenaeus. Nam Demosthe-
» nes Bithynus, in paraphrasi verborum poëtae, [apud
» Eustath. ad l. c.] *γαστέρας* interpretatur *ὄψυστρα*. [i. e.
» *omasa*.] Interpres tamen Comici, ista explicans, [quae
» mox adferuntur ex Equit. 160.] *οὐ πλύνειν ἐᾷς τὰς κοι-*
» *λίας*, observat, poëtae [Homero] dici *γαστέρας*, quae
» Aristophani aliisque poëtis *κοιλίαι*. Verumtamen *γαστέ-*
» *ρας*, quales poëta describit, etiam Aristophanes ita no-
» minat, isto loco sane quam faceto in Nubibus: [vs. 408
» sqq.] Ὕπτων γαστέρα τοῖς συγγενέσι, &c. Plane illud
» convenit ventribus sanguine & pingui plenis, quorum

d » Homerus meminit, quoſque Tertullianus *botulos cruore* » *diſtentos* nominat. « CASAUB.

καὶ ἑξῆς· Τί μ', ὦ ἀγαθ' &c. » Ait καὶ ἑξῆς, *& deinde:* » cum tamen ſequentia verba in fabula Ariſtophanis mo» do recitatum locum praecedant. « CASAUB. — Ariſtoph. Eq. 160 ſq. In *ms. A.* ὦ ἀγαθὲ plene ſcriptum, ut ſolet. Sic & paulo ante, Φήσω σε ἀδεκατεύτους.

καὶ πάλιν. Equit. vſ. 356 ſqq. Mendoſe Ἐγὼ δ' ἤνυστραν *ms. A.* Mox νείαν reſcribere iuſſit Caſaub. ut eſt apud Comicum. ὕϊνην, quod habet *ms. A.* (non *ms. Ep.* in quo haec omiſſa.) non ferebat metrum: itaque in ὑείνην mue tatum erat in edd. parum feliciter. καὶ πάλιν· Ἡ δ' Ὀβριμοπ. Equit. vſ. 1178 ſq.

Κρατῖνος, Πλούτοις. » Aliis haec fabula inſcribitur Πλοῦ» τος, ut Ariſtophanea. Laudat Pollux lib. II. [ſect. 61.] » Scripſerat & Archippus eo nomine fabulam, [Πλοῦτος] » teſte eodem Poll. lib. VII. c. 14. [ſect. 63.] & Scho» liaſte Ariſtoph. ad Veſpas. Laudantur & Anaxilae atque » etiam Antiphanis Πλούσιοι in his libris. « CASAUB. — Saepius *Cratini* Πλοῦτοι citantur apud Noſtrum, nullo librorum diſſenſu.

Σοφοκλῆς Ἀμύκῳ. Drama erat ſatyricum, ut docet Noſter, IX. 400. b. ubi mendoſe Ἀμύκλῳ habet ed. Caſ. 2. & 3. Verba Σιαγόνας δὲ δὴ &c. continuo verſu olim ſcripta, digeſſi ut praeiverat Brunck in Fragm. vel Lexico Sophocleo pag. 64. PLATONIS verba, ex *Timaeo* citata, leguntur p. 399. T. IX. ed. Bip. In XENOPHONTIS teſtimonio ex libello περὶ Ἱππικῆς (p. 737. ed. Leuncl.) legebatur apud Athenaeum μακρὰν in edd. Monuit autem Caſ. in melioris notae libris μικρὰν ſcribi. Et ſic ſane noſter *ms. A.* ut apud Xenoph. editur: ſed in Xenophontis libris (editis quidem) deſideratur verbum συνεσταλμένην.

f οἱ δὲ ὑαγόνα, διὰ τοῦ ῡ στοιχείου. &c. Edebatur οἱ δὲ συαγόνα. Ubi CASAUBONUS: » Obſervatur Athe» naeo, inquit, *maxillam* Graecis non ſolum σιαγόνα eſſe » dictam, verum etiam συαγόνα per υ. Legendum vero » ὑαγόνα, ut in Excerptis. Euſtathius: [ad Iliad. λ'. p. » 779, 31.] Τοῖς δὲ τὸ κατ' ἀρχὴν ἓν σύμφωνον ἀποβάλ» λουσι συντακτέον καὶ τὸ σῦς, ὗς· σμικρὸς, μικρός· καὶ τ' ἄλ» λα ὅσα ἑτέρωθι κεῖται· ἐν οἷς καὶ τὸ σιαγὼν, ὑαγὼν, τὸ καί» νότατον. deinde ſequuntur haec ipſa verba Athenaei, quam» vis diſſimulato auctoris nomine. « — At ſaepiſſime aliàs

Athenaeum Euſtathius, ubi ex eo aliquid profert, diſerte f laudat, ſive ipſum nomen adponens, ſive τὸν Δειπνοσοφιστὴν adpellans: ſaepe vero etiam tacet quidem auctorem, at non ita ut conſulto diſſimulare velle videatur. Sed eo loco, quem dicit Caſaubonus, mire utique loquitur, in hunc modum: ὅτι δὲ τὴν εἰρημένην ὑαγόνα κατὰ ἀναλογίαν φασὶν εἶναι ἀπὸ τοῦ ὗς, ὑὸς, εισεται ὁ τῷ εἰπόντι περιτυχών. Quod quidem non ita interpretandum duxerim, quaſi voluiſſet hic diſſimulare Athenaei nomen: ſed quod, cum illam ſuper hoc vocabulo obſervationem ex Athenaeo in ſua Adverſaria olim retuliſſet, oblitus eſſet nomen *Athenaei* adiicere, & nunc ipſe non recordaretur, apud quemnam auctorem iſtud obſervatum legiſſet. Quae ipſa obſervatio quum mira ipſi videretur, (quare τὸ καινότατον dixit) quumque alios etiam miraturos exiſtimaret, (quod & mihi quidem mirum accidiſſe fateor) quanam tandem *analogiâ* ab ὗς, ὑὸς, (a *ſue*) ὑαγὼν (*maxilla*) nominata ſit; excuſat ſe quodammodo, quod auctorem non nominet, qui hoc tradiderit. Quod ad ſcripturam huius loci ſpectat, monere debeo, in noſtro *ms. A.* nec ὑαγόνα nec συαγόνα hic legi; ſed, prorſus *praetermiſſo* illo *vocabulo*, nude ſic ſcribi, οἱ δὲ διὰ τ̄ στοιχείου ἐκφέροντες, κατ' ἀναλογίαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ὑός. *Epitome* vero noſtra, praetermiſſis ſuperioribus omnibus inde ab illis verbis παρὰ Ποσιδίππῳ, ſic nunc pergit: Ὅτι τὴν σιαγόνα ὑαγόνα τινὲς φασὶ διὰ τοῦ τ̄ στοιχείου κατὰ ἀναλογίαν ἀπὸ τοῦ ὕειν. In Athenaei verbis, ad verbum λεγουσιν intellige e ſuperioribus, οὕτως ἐκφέρειν, *ſe ita dicere aiunt.*

Χορδῶν τε μέμνηται Ἐπίχαρμος, ἃς ὀρύας ὀνομάζει. » Quas reliqui Graeci χορδὰς, Epicharmus Siculus ὀρύας » appellavit: ἐπιγράψας τι, inquit auctor, καὶ τῶν δραμάτων Ὀρύαν. Non puto haec aliter ſcripta eſſe Athenaeo: » nam eadem lectio apud Euſtathium, in Epitoma, & » membranis. Tamen apud Epicharmum legit aliter He» ſychius. Ὀρυᾶ· inquit: χορδὴ, καὶ σύντριμμα πολιτι» κὸν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμου δρᾶμα. Quid autem intelligit hoc » loco Gloſſographus hic per σύντριμμα πολιτικόν? an *edu» cii genus alicui civitati peculiare?* puta Syracuſis, unde » ortus hic Comicus, & ubi ſcripſit: & fortaſſe ὑπότριμ» μα melius ſcriberetur. Sed moveor vocis πολιτικὸν in» ſolentia, ut putem aliud longe diverſum voluiſſe Heſy» chium. Videntur quidem exiſtimaſſe, eam Epicharmi fa-

» bulam vituperationem continuiſſe corporis cuiuſdam ſive » collegii reipublicae Syracuſanae, quod poëta appellavit » Ὀρύαν vel Ὀροῦα. Itaque legendum coniicio, καὶ σύντη- » μα πολιτικὸν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμου δρᾶμα. « CASAUB. — Codex noſter *A.* nil hîc ab editis diſſentit. *Ms. Ep.* habet eadem priora verba, χορδῶν τε uſque ὀνομάζει : omiſſis iſtis ἐπιγράφας &c. cum plurimis quae inde ſequuntur. Ex Epitoma vero habet Euſtath. ad Od. φ'. pag. 768, 15. ubi adiicit, Epicharmum ita dicere κατά τινα δηλαδὴ γλῶσσαν. Apud Heſychium, ſi σύντριμμα idem valeret ac τρίμμα, *intritum*, (de quo vide I. 31. f.) aut neſcio quod *edulium*; tum πολιτικὸν fortaſſe accipi poſſit pro *vulgari*, *ſine multa arte parato*; de quo uſu illius vocabuli dictum eſt ad Polyb. V. 33, 5. Epicharmum certe, cum dramati ſuo titulum Ὀρύα fecit, eâdem notione accepiſſe illud vocabulum qua edulium aliquod ſignificat, ex ipſis Athenaei verbis intelligi videtur. confer omnino IX. 366. b. Χορδὰς quid proprie dixerint Graeci, diſputavimus ad I. 4. b. Animadv. pag. 48.

Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. Ariſtoph. Nub. 455.

Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ. Perperam ἐν Πυτίῃ ed. Ven. & Baſ. Correxit Caſaub. conſentiente noſtro *ms. A.* & veram ſcripturam tenuerant libri omnes X. 426. b. quam hic reſtituendam viderat etiam Dalech. qui tamen minus recte *dolium vinarium picatum* reddidit. Docent veteres Gloſſographi, eſſe πυτίνην *lagenam vinariam e vimine plexam*; unde coniecerat H. Steph. (in Indice Theſ.) eſſe vitream lagenam vimineo πλέγματι obductam. Qui vero meminerit quae ab itineratoribus ex aliis quidem regionibus relata ſunt, ei non incredibile videbitur, habuiſſe etiam Graecos vaſa e viminibus aut iuncis ita firmiter plexa, ut liquorem continere poſſent. Mox in ipſis CRATINI verbis, in illa dictione ἦ δ' ὃς, non invitus paſſus ſum, ut inter ἦ & δ' nonnihil ſpatii maneret, quod erat in ed. Caſ. quo indicaretur, eſſe proprie duas voces ἦ δ', pro ἔφη δὲ. (conf. Apollonium Grammaticum apud Koen ad Corinth. de Dial. pag. 61.) Scilicet ἦ, imperf. verbi ἄω vel ἦμι. In editt. vett. quidem vitioſe ἦ δ' ὃς legebatur.

Quae de ALEXIDIS *fabula*, Λευκαδία ἢ Δραπέται, adnotavit h. l. Caſaubonus, cum nihil ad huius loci ſcripturam pertineant, quae nulli dubitationi obnoxia eſt, in Indice Auctorum olim quaeret Lector. In ipſo *verſu*

adlato, verbum ἧκε pertinere ad *cibum* in menſam *illatum*, iam ſupra ad p. 91. c. praeeunte Valcken. ad Phoeniſſ. p. 66. monuimus. Recte vero ibi, pro ἧκεν, quod hîc vulgo legebatur, ἧκε ſcripſit idem Valck. abſque ν in fine vocis, quia ſyllabam brevem in quarta ſenarii ſede poſtulabat metri ratio. In *fine verſ.* in περικομματίων cum edd. conſentit *ms. A.* quod non ferendum, ſed metri gratia in περίκομμά τι mutandum monuerat CASAUB. probante eodem Valck. Ex eodem Alexide habes pag. 96. a. τὸ περικομμ' ἀπόλλυται. Poteras vero h. l. etiam in plurali legere, περικόμματα. Sic quidem Ariſtophanes utitur, Eq. 371. περικόμματ' ἐκ σοῦ σκευάσω: itemque diminutive, ἐψοίμην ἐν περικομματίοις, Equit. 767. a

Ἀντιφάνης ἐν Γάμοις. »Libro IV. [p. 160. d. & 169. »e.] Γάμος hoc drama appellatur. Sed & alius poëta Di»philus Γάμους comoediam ſuam inſcripſerat, teſte Athe»naeo lib. VI. [254. e.] E Latinis tres dramaticos poë»tas *Nuptias* docuiſſe invenio, Pacuvium, Pomponium, »Laberium.« CASAUB. — Parum intereſt inter Γάμος & Γάμοι: celebritates vero nuptiarum γάμους potius in plur. quam in ſingulari γάμον, dixere Graeci, Attici certe. Inde Epicharmi fabula, quae Ἥβας γάμος a poëta inſcripta erat, nonnumquam etiam Ἥβας γάμοι citatur, ut ſupra apud Noſtrum III. 92. f.

»In hemiſtychio ANTIPHANIS, Ἐκτεμὼν χορδῆς μέ»σαιον, ultimum verbum non intelligo. μεσάραιον Grae»cum eſt, exponiturque Heſychio *venter* aut *inteſtina te»nuia*. Ei voci locus hîc dari fortaſſe debet: aut μεσότα»τον ſcribendum, vel μεσάτιον.« CASAUB. — Cur vox μέσαιον offenderit doctum virum, aut quid lucremur, ſi pro ea μεσότατον aut μεσάτιον ponatur, non video. Licet in Lexicis vocabulum μεσαῖος vix reperias, tamen comparativus μεσαίτερος, & ſuperl. μεσαίτατος, haud obſcure poſitivum μεσαῖος declarant. Ad μεσαῖον intelligo μέρος, ut ſolet in talibus. Et ipſum metrum deſiderare μεσαῖον videtur: eſt enim, ni me omnia fallunt, prius hemiſtychium tetrametri trochaici. Vocabulo μεσάραιον quis auctor uſus ſit, non reperio: apud Gorraeum in Definitionibus Medicis, & ex eo apud H. Steph. in Indice Theſauri, abſque auctoritate adpoſitum video. Apud Heſychium quidem fruſtra quaeras; qui nil aliud huc

a ſpectans habet, niſi gloſſam iſtam, Ἀραιὰ γαστήρ· τὰ λεπτὰ ἔντερα.

AD CAP. XLVIII.

Ἄλεξις ἐν Κρατεύᾳ ἢ Φαρμακοπώλῃ. Κρατίᾳ h. l. edd. cum *ms. A.* Sed *Crateua* Dalech. Inde CASAUB. »Κρατεύας in fabulae huius titulo ſcribendum eſſe, doctis »omnino aſſentior: etſi vix umquam ſine menda ſcriptum »hoc nomen in msstis; nam etiam in optimis Κρατίᾳ in»venimus, aut Κρατείᾳ, quod propius abeſt a recto. »Hic eſt *Crateuas*, nobilis ῥιζοτόμος, nominatus Hippo»crati, Dioſcoridi, Plinio, Galeno, aliis.« — Recte ſcriptum erat id nomen III. 107. a. conſentiente (quod ſciam) noſtro codice; ſed deinde alibi partim Κρατίᾳ, partim Κρατεύᾳ. Hoc loco Ἄλεξις δὲ ἐν Κρ. legebatur in edd. vett. & *ms. A.* Quam particulam qui invexit, is ſuperiora verba ποδῶν τε uſque ῥύγχους putaverat ad praecedens Antiphanis teſtimonium pertinere; (quo etiam a Dalech. in verſione relata ſunt) nec viderat, ad eadem iſta Ποδῶν τε &c. intelligendum & ex communi referendum e ſuperioribus eſſe verbum μνημονεύει. Importunam particulam merito delevit CASAUB. monuitque, hoc voluiſſe auctorem: *Pedum, auricularum, & roſtri meminit Alexis in Crateua aut Pharmacopola: cuius teſtimonium, multa continens eorum nominum de quibus eſt quaeſtio, paullo poſt proferam.* Invenies autem Alexidis locum (ut adnotavit idem Caſaub.) infra, p. 107. Quod ait πολλὰ ἔχον, Dalech. πολλὰ ἔχων legerat; ſed verum recte tenent Graeci libri omnes.

THEOPHILI *vſ.* 2. Λέγ' ἄλλο. Perperam *ms. A.* τρεῖς μνᾶς λέγε. ἄλλο ῥύγχος &c. Nullâ diſtinctione haec ſcripta in edd. vett. Recte vero verba diſtribuit Caſaub. quamquam perſonarum notas non adiecit: quas nos & h. l. & ubique, quatenus vel commodum videbatur vel licuerat, adiecimus; quod ante nos in huiuſmodi dramatum fragmentis iam Dalecampius, Grotius, aliique, pro ſuo quiſque iudicio, fecerant. Poterat λέγ' ἄλλο τι dicere poëta, ut Eubulus II. 47. f. ſed & abeſſe poterat pronomen τι. Sic λέγ' ἕτερον, III. 117. f. Mox, in κωλῆν nil mutant libri; ſed κωλῆν oportebat. cf. IX. 368. d. e.

b Ἀναξίλας, Μαγείροις. Sequitur deinde Ἀναξίλας δ'

ἐν Κίρκῃ, quo indicari videtur, praecedens teſtimonium ex b alio poëta petitum eſſe. Nihil vero mutant libri. In *verſ.* 2. pro ἰχθύδι' & ἰχθύδια, Dawes Miſcell. Critic. p. 214. ἰχθυίδι' & ἰχθυίδια ſcribendum cenſuit, eodemque modo alibi corrigendum praecepit; qua novatione nil opus eſſe videtur: ſicut in ἰχθὺς ultima poteſt eſſe longa, ſic & υ in ἰχθύδιον. Vulgatam ſcripturam conſtanter ubique tenent libri. conf. ad IV. 132. f. *Verſ.* 3. νοσηλεύειν. Suidas: Νοσηλεύω, νοσοῦντα θεραπεύω. *Ibidem;* quaenam ſit *eod. verſ.* vis vocis ὅσον, quove illa pertineat, haud ſatis adparet. *Verſus quartus* cum iuſto brevior eſſet, particulam καὶ inſeri iuſſit Caſaub. quam ignorant libri; cui ita parui, ut dubitationem tamen ſignificarem, uncis includens particulam. De ἀκροκώλια vide Animadv. p. 428. ad II. 63. e.

Ἀναξίλας δ' ἐν Κίρκῃ. Si ſuperius fragmentum ex eodem *Anaxila* ductum fuit, cur hic non nude καὶ ἐν Κίρκῃ ait, ut mox καὶ ἐν Καλυψοῖ? aut cur non ſaltem Ὁ αὐτὸς Ἀναξίλας? *Anaxilae* fabula *Circe* rurſus citatur IX. 374. e. Verbis qualis inſit menſura non magis hoc loco, quam altero iſto habeo compertum.

καὶ ἐν Καλυψοῖ. Perperam ἐν Καμψοῖ edd. literis λυ ψ imperite pro μ ψ acceptis. Verum tenuerant libri omnes IV. 171. f. unde hunc locum corrigendum monuit Caſaub. In *ms. A.* Καλυψοῖ h. l. ita exaratum eſt, ut, qui de *Calypſo* non per ſe cogitaret lector, facile pro Καμψοῖ acciperet.

Ἀναξανδρίδης ἐν Σατύρῳ. Sic edd. omnes. Videndum c vero quo iure diſceſſum ſit a veterum membranarum ſcriptura, quae Σατυρία habet. ὁ σατυρίας apud Ariſtot. de Animal. Gener. lib. IV. cap. 3. eſt morbi genus, quo facies hominis ita mutatur, ut iam non homo, ſed ſatyrus eſſe videatur. Fortaſſe σατυρίας dictus etiam homo, morbo illo adfectus; aut omnino, *homo faciem habens ſatyro ſimilem.*

Ἀξιόνικος δὲ ἐν Χαλκίδι. Χαλκιδικῷ habes apud Noſtrum, VI. 239. f. & 241. f. & apud Poll. X. 122. quibus ex locis eumdem titulum hîc reſtituendum vix dubitari debet, quod etiam ad Pollucem monuit Hemſterh. Meurſius contra, & Grotius, ex hoc Athenaei loco corrigendos alios, ibique ἐν Χαλκίδι legendum, cenſuerant. Verſus, qui ex hoc poëta adferuntur, continuo tenore,

c veluti verba metro soluta, scripti erant in ed. Ven. & Bas. & eodem modo, nullâ prorsus discrepantiâ, in *ms. A.* nisi quod in edd. vett. *asteriscus* est post *συντιθεὶς*, ut lacunae aut certe corruptelae signum, ubi nihil tale in msto. CASAUBONUS in ipsis verbis nihil mutans, in hunc modum illa distribuit:

Ζωμοποιῶ θερμὸν ἰχθῦν ἑπαναπλάττων, ἡμίβρωτα λείψανα συντιθείς. . . . .

Οἱονται ἄνω ἑτεράλικα σιλφίῳ

Σφενδονῶν ἀλλᾶντα τέμνω· παραφέρω χορδῆς τόμον·

tum reliqua ut nos edidimus. Dein haec adnotavit: »In »isto AXIONICI, Ζωμοποιῶ θερμὸν ἰχθῦν ἑπαναπλάττων, »scribunt Excerpta ζωμοποιόν. Fortasse scribendum, ζω»μὸν ποιῶ. Proximus versus letaliter affectus est. Tertius »monstrum est merum: *οἵονται ἄνω ἑτεράλικα σιλφίῳ σφεν»δονῶν.* Debellemus hoc monstrum, si modo pares su»mus tanto incepto. Lego *οἰὸς*, vel potius *ὗς ὠτάριά τε »κ' ἀκροκώλια σιλφίῳ σφενδονῶν.* Vocem certe *ὠτάρια* re»cte a nobis restitutam hoc loco liquebit attendenti ad »seriem verborum Athenaei. *σιλφίῳ σφενδονᾷν* interpre»tor, *filphii condimentum vibrare & respergere super cibos.* »Durum dictum: sed quid miremur? coquus loquitur. »Nec mendam tamen abesse praestabo. *σιλφίῳ ἐπιγανοῦν »*eodem sensu dixit Alexis, [III. 117. e.] *μυελὸν ἀφεῖλον »ἐπιγανώσας σιλφίῳ.* Non multo minus insolens usus ver»bi *ἐπιδονεῖν* in Antiphanis Parasito, III. 96. b. *ἐφθὸς τυ»ρὸς ἐπεδόνει πολύς.*« — Quum tres posteriores huius poëtae versus recte digesserit Casaubonus, mirum est in prioribus eumdem non perspexisse metri rationem. Perspicuum est enim, esse omnes trochaicos tetrametros catalecticos: & quamquam in tertio versu corrupta sint verba, metri tamen ratio in eo non minus, quam in secundo, servata erat. Simul vero adparebat, unum verbum *Ζωμοποιῶ* ex superiori versu esse reliquum, ita ut secundus versus a voce *θερμὸν* capiat initium. Mireris porro eumdem Casaubonum, cum tertii versus emendationem tentaret, secundum pro desperato habuisse, qui tamen prorsus sanus videtur; nisi quod de verbo *ἑπαναπλάττων* haud satis constet, ad praecedentia, ut vulgo factum, an ad sequentia sit referendum. Sed non dubito, *comma post ἰχθῦν* (*non post ἑπαναπλάττων*) fuisse *ponendum*, ut cohaererent *ἑπαναπλάττων ἡμίβρωτα λείψανα*: & ita edi-

turus eram, nisi turbasset participium συντιθεὶς, quod c ipsum ad ἡμίβρωτα λείψανα referendum videbatur. Poterat vero συντιθεὶς ad sequentia verba referri, quae nunc misere corrupta in obscuro latent: quod si ad superiora pertinet, levi mutatione fuerit ἐπαναπλάττω (verbum finitum, pro ἐπαναπλάττων) legendum, hac sententiâ, *refingo*, (vel, *insuper*, *praeterea*, *fingo*) *semiesas reliquias*, *componens eas*; scilicet, *ita eas componens ut non videantur esse semiesae reliquiae*, *sed ut praebeant speciem cibi nunc primum de industria & ex artis lege parati.* In coena, quae, ex meris licet reliquiis semiesis parata, splendidam tamen prae se speciem ferebat, nihil novi aut integri a se adpositum ait coquus, nisi *unum piscem calidum commodo iure conditum*: hoc est quod dicit, Ζωμοποιῶ θερμὸν ἰχθύν. Nec opus est ut solicitetur verbum illud ζωμοποιῶ, quo eodem eâdem notione usus est Xenocrates de Aliment. ex Aquatil. sect. 26. (27.) idemque verbum hoc loco cum edd. & *msto A.* agnoscit etiam noster *ms. Ep.* Illud quidem non spondeo, fuisse apud poëtam verbum ζωμοποιῶ in ipso fine versus positum: sed tamen nihil magnopere prohibere videtur, quin statuamus potuisse ibi poni; quoniam trochaicum metrum in impari sede non necessario spondeum aut tribrachyn poscit, sed fert etiam dactylum, ut quidem Hephaestion docet in Enchirid. p. 18. Corrigendo tertio versui nihil certi mihi occurrebat: sed facile occurret fortasse feliciori ingenio aliquid, quod & commodius videatur, & a veteris scripturae vestigiis propius absit, quam id quod est a Casaubono propositum. Illud moneo, nihil urgere ut ὠτάρια necessario hîc invehenda statuamus cum eodem Casaubono, cui iam Dalecampius praeiverat, qui totum locum sic reddiderat: *Piscem calido iure condio*, *& in lance compono*, *aggestis semesis reliquiis*: *auriculas ac intestina e silphio paro.* Satis est, quod in his versibus alia nominentur ex eo genere, quae pag. praeced. c. sub communi nomine τῶν ἐξ ὕδατος κρεῶν sunt comprehensa. Epitomator de prioribus versibus nil nisi haec verba adposuit, Ζωμοποιῶ θερμὸν ἰχθύν, tum statim pergit, ἀλλάντα τέμνω, παραφέρω χορδῆς τόμον, &c.

Vers. 5 *sq.* »Postrema poëtae verba, aut potius glorio»suli coqui, sunt ista: ὥστε πάντας ὁμολογεῖν, Τῶν γά»μων κρείττω γεγονέναι τὴν ἕωλον ἡμέραν. *Adeo ut fateren»tur omnes*, *ipso nuptiarum primo die lautiora esse repotia.*

c » Nuptiarum solennitas pluribus diebus celebrabatur: pri» mum vocabant γάμους; secundum ἑπίξδα, ut Pinda» rus, [conf. Ruhnken. ad Timaei Lexic. Platon. p. 119 » sq.] vel παλία. Hesychius: Γάμοι, ἡ πρώτη ἡμέρα τῶν » γάμων· ἡ δὲ δευτέρα, παλία: sic dictus is dies ἀπὸ τοῦ » πάλιν ἰέναι: si tamen satis integra illa lectio. Latini vo» cant *repotia:* Axionicus eleganter ἔωλον ἡμέραν. Graecis » ἔωλα dicuntur omnia quae desierunt esse ἐν ἀκμῇ no» vitatis. Sic M. Tullius ἔωλον vocat librum, *qui primam* » *novitatis gratiam amisit.* Sic, transacto nuptiarum die » primo, qui deinceps sequuntur, etsi sunt festi, ἔωλοι » tamen iure dicuntur. Libro IV. opponit auctor τὰς ἀκ» μαίας τῶν γάμων ἡμέρας, & τὸ ἔωλον τῆς συμποσίας. » Non erat ferendum, tam elegantem locum tam male ad» huc esse expositum. « CASAUB. — Nempe τὴν ἔωλον ἡμέραν Dalech. interpretatus erat *hesternum diem:* parum feliciter. Per se quidem haud incommode ἔωλος latine *hesternus* reddi poterat: sed de *cibis* praesertim usurpatur id nomen *ex hesterno die repositis*, ut apud Nostrum VI. 240. b. & XIV. 663. d. Inde ἔωλος ἡμέρα est *dies quo comeduntur reliquiae hesternarum epularum.*

d Ἀριστοφάνης Προαγῶνι. ἐν Προαγ. edd. non male: delevi autem praepositionem auctoritate codicis *A.* ARISTOPHANIS testimonium omisit Epitomator. Pro τέκνων, quod *vers.* 1. habet *ms. A.* τέκνον posuit editor Ven. idque tenuit Casaub. quod-recte ne, an secus, factum sit, ex tam brevi fragmento vix certo iudicari potest. Brunck in Fragm. Aristoph. pag. 263. immutatum hoc absque adnotatione adposuit. Erat tamen in *vers.* 2. metrum manifeste violatum, ubi ignorant libri articulum e coniectura a nobis adiectum. In *ms. A.* pro εἰσίδω est ἐσίδω, quod minime medetur metro. Sententia mihi haud satis plana. Eam his verbis exprimere conatus est Gallicus interpres: *Mon fils, vois si je ne suis pas malheureux! j'ai mangé de la fraise; pourrai-je actuellement manger de ce groin rôti?* Sed εἰσιδεῖν non est *comedere:* & γεύσασθαι est *gustare, degustare;* non, *vesci ad satietatem, ut amplius comedere non valeas.*

Καὶ τόπος δέ τις οὕτω καλεῖται, Ῥύγχος, - - Πολύβιος ἐν ἕκτῃ Ἱστοριῶν. Erratum videri in nota numerali, qua liber Historiarum Polybii indicatur, monui in Notis ad Polyb. VI. 59, 6.

e Ὅτι δὲ κυρίως λέγεται ῥύγχος ἐπὶ τῶν συῶν, προεί-

ρηται. »Non extat in praecedentibus locus ille quo reii- e »cit nos.« CASAUB. — At verbum προείρηται non refertur ad locum aliquem, qui multo ante praeceſſerit, ubi ex profeſſo de hoc dictum ſit. Sed quod paulo ante ter quaterve ῥύγχος ὑὸς aut ῥύγχος ὕειον nominavit, eo ſatis ſignificavit, vocabulum illud proprie de *porci roſtro* uſurpari. Reſpexiſſe hunc locum videtur Euſtath. ad Od. γ'. p. 126, 49 ſq. Οὐ μόνον ῥάμφος ἐπὶ ὀρνέων, ἀλλὰ καὶ ῥύγχος, εἰ καί τινες ἐπὶ συῶν αὐτὸ ἰδιάζουσι. Conf. Schol. ad Ariſtoph. Aves vſ. 347. & Suid. in Ῥάμφος.

In ARCHIPPI *verſu*, pro οὐτωσὶ μακρόν, eſt οὐτωσὶ μικρόν in *ms. Ep.* quod ironice dictum videri poterat. In ARAROTIS *verſiculo*, bene ὡς ἡμᾶς tenet noſter codex uterque cum editis. εἰς ὑμᾶς habet Lexicon mſtum Coislin. e quo excerpta dedit Montfauc. in Bibl. Coisl. p. 481 ſqq. Conf. Toup ad Suid. P. III. p. 402. ed. Lipſ. & Heringa Obſerv. Crit. cap. 32. p. 297.

AD CAP. XLIX.

Καὶ μὴν, τὸ δεῖν', ἀκροκώλιά γε σοι. Pro δέ σοι, quod hic habet *ms. A.* cum editis, γέ σοι poſui praeeunte BRUNCKIO in Fragm. Ariſtoph. pag. 216. (In *Epit.* deſunt haec.) Caſaubonus, omiſſâ illâ particulâ, ſic ſcribendum cenſuerat, praeeunte Dalecampio, Καὶ μὴν ἐς τὸ δεῖπνον ἀκροκώλιά σοι &c. ſimul temere eliminans dictionem vere Ariſtophanicam, ſimul miſere metrum corrumpens. τὸ δεῖνα (ut docuit idem BRUNCK ad Comici Lyſiſtr. 921.) interiectio eſt, vim habens Latinae exclamationis, *malum!*

»ANTIPHANIS *verba* ſunt, Ἔπειτα καὶ ἀκροκώλιον ὕειον f »Ἀφροδίτη &c. Poterant negotio nullo in legem vel iambi- »corum vel trochaicorum haec verba cogi: qui putabunt »eſſe tanti, ingenio ſuo obſequantur. Mendum in foedo »verbo foedum detegemus nos, & pro καταφαγεῖν, *come-* »*dere*, emendabimus σκατοφαγεῖν, *ſtercus vorare.*« [Mendoſe κατοφαγεῖν erat in ed. Ven. Id imperite in καταφαγεῖν mutaverat editor Baſ. quod ipſum in contextu tenuerat Caſaub. Perſpicue vero σκατοφαγεῖν exhibent *mss. A.* & *B.* In *Epit.* leviſſime perſtrictus hic locus.] »*Ita ſues amat* »*Venus*, inquit, *ut in Cypro, cum cogeret boves ſtercoribus* »*veſci, ſues ea neceſſitate exemerit, imo vetuerit facere.* Qui

f »neſcit quae περὶ τῶν σκατοφάγων βοῶν vetuſtas fabula»ta eſt, conſulat Feſtum in *Cyprio bovi*, *& Paroemiogra»phos.*« CASAUBONUS. —Vide Eraſmi Adag. *Bos Cyprius*, ex Suida & Diogen. Adde Plin. lib. XXVIII. cap. ult. Pro ὑσὶ erat ὕεσις in ed. Ven. quod dein in ὕεσι mutatum : nec aliud quidem enotatum ex msstis : mihi vero non ferendum viſum erat. Quod de *ſuibus* hîc praedicatur, id ad *ficorum* paſtum & ſaginationem ſpectare ſuſpicatus eſt IACOBS in Notis ad Anthol. Vol. II. P. III. p. 211 ſq. coll. Ariſtoph. Acharn. 805 ſqq. & Polluc. VI. 49.

a Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι. ὗς in plur. edd. ὗν in ſing. dedit *ms. A.* Similiter *ms. Ep.* in ſing. ὅτι Ἀφροδίτῃ ὗς θύεται, καὶ μάλιστα παρ' Ἀργείοις· παρ' οἷς καὶ ἑορτὴ Ἀφροδίτης, τὰ ὑστήρια. Quae verba ex Epitome deſcripſit Euſtath. ad Iliad. λ'. p. 749, 32. Et Ὑστήρια utique proparoxytonως ſcribi debuit, quae eſt forma nominibus feſtorum propria. Corrupte ὑστυρία ed. Baſ. & Caſ. pro quo recte ὑστήρια in ipſa verſione poſuit Dalech. Inde CASAUB. »Pro ὑστυρία, inquit, recte viri eruditi »Ὑστήρια.« — Qui ſi editionem Ven. inſpexiſſet, vidiſſet ibi ὑστηρία ſcriptum, proxime ad verum accedens. Et pariter quidem penacute ſcripta eſt vox in *mss. A.* & *B.* Sed recte, ut dixi, ὑστήρια *ms. Ep.* & Euſtath.

PHERECRATIS *verſus* multo auctiores exhibentur infra, VI. 268 ſq. Ibi pag. 269. a. non Σχελίδες, ut hoc loco, ſed Σκελίδες ſcribitur, quod rectius iudicavi, & hîc pariter reponendum putavi. σχελίδες ſunt *latera*, vel *fruſta ex lateribus* boum, ut interpretatur Scholiaſtes Ariſtoph. ad Equit. 361. & inde Suidas. Pariter Heſychius : Σχελίδες· κρέα ἐπιμήκη τετμημένα· οἱ δὲ, πλευρίδες. Et eadem quidem fere interpretatio apud eumdem Heſychium adiecta eſt vocibus Σκελλίδες, & Σκελίς : at diſerte docet Pollux II. 193. quae σκελὶς vocatur a comicis, eſſe *pernam*, *petaſonem* : idemque Pollux eadem Pherecratis verba, de quibus quaerimus, ſic ſcripta adfert, σκελίδες δ' ὀλόκνημοι, VI. 59. & II. 191. Facile tamen crediderim, non ſemper adcurate obſervatam eſſe iſtam duorum vocabulorum diſtinctionem.

κἀν Παννυχίδι ἢ Ἐρίθοισιν. Deeſt ἢ particula *ms. A.* quam recte adiecit editor Ven. ex IV. 170. b. VI. 248. a. & XII. 516. d. Cur autem Ἐρίθοισιν Ionica forma hîc ſcriberetur, nulla cauſſa erat. Rectius Ἐρίθοις alibi conſtanter.

ὑπάρχει τέμαχος ἐγχέλιον ὑμῖν. Sic ed. Baſ. & b
Caſ. ὑμὶν ed. Ven. & *ms. B.* Neſcio an & *ms. A.* Pro ἐγχέλιον vero haud dubie ἐγχελίου oportebat, quem admodum correxit PURSANUS in Notis msstis, praeeunte Dalecampio, qui *anguillae puſillae fruſtum* interpretatus erat. Potuerat uno vocabulo *auguillulae* dicere. *Mox*, pro ἀρνεῖον, eſt ἀρνίον in *ms. A.* Rectius, puto, fuiſſet ἀρνειον, antepenacute ſcriptum. Ad verba ποῦς ἐφθὸς adnotavit CASAUBONUS, etiam apud Hippocratem, Pherecrate antiquiorem, πόδας ὄϊος ἐφθοὺς, *pedes ovis elixos*, aliquoties legi.

»Durum dictum eſt, quod ex ANTIPHANIS *Paraſito* »affertur, ἐφθὸς τυρὸς ἐπεδόνει πολύς. Excuſabamus ſupra c »[ad verbum σφενδονῶν, pag. 95. c.] inſolentiam phra»ſeos, quia haec coquus aut paraſitus loquitur; quibus »ſolent optimi poëtae loquendi genera tribuere ganeoni »& homini inter ollas ac patinas educato convenientia. »Aliter qui ferri queat τὸ ἐπεδόνει, non video. δονεῖν eſt »*ſtrepitum in turba facere*: hîc ſimpliciter ad declarandam »*rei copiam* uſurpatur, quia fere copiae comes ſtrepitus »& τάραξις & δόνησις. Fortaſſe etiam ἐφθοῖς ſcribendum.« CASAUBONUS. — Equidem de *ſtridore* cogitaveram, quem edit *butyrum elixum*, qui ſtridor etiam tum durat, cum cibus fervens menſae infertur: unde de lurconibus loquens Clemens Alex. Paedag. lib. II. (pag. 103. med. ed. Heinſ.) ταγήνοις σίζουσι περιηχουμένους dicit, *ſibilantibus ſartaginibus undique circumſtrepentes*. Vox χοιρέων *verſ.* 1. qui ferri potuerit, non videram ego: itaque in χοιρίων mutavi. *Verſ.* 2. καπυρ' eliſâ literâ α edidit Caſ. καπυρά plene ſcriptum, pro more, in *ms. A.* pariterque in ed. Ven. & Baſ.

ARISTOPHANIS verba, ex *Tageniſtis*, quae multis modis corrupta vulgo hîc legebantur, emendata dedit BRUNCK in Fragm. Ariſtoph. pag. 267. qui tamen ad metri leges ea revocare non auſus eſt. Nos ſingula percurramus. Ἄλις ἀφύης μοι· παρατέταμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κάπτων. Sic rectè edd. Perperam παρατέταγμαι *ms. A.* Veram ſcripturam ſervaverat Scholiaſtes Ariſtoph. ad Acharn. 640. & ex eo Suidas in Ἄλις, & in Παρατέταμαι, ubi ipſum hoc verbum interpretatur Grammaticus per ἐξώγκωμαι, id eſt, *inflatus*, *diſtentus ſum*. *Diſtentum ſe*, ait is qui loquens inducitur, *eſu pinguium*; ſcilicet *apuarum*, (de qui-

c bus conf. I. 7. d. ibique notata:) quae *in oleo* coctae vel frixae comedebantur, ita quidem ut earum deliciae ex *pinguedine* maxime, quae ab oleo eis accedebat, censerentur; ut docet Aristoph. Acharn. 639 sq. & Schol. Comici ad Equit. 642. ex eoque Suidas in 'Αφύα. Monent praeterea iidem Grammatici, τὰς ἀφύας plerumque quidem in plurali dici, sed hoc loco ἀφύαν in singulari (nempe collective) usurpare Comicum. CASAUBONUS, postquam verba ista ex Nostro adposuit, παρατέταμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κάπτων: »Ita melius, inquit, quam ut in Scholiis »ad Acharn. παρατέταμαι γὰρ ἐσθίων. Saepe diximus, »veteres Grammaticos in recitandis auctorum locis parum »fuisse religiosos, & verbis suis saepe illorum χρείας cor»rupisse, servatâ solum sententiâ.« Scilicet Comici verba ex Tagenistis in hunc modum recitantur in Scholiis ad Acharn. 640. & apud Suidam:

Ἄλις ἀφύης μοι, παρατέταμαι γὰρ ἐσθίων.

Quae verba cum iustum faciant senarium, vereor ne non Scholiastes verba Comici suis mutaverit, sed Athenaeus noster parum religiose verba poëtae adnumerans, omisso verbo ἐσθίων statim illa τὰ λιπαρὰ κάπτων e sequenti versu adposuerit. Caeterum quoniam, qui *distentum se esse* queritur *vorando*, is non videtur alios insuper cibos debere desiderare, quod facit is qui hic loquitur; subierat cogitare, παρατείνεσθαι fortasse h. l. non tam cum Suida intelligendum esse *diistendi*, quam notione magis generali, *vexari*, *fatigari*, *quoquo modo cruciari*; quam in partem usus est Xenophon Memorab. III. 13, 6. & Cyrop. I. 3, 11. ipseque Aristoph. Nub. 213. (ubi vide Schol.) denique alii multi, quorum χρήσεις collegit Ruhnk. ad Timaei Lexic. Platon. pag. 206. Sed in priore tamen interpretatione adquiescendum putavi.

Sequuntur ista: ἀλλὰ φέρετ' ἀπόβασιν, ἢ πάτιον, ἢ καπριδίου νέου κόλλοπά τινα. Nihil in his mutant libri, nisi quod *post* ἀπόβασιν *nullam* ponant *distinctionem*. Ibi CASAUBONUS: »Sequentia, inquit, non intelligo, ἀλλὰ »φέρετ' ἀπόβασιν ἢπάτιον. Dalecampius videtur legisse »ἀπόφυσιν ἢπατίου vel ἥπατιαν, qui vertat *hepatis extre»mam fibram*. Iecoris ἀποφύσεις, & πτερύγια, quae Hie»ronymo *pinnulae*, & ἀποσχίδας, scio quid Galenus alii»que Medici appellent: ἀπόβασιν hoc sensu legi nunquam. »Pro ἀπόφυσιν etiam ἀποφυάδα scribi potest: sic enim

» ἀποφυάδας ἑντέρων dixit Philoſophus libro ſecundo Hiſto- c
» riarum. [Ariſtot. Hiſt. Anim. II. 17.] Omnino de hoc
» loco parum mihi conſtat. ἠπατίου quidem non dubium
» legi debere, ut ſtatim καπριδίου: aut certe ἠπατίων,
» ut in Eubuli verſu, [III. 100. e.] Ἠπάτια, νῆστις, πλεύ-
» μονες, μήτρα. « — Tum in *Addendis*, idem CASAUB. » Sed
» audendum hic, opinor, aliquid; ſi ad probabilem ali-
» quam ſententiam locum hunc, in omnibus msstis cor-
» ruptiſſimum, volumus refingere. Poſſumus ita concin-
» nare: Ἀλλὰ φέρετ' ἢ προβάτειον ἠπάτιον, ἢ καπριδίου νέου
» κόλλοπά τινα. *Iecur ovinum*, arbitror, intelligit. Sic ali-
» bi hanc vocem cum adiectione ſimili legas: puta, aut
» ὕειον, aut αἴγειον, aut ἀρνειον. « — Sic ille. BRUNCKIUS, vulgatam ſcripturam nullà dubitationis ſignificatione te-nens, quo pacto acceperit iſta verba, non declaravit: illud unum vidi, inter ἀπόβασιν & ἠπάτιον commate eum diſtinxiſſe orationem; in quo ſecutus ſum docti Viri iudi-cium. Vocabulum ἀπόβασιν activa notione, hariolando magis, quam certa ratione, de cibo accepi, *qui deſcendere faceret* & e primis viis expelleret *pinguedinem*, quae homi-ni moleſta erat. VILLEBRUNIUS fidenter, ut ſolet, ἀπό-βρασιν ἠπατίου legendum pronunciavit; idque interpre-tatus eſt, *du foie cuit entre deux plats*. Nomen ἀπόβρασις, inquit, formatur a verbo ἀποβράττω: quod *decoquere* de-notare ait apud Pollucem. Nempe ſic quidem apud Poll. VI. 91. ſuo ex ingenio, nulla cuiuſquam veteris ſcripto-ris auctoritate, converterat interpres, immemor longe aliud ſignificare id verbum, ſcilicet *ciicere, excutere*, ſicut paleae e vanno excutiuntur, *cribrare*. Vide Heſych. in Ἀπο-βράσαι & Ἀποβράσματα. Ἀναβράττειν quidem & ἀναβρά-ζειν *fervefacere, coquere, elixare* ſonant: unde κρέα ἀνάβρα-στα apud Ariſtoph. in Ran. 561. per ζεστὰ & ἑψημένα interpretatur ſcholiaſtes. conf. Athen. VI. 269. e. & IX. 384. e. Caeterum, ἠπάτιον hoc loco commemorari ab Ariſtophane, rurſus monet Noſter paulo inferius p. 107. f. Κόλλωψ ſive κόλλοψ, interprete Heſychio, eſt τὸ νω-τιαῖον ἢ τραχηλιαῖον τοῦ βοὸς, id eſt, *pars bovis quae in tergo eſt vel in cervice*, e qua gluten paratur. At non de ſolo bove uſurpari id vocabulum, ſed & de aliis anima-ntibus, nec de dura ſolum & ad comedendum inutili parte animalis, ſed & de ea quae commodum cibum praebeat, vel ex hoc ipſo loco adparet. Multa de eodem vocab.

c diſputat Euſtath. ad Od. φ'. pag. 767 ſq. quae tamen huc non ſpectant.

ἢ σπλῆνα, ἢ νῆστιν. »Pergit Ariſtophanes, ἢ σπλη»νὸς ἦν ἐστιν. [Sic nempe edebatur.] Proba, ut videtur, »lectio. Tamen aliud ſuadent membranae, quae habent, »ἢ σπληνὸς, ἢ νῆστιν. Sic vocatur pars inteſtinorum, & ipſa »inter cupedias.« CASAUB. — ἦν ἐστιν, *ſi aderit* reddiderat Dalech. ἢ νῆστιν perſpicue dant *mss. A. & B.* (In *Epit.* nihil horum legitur.) Eſt autem νῆστις, *inteſtinum ieiunum*, ut interpretantur veteres Grammatici: adnotavitque ſimul Heſychius, huic inteſtino circumplicare ſolere coquos eas quas χορδὰς Graeci, Latini *lactes* vocant. Quo pacto autem ſcriptura σπληνὸς proba videri potuerit Caſaubono, difficile dictu. Nihil quidem melius e mſstis enotatum video: ſed ἢ σπλῆνα cum BRUNCKIO corrigere eo minus dubitavi, quod & tota orationis connexio hoc flagitabat, & quod meminiſſem ſaepe in fine vocum perperam a librariis permutatas inter ſe terminationes ος & α: de qua permutatione monui ad I. 30. f. (pag. 226. Animadv.) & ad II. 53. c. Sic & ipſe noſter *ms. A.* III. 79. b. ἐπιπινόμενος habet, pro ἐπιπινόμενα: contra, V. 192. d. φιλότητα. pro φιλότητος. Denique vero hunc ipſum locum, in quo verſamur, ſpectaverat Photius in Lexico ms. (laudatus a docto Heſychii editore ad voc. Νῆστις) ubi ſcripſit. Νῆστιν, τὸ ἔντερον· καὶ σπλῆνα, ἢ γλῶτταν Ἀριστοφάνης.

ἢ δέλφακος ὀπωρινῆς ἡτριαίαν φέρετε δεῦρο. »Cor»rupta manifeſto quae ſequuntur, ἢ δελφακος, ἢ ῥίνης, ἢ »τριέα. [Sic nempe h. l. edd. & mssti.] Dalecampius »emendavit ἢ κεστρεά. [*aut porcellum, aut ſqualinam, aut* »*mugilem.*] Non erat illa conveniens huius loci morbo »medicina. Infra hoc in libro [III. 110. f.] ita ſcribitur, »ἢ δέλφακος ὀπωρινῆς ἢ τριαιναν. Vir optimus ut corruptiſ»ſimam hanc γραφὴν damnat: ego probo, non ut rectam, »ſed ut rectae proximam. Legendum enim ἢ δέλφακος ὀπω»ρινῆς ἡτριαῖα. *Partem ſuillorum inteſtinorum* ἡτριαῖα voca»bant. Idem Poëta in Theſmophoriazuſis, [ſcil. Θεσμοφ. »δευτ. apud Noſtrum, III. 104. f.] οὐ δὴ σχαδόνες, οὐδ' »ἡτριαῖον δελφακος. Lucianus Lexiph. [c. 6. Tom. V. ed. »Bipont. p. 184.] παρεσκεύαστο δὲ πολλὰ καὶ ποικιλα, »διχηλα ὕεια, καὶ σχελίδες, καὶ ἡτριαῖα. Iam vocem »ὀπωρινῆς aſſerimus auctoritate Athenaei, qui libro IX. »[p. 374. f.] ex hoc loco probat, uſurpaſſe Ariſtopha-

»nem nomen δέλφαξ genere foeminino: esset autem pro- c
»batio eius nulla, si scripsisset Aristophanes ἡ ῥίνης.« Casaubonus. — Atqui non ibi modo δέλφακος ὀπωρινῆς consentientibus libris legitur, sed & III. 110. f. Porro IX. 374. f. scribitur quidem ἠτριαῖον, nec id quidem male: sed III. 110. f. pro corrupto ἢ τρίαιναν, quod habent editi, recte ἠτριαίαν exhibet *ms. A.* quod ipsum & hic in mendoso ἢ τριέα latebat. Et, subst antivum nomen recte ac proprie in *foeminino* genere (ἡ ἠτριαία) usurpari, supra docuimus ad l. 4. c. Animadv. p. 55. Denique dubitationem omnem tollebat Etymologus, ad voc. Ἤτρον diserte monens: Ἀριστοφάνης ἠτριαῖον λέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· καὶ ἠτριαία, ξηλυκὸν, ἐν Ταγηνισταῖς.

μετὰ κολλάβων χλιαρῶν. »*Collabi*, ait vir doctus, »[Dalecampius] *placentae, clavis similes qui fides in citha-* »*ris tendunt*: vertibulas puto aut verticilla intellexit. At »quomodo erunt aut dicentur *placentae* isti *collabi*, si *clavi* »*formam* referunt? nam omnis placenta aliquam habet εἰς »πλάτος ἔκτασιν: aut πλακοῦς non erit, nisi quomodo »*pyxis* dicitur, quae est *ex argento* vel *auro*. Qui puta- »bant e veteribus, dictos esse *collabos* a similitudine *ver-* »*tibularum citharae*, *panes* illos non *placentas* appellabant. »Verum alii notationem nominis aliam afferunt: sic enim »dici *placentam quadratam parvulam* ἐκ μεγάλων κολοβουμέ- »νην.« Casaub. — Κολλάβους ἄρτους diserte vocat Noster III. 110. f. de quibus videndus Scholiastes Aristoph. ad Ran. 510. & ad Pac. 1195. & qui sua inde habet Suid. in Κολλάβους. Pro χλιαρῶν, III. 110. f. mssti omnes χλιερῶν praeferunt; non male.

AD CAP. L.

»Multis locis factum videas ab Athenaeo, ut de ap- d
»posito cibo testimonia primum ex Poëtis & Philosophis »proferat, deinde autem ex Medicorum libris naturam il- »lius explicet. Propterea scribit isto loco: Τοσούτων λεχ- »θέντων καὶ περὶ τούτων, οὐδὲ τῶν ἰατρῶν οἱ παρόντες ἀσύμ- »βολοι μετειλήφασι. *Cum etiam de istis haec dicta essent, ne* »*Medici quidem, qui aderant, prius illa gustarunt, quam sym-* »*bolam contulissent.* Quid *symbolas* appellet, satis declara- »tum est lib. I. [ad pag. 4. b.] Videtur autem Athenaeus »hoc dicere, omnes aut plures certe Medicos, qui con-

d »vivio intererant, aliquid de ſcriniis memoriae [ſive ſuis »ex Adverſariis] quod ad rem faceret promſiſſe in com- »mune. Nam hoc iſta ſpondent, τῶν ἰατρῶν οἱ παρόντες. »Spem tamen hanc noſtram egregie auctor deſtituit; unius »*Dionyſiocli* verba proferens, & ea quidem adeo pauca, ut »non ſine magna ratione deeſſe aliquid hac quoque in par- »te noſtris hodie codicibus ſuſpiceris. « CASAUB. — Mira utique videri iſta Athenaei dictio debet, ſi nullum aliud Medicorum ſcitum ab illo adpoſitum fuit, niſi pauca quae nunc hîc leguntur *Mneſithei* verba: nec tamen vel in vetuſtiſſimis noſtris membranis *A.* vel in *cod. Ep.* ullum lacunae veſtigium comparet. Verbum μετειλήφασιν Casaubonus ad τούτων retulit, ſcil. τῶν ἐξ ὕδατος κρεῶν. coll. pag. 94. c. cui conſentaneum erat ut iſta, Τοσούτων λεχθέντων, pro genitivis abſolute poſitis acciperentur: quam rationem nos quoque in latina verſione ſumus ſecuti. Vide tamen, ne rectius iidem illi genitivi intelligantur a verbo μετειλήφασιν pendere, ut hoc dixerit Athenaeus: *His ſermonibus intereſſe fruique Medici ſine ſymbola noluerunt.* In MNESITHEI verbis, ὑὸς ſcripſi in ſing. cum *mss. A.* & *Ep.* pro ὑῶν, quod erat editum: itemque ἐν ἑαυτοῖς cum eiſdem mſstis, ubi ἐν αὐτοῖς edd. ne id quidem male.

»Statim enim [ſic pergit CASAUBONUS] ſermonem »veluti lampada curſu excipit LEONIDES, diverſae pro- »feſſionis homo: Καὶ ὁ Λεωνίδης, Δήμων ἐν τετάρτῳ Ἀτθί- »δος, Ἀφείδαντά φησι. *Leonidas autem dixit:* DAMON *in* »*libro quarto Atthidis narrat.* Errant qui putant, LEONI- »DAM eſſe auctoris illius nomen, cuius mox verba affe- »runtur. « [Sic nempe Dalech. *Leonides libro quarto Tri- buum Atticae narrat.*] »Ille vero unus fuit e convivis, ut »docent clare ſequentia haec non multo poſt: [p. 116. »a.] Περιενεχθέντος τοῦ καλουμένου ὠραίου, ὁ Λεωνίδης ἔφη. »Philologum fuiſſe & criticum, haec evincunt, [p. 116. »d.] καὶ ὁ Διονυσιοκλῆς ἔφη, ὅτου μέν ἐστι τὰ ποιήματα, »ὦ ἄγαθὲ Λεωνίδη, ὑμῶν ἐστι κρίνειν τῶν δοκιμωτάτων »Γραμματικῶν. Sic enim recte legit etiam Dalecampius illo »loco, ὑμῶν, non, ut editum eſt, ἡμῶν. « [In *Gramma- ticorum*, id eſt, Philologorum & Criticorum, numero ponitur LEONIDES in Argumento totius operis I. 1. c. rurſuſque diſerte *Grammaticus* adpellatur XI. 504. b. Conf. Animadv. pag. 13 extr. & ſeq.] »Errant etiam qui Δήμων »putant eſſe a δῆμος. Eſt enim vetuſtiſſimi auctoris *rerum*

» *Atticarum* nomen. Is ipſe eſt, cuius teſtimoniis Plutar- d
» chus in Theſeo ſaepius utitur, & Scholiaſtes quoque
» Ariſtophanis, proverbia explicans, ὁ Διὸς Κόρινθος, ad
» Ran. [vſ. 442.] & *Noctuam Athenas*, ad Aves. [vſ.
» 302.] An idem ſit DAMON, qui *de Byzantio* ſcripſerat,
» teſte Athenaeo lib. X. [pag. 442. c.] non ſcio. « [Et
iuxta cum Caſaubono ignorare ſe fatetur HEMSTERHU-
SIUS ad Comici Plut. cuius vide totam Adnotationem ad
Scholiaſt. Plut. vſ. 1003. pag. 352 ſq.] » Fuit & *Damius*
» Colophonius, ſcriptor alius, multo recentior; cuius
» nonnulla extant in Athenaei de Machinis bellicis libello. «
CASAUBONUS. — Alius item eſt *Damon Muſicus*, Noſtro
memoratus XIV. 628. c. Laudatur quidem & *Cleidemus*,
Ἀτθίδος (i. e. *Atticarum Rerum*) ſcriptor, cum apud alios,
tum apud Noſtrum; apud nonnullos item *Cleitodemus*: de
quibus in Indice Auctorum dicetur. At, certe etiam DE-
MONEM, (quamquam Voſſio de Hiſtoricis Graecis ſilen-
tio praetermiſſum) Ἀτθίδα *ſcripſiſſe*, dubitare nos non finit
Suidas; qui in voce Φιλόχορος differte & iterato docet,
πρὸς τὴν Δήμωνος Ἀτθίδα (*adverſus Demonis libros Rerum
Atticarum*) *ſcripſiſſe Philochorum*; & *ipſum* Ἀτθίδα *compo-
ſuiſſe* πρὸς Δήμωνα, *adverſus Demonem*. Conf. Plutarch. in
Theſeo pag. 8. a. & pag. 20. a. edit. Francf. Recte-ne
vero Caſaubonus hunc *Demonem*, Ἀτθίδος auctorem, eum-
dem cum ſcriptore περὶ Παροιμιῶν fecerit, ignorare ſe pro-
feſſus eſt Hemſterh. l. c. Eumdem Harduinus, neſcio quo
iure, (in Indice Auctorum a Plinio laudatorum) non di-
verſum ſtatuit a *Damone* illo Cyrenaico, quem *de Philo-
ſophis* ſcripſiſſe Laërtius refert I. 40.

Θυμοίτης. » *Thymoetes*, cuius meminit Damon, Oxyn-
» tae regis Athenarum ex concubina filius fuit: qui ulti-
» mus ſtirpis Theſei regnum obtinuit; mox ſcelere par-
» tum imperium amiſit, ſpoliante *Melantho Meſſenio*. [Te-
» ſtes,] Pauſanias, Euſebius, alii. « CASAUBONUS; & ante
eum iam DALECAMPIUS. — *Mox*, ὅπου κατοικήσῃ. e
Graeciſmus, ni fallor, indicativum κατοικήσει deſi-
derabat. Sed ex *ms. A.* nulla diſcrepantia enotata: in *ms.
Ep.* vero terminatio verbi nullo modo, non dico expreſ-
ſa, ſed ne indicata quidem. In eodem vero *ms. Ep.* pro
ὅπου eſt ὅποι, non male: *quo nam habitatum concederet.*
In his quae ſequuntur, ἔνθα ἂν ξενίοις πρῶτον τιμηθῇ, τοὺς
πόδας αὐτῷ - - - παραθέντων, nil mutant libri: quae

e ſi vera eſt & integra ſcriptura, erit παραθέντων genitivus abſolute & indefinite poſitus, ita ut intelligatur παραθέντων τινῶν, vel παραθέντων τῶν τιμώντων.

AD CAP. LI.

» De *Vulva ſuilla* ita ſcribitur: Μήτρα ἐξῆς ἐπεισηνέχθη, » μητρόπολίς τις ὡς ἀληθῶς οὖσα καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκρά- » τους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα. *Deinde illa* » *ta eſt vulva, metropolis revera & mater filiorum Hippocratis,* » *quos propter ingenium ſuillum ſcio eſſe comicis irriſos.* Non » ſunt iſti magni Hippocratis liberi Teleſippus, Demo- » phon & Pericles, de quibus extat vetus dictum, *Tres* » *fratres:* ſed lurconis cuiuſdam Athenienſis ſoboles, quae » proverbium ſuſtulit, τοῦ πατρὸς τὰ παιδία: helluo pa- » ter, helluones filii. *Horum* ait fuiſſe *metropolin & matrem,* » *vulvam ſuillam:* quaſi *porcos* appellaret *porca natos.* Non » ex alio animali numeroſior materia ganeae. Alludit au- » tem ſcriptor eruditiſſimus ad verſus Antiphanis in Philo- » metore, qui ſuper *vulva* aliquanto poſt [p. 100. d.] citan- » tur: aut etiam fortaſſe ad dictum Chryſippi, qui Arche- » ſtrati carmen, quo ganeonum gulam erudiit, μητρόπολιν » τῆς Ἐπικούρου φιλοσοφίας nominavit. [p. 104. b.] Apage vi- » ri docti emendationem, μητροποιὸν ſcribentis pro μητρόπο- » λιν. « Haec CASAUBONUS: — in quibus ſunt nonnulla, quae imprudenti viro doctiſſimo excidiſſe videntur. Nam ſtatim quidem, quod de *emendatione* ait *viri docti* μητροποιὸν *ſcribentis*, id ad neminem alium pertinere poſſe videtur, niſi ad Dalecampium, qui locum iſtum in verſione ſic expreſſerat: *Allata deinceps eſt* μήτρα, *id eſt vulva ſuilla, revera* μητροποιὸς, *id eſt foecunda, ac mater filiorum Hippocratis*, &c. Itaque Caſaubonum ſi audias, diceres *ſuo ex ingenio Dalecampium* μητροποιὸς *pro* μητρόπολις *poſuiſſe.* Atqui iſtud ipſum μετροποιὸς iam & Baſileenſis & Veneta exhibebat editio: Caſaubonus vero, poſtquam in ſua editione μητρόπολις poſuiſſet, dein, cum iſtam Animadverſionem conſcriberet, immemor quid feciſſet, nec inſpiciens Baſileenſe exemplum, (taceo Venetum, quod numquam inſpicere conſueverat) eamdem ſcripturam in ſuperioribus etiam editionibus obtinuiſſe ſibi perſuaſerat, quam in ſuo exemplo ob oculos habebat. Nec id vero eo dico, quod probem iſtam veterum editionum ſcriptu-

ram. Vocem μητρόπολις haud dubie ex Italicis ſuis Excer- e
pris adoptaverat Caſaubonus, & eamdem uterque noſter
codex exhibet, *ms. A.* quidem perſpicue ſcriptam, codex
Ep. vero ita decurtatam in fine, ut mihi quidem certum
ſit nil aliud vel debuiſſe vel voluiſſe calligraphum; ſed ut
ut poſſis tamen utcumque pro μητροποιὸς accipere. Quare
Venetus editor, cum ei non placeret vox μητρόπολις,
quam dabant codices plenioris operis, ex codice Epito-
mae, quo ille ſimili noſtro utebatur, hanc vocem adſci-
viſſe videtur, quam ibi reperiſſe ſibi viſus erat. Ego ve-
ro, licet minime mihi perſpicuum eſſe fatear quid ſibi
velit frigidus ille luſus, quem in his verbis Auctor no-
ſter facit, tamen tenendam librorum ſcripturam arbi-
tror; eoque magis, quo minus video quid inauditâ voce
μητροποιὸς lucremur, quam defendit quidem Rob. Keu-
chenius in Notis ad Samonicum de Medicina, pag. 220.
De *Hippocratis filiis*, quos *a Comicis ob ingenium ſuillum
irriſos* ait, vide Ariſtoph. Nub. 997. & quae ibi cum a
Scholiaſte, tum a Küſtero adnotata ſunt, quaeve ex eo-
dem Scholiaſte repetiit Suid. in Βληχὴ, in Τοῖς Ἱπποκρά-
τους, & in Ὑῶδεις. Quod Caſaub. ait, non agi *de magni
Hippocratis Coi Medici filiis*, ſed de *Athenienſis cuiuſdam illi
cognominis*, id cum aliis argumentis, tum & ex chronolo-
gica ratione demonſtravit *Ger. Io.* Vossius, Inſtitut. Orato-
riar. lib. II. cap. XII. ſect. 8. Tom. III. Operum p. 97.
Quos autem idem Caſaubonus ita nominat, ut *Coi Me-
dici filios* videatur dicere, *Teleſippum*, *Demophontem & Pe-
riclem*; hi ſunt ii ipſi, quos ut *porcini & ſtupidi ingenii homi-
nes* exagitarunt comici poëtae. Quod εἰς ὑωδίαν κωμῳδου- f
μένους hos dicit Athenaeus & Comici ſcholiaſta, pro eo Ga-
lenus (citatus Küſtero ad Nub. l. c.) ait, οἱ Ἱπποκράτους
υἱεῖς οὓς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ κωμικοί.

τοῖς δὲ Κυνικοῖς τούτοις παρακελεύομαι. Sic mihi vel
invitis libris ſcribendum viſum erat; quod & Dalecampio
video probatum, qui ſic vertit, *Cynicos vero hos tacere
iubeo.* In Epit. haec deſunt. *Mox*, quod ſequitur, πλὴν
εἰ μὴ καὶ τῶν &c. videri poterat aut πλὴν abundare aut
μὴ particula: ſed illum pleonaſmum fert graeci ſermonis
uſus, cuius exempla collegit H. Steph. in Theſ. III. 386. g. h.

Πλάτων ἔφη ἐν Πρωταγόρᾳ. Plato in Protag. p. 162 ſq. a
T. III. edit. Bip. *Ibid.* δι' αὐτῶν συνεῖναι. Sic ex Epit.
ſcribi iuſſerat Caſaub. pro συνιέναι, quod conſentiente

ms. A. editum erat. Rectius autem fuisset ξυνεῖναι, quemadmodum & mox ξύνεισιν consentientibus libris editum est, & paulo post, pro συνεῖναι ἀνευ, *ms. Ep.* ξυνεῖναι habet. ἐν τῷ πότῳ recte edd. cum *ms. Ep.* sed τόπῳ corrupte *ms. A.* frequenti librariorum confusione. *Mox*,
b ubi est οὐκ ἂν ἰδοις αὐλητριδας, oportebat ἰδοις οὐτ' αὐλητρίδας: sic quidem *mss. A.* & *Ep.* ut est apud Plat.

Τοῦτο δ' ὑμεῖς ποιεῖτε, ὦ Κύνουλκε, πίνοντες, μᾶλλον δ' ἐκπίνοντες. Quo rursus specimen capiat Lector rationis, qua, quae scripserat Athenaeus, tractaverit subinde Epitomator; adponamus quae ille hic habet, istorum loco quae adscripsimus, & eorum quae sequuntur apud Auctorem usque ad finem huius capitis. Σημείωσαι, inquit, ὅτι διαφέρειν ἔοικε παρὰ τῷ ῥήτορι τούτῳ τὸ πίνειν τοῦ ἐκπίνειν· εἶναι γὰρ ἐκπίνειν καὶ τὸ πάνυ πίνειν. ὃς καὶ φησὶ τοὺς πίνοντας, οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλὰ τινὸς πνεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάσσῃ σώματα, ζῆν.

c Platonis verba *ex Philebo*, leguntur pag. 229. T. IV. ed. Bip. In his, recte πλεύμονος Atticam formam dabant edd. vett. cum *ms. A.* pro πνεύμονος quod erat in ed. Cas. *In fine*, mendose μετ' ὀστρέων ἐμψύχων ἐστὶ σωμάτων edd. cum *ms. A.* ubi ὀστρείων ἔμψυχα ex Plat. corrigi iussit Casaubonus, interpretatione hac adiectâ: *non hominum sed pulmonum vitam vivunt, & eorum marinorum, quae in testaceis corporibus sunt animata.* — » Postrema verba (inquit idem Casaub.) »periphrasin continent ignavissi»morum ostreorum, quorum vita non multum differt a »vita plantarum. Platonis locum illustrabunt Galeni verba, »quae adscribam ex commentario De Embryonum in ute»ro formatione: ὥστε τὸ κυούμενον οὐ μόνον ὡς φυτὸν ἔτι »τὴν διοίκησιν ἔχειν, ἀλλ' ἤδη καὶ ὡς ζῶον, ὁποῖα ζῶα χῆ»μαί τ' εἰσι καὶ κήρυκες καὶ πίνναι καὶ ὄστρεα καὶ λεπά»δες, ἤτοι γ' ὀλιγίστης ἢ οὐδ' ὅλως δεόμενον κινήσεως σφυγ»μικῆς. Talia sunt etiam tethya, spongiae, holothuria, »aliaque hoc genus zoophyta, de quibus accurate Ari»stoteles libro quarto de Partibus Animalium. In x. Ni»comacheorum, & primo ad Eudemum, *qui semper dor»miunt*, φυτοῦ ζῆν βίον dicuntur: pro quo Hieronymus »ad Pammachium, *in modum glirium vivere.* Caeterum, *ostrei »vitam vivere* paullo aliter usurpat Plutarchus in commen»tario Salubrium Praeceptorum, de iis loquens qui ne»cessitatem uno eodemque semper modo vivendi sibi im-

» posuerunt: οὐκ ἀσφαλὲς, ait, οὔτε ῥᾴδιον, οὐδὲ πολιτι- c
» κὸν, οὐδ' ἀνθρωπικὸν, ἀλλ' ὀστρέου τινὸς ζωῇ προσεοικὸς
» ἢ στελέχους, τὸ ἀμετάστατον τοῦτο. « — De *pulmone marino*, animanti ex Meduſarum quae vocantur genere, dixit HERMANNUS olim noſter, in Adpendice Adnotationum noſtrarum ad Polyb. lib. XXXIV. p. 117.

AD CAP. LII.

Κοιλιόδαιμον ἄνθρωπε. Vide infra ad pag. 100. b. *Ibid.* Κεῖται, οὐ κεῖται; Vide totius operis Argumentum, I. 1. d. & Animadv. T. I. p. 17.

» *Ulpianum*, ait Cynulcus, τὰς ἀκάνθας συνάγειν, aſſi- d
» duas illius diſputationes de vocibus reprehendens. *Spi-*
» *nas* vocabant Grammaticorum quaeſtiunculas. Antipha-
» nes in Epigrammate de Grammaticis, ἀτυχεῖς σῆτες ἀ-
» κανθοβάται. Sunt quibus placeat ἀκανθοβόται, *qui ſpinis*
» *veſcuntur*: ſed verum omnino eſt ἀκανθοβάται, *per ſpi-*
» *nas ingredientes.* « [Vide Analect. Brunckii T. II. p. 205. num. 5. & Iacobs Animadv. Voll. II. P. II. pag. 122 ſq.] » Quod unica hac voce Antiphanes intellexit, pluribus » expreſſit Athenaeus, ὃς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν » ὄνωνιν ἀεὶ διατριβων, *verſans aſſidue inter echinopodas &* » *aſperas ononis.* Echinopus, & ononis, ſive anonis, acu- » leatarum herbarum genera ſunt. « CASAUB. — *Ononis* vel *anonis* frequens apud nos fruticulus eſt. *Echinopoda*, DALECAMPIUS ait, cardui genus eſſe, frequentiſſimum in inſula Chio, capitibus plurimis, ampliſſimis, ſpinoſiſſimis, &c. cuius nomen hodierni adhuc Graeci retinent. Vide Bodaeum ad Theophr. pag. 605 ſq. Hexametrum iſtum neſcio cuius poëtae, ab Athenaeo citatum, adiecto pentametro, ad quem ſimul hîc reſpicitur, laudavit Plutarchus, Sympoſ. IV. 1.

> Ὡς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
> φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.
> *Inter echinopodas velut aſperam & inter ononin*
> *interdum florent mollia leucoia.*

Quod iam idem adnotaverat DALECAMPIUS. Pro τρηχεῖαν & ἀνθέων, corrupte τρηχίαν & ἀναθέων ſcribitur in *cod. A.*

» Ulpianum reprehendit Cynulcus, quod *strenam* » Romanorum graece dixiſſet ἐπινομίδα. Mihi videtur hic

d » Ariſtarchus & imperite facere & inhumane. Exiſtimo » enim, ita ab Ulpiano vocatam non *ſtrenam quamcumque*, » ſed eam quae *Imperatori de more donabatur anni novi ini-* » *tio.* Haec vero elegantiſſime poteſt dici ἐπινομίς: quip- » pe data *ultra legitimum canonem & onera neceſſaria*, quod » pulcre exprimitur graeca illa voce. Notabamus ad Sue- » tonium, [Tiber. c. 34.] deeſſe Graecis vocabulum quo » latinum *ſtrena* reddant ἓν ἀνθ' ἑνός. Quare laudanda po- » tius Ulpiani induſtria, qui iſtud non inepte excogitavit, » quam reprehendendus conatus; etiamſi minus eſt quod » voluit aſſecutus. Alii Graeci novum verbum εὐαρχισ- » μὸς finxerunt in eam rem, ut pridem diximus. Recte » autem Athenaeus ſcribit, *ſtrenae & morem & nomen ab* » *antiqua traditione ductum eſſe veterum Romanorum.* Symma- » chus libro X: [Epiſt. 28.] *Ab exortu paene urbis Martiae* » *ſtrenarum uſus adolevit, auctoritate Tatii regis: qui verbenas* » *felicis arboris ex luco Streniae anni novi auſpices primus ac-* » *cepit D. D. Imperatores. Nomen indicio eſt, viris ſtrenuis* » *haec convenire ob virtutem: atque ideo vobis huiuſmodi inſi-* » *gne deberi, quorum divinus animus magis teſtimonium vigi-* » *lantiae, quam omen exſpectat.*« CASAUBONUS. — Confer Lexica Latina in *Strena.*

εἰ μὲν τὴν Πλάτωνος ζηλώσας. »Platonis *Epinomis* eſt li- » brorum de Legibus velut Appendix & Auctarium.« DALECHAMP. — Vide Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. pag. 27. *Ibid.* μαθεῖν βουλόμεθα. In latina verſione nil fortaſſe opus erat adiectis verbis, *quam id recte facias. Ibid.* μέρος τι τριήρους. Haec ex Athenaeo, & quidem ex Epitome, ut conſtanter fecit, citavit Euſtath. ad Iliad. σ'. p. 1225, 22. Heſychius: Ἐπινομίς· ἐν τοῖς ναυτικοῖς λέγεται.

e » Quae deinceps ſequuntur *reprehenſiones Ulpiani*, omnes » eiuſmodi ſunt, ut ex illis (ſi modo iniuria ei non fit) » adpareat hominis ingenium prorſus φιλόκαινον. Neque » enim adduci poſſumus, aut ullo modo debemus, ut » viro exacte & ſolicite docto ex Helleniſmi imperitia has » ſtribligines excidiſſe arbitremur. Verius puto, Ulpianum » his vocibus & loquendi generibus uſum vel per iocum, » ut eos rideret qui ſerio ita loquerentur, vel ut πο- » λυαναγνωσίαν ſuam venditaret, aureſque eruditorum in » ſe converteret. Fieri enim poteſt, ut iſta, quorum no- » mine hîc reprehenditur, apud ſcriptores non poſtremae » notae reperiſſet. Multa enim, ut ſcimus, etiam Cicero-

»nibus & Demoſthenibus, nedum poëtis qui ſibi omnia e »licere volunt, exciderunt notanda potius quam imitan»da. Contra Ulpianus, cum in antiquis ſcriptoribus ſe»mel fortaſſe horum aliquid obſervaſſet, illo uti non ve»rebatur. Hinc illa ſartago loquendi, cuius hic a Cynico »philoſopho accuſatur. Ait igitur: Οὐ σὺ εἶ ὃ καὶ τὸν »καινὸν καὶ οὐδέπω ἐν χρείᾳ γενόμενον φαινόλην (εἴρηται »γάρ ω βελτιστε καὶ ὁ φαινόλης) εἶπὼν, Παῖ Λευκε, δός »μοι τὸν ἄχρηστον φαινόλην. Quid in Ulpiano reprehen»datur hic a Cynulco, non viderunt interpretes. Nata»lem mitto, nimis ubique Natalem. Dalecampius exiſti»mavit, notari vocis φενόλης inſolentem uſum pro φαι»νόλης. « [φαινώλης hic ſcripſerat Dalech. putans reſpici diverſam ſcripturam per αι diphthongum & ω.] »Sed »fallitur vir optimus; nam ita verti debuit: *Nonne is tu* »*es, qui novum & quo uſus nondum eras* φαινόλην (*reperi*»*tur enim, vir optime, paenula dicta* φαινόλης) *dixiſti* »ἄχρηστον? *Puer Leuce da mihi paenulam* ἄχρηστον. Vi»detur Ulpianus puerum ſuum latine compellans *paenulam* »petiiſſe. Cynulcus, ut graece idem diceret, φαινόλης »pro latino verbo poſuit: ſed Ulpiani reformidans inge»nium, excuſationem adiecit: *ideo ſe ea voce uti, quia* »*extaret apud ſcriptores nonnullos.* At Ulpianus ab illo ca»ſtigatur ob dictionem ἄχρηστος, qua uſus erat ſanequam »inſolenter pro οὐδέπω ἐν χρείᾳ γενόμενος, *qui nondum* »*fuit in uſu.* Id verbi hac notione barbarum eſſe conſtat. »Quare etiam ditertiſſimus & Helleniſmi peritiſſimus Lu»cianus in Lexiphane [cap. 9. T. V. p. 188. ed. Bip.] hanc »vocem non praetermiſit. Ille liber, ingenioſiſſime con»fectus, veluti laterculum quoddam eſt omnium dictio»num ἀδοκίμων, quas ſemidocti homines Athenaei & Lu»ciani temporibus magno cum eruditorum faſtidio ſoliti »uſurpare. Verba Luciani ſub indocti cuiuſdam perſona »haec ſunt: Πυθόμενος δ' ὅτι στρατηγὸς ὀπτός ἐστι, λα»βὼν ἄχρηστα ἱμάτια, εὐήτρια, καὶ ἀφόρητα ὑποδήμα»τα, ἐξέφρησα ἐμαυτόν. In his paucis verbis multae ine»ptiae notantur. ὀπτὸς, ridicule poſitum pro ὁρατὸς, *qui* »*poteſt videri, qui incipit eſſe in conſpectu.* ἄχρηστα ἱμάτια, »pro *nova* & (ut Cynulcus interpretatus eſt) μηδέπω ἐν »χρείᾳ γενόμενα: inſulſe, & barbare; nam ἄχρηστον eſt »contrarium τοῦ χρηστοῦ, & rem *improbam* [*inutilem*] ſi»gnificat. Simile peccatum in ἀφόρητα, pro *nondum geſta-*

e »*ta*. Sic accipe paulo poſt, [pag. 98. a.] cum ait Pom- »peianus Philadelphenſis ore Cynulci, κόμιζέ μοι τὰς »βλαύτας τὰς ἀφορήτους, καὶ τὴν ἑφεστρίδα τὴν ἄχρη- »στον. Inepte etiam εὐήτρια appellat calceamenta: eſt »enim textrinae vocabulum, & veſti ſubtili ac bene tex- »tae convenit. Plato in Politico: λεῖον καὶ τὸ λεγόμενον »εὐήτριον ὕφασμα ξυνάγοντα ἐξ αὐτῶν. Strabo lib. XV. »τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας. Hic fatuus εὐήτρια »ὑποδήματα, *elegantes calceos* ſignificans, dixit. Etiam »Aeſchylus in Dictyargicis, (vel Dictyulcis, ut nomi- »nat Heſychius) ducta translatione a veſtibus, aliud ne- »ſcio quid εὐήτριον vocaverat, ſicut obſervat Iulius Pol- »lux lib. VII. cap. 10. Poſtremo & ineptum & βλάσφη- »μον eſt, pro *exii*, ἐξέφρησα, quod valet ἐξέρρησα, *in* »*perniciem abii*. In *verbis* Ulpiani, τὸ Λεῦκε perperam »putarunt eſſe adiectivum: nam aliud λευκὸς, aliud Λεῦκος. »Sic vocabant ſervos interdum, παῖ Λεῦκε: non παῖ tan- »tum, aut proprio ſolum nomine. Alexis: Παῖ Στρομβι- »χίδη, μὴ τῶν χειμερινῶν ἀργυρωμάτων. Vocabulum »φαινόλης multo ante Athenaei ſeculum Graece lo- »quentibus & ſcribentibus coepiſſe uſurpari & indicat ob- »ſcure Cynulcus, & ſcimus nos verum eſſe ex Epiſtolis »Pauli Apoſtoli.« [Vide Ep. ad Timoth. IV. 12. & quae ibi veterum teſtimonia collecta ſunt a Wetſtenio.] »Pu- »tamus autem, ut iam diximus, praeter τὸ ἄχρηστον, »caetera latine dixiſſe Ulpianum.« Casaubonus. — At non, quid dixerit *Ulpianus*, quaeritur, qui fortaſſe nihil horum umquam dixit; ſed quid dicentem Cynulcum, quaeve inepte dicta Ulpiano tribuentem exprobrantemque iſtum ſuum Cynicum finxerit *Athenaeus*. Atqui, ſi *latine* iſta ab Ulpiano dicta fuiſſe intellexiſſet Athenaeus, apertius haud dubie id ipſum declaraſſet. Iam illud quidem dubitatione caret, in hac iocoſa exprobratione non praecipue & ex profeſſo de vocabulo φαινόλης, ut Dalecampius exiſtimaverat, agi; ſed de voce ἄχρηστος, ridicule & ubi non erat ei locus, uſurpata. At nec illud dubitari poſſe videtur, ſimul de duplici forma, qua utebantur Graeci in eo nomine, quo latinum *paenula* efferebant, hîc in transcurſu neſcio quid docere voluiſſe Athenaeum, quod quidem per librariorum incuriam obſcuratum & obliteratum eſt. Ac ſane multam in graeco nomine efferendo varietatem obtinuiſſe, Grammatici docent: nam & ὁ παι-

νόλης dicebatur, (vide lectionem msstorum apud Polluc. e VII. 61. not. 40.) & ὁ φαινόλης, & ὁ φαινώλης, & φενόλης, & φενώλης; tum ὁ φαιλόνης, φαιλώνης, φελόνης, φελώνης: denique & in foeminino genere ἡ φαινόλη vel dorica forma φαινόλα reperiebatur, unde apud Hesych. in φαινόλα & apud Polluc. II. 71. citantur Rinthonis verba, ἐχούσῃ (vel ἔχοισα) καινὰν φαινόλαν, & apud Etymologum pag. 790, 5. τὰν φαινόλαν ἀποδύσασθαι. Quare, licet nullam hîc ex nostro *cod. A.* discrepantiam adnotatam videam, tamen, cum intra duas lineas ter repetatur istud nomen, persuasum habeo, duobus prioribus locis, ubi suo nomine loquens *Cynulcus* inducitur, aliâ formâ usum esse Athenaeum, atque tertio loco, ubi *Ulpiani* referuntur verba. Reliqua verba non magnopere quidem solicitem: sed magis clara foret oratio, si sic dixisset, οὐ σὺ εἶ, ὃς καὶ τὸν καινὸν - - λέγων, εἶπας· Παῖ Λεῦκε &c. *Nonne tu is es, qui quum recentem paenulam, qua numquam adhuc usus esses, dicere velles, dixisti, Puer Leuce* &c. Sed satis, atque nimis etiam profecto, morati nos sunt isti verborum lusus. — At ecce, novi instant, iique bene multi etiamnum: quos lubens equidem leviori pede transilirem, nisi moraretur magni auctoritas Casauboni, mira quadam gravitate haec omnia pertractantis, ac nescio quo modo haerentis etiam subinde, ubi nihil difficultatis subesse mihi videbatur.

»Sequitur alia castigatio: Εἰς βαλανεῖον δέ ποτε πορευό»μενος, οὐκ ἔφης πρὸς τὸν πυιθανόμενον, ποῖ δή; Ἀπο»λούμενος, ἢν δ' ἐγὼ, ἐπείγομαι. Duo hic notantur: ἀπο»λούμενος stulte, pro ἀπολουσόμενος, *loturus*, cum signifi»cet *periturus*. Sed mirum, quid praetexi isti voci quive»rit: causa enim dici nulla potest, cur ex ἀπολουσόμε»νος fiat ἀπολούμενος. In caeteris quo colore peccata te»gi potuerint, perspicuum est. λούμενος pro λουόμενος »scimus dixisse Atticos:« [vide Aristoph. Plut. 658. Eustath. ad Od. ζ'. pag. 259. 45. Maittaire de Dial. p. 9.] »pro λουσόμενος nemo unquam.« [At quid usitatius, Atticis praesertim scriptoribus, quam praesens ponere tempus notione futuri?] »Praeterea in Lexiphane hoc non »est notatum a Luciano. Scribebam aliquando ἀπολουσό»μενος: satis in eo ratus ἀκυρολογίας, quod pro λοίεσθαι »dixerit ἀπολούεσθαι: illud enim rectum, hoc non re»ctum; quemadmodum ex septimo Pollucis [nempe VII.

e 167. ubi in *lavandi* verbis ſolum λοῦσθαι commemoratur, non ἀπολοῦσθαι] »intelligimus, & uſu auctorum melio»rum. «[Scilicet prorſus quemadmodum latine *lavare in balneo* dicimus, non *abluere.*] »Propterea Lucianus ſuum il»lum barbarum ita loquentem inducit: [Lexiph. cap. 4.] »Δέος μὴ ἐν λουτρίῳ ἀπολουσώμεθα: & paulo ante, [cap. »2.] χαίρω μετὰ κάματον ἀπολουόμενος, ubi tamen ſcri»bi malim ἀπολούμενος, ut duplex ſit culpa, & ἀκυρολογία »& τὸ βλάσφημον. Eclogae Hoeſchelianae vulgatam le»ctionem [de qua nemini oboriri dubitatio debuerat] »aperte confirmant; etſi aliter, quam in editis, ſententia »ibi concipitur: Καὶ περὶ βαλανείου, inquit, ἠρώτα τὸν »παῖδα, ποῖ δὴ ἀπολούμεθα; « [Sic & noſter *ms. Ep.* ni»ſi quod in fine ἀπολούμεθον habet.] „Retinendum igitur »τὸ ἀπολούμενος: quam [lectionem] firmat etiam quod »ſubiicitur, *ea die periiſſe Ulpiano paenulam Canuſinam,* »*ſubreptam a balnearibus furibus*, vel *praemiatoribus.* Nam »indicare voluit Cynulcus, habuiſſe omen illam non mi»nus infauſtam quam ineptam vocem ἀπολούμενος. Sic »mox, [pag. 98. a.] ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον: *poſt iſta* »*lavabimus nos duo.* Alterum quod in ULPIANI ſuperiori»bus *verbis* notatur, eſt ἦν δ' ἐγώ: quae voculae tunc fre»quentes erant in ore τῶν Ἀττικιστῶν. Lucianus non uno »loco huius ſuae inſulſitatis eos admonet, & prout me»riti erant falſe irridet.“ CASAUBONUS.

Ibid. κανυσινὸς ex ſuperioribus editionibus noſtrae adhaeſit; nec id male. Commodius tamen fortaſſe videbitur κανυσῖνος, quod eſt in *ms. A.* Eamdem veſtem & κανυσῖνον & φαινόλην dici, monuit Salmaſ. ad Tertull. de Pallio p. 80. id quod vel ex hoc ipſo loco adparebat. Et ad κανυσῖνος intelligitur φαινόλης. *Canuſinam* Romani vocabant: ut Martial. XIV. 127 & 129. Vide Lexica latina.

f πρὸς γὰρ ὑμᾶς εἰρήσεται τἀληθῆ. Sic recte & ex uſu Graecorum dabant edd. vett. & *ms. A.* τἀληθὲς ed. Caſ. caſu-ne, neſcio, an editoris voluntate. *Ibid.* ὑπώπιον ἔλεγε. „In voce ὑπώπιον error perſpicuus eſt, qui dein»ceps notatur a Cynulco; neque hic quicquam obſcuri. »Facetus vero nimis cenſor iſte, errorem errore corri»git, & plane quod ait vetus verbum, ἦλῳ τὸν ἦλον, »πασσάλῳ τὸν πάσσαλον. Non enim minus eſt abſurdum, »πρόσκομμα appellare *plagam ſub oculo acceptam*, quam »ὑπώπιον nominare *vulnus tibiae illatum.* Scribe παρά τινι

»τῶν φίλων ἰατρῷ, cum vulgatis: hoc malo, quam f »ἰατρῶν quod habent mssti. Ait Cynulcus, παρά τινι τῶν »φίλων ἰατρῷ ὑπαλειφόμενος τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς πα»χεῖ φαρμάκῳ. Euſtathius extremo commentario in Ilia»dis ραψ. μ'. [p. 878, 30 ſqq.] totam hanc hiſtoriolam »deſcribens, mirificam prorſus lectionem affert, quam »unde ſit nactus non divino. Sic enim ille: [Παθόντος γάρ τινος πρόσκομμα, καὶ ἐρωτηθέντος τί τοῦτο, καὶ ἀμα»θῶς εἰπόντος, ὡς ὑπώπιον πάθοι,] »ἀκούσας τῶν τις »καὶ ἀστείων καὶ ἔσω λόγου, τὴν κεφαλὴν εἰς νέωτα ται»νίαις διαλαβών, ὅ ἐστι φασκίαις, καὶ ἐρωτηθεὶς τί πάθοι; »πρόσκομμα ἔφη. Unde illud εἰς νέωτα? *anno ſequen»te.* Unde illud ταινίαις? quod tamen ceu plane γνήσιον »Athenaei non profert ſolum, ſed etiam interpretatur.“ Casaub. — Subiicit etiam Euſtathius: Καὶ οὕτω τοῖς ἀκροαταῖς ἐκίνησε γέλωτα· ὡς ἐπίσης γελοῖον ὄν, ὑπώπια φάναι παθεῖν περὶ πόδας, καὶ πρόσκομμα περὶ πρόσωπον &c. Atqui in Athenaei Epitome, qua ſola uſus Euſtathius eſt, res iſta non aliter quam in opere integro narratur, & initio etiam truncata narratio eſt: quo minus ex Athenaeo iſta haurire Euſtathius potuit. Nec vero Athenaeum auctorem nominat, ſed his verbis introducit illam facetiam: Ὅτι δὲ ὑπώπια αἱ περὶ ὀφθαλμοὺς πληγαὶ μεθ' Ὁμηρον, δῆλον καὶ ἀπὸ σκώμματος παλαιοῦ. Παθόντος γάρ τινος &c. Quibus ex omnibus intelligi videtur, facetiam iſtam ab aliis etiam ſcriptoribus praeter Athenaeum olim memoriae proditam fuiſſe: ni ſtatuere maluerimus, minus recte recordatum Euſtathium, quibus verbis eam ab Athenaeo narratam legiſſet, ipſum eam exornaſſe. Apud Athenaeum παρά τινι τῶν φίλων ἰατρῷ percommode dederant edd. vett. cum *ms. Ep.* id eſt, *apud aliquem ſuorum familiarium, qui medicus erat.* ἰατρῶν ex Italicis ſuis excerptis edidit Caſaubonus, & ſic quoque ſcribitur in *ms. A.* quod merito dein improbavit idem editor. Nullus error librariorum frequentior, quam ὁμοιοτελεύτων cumulatio.

AD CAP. LIII.

»Tranſit Cynulcus, miſſo facto Ulpiano, ad ſimilem »*Pompeiani Philadelphenſis* [cuius nomen ſicut ipſius *Cy»nulci*, fictum ab Athenaeo intelligi debet] criminatio»nem; cui hoc tribuit elogium, ἄνθρωπος οὐκ ἀπάνουρ-

a »γος, ὀνοματοθήρας δὲ καὶ αὐτός: id eſt, *homo induſtrius*, »*ſed verborum etiam ipſe captator.* οὐκ ἀπάνουργος valet »πανοῦργος, *ſolers & induſtrius*: nam ea vox interdum in »bonam partem accipitur. ὀνοματοθήρας dicitur *cuius omne* »*ſtudium in vocularum obſervationibus poſitum.* Philo Iudaeus, »de Eſſenis loquens: φιλοσοφίας τὸ λογικὸν, ὡς οὐκ ἀναγ»καῖον εἰς κτῆσιν ἀρετῆς, λογοθήραις ἀπολείπουσιν. Aptid »Epiphanium λεξιθὴρ ſonat eum qui undique ex ſacris »literis voculas aucupatur ad ſui dogmatis confirmatio»nem, ut lib. II. contra Arianos, προπυδήσαντες τοίνυν »οἱ λεξιθῆρες εὐθὺς: & paullo poſt, περιελείπετο δὲ τοῖς »λεξιθήρεσι τὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρόσωπον: & λεξιθη»ρεῖν ſaepe apud eundem ſcriptorem. « CASAUB. — καὶ αὐτὸς, *etiam hic ipſe*, ait, *vocabulorum venator* vel *aucupator erat*: ſcilicet, perinde atque Ulpianus, qui ut talis deſcriptus eſt capite ſuperiori, & ſaepe aliâs diſerte eò nomine adpellatur; de quo vide Animadv. T. I. p. 20. ad I. 1. e. Eiuſdem formae ſunt ὁ κογχοθήρας, *qui conchas venatur*, III. 85. d. σωληνοθήρας, *qui ſolenas*, III. 90. e. συοθήρας, *aprorum venator*, III. 95. d. (Sed diverſam rationem habet ὁ πιννοθήρας, *qui cibum pinnis venatur*, de quo dictum ad III. 89. e. quod nomen ſive per ſermonis abuſum, ſive per librariorum errorem, pro πιννοτήρης interdum reperiri vidimus.) Plura eiuſdem generis collegit REINESIUS Var. Lect. I. 6. qui contra Caſaubonum contendit, etiam apud Epiphanium eamdem nominis formam ὁ λεξιθήρας, non ὁ λεξιθὴρ, eſſe ſtatuendam: quod quale ſit, non vacat nunc disquirere. Pro Πομπηιανὸς temere in ed. Caſ. 1. Πομπηΐος erat excuſum, contra veterum editionum & utriusque noſtri codicis fidem. Veram ſcripturam reſtituerunt qui editiones Caſ. 2. & 3. curarunt.

»Huius igitur Pompeiani ineptias videamus. De illis »βλαύτας ἀφορήτους, & ἐφεστρίδα ἄχρηστον dictum iam »ſuperiore capite. [ad pag. 97. e.] Addit, Ἐγὼ γὰρ ὑπο»δησάμενος τὸν πώγωνα προσαγορεύτω τοὺς ἑταίρους. Vi»detur fuiſſe moris, ut, qui *promiſſam barbam* alerent, »eam *nodo adſtringerent*, aut neſcio quomodo *vincientes com»ponerent*: quod hodieque facere multos videas. Hanc »barbae δέσιν Pompeianus intelligit: qui tamen ut inepte »uſus in ea re verbo ὑποδεῖσθαι, [quod ad *ſubligandos cal»ceos* pertinet,] βαρβαρισμοῦ reus peragitur a Cynulco.

» Sic accipiebam apud Lucianum verba Lexiphanis, [cap. a » 5.] Ἐγὼ μὲν ὑποδησάμενος ἐξυόμην τὴν κεφαλὴν ὀδοντῇ » ξύστρᾳ: nisi tamen ὑποδησάμενος significat ibi *involutis* » *humeris linteo:* ita enim fieri amat quoties aut caput pe- » ctimus, aut operam tonsori damus. Plautus Capteivei, » *Ne id quidem involucre inducere voluit, vestem ut ne inquinet.* » Graeci ὠμόλινον, ut Pollux adnotat. [X. 64. conf. Athen. » IX. 410. b.] ὀδοντὴ ξύστρα, *dentata strigil*, ridicula pe- » riphrasis *pectinis.* Caeterum, qualis ista fuerit barbae » δέσις, nondum didici ex lectione veterum. Nam περι- » δεῖσθαι πώγωνας in Concionantibus [Aristoph. Eccles. » 273.] diverso plane sensu mulieres dicuntur, quae, ut » viros mentiantur, imberbe mentum *ascititiâ barbâ* sibi » vestiunt. Pergamus. Ὄπτὸς γάρ ἐστί μοι τάριχος· κό- » μιζε δὲ τοῦ ἐλαίου τὴν λήκυθον. *Est enim mihi assum salsa-* » *mentum: Tu vero affer mihi olei ampullam.* Nihil est in his » verbis, quod, prima facie, cuiusquam eruditas aureis » iure offendat. Nam quod arbitrantur interpretes, [nem- » pe Dalech.] ἐλαίου λήκυθον inepte dici, tam falluntur » iudicii, quam faciunt imperite cum vertunt *trullam:* non » poterant absurdius. Caeterum στλεγγὶς καὶ λήκυθος, *stri-* » *gil & ampulla*, adeo nota supellex est balineas peten- » tium, in omnibus Graecis Latinisque scriptoribus, ut ad- » monuisse pudeat. Sic autem accipio hîc quoque τοῦ ἐλαίου » τὴν λήκυθον: quare etiam praecedentia verba, ὀπτὸς γάρ » ἐστί μοι τάριχος, interpretor de *cute squallida & illuvie* » *deformata*, quae insulsa translatione appellatur *assatum* » *salsamentum.* Lexiphanes [cap. 2.] hoc dicit, καιρός ἐστι » χρίεσθαι τὸ ἡλιοκαές. « CASAUBONUS. — Ridicula in isto dicto (ὀπτὸς γάρ ἐστί μοι τάριχος) duo inesse visa erant DALECAMPIO: alterum, quod τάριχος masculino genere dixit: alterum quod salsamenta non *assantur*, sed *elixan-* *tur.* Non recordatus videtur vir doctus, paulo inferius (pag. 119. b. c.) plurimis optimorum auctorum testimo- niis ex professo demonstrari, τὸν τάριχον in masculino genere recte dici; tum & ibidem (pag. 119. c.) ex Cra- tete adferri dictionem ὀπτᾶν τοὺς ταρίχους, & ex Epi- charmo (p. 119. e.) hanc ipsam dictionem τάριχος ὀπτός. Quare huius quidem interpretis non ferenda erat ratio; nisi statueris, Athenaei aetate & soloecum vulgo visum esse, ὁ τάριχος in masc. gen. dicere, & prorsus inusita- tum fuisse *assare* salsamenta, adeoque irridentem ista Cy-

a nulcum ab auctore noſtro induci. At id equidem minime urgeam. Caeterum cum per ſe nimis violenta & obtorta videtur Caſauboni interpretatio, tum vero minime conveniens cum γὰρ particula, qua iſta verba, ὀπτός ἐστί μοι τάριχος cum praecedentibus coniunguntur. Eamdem tamen Caſauboni rationem acerrimus alioquin perpetuusque doctiſſimi Viri obtrectator, Gallicus interpres, adoptavit, verba iſta in hunc modum reddens: *Mais ma faumure eſt cuite, (j'ai la craſſe ſechée ſur la peau) ainſi apporte la phiole* &c. Ubi vides, quo tolerabilis utcumque ea ratio fieret, γὰρ particulam in ἀλλὰ fuiſſe mutandam. Equidem, verba ὀπτὸς τάριχος uſitata notione accipiens, ſuſpicatus eram ἀκυρολογίαν quamdam primum ineſſe in verbo προσαγορεύσω, quod de *ſalutatione* & *officio principis* potiſſimum uſurpabatur; cum hic homo, *ſodales* ſuos *ad coenam vocaturus*, nude καλέσω vel εἰς δεῖπνον καλέσω dicere debuiſſet. Tum vero in illis, κόμιζε δὲ τοῦ ἐλαίου τὴν λήκυθον, nimia quaedam emphaſis & ridicula ineſſe gravitas videbatur, cum nude κόμιζέ μοι τὴν λήκυθον, aut ſaltem τὴν ἐλαίου λήκυθον oportuiſſet. Neſcio an etiam ipſum verbum κόμιζε, cum hoc loco, tum paulo ante poſitum, nimis grave ſit & parum aptum in ea re de qua agitur. Denique vero, ut ad iſta verba ὀπτὸς γάρ ἐστί μοι τάριχος pauliſper redeam, non debeo praeterire, in ed. Ven. non τάριχος, ſed λάριχος ſcribi; eiuſque ſcripturae primam originem ex ipſo noſtro vetuſtiſſimo *cod. A.* eſſe repetendam, in quo ſic plane ſcriptum eſſe prima ſpecie videtur, ut etiam dubitare aliquis poſſit quid ſit quod ſub iſta lateat ſcriptura. At, verum ſi quaeris, nihil aliud dare vel debuerat vel voluerat librarius, niſi ipſum τάριχος, quam vocem recte in Graeco contextu primus poſuit editor Baſ. praeeunte Natale Comite in latina verſione. Figura illa quae in noſtro *ms. A.* ſpeciem literae λ refert, abhorret a conſtanti uſu noſtri librarii in pingenda λ litera, ac nihil aliud eſt, niſi τ litera, quae nonnihil deformis & in dextrum latus inclinata h. l. exciderat feſtinanti ſcribae. In *ms. Ep.* cum & praecedentia & ſequentia hoc loco exhibeantur, ipſa illa quinque verba ὀπτὸς - - - τάριχος praetermiſſa ſunt.

» Subiicit Cynulcus, πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον: » *prius enim ambo defricabimur.* Hoc quidem Pompeianus vo- » luit, ſed verbo uſus eſt & alieno & inominato. ξύεσθαι

» & τρίβεσθαι Graeci hoc dicunt. συντρίβεσθαι idem eſt, a
» ac latinis *conteri*. Quid ſit diſcriminis inter συντρίβειν &
» τρίβειν vel ἐκτρίβειν, nemo ignorat linguae huius non
» imperitiſſimus. Levitici cap. VI, 28. ex interpretatione
» τῶν LXX, ut putant: Σκεῦος ὀστράκινον, οὗ ἐὰν ἑφθῇ
» ἐν αὐτῷ, συντριβήσεται· ἐὰν δὲ ἐν σκεύει χαλκῷ ἑφθῇ,
» ἐκτρίψει αὐτὸ καὶ κλύσει ὕδατι. *Vas teſtaceum, in quo*
» *fuerit coctum*, συντριβήσεται, *confringetur: ſin autem in ae-*
» *reo vaſe coxerit*, ἐκτρίψει, *detergebit illud, & aquâ abluet.*
» Inde συντριβὴ, *calamitas*. Baſilius: ὅταν σοι προσέλθῃ ἀδι-
» κηθεὶς, μὴ ὑπερίδῃς αὐτοῦ τὴν συντριβήν. Iure ergo irriſi
» doctis qui de *balneorum frictionibus* loquentes eo verbo
» uſi, ut Pompeianus hic, & Lucianeus Lexiphanes, [cap.
» 2.] εἶτα συντριβέντες &c. « CASAUBONUS. — De verbo
ἀπολούμεθον paulo ante dictum eſt ad pag. 97. e. In *ms.*
Ep. h. l. ſcribitur συντριβησόμεθα, εἶτα ἀπολούμεθα.

Ibid. Φεβρουαρίῳ μηνὶ, -- τὸν δὲ μῆνα τοῦτον κληθῆναί b
φησιν ὁ Μαυρούσιος Ἰόβας ἀπὸ τῶν κατουδαίων φόβων κατ'
ἀναίρεσιν τῶν δειμάτων. Cum ſuſpectam mihi eſſe huius
loci ſcripturam ſignificarem in Notulis contextui ſubiectis, malueram tali quodam modo ſcriptum, ἀπὸ τῆς τῶν
κατουδαίων φόβων καθάρσεως, aut ἀπὸ τῶν κατουδαίων φό-
βων καὶ καθάρσεως τῶν δειμάτων. Sed conſentit in vulgatam ſcripturam codex uterque; quae, quoniam de IUBAE
graeco ſtylo non licet nobis hodie iudicium facere, ferenda videtur in eamdem fere ſententiam: ſcil. ut κατ'
ἀναίρεσιν idem valeat ac παρὰ vel διὰ τὴν ἀναίρεσιν. Iubae ſententiam *Gerard. Io.* VOSSIUS in Etymologico (Opp.
Tom. I. pag. 243.) ita accepit, quaſi *Februarium* is veluti
φοβερὸν dictum voluiſſet. Mihi, Athenaei verba conſideranti, viſus erat Maurus ſcriptor (cui nec Romanus ſermo, nec Graecus, patrius fuerat) vocabulum Φεβρουάριος ex nomine φόβος & verbo ἀναιρεῖν vel αἴρειν compoſitum conflatumque ſtatuiſſe. κατουδαῖοι ſunt *mortui, inferi*. Heſychius: Κατουδαῖοι· νεκροὶ, κατάγειοι. οἱ κατου-
δαῖοι φόβοι ſunt οἱ φόβοι ἀπὸ τῶν κατουδαίων. δείματα
ſunt *terriculamenta*. Heſych. Δεῖμα· δέος, φόβος, φόβητρον.

Ibid. καὶ ἔθος τότε τοῖς κατοιχομένοις τὰς χοὰς ἐπιφέ-
ρειν πολλαῖς ἡμέραις. Recte χοὰς ed. Ven. cum msstis.
Temere χόας ed. Baſ. & Caſ. De re, quae hic agitur, tum vero & de verbis nonnullis, haec adnotavit CASAUBONUS: »Quod ſequitur *de menſis Februarii appellatione*,

b » *& inferiis quae eo menſe dabantur manibus defunctorum*, ex » latinis ſcriptoribus & Plutarcho nemo hodie neſcit. « [Latinorum Scriptorum teſtimonia collecta habes apud VOSSIUM in Etymologico, voc. *Februa*, & *Februarius*. Plutarchum vide in Numa, p. 72. ed. Francf. & in Quaeſt. Rom. pag. 272.] » Id vero inſtitutum a Graecis manaſſe » ad Romanos, paucis fortaſſe notum eſt. Obſervamus » tamen nos, in diverſis Graecorum urbibus eadem ſacra » eodem tempore ſolita celebrari. De Athenienſibus teſtis » Heſychius: Μιαραὶ ἡμέραι, inquit, τοῦ ἀνθεστηριῶνος μη» νὸς, ἐν αἷς τὰς ψυχὰς τῶν κατοιχομένων ἀνιέναι ἐδόκουν. » Antheſterion, inter menſes Atticos, Februarii Romani & » Martii partem complectitur. Similiter Apolloniatas menſe » Antheſterione ſolitos τὰ νόμιμα συντελεῖν τοῖς τελευτή» σασι ſcribit Athenaeus lib. VIII. [pag. 334. e.] Porro, » quae hîc de *Expiationibus mortuorum* dicuntur, non alio » ſpectant, quam ut *totius anni frigidiſſimos* fuiſſe *illos dies* » ſciamus: ideo ait ἐν ᾧ τοῦ χειμῶνός ἐστι τὸ ἀκμαιότα» τον. Cum igitur haec anni tempeſtas eſſet, hic coeli ſta» tus, tamen ita loquitur Pompeianus: οὐκ εἰδές με πολ» λῶν ἡμερῶν διὰ τὰ καύματα. *Plures ſunt dies cum non vi» diſti me propter caumata.* Quid appellat *caumata?* Non ſa» ne quod ſomniavit DALECAMPIUS: cuius ſubtile com» mentum prorſus eſt a vero alienum. « [*Menſe Februario*, dixerat ille, *accendebantur cerei, immolataeque hoſtiae urebantur: id nimirum eſt quod* καύματα *vocabat.*] » *Cau» mata* Graeci Latinique auctores dies anni ferventiſſi» mos nominant. καίειν enim *urere* eſt. Infra hoc libro, » κραταιοῦ καύματος ὥραν, *validi aeſtus tempore.* Lib. XIV. » [656. a.] τὰ περισκελῆ καύματα, *difficillimi ad toleran» dum ardores.* Clemens: ἐκιθάριζεν ὥρᾳ καύματος, θερόμε» νος ἡλίῳ. Hieronymus ad tertium caput Iſaiae: *Dicuntur* » *Graece* θέριστρα *ab eo quod* ἐν θέρει, *hoc eſt in aeſtate, a* » *caumate corpora protegant foeminarum.* [Conf. Indic. Graec. » Epictet.] Sed putidum eſt pluribus id velle probare, de » quo nemo poteſt dubitare ſanus. Inſaniam igitur illorum » potius notemus, qui contrariam ἐκ διαμέτρου ſignifica» tionem huic nomini attribuerunt. Non enim ſolus Pom» peianus hoc morbo laboravit. Luciani Lexiphanes: [cap. » 2.] Ἐκείνους διαφθεῖρα, τοῦ τε κρύους ἕνεκα, καὶ ὅτι καύ» ματα· οἶσθα γὰρ, ὡς ἐν κρύει σφοδρῷ γίνεται τὰ καύ» ματα. Nunc erroris huius fontem aperiamus. Calor &

» frigus etsi contraria sunt, diversis tamen viribus eosdem b
» effectus edunt in corporibus animalium, germinibus,
» floribus, fructibus, & aliis. Flacciditas primum exhau-
» sto succo aut corrupto, deinde ariditas, casus etiam fae-
» pe, postremo color ater. Frigoris enim vehementiâ na-
» turalem colorem intus compellente, fit illa quae Aristo-
» teli & Theophrasto dicitur ἀντιπερίστασις, Galeno ἔπα-
» νάκλησις, recentiorum nonnullis *circumobsistentia*. Et ca-
» loris & frigoris effectum eâdem voce καίειν, *urere*, Grae-
» ci Latinique scriptores expresserunt: nam *frigus urere* aut
» *nivem* dixerunt Aristoteles, Theophrastus, Xenophon,
» Virgilius, Plinius, Lucanus, nemo non. Proprie tamen
» τὸ καίειν *ignis* est: qui autem τὰ ψύχη καίειν dicunt,
» eos οὐκ ἀληθῆ λέγειν pronuntiat Theophrastus libro de
» Igne. Nescivere harum locutionum diversam esse ratio-
» nem isti imperiti, qui *summum frigus* καῦμα censuerunt
» tam bene posse dici, quam recte effectus eius καῦσις ap-
» pellatur. Hinc etiam aliorum stulta manavit sententia, *ni-*
» *vem calidam esse* affirmantium, quia dicatur *pedes urere*. « —
Τῆς δὲ τῶν Παναθηναίων ἑορτῆς ἐπιτελουμένης, δι' ἣν [δι' ἧς *ms. Ep.* non male, id est, *quibus diebus*; sicut δι' ὅλης ἡμέρας aut νυκτὸς dicimus, aut διὰ παντός.] καὶ τὰ δικαστήρια οὐ συνάγεται, ἔφη Γενέθλιός ἐστι τῆς ἀλέκτορος Ἀθηνᾶς, καὶ ἄδικος ἡ τῆτες ἡμέρα. » *Cum celebrarentur Quin-*
» *quatrua, essetque propterea iustitium*, *dixit* (Pompeianus:)
» *Natalis est innuptae Minervae, & hic dies nefastus est.* Rem
» gestam Romae narrat auctor: itaque Παναθηναίων ἑορτὴ
» festum est *Quinquatriorum* Romanorum, non Panathenaeo-
» rum Athenienstum. « [Sic solitos Graecos scriptores, de rebus Romanis loquentes, Graecis uti nominibus docuit Meurs. in Panathen. cap. 4. pag. 5.] » Eius solemnitatis
» prima dies censebatur Minervae γενέθλιος. Ovidius:

» *Sanguine prima vacat; nec fas concurrere ferro:*
» *cauſſa, quod eſt illa nata Minerva die.*

» Palladem vocat ἀλέκτορα, hoc est, ἀειπαρθένον, *semper*
» *virginem.* Sic *Electram* volunt dictam quasi ἀλεκτρον aut
» ἀλέκτορα: quo allusum maligno animo ab Helena isto
» versu in Euripidis Oreste, Παρθένε μακρὸν δὴ μῆκος Ἠλέ-
» κτρα χρόνου. *O virgo vere Electra, quae mane diu.* Hoc
» primum notandum in Pompeiani verbis, ut καινὸν &
» κενὸν simul. Alterum non minus insolens, ἄδικος ἡμέρα,
» *dies nefastus, iustitium.* Lexiphanes etiam insolentius:

b » [cap. 9.] ἦν μὲν γὰρ ἄδικος ἡμέρα καὶ ἄλογος. Tertium » prioribus par & ſimile, ἡ τῆτες ἡμέρα, pro *dies hodier-* » *nus:* nam τῆτες de *praeſente anno* dicitur, non de ho- » dierna die. « CASAUB.

ἐκάλεσε δέ ποτε - - - ἄχρηστον. » Voluit dicere ἄπρα- » κτον: ſic enim ſolent Graeci auctores loqui. Fortaſſe » & ἀχρημάτιστον licet. « CASAUB. — Haud dubie nunc ἄχρηστος pro ἀχρημάτιστος dictum intelligi debet.

c Θαυμαστὴ δ' ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἡ ἀνυπόστατος. Pro ἡ ἀνυποστ. Palmerius Exercitat. pag. 494. καὶ ἀνυποστ. ſcripſit. Sed in ἡ conſentiunt edd. omnes & ambo noſtri mssti. » *Mirandum eſt Romanorum imperium, cuius vim & impetum* » *nemo ſuſtinet.* Iſta nota controverſi iuris eſt. Athenaeo » non probatur hac notione uſurpari vocem ἀνυπόστα- » τος. Non deſunt magni ſcriptores, quorum iudicia cen- » ſurae Athenaei opponamus. Ita enim ſaepe uſurpant » Polybius & Dionyſius Halicarnaſſeus, ſcriptorum cen- » ſor ſeveriſſimus, verborumque diligentiſſimus. Verba » illius ſunt lib. IX. [immo lib. XI. c. 27.] Οὐ γὰρ ἀκο- » νιτί γ' ἂν ἐδόκουν ἀποθανεῖν Σίλικιον, ἄνδρα καὶ ῥώμην καὶ » ψυχὴν ἀνυπόστατον. Vertere potes *intolerandus;* quomo- » do dixit Iuſtinus: *caeterum intolerandi forent, ſi, quantus* » *his impetus eſt, vis tanta & perſeverantia eſſet.* Athenaeus, » auctor libelli de Machinis bellicis, in deſcriptione arie- » tariae teſtudinis, ἃ τινα φερόμενα διὰ τῶν ἐξ αὐτῶν παλ- » μῶν [rectius in edito libello, inter *veteres Mathematicos*, » Pariſ. 1693. pag. 11. διὰ τὸν ἐξ αὐτῶν παλμὸν, *ſua con-* » *cuſſione*] ἀνυπόστατον ποιοῦνται τὴν βίαν. In altera ta- » men ſignificatione uſitatius hoc nomen. Gloſſarii auctor » cum Dipnoſophiſta eam ſolam agnoſcit: Ἀνυπόστατος, » τὸ μὴ ὑφεστὸς, *ſine ſubſtantia.* Didymus ſive quis alius » eſt auctor libelli de Proverbiis: [Zenob. Proverb. Cent. » V. 38.] Ὅσους πόκους ζητεῖς· ἐπὶ τῶν ἀνυπόστατα ζητούν- » των. Etiam Hieronymus, vir longe doctiſſimus, ambi- » guum eſſe apud Graecos hoc vocabulum fatetur. « CA- SAUBONUS. — Polybius, de eodem Romanorum imperio loquens, quod ἀνυπόστατον Pompeianus dixiſſe perhibe- tur, eodem vocabulo eadem notione, quae immerito ab Athenaeo noſtro improbatur, uſus eſt, Hiſtor. lib. VI. cap. 18, 4. Plura loca ubi eâdem notione apud eumdem Scriptorem vocabulum illud occurrit, in Lexico noſtro Polybiano indicata ſunt. Intelligi par erat ex hoc ipſo lo-

co, antiquatam ea notione iſtam vocem Athenaei aetate c fuiſſe. Uſus tamen etiam Lucianus eſt, in Iove Tragoedo cap. 40. T. VI. p. 272. ed. Bip. σῦν, dicens, ἀνυπόστατον τὴν ἀλκὴν, *aprum cuius robori nihil reſiſtere poterat.*

AD CAP. LIV.

Οὐλπιάνειοι. Sic commode *ms. Ep.* ut ediți. In eodem vero *ms. Ep.* vox μιλιάριον ita decurtata eſt, ut iurares, nil aliud niſi μίλιον voluiſſe calligraphum. Mox autem idem, pro εἰς θερμοῦ ὕδατος percommode εἰς θέρμων ὑδάτων habet.

»Reprehenditur Pompeianus, quod *vas calefaciendae* »*aquae parari ſolitum*, Romae *miliarium* appellatum, Grae»ce nuncuparet ἱπνολέβητα. *Miliarium* in Gloſſario verti»tur θερμηρόν: quae vox corrupta non eſt, ut docti pu»tant; ſed ſubaudiendum ἀγγος, & ita accipiendum ut »cum ait Heſychius, κελεβην eſſe ποτηρίου εἶδος θερμηροῦ. »Vocem ἱπνολέβης damnat & Lucianus: facit enim Lexi»phanem ita loqui, [cap. 8.] ὁ μέντοι ἱπνολέβης ὑπερπα»φλάζων εἰς κεφαλην ἡμῶν ἐπέτρεπε τοὺς ανθρακας. De »hoc genere *vaſorum*, *in quibus aquam calefaciebant*, quae»dam adnotabamus ad Theophraſti Characteres, capite »De Impudentia.« Casaub. — Latinum nomen μιλιάριον tenuit Nicarchus Epigr. 34. T. II. Anthol. Brunck. pag. 357. ubi vide quae docte, ut ſolet, adnotavit Iacobs Animadv. Vol. II. P. III. pag. 43.

»A Pompeiano tranſitur ad Dionysium *tyrannum*; »quem narrat auctor etiam in verba ſaevitiam ſuam ex»tendiſſe, & novas ſignificationes multis eorum attri»buiſſe. *Virginem*, inquit, vocabat μένανδρον, *quia virum* d »*expectat. Columnam*, μενεκράτην [ſic edd. cum *ms. A.*] vel »μενεκράτη, [ſic legi poteſt in *Epit.* ubi terminationem »non expreſſit calligraphus] *quia manet*, neque loco mo»vetur, eademque κρατεῖ, id eſt, *continet* ſive *ſuſtinet aedifi»cium. Iaculum*, βαλάντιον, ὅτι ἐναντίον βάλλεται, »*quia contra iacitur*, id eſt, in hoſtes, qui ſunt e regione. »Vana eſt quam afferunt diſtinctio, [quod fecit Dalech. »cum βαλλάντιον h. l. ſcriptum eſſet in ed. Ven. & »Baſ.] quaſi βαλάντιον cum unico λ *crumenam* ſignifice»; cum duobus, *iaculum*. Meliores libri hic unum λ agno»ſcunt: [quemadmodum edidit Caſaub. conſentientibus

d » *mss. A.* & *Ep.*] & in Gloſſographorum commentariis ita » ſcriptum, Βαλάντιον, τὸ ἀκόντιον, διὰ τὸ βάλλειν τοὺς » ἐναντίους: quae illorum obſervatio paene perſuadet mi- » hi, etiam alios praeterquam Siculum tyrannum βαλάν- » τιον pro *iaculo* uſurpaſſe. *Murium latibula*, vel, ut vo- » cat Plautus, *cubilia*, μυστήρια, *quia in illis poſita murium* » *falus.* Sed legendum eſt ex Epitoma διεκδύσεις; non δ' » ἐκδύσεις. « CASAUB. — Haec poſtrema cum ſcriberet vir doctus, rurſus ſimile quid ei acciderat quale ſupra ad vocem μητρόπολις pag. 96. e. notavimus. Exemplum ſuae Editionis ob oculos habens, in qua δ' ἐκδύσεις expreſſum erat, nunc non animadvertebat in ed. Baſ. iam recte διεκδύσεις legi; nec recordabatur, unde iſta mendoſa ſcriptura ſuam in editionem intraſſet. Nempe eam ex Italicorum codicum excerptis in contextum ſuum adſciverat ipſe: in illos autem codices propagata ea erat ex noſtro vetuſtiſſimo *cod. A.* in quo ita plane ſcriptum, καὶ τὰς τῶν μυῶν δ' ἐκδύσεις. Hoc dein in ed. Ven. imperite in δι' ἐκδύσεις erat mutatum, pro quo recte διεκδύσεις ſcripſit editor Baſ. quam ſcripturam, cum Hoeſcheliana Epitome, etiam noſter *ms. Ep.* tenet.

e ὃ τὴν Οὐρανόπολιν καλουμένην κτίσας. » *Uranopolis, ab* » *Alexarcho* rege *condita*, ea eſt cuius Plinius meminit in » deſcriptione Macedoniae. « CASAUB. — Plin. IV. 10, 17. Nec vero *rex* fuit Alexarchus, ſed *frater regis.*

Ἡρακλείδης ὁ Λέμβος. » De huius vocabuli ſignificatu » vide Iunium, adagio, *Lemphos.* « DALECH. — » HERACLI- » DES Calatianus, hiſtoriarum conditor, unde *Lembi* cogno- » men invenerit, fruſtra ſatagunt hodie docti poſt Dioge- » nem Laërtium, quem potius conſule in Heraclide Pon- » tico. « CASAUB. — Vide Laërt. V. 94. e quo tamen nec ipſo ſatis planum fit id quod quaerebatur.

Ibid. ὀρθροβόαν μὲν τὸν ἀλεκτρυόνα καλέων. καλῶν e ſuo exemplo Epitomes commendaverat Hoeſchelius; cum quo conſentit noſter *ms. Ep.* At in καλέων, quod habent editi, conſentit (ni fallunt noſtrae notulae) *ms. A.* ut ionico idiomate ſcripſiſſe videatur ille Heraclides. ὀρθοβόαν edebatur ante CASAUB. quod ille correxit; monuitque etiam in *Animadv.* »Ὀρθροβόαν ſcribendum, non ὀρθο- »βόαν: ſignificant prope idem, ἀλεκτρυὼν, & ὀρθροβόας. « — Eamdem ſcripturam ὀρθροβ. iam ex ſua Epit. commendaverat idem Hoeſch. & conſentit non modo noſter *ms.*

Ep. & Euſtath. ad Iliad. ρ'. p. 1162, 1. verum etiam (quod e ſciam) *ms. A.* Uſus eodem vocabulo eſt Meleager Epigr. 72. T. I. Anthol. pag. 21. Conf. Iacobs Animadv. Vol. I. P. I. pag. 88. *Ibid.* βροτοκέρτην. Perperam βροτοκέρην ed. Ven. & Baſ. quod ex msstis correxit CASAUB. adnotavitque: » Alius dixiſſet βροτοκάρτην. « — *Ibid.* ἀργυρίδα intelligere poſſis *argenteum numulum.*

Καὶ τοῖς Κασσανδρέων δὲ ἀρχουσι. Perperam Dalech. *ad Caſſandri duces.* — » Certum eſt (inquit CASAUB.) » epiſtolam miſſam fuiſſe *magiſtratibus Caſſandrenſium.* Caſ» ſandrea oppidi Macedonici nomen omnibus notum. «

Ibid. Ἀλέξαρχος ὁ μάρμων, πρόμοις γαθεῖν. » μάρκων » legitur in Vindelicianis [id eſt, Hoeſchelianis] Excer» ptis, pro μάρμων. Videtur correctioni favere quod in » Gloſſis Heſychii ſcriptum eſt, Μάρκος, ἐντολή: nam in» de μάρκων, *imperator*, *rex*. Sed cum fateatur Athenaeus, » *ita obſcuram eſſe hanc epiſtolam, ut ne Apollo quidem illam* » *poſſit intelligere*, morari iſta nos non debent. - - Inter» pretes conatos eſſe iſta vertere, demiror equidem: nam » quid eſt operam ludere, ſi hoc non eſt? « CASAUB. — Falſum eſſe τὸν πάνυ, cum huc facere nonnihil gloſſam iſtam Heſychianam exiſtimavit, docent ea quae a docto Heſychii editore ad iſtum locum monita ſunt. In μάρμων cum edd. conſentit non modo *ms. A.* ſed etiam noſter *cod. Ep.* Si cui bono eſſet coniecturis hoc loco indulgere, ſuſpicari poſſes, una voce ὁμάρμων ſcriptum oportuiſſe; illamque vocem (quicumque fuerit nativus eius ſignificatus, aut quaecumque vera ſcriptura, a qua aberraverint librarii) pro Κασσανδρέων poſitam fuiſſe ab Alexarcho. Poſſes, verbi cauſſa, ὁμαίμων (i. e. *fratrum* & *conſanguineorum*) hariolari; nam & aliàs ſubinde literas I & P in vetuſtis codicibus inter ſe permutatas vidimus. Caſſandrea urbs a fratre Alexarchi Caſſandro condita & civibus frequentata fuerat. πρόμοις idem valebit ac τοῖς ἄρχουσι, *magiſtratibus*, *praefidibus*, *curatoribus*. Heſychius: Πρόμοις· προμάχοις, προαγωνισταῖς, προστάταις, προηγουμένοις. γαθεῖν valet γηθεῖν, i. e. χαίρειν. Sed, quid ago demens! Nullum verbum addam, ne velle videar *Apolline* eſſe ſolertior. Qui tamen ſcire cupit, quo pacto DALECAMPIUS Graeca iſta, quae ſcripſerat Alexarchus, (ſi *Graeca* haec dicere fas eſt) latine reddi poſſe exiſtimaverit, ei non invidebo. En eius verſionem: *Alexar-*

e *chus bellator primipilos ſolis filios ſalvere iubet. Illum novi qui divinorum geſtorum auctores fatali ſorte oppreſſos deſeruit, eos, inquam, Deorum fontes qui hauſerant, & tuendis montibus erant praefecti.* Vis Villebrunianam interpretationem? En & illam! » *Alexarque Marmon aux primipiles ſalut: Je* » *vous regarde comme les enfans du ſoleil; je ſais qui a aban-* » *donné ceux qui avoient fait des actions dignes des Dieux, &* » *qui ont peri par un ſort fatal, tiré des urnes de la divinité,* » *tant pour eux que pour les gardes nés dans les montagnes.* « — In graeco-barbaris verbis, tantum non exactiſſime cum impreſſis libris convenit codex noſter uterque. Ex f *ms. A.* nil adnotatum, niſi quod pro κρατήτορας, κρατίτορας habeat, quod ipſum & *ms. Ep.* exhibet. In eodem *ms. Ep.* porro, pro λιποῦσα θεωτῶν, eſt λιπουσαθεωτων una voce abſque accentu; deinde pro θεοῦ πόγαις, rurſus una voce θεουπογαις abſque accentu; denique φύλακες, pro φύλακας. Cum *Alexarchi* nomen, tum fortaſſe etiam vox ἡλιοκρεῖς, ex ἥλιος & neſcio qua aliâ compoſita, in memoriam alicui revocare poſſit illum *Alexarchum*, quem Clemens Alexandrinus, auctore Ariſto Salaminio, ἑαυτὸν κατεσχηματίσαι εἰς ἥλιον refert, in Protrept. pag. 27. ed. Heinſ. Sed profeſſione Grammaticus fuiſſe ille Alexarchus perhibetur, ut cum hoc Caſſandri regis fratre nil niſi nomen commune habuiſſe videatur; ſi modo recte in vulgatis Clementis libris nomen editur hominis, quem codex mstus a Pottero laudatus (T. I. p. 40.) *Anaxarchum* vocat.

In ANTIPHANIS *verſ.* 1. quis locus ſit verbo τυραννεῖν, exputare non poſſum: mirorque eo nec Caſaubonum nec Grotium fuiſſe offenſum. Ille, cum priora poëtae verba in ed. Ven. & Baſ. conſentiente *ms. A.* continuo tenore in hunc modum ſcripta legerentur, τόδε τυραννεῖν ἐστιν ἢ τί ποτε τὸ σπουδαῖον, ἀκολουθεῖν, ἔρις, ἐν τῷ λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν, ἢ διαλέπτων ἀσίτων συκίνων λέγοντα. ὅτι

Τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἔστιν &c.

prima verba intacta relinquens, ſequentia ſic edidit: τὸ δὲ τυραννεῖν ἐστιν, ἢ

Τί δ' ἤ ποτε τὸ σπουδαῖον, ἀκολουθεῖν, ἔρις,
Ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν, ἢ διαλέπτων, ἀσίτων συκίνων λέγονθ' ὅτι &c.

In *Animadv.* vero, duos priores verſus ſicco pede trans-

iens, ne mentione quidem facta particulae δὴ *verſ.* 2. a f ſe fulciendi metri cauſſa inſertae, ad *verſ.* 3. & 4. haec monuit: » Vocem διαλέπτων diviſimus metri gratia, ut » ſaepe in comicis. « [Quod tamen in iambis apud Comicos fieri ſolitum non memini equidem.] » Sed illa dis- » iunctiva ἢ ante διαλέπτων cedo quo pertineat. Sine du- » bio vera eſt coniectura noſtra de iſto verſu; quem ita » cenſemus emendandum, ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν » νὴ Δία λεπτῶν &c. Corruptelae huius cauſſa & origo » paret. « Haec CASAUBONUS. — Priores verſus DALECAMPIUS (διαλέπτων in διαλεκτικῶν mutans) ſic interpretatus erat:

Tyrannis eſt, quidnam ſit honeſtum ac ſequendum,
In Lycco cum ſophiſtis altercari, vel cum dialecticis
Ieiunis, & ſiculneis rixari, ac dicere: &c.

GROTIUS in Excerpt. pag. 611. adoptans Caſauboni emendationes, aliaſque inſuper adhibens, Graeca ſic digeſſit:

A. Τὸ δὲ τυραννεῖν ἐστὶν, ἢ
τί δή ποτε; B. Τὸ σπουδαῖον ἀκολουθεῖν. A. Ἐρεῖς;
B. Ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν. A. Νὴ Δία,
λεπτῶν, ἀσίτων, συκίνων· λέγοντα τί;
B. Τὸ πρᾶγμα τοῦτ' &c.

Hac adiectâ verſione latinâ:

A. *Hoc bonum, regnum, an quid eſt*
aliud? B. *Imo operam rebus dare honeſtis.* A. *Ain'?*
B. *Inter Sophiſtas in Lyceo.* A. *Nae macra*
gens eſt, ſiculna, famelica. Ibi quid dicitur?
B. *Res iſta non eſt*, &c.

Ad haec, in *Notis*, idem GROTIUS monuit iſta: Τί δή ποτε, » pro τί ποτε quod apud Athenaeum. ἀκολουθεῖν in ἀκολουθοῦν » cum Scaligero [cuius Emendationes msstae praeſto erant » Grotio:] non mutem, qui pro ἔρις recte ἐρεῖς, & ſe- » quente verſu νὴ Δία pro ἢ Δία. At nos appoſitis per- » ſonarum notis ſenſum adiuvimus, & ἐρεῖς poſuimus in- » terrogative. « — Codex noſter *A.* in quatuor iſtis prioribus verſibus ab ed. Ven. nil recedit, niſi quod ſuo more Λυκίῳ pro Λυκείῳ ſcribit. Idque ipſum etiam ex eiuſdem codicis more eſt, quod *verſ.* 4. λέγοντα ante ὅτι abſque eliſione ſcribebatur; quod Caſaubonus in λέγονθ' ὅτι muravit, rectius faciens, me iudice, quam Grotius ὅτι in τί mutans. Mihi, adoptatis meo iudicio virorum doctorum emendationibus, ita hic locus conſtituendus vi-

f ſus erat, ut in noſtro exemplo fecimus; niſi quod verbum φλυαρεῖν, tametſi fere perſuaſum habeo ſubſtituendum eſſe pro τυραννεῖν, in contextum recipere non ſum auſus. In *verſ.* 4. operarum errore συκινῶν expreſſum eſt in noſtro exemplo, pro συκίνων, quod corrigat diligens lector. Omnia verba eiuſdem eſſe exiſtimavi perſonae, exceptis fortaſſe iſtis, Νὴ Δία - - συκίνων: quae potuerint eſſe alterius. Epitomator, omiſſis quatuor prioribus verſibus, ab illis verbis incepit, Ὅτι τὸ πρᾶγμα τοῦτο.

a *Verſ.* 6. οὐδ' ἔστι γάρ πω γινόμενον ὃ γίνεται. In hanc ſcripturam recte conſentiunt *mss. A.* & *Ep.* cum ed. Ven. & Baſ. Quorum librorum auctoritatem praeter rationem deſerens Caſaubonus, metrum etiam corrupit, ὅπερ γίνεται ſcribendo. GROTIUS »ὅτε γίνεται pro ὃ γίνεται »poſuiſſe ſe ait, propter illud πω, quod praecedit. « — Scilicet γινόμενον accepit pro τὸ γινόμενον, in eam ſententiam, quam his verbis expreſſit:

Id quod fit, cum fit, eſſe iam nondum poteſt.

Percommode id quidem per ſe: at in eam ſententiam, ſi ὅτε γίνεται legas, neceſſario ad γινόμενον adeſſe *articulus* (ut mihi quidem videbatur) debuerat, nec poterat omitti. Eamdem vero prorſus ſententiam verbis ita ſcriptis, ut exhibent libri, ſubeſſe putavi. Scilicet ipſum illud γινόμενον idem valet ac ὅτε γίνεται: quam ut indicarem illius vim, duobus commatibus illud participium intercepi, & conſtructionem naturalem verborum talem intellexi, ὃ γίνεται, γινόμενον, (i. e. ὅτε γίνεται) οὔπω ἐστί. *Quod fit, id, dum fit, nondum eſt.*

Verſ. 7. οὔτ' εἰ πρότερον ἦν. οὐδ' ſcripſit Grot. *Ibid.* ὄγε νῦν γίνεται. Sic ed. Caſ. & Grot. cum msstis. ὃ νῦν γιν. ed. Ven. & Baſ.

Verſ. 8. ἔστιν γὰρ οὐκ ὂν οὐδέν. Haec verba id ſonare putavi, quod in verſione poſui: *Eſt enim nihil, quod non ſit.* Spinae hae ſunt & tricae ſcholaſticae, in quibus vix operae pretium erat, ut tereremus tempus. Sed ſemel ingreſſis videndum erat, quo pacto nos expediremus. Grotius: *Nam nihil eſt id, quod non eſt.* Id Graece ſonaret, ἔστιν γὰρ τὸ οὐκ ὂν οὐδέν.

Verſum 9. cum nihil ſatis certi haberem, intactum reliqui:

οὐκ ἔστιν ὥσπερ γέγονε, ὃ δὲ μὴ γέγονέ πω.

Sic quidem *ms. A.* cum edd. Nec dissentit *ms. Ep.* nisi quod a δὲ omisit. Utique vero ὅ γε videtur oportuisse: & γέγονεν ante vocalem debebat scribi, ut est in eodem *ms. Ep.* Grotius sic refinxit:

οὐκ ἐστιν ὅ, τι περ γέγονεν ὅτε μὴ γέγονέ πω.
id quod nunc factum est, non erat, cum nondum erat.

CASAUBONUS in *Animadv.* sic scribendum censuerat:

οὐκ ἔστιν ὅτε περ γέγονεν, ὅτε μὴ γέγονέ πω.

Vers. 12. Εἰ δ' αὐτόθεν ποι γέγονεν. Recte γέγονεν *mss.* γέγονε edd. ποι idem valet ac πη, *quodammodo, nescio quo modo.* αὐτόθεν valet ἐξ αὐτοῦ, id est, ἐξ ἑαυτοῦ, *ex se*, ut recte vertit Grot. *Ibid.* οὐκ ἔσται πάλιν. Particula πάλιν ex ingenio Veneti editoris adiecta: satis-ne recte, an aliud potius oportuerit, nescio.

Vers. 13. εἴη πόθεν, pro εἰ ποθεν quod erat editum, dedit *ms. A.* qui caeteroquin mendose κήποι δέ πο habet, pro κειποι δέ πω. Pro toto isto versu, in *ms. Ep.* nil aliud est, nisi πόθεν γὰρ γενήσεται. Tum *vers.* 14. uterque codex sic: τοὐκ ὂν εἰς οὐκ ὄν· εἰς οὐκ ὂν γὰρ οὐ δυνήσεται. Ego id, quod editum erat, repraesentavi: quamquam nec hoc, nec istud me percipere, profiteor. GROTIUS suo ex ingenio duos illos versus sic constituit:

κειποι δὲ πώ τις, εἰς τί ποτε γενήσεται
τὸ οὐκ ὄν; εἰς οὐκ ὂν γὰρ οὐ δυνήσεται.

Quae sic interpretatus est:

Hic quaerat aliquis, id quod non est denique
quid fiet? an quod non est? id fieri haud pote.

Vers. 15. Hunc versum Grotius personae A. tribuit, b cum superiora inde ad vers. 5. personae B. tribuisset. *Ibid.* ταυτὶ δ' ὅτ' ἐστὶν edd. nec aliud ex *ms. A.* adnotatum: quod tenens Grotius, divisis voculis ὅ τ' ἐστιν scripsit. Ego ὅ τι corrigere non dubitaveram; quod ipsum nunc sic scriptum in *ms. Ep.* video. *Ibid.* οὐδ' ἂν Ὠπόλλων μάθοι. Sic recte Grotius, quod flagitabat metrum: & ita, pro nudo Ἀπόλλων, scribendum monuerat etiam CASAUB.

AD CAP. LV.

Σιμωνίδης που ὁ ποιητὴς Ἀρίσταρχον εἴτε τὸν Δία, καὶ Αἰσχύλος &c. »Libro decimo, [pag. 457. b.] inter gri»phorum species ponitur haec, τὸ ῥήματα λέγειν, ἀν-

b »Ῥώπων ὀνόμασιν ὅμοια: *verbis uti, quae similia sint pro-*
»*priis virorum nominibus.* Exemplum ibi affertur, λαβὼν
»ἀριστόνικον ἐν μάχῃ κράτος, *referens e pugna clarissimae vi-*
»*ctoriae praemium.* ἀριστόνικον κράτος, periphrasis est *victus*:
»alibi proprium nomen hominis, *Aristonicus.* Eadem ra-
»tio est illorum, quae hoc loco ex SIMONIDE, AESCHY-
»LO & NICANDRO affert Athenaeus. Similiter etiam in
»Comici Nebulis Philippides dicitur Strepsiadi λυσανίας
»πατρῴων μεγάλων κακῶν: [Nub. 1163.] ubi scribit eru-
»ditissimus Scholiastes, sic de industria locutum poëtam,
»ut Sophoclem irrideret, qui vocibus νικόμαχος, παυσα-
»νίας, & ἀτρείδας esset usus hoc modo. Sed & in Equi-
»tibus [vs. 570.] dixit idem comicus, ἀλλ' ὁ Δημὸς εὐ-
»θὺς ἦν ἀμυνίας: *statim fuit illi animus ad defensionem sui*
»*paratus;* cum proprium sit *Amynias* non minus quam
»Lysanias. In Aeschyli Agamemnone ἀντήνωρ στοδὸς ci-
»*nis* ille dicitur, qui *vivi hominis loco* domum mittebatur
»e Troia. Sic ἕκτωρ apud Sapphonem Iovis est epitheton,
»ut in SIMONIDE Ζεὺς Ἀρίσταρχος. Aliis ἕκτωρ est *paxillus*
»*qui temonem continet*, nonnullis *calanticae* vel *reticulae* epi-
»thetum. Hesychius: Ἕκτορες· πάσσαλοι ἐν ῥυμῷ. Σαπ-
»φὼ δὲ τὸν Δία. Λεωνίδης δὲ τὸν κοκρύφαντον. Postrema
»significatio facit ad versum hunc epigrammatici poëtae,
»[apud Suidam in Κεκρύφαλον] Πορφύρεον χαίτης ἕκτορα
»κεκρύφαλον.« [Scilicet, pro ῥήτορα, quod dabant editt.
vett. Suidae, ἕκτορες ex Hesychio corrigendum censuit
Casaub. At ῥήτορα in illo versu legendum ex Antbol. tunc
adhuc inedita docuit Küster ad Suid. & confirmant Ana-
lecta Brunckii T. II. p. 92. num. 5. Conf. Iacobs Anim-
adv. Vol. II. P. I. pag. 252.] »Lycophroni ἕκτορες sunt
»*anchorae:* [Cassandr. vs. 100.] Πεύκης ὀδόντας ἕκτορας
»πλημμυρίδος. Lucianeus Lexiphanes hoc imitari in quoti-
»dianis sermonibus non erubescebat. Ait enim, [c. 15.]
»ἕκτορά τινας ἀμφιστόμους καὶ ἰσχάδας σιδηρᾶς ἀφεῖς.
»Videtur & ἄμφις οἶνος, cuius mentio facta libro primo,
»[I. 31. e.] is esse quem ἀμφικλεῖ appellant alii, *vinum*
»*dubium* sive *ancipitis existimationis.* Est vero *Amphis* no-
»men κύριον. Simile est lib. II. [pag. 55. d.] in Lyco-
»phronis versu δημόκριτος φακῆ, *lens plebi grata*, [immo
»θέρμος, *lupinus;* non φακῆ, *lens*:] si modo δημόκοινος
»scribendum non est; quod nos censemus, ut ibi dixi-
»mus. Lacedaemone colebatur olim Ἀγαμέμνων Ζεύς.

»Poteſt videri ita dictus Ἀγαμέμνων a Spartanis, ut a b
»Sapphone appellatus eſt Ἕκτωρ, a SIMONIDE Ἀρίσταρχος.
»Tamen aliter pii patres acceperunt: qui, Agamemno-
»nem mortalem lovis cognomine pro Deo habitum &
»cultum fuiſſe Spartae, hoc argumento probant. Athe-
»nagoras in Apologetica oratione: ὁ Ἰλιεὺς Διὸν Ἕκτορα
»λέγει, ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος Ἀγαμέμνονα Δία σέβει. Verum
»ad Cynulcum redeamus. *Memini*, inquit, AESCHYLO *di-*
»*ctum Orcum* [τὸν Ἅιδην] ἀγησίλαον, hoc eſt, *ducem*
»*populorum.*« [Poſſis, *qui cogit populos* interpretari; ut
ἄγειν idem atque συνάγειν intelligatur.] »Callimachus:
[Hymn. in Lavacr. Pallad. vſ. 130.]

»φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ.

»Ita accipiendum libro XV. [pag. 684. e.] in Nicandri
»verſu, ubi tenebrae magnae interpretibus:

»Σαύρην θ' ἣ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου.

»NICANDER, addit Cynulcus, *aſpidem vocavit* ἰοχέαιραν:
»hoc eſt, *veneno gaudentem*; vel *fundentem venenum.*« [παρὰ
τὸ χαίρειν τῷ ἰῷ; ſive παρὰ τὸ χεῖν vel χέαι ἰόν.]
»Id nomen *Dianae* quaſi proprium eſt; ut, Οἵη δ' Ἄρτε-
»μίς εἰσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα. [Odyſſ. ζ'. 102. & ſaepe
»aliâs apud Poëtam.] Sed tunc aliud ſignificat: *fundens*
»*ſagittas*; vel *ſagittis gaudens.*« CASAUBONUS.

Διὰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα. Duae voculae καὶ τὰ
operarum errore omiſſae erant in ed. Caſ. Eas ex editt.
vett. & *ms. A.* reſtituimus. In *ms. Ep.* brevius haec ex-
pedita ſunt: in eodem vero mox, pro θαυμάσιος, θαυ-
μασιώτατος ſcribitur. *Ibid.* Πλάτων ἐν τῷ Πολιτικῷ. Non
in libris *De Republica*, ut acceperat Daleca mpius, ſed in
Dialogo qui *Politicus* inſcribitur; de quo etiam monuit
Caſaubonus. *Ibid.* εἰπὼν ξηροβατικά τινα ζῶα, καὶ ὑδρο-
βατικὰ ἄλλα, ξηροτροφικόν τε καὶ ὑγροτροφικὸν καὶ ξη-
ρονομικὸν, ἐπὶ ζώων χερσαίων καὶ ἐνύγρων καὶ ἐναερίων.
Reſpicit locum qui exſtat in Politico, pag. 19. T. VI. ed.
Bip. Sex priora verba omiſit Epitomator. Pro ὑδροβα-
τικὰ vero *ms. A.* ἀθροβατικὰ habet; quorum voca-
bulorum neutrum apud Platonem legitur; apud quem τῷ
ξηροβατικῷ opponitur τὸ ἔνυδρον Suſpicari licet, memori-
ter iſta citantem Athenaeum in animo habuiſſe id quod
de ἀγελαίοις θρέμμασι & de ἀγελαιοτροφίᾳ ibidem dixit
Plato, eoque reſpectu ἀθροβατικὰ (i. e. ἃ ἀθρόα βαίνει) ſcri-
pſiſſe: quod ipſum tamen hoc loco connexioni orationis

b haud satis aptum erat. Pro ἀθροβατ. quod dant vetustae membranae, ἀδροβατικὰ expressum est in ed. Ven. & Bas. quod in ὑδροβατικὰ mutavit Casaubonus; scilicet idem valere hoc ratus atque ἔνυδρα. In ξηρονομικὸν nil mutant libri, & consentiunt *mss. A.* & *Ep.* Videtur tamen, cum ad τὰ ἐναέρια respicere debeat hoc vocabulum, ἀεροναυτικὸν potius oportuisse. At neutra vox apud Plat. isto loco legitur: in Timaeo vero, pag. 322. Tom. IX. ed. Bip. ubi de eâdem distributione animantium agitur, vocabulo ἀεροτόρον utitur philosophus.

ἐπιλέγει, - - γράφων καὶ κατὰ λέξιν τάδε· Κἂν διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος καὶ εἰς γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. Verbum ἐπιλέγει plerumque valet *subiicit*, *subiungit*, *deinde dicit*. At, quae verba hîc spectat Athenaeus, ea apud Platonem leguntur pag. 13. adeoque praecedunt ista, quae modo adlata sunt: quod potest eodem pertinere, de quo modo dixi, quod ex memoria haec recitaverit Deipnosophista. Sed ne necessario quidem ἐπιλέγειν *subiicere* aut *post dicere* sonat: potest etiam intelligi *dicere ad hoc*, *simul cum*
c *hoc*, vel *respectu huius rei*. Paulo post, in καὶ εἰς γῆρας consentiunt ambo nostri codices cum ed. Ven. & Bas.

Ἡρώδην τὸν Ἀττικὸν, ῥήτορα, ὀνομάζοντα τροχοπέδην τὸ διαβαλλόμενον ξύλον διὰ τῶν τροχῶν, &c. »HERODES *Atticus* non multo fuit Athenaeo grandior: vixit enim M. »Antonino Philosopho imperante, ipsi chariſſimus, ut nar»rat Philostratus lib. II. de Vitis Sophistarum. Primus »ergo Herodes τροχοπέδην nominavit *lignum quo rotarum* »*impetum, in declivibus locis aurigae cohibent: alii* ἐποχλέα »*vocarunt:* Latini *sufflamen.*« CASAUB. — In Herodiani Grammatici Fragmentis (cum Moeride a Pierſono editis) pag. 467. legitur: Τροχοπέδη, ἃ ἔχουσιν εἰς τοὺς τροχοὺς εἰς τὰ κατάντη τῶν ὁδῶν. Ibi istum Athenaei locum citans Pierſonus, legendum censuit ὅτε ἐς κατάντεις τόπους ὁ ὀχούμενος ἐπορεύετο. Mihi vero satis bene graece dictum visum erat πορεύεσθαι τόπους κατάντεις, *proficisci per loca declivia:* nec opus esse adiecta praepositione iudicavi, quam cum impressis uterque noster mstus ignorat. Quod nisi recte diceretur πορεύεσθαι τόπον τινὰ, ne τόπος quidem πορευτὸς commode dici posset, quae dictio plus semel apud Polybium occurrit. Eustathius quidem etiam verbum ἔρχεσθαι cum nudo accusativo eâdem ratione

conſtruit, Comment. in Od. ψ'. pag. 810, 29. φασὶ δὲ c ἐποχλέα, inquit, τὸ διαβαλλόμενον ξύλον διὰ τῶν τροχῶν ὅτε κατάντεις τόπους ἔρχοιντο. Pro ἐπορεύετο, quod apud Athenaeum (conſentiente, quod ſciam, *ms. A.*) editum eſt, placet *optativus*, quem habet *ms. Ep.* ſic ſcribens, ὅτε κατάντεις τόπους πορεύοιτο, id eſt, *quoties per declivia loca faceret iter:* quem modum ſervavit etiam Euſtathius, licet verbum mutaverit. In eodem *ms. Ep.* verbum πορεύοιτο ad ipſum Herodem Atticum refertur, commode: neque aliter in *ms. A.* & editt. vett. in quibus eſt ὀχεύμενος *abſque articulo*, quem praeter rem adiecit Caſaubonus. Quid ſit vero quod Pierſonus ad Herodian. l. c. ait, Caſaubonum adnotaſſe » pro ἐποχλέα forte praeſtare ἐποχέα, ab ἐπέχειν:« id quale ſit, non exputo: in meo quidem exemplo editionis primae Animadverſionum Caſauboni, itemque in exemplo editionis tertiae, nil tale comparet. Porro video quidem etiam a CORAYO noſtro ad vocem ἐποχλέα adnotatum: »Forte ἐποχέα, ab ἐπέχω.« At ea mutatione nil opus eſſe videtur: certe communi conſenſu vulgatam ſcripturam tuentur libri; & Euſtathius l. c. nomen ἐποχλεὺς diſerte ab eodem verbo ὀχλεῖν derivat, a quo & vocab. μοχλὸς derivari ſolet. Conf. Etymolog. M. in μοχλός. Denique pro Σιμαριστοῦ, quod in edd. cum accentu in ultimâ ſcriptum erat, Σιμαρίστου penacute ſcripſi: certe in recto caſu Σιμάριστος ſcribitur conſentientibus omnibus, IX. 399. a. XI. 496. c. & alibi.

Καὶ Σοφοκλῆς δὲ &c. Ex Athenaeo habet Euſtath. l. c. & ex utroque Brunck in Fragm. Sophocl. ex incertis Tragoed. pag. 39. num. 41. *Ibid.* τὴν ἀγκυραν ἰσχάδα d κέκληκεν. »ἰσχάδας pro *ancoris* etiam Lexiphanes Lucia»ni poſuit, cuius verba paulo ante recitavimus.« CASAUB. *Ibid.* διὰ τὸ κατέχειν τὴν ναῦν. Sic *ms. A.* cum editis. διὰ τὸ ἴσχειν τ. ν. *ms. Ep.*

Καὶ Δημάδης δὲ &c. »DEMADIS oratoris (vel, ut Ari»ſtoteli & Plutarcho placet, *Periclis*) dictum, *Aeginam* »*eſſe λήμην τοῦ* Πειραιῶς, ad Strabonis librum nonum olim »expoſuimus.« CASAUB. — Vide Ariſtot. Rhet. III. 10, 21. & Plutarch. in Vita Pericl. tum Caſaub. ad Strab. IX. pag. 395. Adde Meurſium in Piraeo, pag. 32. De DEMADE Oratore conſuli poſſunt quae collegit Fabric. Bibl. Gr. T. IV. pag. 418 ſqq. & Ruhnken. in Hiſtor.

d critica Oratorum Graecor. pag. 150 ſq. ed. Reisk. Facetum inprimis fuiſſe & in apophthegmatis ingenioſum, plures prodidere auctores.

τὴν δὲ Σάμον, ἀποῤῥῶγα τῆς πόλεως. » *Samum* idem »orator vocavit ἀποῤῥῶγα τῆς πόλεως: nihil hîc mutatio»nis opus. Samum miſſa fuerat Athenienſium colonia: »hanc vocat ἀποῤῥῶγα Athenienſium, quaſi *avulſam a* »*corpore ſuo partem.* « CASAUB. — DALECAMPIUS in Verſione poſuerat, *Samum vero, urbis foſſas;* hac adiectâ adnotatione: » ἀπώρυγας, *alveos, aquaeductus:* quidam, *pro*»*pagines.* « — Huc reſpexit Caſaub. cum ſcriberet, *nihil hîc mutationis* eſſe *opus:* in quo rurſus viro docto idem, quod iam aliquoties vidimus, accidit: cum nonniſi ſuae editionis exemplum ob oculos haberet, nec ſuperiores editiones inſpiceret, iam, quid ipſe feciſſet, non meminerat. Scilicet, non quidem ἀπώρυγας in plurali numero, (ut Dalecampius ſcripſit) ſed tamen ἀπώρυγα (in ſing.) iam legebatur in ed. Baſ. & Ven. idque ipſum mssti etiam libri dederant; certe noſter *ms. A.* nil aliud habet. Eam ſcripturam ipſe Caſaubonus in ſua editione cum iſta ἀποῤῥῶγα permutaverat, quam dabat Epitome, (noſter certe *ms. Ep.* eam agnoſcit) eamdemque fortaſſe etiam ex codice aliquo Epitomes in Notis ſuis Italicis adnotatam repererat. Quod ad rationem ſpectat, quâ ſcripturam hanc interpretatus eſt Caſaubonus; contra eam haec monuit PALMERIUS in Exercit. pag. 294. »*Non* fuit *Samus Athe*»*nienſium colonia:* (non magis quam caeterorum Ionum; » Epidauriorum fuit magis, teſte Pauſania in Achaicis:) ſed »eo, quod Athenienſes, eius inſulae domini facti, ea ute»bantur ad bellum gerendum contra Lacedaemonios & re»gem Perſarum, & durante ſtatu quadringentorum, & »triginta tyrannorum, quicunque non delectabantur ſtatu »polico Athenarum, ii Samum ad exercitum ſecedebant. »Facta eſt Samos eo tempore Ἀθηνῶν ἀποῤῥώξ, & [hoc] »eſt quod intelligebat Demades. « — Scripturam ἀπώρυγα haud dubie ſpectaverat Gallicus Athenaei interpres, cum ſcripſit »*Samos, l'égout d'Athenes;* in deteriorem partem accipiens illam vocem, quae fortaſſe etiam in bonam accipi partem poterat. ἀπώρυγας, ὑδρηγοὺς interpretatur Heſych. Idem: Ἀπόρυξ. σχίσμα. Porro ἀπώρυξ etiam in graeca verſione Ezech. 17, 6. de *palmite* vel *propagine* vitis accipitur. Ita haud multum abhorret uſus huius vo-

cis ab usu vocis Ἀποῤῥῶξ, quae apud Hesych. & Suid. exponitur ἀπόσπασμα, ἀπόῤῥοια, & γένους ἀπογονή.

ἔαρ δὲ τοῦ δήμου, τοὺς ἐφήβους. Conf. Aristot. Rhet. III. 10, 15. & Herodot. VII. 162. ibique Valcken. Adde Erasmi Adag. in *Ver.*

Ὁ δ' ὀνοματοθήρας οὗτος σοφιστὴς &c. »Redit tandem »Cynulcus ad Pompeianum. De illo enim videtur sentire »cum ait, ὁ δ' ὀνοματοθήρας οὗτος σοφιστὴς ἀκάθαρτον ἔφη γυναῖκα, ἧς ἐπεσχημένα ἦν τὰ γυναικεῖα. Graecis »medicis καθάρσεις appellantur *mulierum menses:* quorum »*suppressio* ἀκαθαρσίη dicitur Hippocrati non semel. Inde »igitur ἀκάθαρτος: quod tamen usu probatum non esse »declarat haec Athenaei censura.« CASAUB.

κεχορτασμένοι εἰπεῖν. Vide pag. 96. f.

AD CAP. LVI.

προσσαίνειν τοῖς συνδείπνοις. τοὺς συνδείπνους *ms. Ep.* commode: nam non modo simplex verbum σαίνειν, verum etiam compositum προσσαίνειν alibi quoque cum accusativo casu constructum reperitur. Sed sicut σαίνειν pariter cum dativo reperitur, sic multo etiam magis compositum προσσαίνειν admittere debere eumdem casum videtur: & τοῖς συνδείπνοις tuetur *ms. A.* cum edd.

Κυνοφόντιν ἑορτὴν ποιησώμεθα, ἀντὶ τῆς παρ' Ἀργείοις ἐπιτελουμένης. »Κυνοφόντιν ἑορτὴν non memini alibi lege»re. Videntur *Argivi* festum *Cynophontin* (vel potius Κυ»νοφόντια, uti legi malim) instituisse pacandae Dianae, »cum sacros illi canes occiderent *sub caniculae exortum:* »quo maxime tempore id animal rabiosum metuit fieri.« CASAUB. — Κυνοφόντιν ἑορτὴν ex hoc Athenaei loco statuit Meursius in Graecia Feriata pag. 183. Cuius nominis festum quum a nullo alio auctore memoratum reperiatur, probabiliter REINESIUS Variar. Lect. lib. I. c. 15. pag. 57. statuit, illud hic innui festum Argivorum, quam ἑορτὴν Ἀρνίδα adpellatam Conon refert narratione XIX. quo festo *occidere solebant*, inquit, *canes quotquot reperirent.* Illud festum nunc iocose Ulpianus, ab eo ipso quod illis diebus fiebat, κυνοφόντιν ἑορτὴν adpellat. Peragebatur illud festum in Lini memoriam, Psammathes & Apollinis filii; qui infans, inter oves educatus, a canibus discerptus erat.

f *Cratini*, *Ariſtophanis* & *Sophoclis* verſus omiſit Epitomator. In CRATINI verſu cum Ἦσθε πανημέριοι χορταζόμενοι eſſet editum, CASAUBONUS *in Animadv.* tenens illud ipſum Ἦσθε, ait: »Verſum *Cratini* ſic lege:

»ἦσθε πανημέριος χορταζόμενος γάλα λευκόν.«

Ubi, quid eſſe illud ἦσθε voluerit vir doctiſſimus, aut quid opus fuerit pluralem numerum cum ſingulari permutare, non adſequor. Quanto expeditius fuerat, ἦσθε cum DALECAMPIO corrigere! qui (in imperfecto accipiens id verbum) *ſedebatis* interpretatus erat. — In SOPHOCLIS verſu pro Οἳ τοῖσι πανχορτ. idem CASAUBONUS percommode ſane, nec tamen ulla urgente neceſſitate, malle ſe ait Ὅν τοῖσι: quod quidem adoptavit BRUNCK in Fragm. Sophocl. pag. 32. num. 7.

»De voce χορτάζεσθαι ſic habe. Proprie *iumentis* »hoc verbum convenit, quorum *pabulum* Graecis dicitur »χόρτος, *fenum*. Inde χορτάζειν βοῦς apud Heſiodum. De»inde ad *alia* translatum eſt *animalia*: ut apud Platonem, »χορτάζειν ὑῶν πόλιν. Tandem etiam de *hominibus* dici »coepit. Praeter exempla ab Athenaeo allata, habes alia »apud Pollucem lib. VIII. cap. 8. & ita in Evangelio »aliquot locis. Priſcianus lib. XVIII. Graeci dicunt χορ»τάζω σε ἄρτῳ, & χορτάζω σε ἄρτον.« CASAUB. — Vide quae ad Matth. 5, 6. collegit Wetſtenii diligentia.

a Σόφιλος δ' ἐν Φυλάρχῳ. Nil h. l. quod ſciam mutant libri: (Epitomator quidem non modo titulum fabulae, ſed totum locum omiſit) ſed Φιλάρχῳ ſcribitur III. 125. e. & apud Suid. in Σόφιλος. Verba SOPHILI ſic olim digeſta erant:

Γαστρισμὸς ἔσται δαψιλὴς τὰ προοίμ' [προοίμια ed. Caſ.]
ὁρῶ, χορτασθήσομαι.
Νὴ τὸν Διόνυσον &c.

Ubi duos priores verſus ſic conſtituendos CASAUBONUS *in Animadv.* cenſuit:

— — Γαστρισμὸς ἔσται δαψιλὴς
τὰ προοίμι' ὡς ὁρῶ δὲ χορτασθήσομαι.

Mihi commodius proceſſurus viſus erat ſecundus verſus, ſi vocem κάρτα ſupplerem; quam ſive ipſe Athenaeus omittere potuit, ſive feſtinans aliquis librarius, ſimilitudine duarum priorum ſyllabarum verbi ſequentis deceptus. προοίμια plene ſcripſit *ms. A.* Similiter vero dictum

IV. 132. c. habes, τὸ προοίμιον τῶν δείπνων. Eosdem ver- a
sus sic fortasse redintegrari & suppleri posse, docte, ut solet, monuit CORAY:

Γαστρισμὸς ἔσται δαψιλής. τὸ προοίμιον
ὁρῶ χαρίεν νύν, ἀλλὰ χορτασθήσομαι.

conferre iubens III. 107. b. ubi προοίμιον δείπνου χαριέντως πεπρυτανευμένου: & IV. 132. c. ubi προοίμιον τῶν δείπνων χαριέστερον τῆς ἐν ἄστει παρασκευῆς.

Ἄμφις ἐν Οὐρανῷ. Nescio an rectius Οὐράνῳ scriberetur, ut proprium nomen. In verbis poëtae, (quae desunt in Epit.) metri rationem requiro. Pro χορταζόμενα non dubito, aut χορταζόμεθα debuisse librarium, aut χορταζόμενος, ut terminationem α & ος confuderit; de quo errore iam saepius dictum.

αὔριον δὲ ἢ ἔννηφι· τὴν γὰρ εἰς τρίτην Ἡσίοδος εἴρηκεν b
οὕτως. »Hesiodi versus hic est: Μηδ' ἀναβάλλεσθαι εἰς τ' »αὔριον εἰς τ' ἔννηφι. « CASAUB. — Exstat in Ἔργοις, num. 410. (vs. 38. in Brunckii Gnomicis.) Ibi quidem ἔννηφι cum dupl. ν postulabat metrum; at h. l. pro ἔννηφι, quod erat editum, ἔνηφι dabat *ms. A.* ut est apud Hesych. & Suid.

ὁ κοιλιοδαίμων παρὰ τίνι κεῖται. -- Εὔπολις τοὺς κόλακας ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι οὕτω κέκληκεν. Eo vocabulo usus erat Cynulcus supra, pag. 97. c. Eodem vocabulo in *adulatores* usum esse ait Athenaeus EUPOLIDEM comicum, in cognomine dramate, passim in his libris laudato, cui scilicet titulus Κόλακες erat. — »In ea fabula »eleganter poëta appellavit parasitos κοιλιοδαίμονας: quo- »rum nempe *Deus venter est*, &, ut loquitur Paulus Apo- »stolus, [ad Philippens. 3, 19.] ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία. Ve- »tus scriptor Anonymus historiae Romanae: Ἰούνιος ὄνο- »μα εἰς τὴν ἱππάδα τελῶν, καὶ φαγεῖν ζῶν (scribo καὶ »πρὸς τὸ φαγεῖν ζῶν) συνήθης ἦν τοῖς ὑπάτοις, κοιλιοδαί- »μων τε καὶ ταγηνοκνισσοθήρας. Simile est κοιλιόδουλος »apud Palladium in vita Marci Abbatis; & in his libris »alibi, ὀλβιογάστωρ. [IX. 386. e.] Clemens Alexandr. de »hoc genere hominum, καί μοι δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἀνθρωπος »οὐδὲν ἄλλ' ἢ γνάθος εἶναι. [Paedag. lib. II. c. 1. pag. 103. »ed. Heins.] Idem scriptor eruditissimus Eupolidis hoc ver- »bum nove usurpavit pro *Daemone ganeonum praeside*. Sic »enim scribit in secundo Paedag. [pag. 109.] Τῶν δὲ ἀμ- »φὶ τὰς φλεγμαινούσας κυπτάζόντων τραπέζας, τὰ σφέ-

b »τερα τιθηνουμένων πάθη, δαίμων καθηγεῖται λιχνότατος· »ὃν ἔγωγε οὐκ ἂν αἰσχυνθείην κοιλιοδαίμονα προσειπεῖν, καὶ »δαιμόνων κάκιστον. « CASAUBONUS. — Quid impediverit doctum Virum non video, quo minus lectorem doceret, verba ista *Anonymi scriptoris historiae Romanae* a Suida nobis servata esse in Φαγεῖν ζῶν & in Ἰούνιος. Potuerat ibi fortasse teneri φαγεῖν ζῶν absque praepositione, eâdem notione ac si esset πρὸς τὸ φαγεῖν, quod voluit Casaub. aut διὰ τὸ φαγεῖν, vel διὰ τὸ καταφαγεῖν, ut suspicari possis ex altero apud Suidam loco. Speciosa est vocabuli κοιλιοδαίμων interpretatio, *cui venter Deus est:* sed fortasse nil aliud, nisi hoc, cogitavit Eupolis & Athenaeus, cum eo uterentur, *qui felicitatem ventre metitur;* quam in partem Dalecampius pag. 97. c. & iam olim Guil. Budaeus acceperat, referente H. Stephano in Thes. II. 289. c. apud quem ibidem pro *Athen.* 12. oportebat *Athen.* 3. quod eo moneo, ne quis frustra quaerat, cum praesertim latius etiam manasse illum errorem videam.

τὸ δὲ μαρτύριον ἀναβαλοῦμαι, ἔστ' ἂν ἀποδῶ σοι τὰς πληγάς. Faceta ista ratione, & aliis talibus, utitur noster Athenaeus, ubi verba auctoris, cuius testimonium adponere cupit, non habet in promtu.

AD CAP. LVII.

c Καλλιμέδοντα τὸν ῥήτορα. »De CALLIMEDONTE *Carabo* »plura Athenaeus & hoc libro, [paulo post, lit. d. & pag. »104. d.] & aliis quoque. [IX. 339. f. & 340. VI. 242. »d.] Nam quoties idem ab illo repetitur? Plutarchus in »Phocione: Σιωπῶντος δ' ἐκείνου καὶ διαμέλλοντος, ἀναπη»δήσαντα Καλλιμέδοντα τὸν Κάραβον, ἄνδρα θρασὺν καὶ μι»σόδημον, εἰπεῖν. « CASAUB.

Tertius ALEXIDIS *versus* in hunc modum editus legebatur:

ἐφθῆς ἴσω . . . . . πρὸς ἰταλῶν ἀποθανεῖν.

Et vetus illud ulcus erat: nam eodem modo etiam in *cod. A.* scribitur, nisi quod nullum ibi signum lacunae, quam Casaubonus punctis nonnullis, superiores vero editores asterisco indicaverunt. Nec meliora Epitomatori suum olim obtulerat Athenaei exemplum: quare prudenter ille in voce ἐφθῆς finem fecit verborum Alexidis. Versum sic sarciendum proposuit CASAUBONUS:

ἐφθῆς ἴσως προσίετ' ἂν ὁ τάλας ἀποθανεῖν.

ut esset sententia: »*Pro patria omnes parati sumus mori: »pro matrice, sive vulva cocta, Callimedo Carabus etiam mor»tem oppetere fortasse sustineat.*« — Mihi, in eamdem sententiam, praeferendus visus est optativus verbi modus προσεῖτ', ex προσεῖτο. Nam vocalem ι in vetustis nostris membranis idem ac ει valentem iam toties vidimus, ut haec quidem nostra correctio a vestigiis literarum nullo modo videri debeat discedere. Pro τάλας vero multo commodius ἄλλως visum est: sed hanc particulam nollem per *insuper* a me latine redditam, cum debuissem *facile, temere.* In versione igitur sic positum velim, *facile forsitan sustineat mori.*

ANTIPHANIS *vers.* 1. Ἔμμητρον ἐὰν ᾖ τὸ ξύλον &c. Pertinet hoc ad illam vocis μήτρα notionem, quam his verbis Hesychius expressit: Μήτρα· τῶν ξύλων τὸ ἔντος, ὃ καρδίαν τινὲς ἢ ἐντεριώνην καλοῦσι. Latine *medulla.* *Vers.* 2. Μητρόπολις ἐστιν, *metropolis exstat;* nempe *metropolis est quae dicatur: patropolis non est;* scil. quia nemo sic loquitur, nec exauditum est illud nomen. *Vers.* 3. Μήτραν -- ἥδιστον κρέας. Laudat etiam Horatius lib. I. Epist. 15. vs. 40.

Nil melius turdo, nil vulvâ pulcrius amplâ.

Mireris hoc loco, quid sit quod *vulvam* Plutarchus in ciborum numero retulerit, qui *recens demum* in usu esse coepissent; Symposiac. VIII. 9. pag. 733. e. *Vers.* 4. *Metras Chius* sit-ne etiam aliunde notus, mihi incompertum

De *Callimedonte, Carabo* s. *Locusta* cognominato, vide paulo ante lit. c. & infra pag. 104. d.

Διώξιππος δὲ, ἐν Ἀντιπορνοβοσκῷ. Penacute scriptum malim, Ἀντιπορνοβόσκῳ. *Ibid.* DIOXIPPI verba, ex fabula *Historiographus,* mire olim scripta, & magis etiam mire distincta legebantur. In ed. Ven. sic scribitur: ἐν δὲ ἱστοριογράφῳ, τὴν στοὰν διεξέπαιον ἀμφικλῆς μήτρας δύο κρεμμαμένας; Δείξας ἐκεῖνον πέμπε, φῆς, ἐὰν ἰδῇς. Eodemque fere modo in ed. Bas. Nec aliter in ed. Cas. nisi quod in hac, multo etiam incommodius, primum post διεξέπαιον, deinde rursus post πέμπε maiori puncto distinguatur oratio, hoc modo: ἐν δὲ Ἱστοριογράφῳ, τὴν στοὰν διεξέπαιον. Ἀμφικλῆς, μήτρας δύο κρεμμαμένας, Δείξας ἐκεῖνον πέμπε. Φῆς, ἐὰν ἰδῇς. Ad quae emendanda nihil offerebant nostrae *membr. A.* nisi κρεμαμένας, pro mendoso κρεμμαμένας. *Epitomator* ista omnia praetermisit. CASAUBONUS vero haec adnotavit: »Fabu-

e »lam inſcriptam Ἱστοριογράφος Dalecampius Amphicli »neſcio cui tribuit, perturbatis Athenaei verbis, quae »non ſunt obſcura: & pro διεξέπαιον legit διεκπαίζων, »quod interpretatur διαπαίζων; [*inſultans & illudens*] »emendatio prava, interpretatio falſa. Sic lego:

»— — — — τὴν στοὰν
»διεξέπαιεν Ἀμφικλῆς, μίτρας δύο
»κρεμαμένας
»δείξας. ἐκεῖνον πέμπε φησὶν εἰς ὄψιν.

»*Irrupit per porticum Amphicles, & oſtenſis ſodali cuidam ſuo* »*vulvis duabus quas geſtabat, Illum quem noſti, ait, mitte* »*ad me ſi videris.* διεκπαίειν eſt *vi ſibi viam facere per ali-* »*quem locum.* διεκπαίσασθαι τὰς θύρας apud Dionyſium »Halicarnaſſeum. Frequens verbum hiſtoricis, alibi no- »bis expoſitum. Κρεμαμένας pars verſus eſt, cuius caete- »ra verba, ut ad ſententiam non neceſſaria, auctor ſuo »more praetermiſit. Simillimum eſt in Characteribus Theo- »phraſti, capite de Ruſticitate, κομίσασθαι ἀπὸ τοῦ βρα- »χίονος τοὺς ταρίχους; quae ibi ſcripſimus, vocem κρε- »μαμένας nobis hoc loco explicant.« — Sic ille. At per- ſpecte Vossius, de Hiſtoricis Graec. lib. III. pag. 359. monuit, non eſſe iambicos verſus, (quod neſcio quo pa- cto ſibi perſuaſerat Caſaubonus) ſed duos integros iu- ſtoſque trochaicos, eo modo, quo a nobis editi ſunt, digerendos.

AD CAP. LVIII.

Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος &c. Vide initium libri quarti. *Ibid.* τὴν σὺν ὀπῷ χρῆσιν αὐτῆς. »Plurimus olim *laſerpitii uſus* »fuit in paratura ciborum inter condimenta. Teſtimonio »ſunt innumeri veterum ſcriptorum loci, ubi σιλφίου men- »tio, & ὀποῦ. Tanta enim plantae huius aeſtimatio fuit, »ut generalem vocem ὀπὸς [quemlibet *ſuccum* ſignifican- »tem] propriam ſibi fecerit ob ſingularem praeſtantiam. »Ac licet multis Graeciae, Syriae, Mediaeque locis *ſil-* »*phium* naſceretur, unde ſuccus exprimebatur in uſus men- »ſarum: omnibus tamen praeſtabat *ſuccus* ille qui e regno »*Cyrenaico* in Graeciam deferebatur. Hic igitur, ut omnium »optimus & praeſtantiſſimus, ὀπὸς Graecis ſcriptoribus »dictus.« Casaub.

f Ἀντιφάνης ἐν Δυσέρωσι. »Antiphanis fabula, niſi

» fallor, Δυσέρως inſcripta erat, non Δυσέρωτες. « CASAUB. f Ea nuſquam alibi, quod ſciam, citatur: nil autem h. l. mutant libri. *Verſ.* 1. Ἐκεῖσε δ ι α π λ έ ω. δ' ἐκπλέω. edd. δ ιουπλεωθεν (ſic) *ms. A.* quod ex δ ιαπλέω ὄθεν corruptum iudicavi. Vocalem α cum ου in vetuſtis libris ſubinde confundi, ſaepe ad Polybium monuimus: vide ibi Adnot. ad I. 75, 5. T. V. pag. 324. ad X. 14, 15. T. VI. pag. 601. ad XVIII. 5, 9. T. VII. pag. 343. Et in noſtris *membr. A.* in figura literae α perſaepe a dextra parte ita circumducta eſt extrema cauda, ut ſimillima ſit ſpecies vocalium ο & υ invicem iunctarum. Quod ſi cui parum perſpicuum eſt quod dico, inſpiciat in Montfauconii Calligraphia Graeca illud ſcripturae exemplum pag. 282. num. 6. cui maxime ſimilem ſcripturam noſtrarum membranarum in Praefatione pag. LXXXVIII ſq. dixi: videatque ibi lin. 2. figuram literae α in voce ἀπόστολος, tum lin. 3. in ἐπαγγείλατο, rurſuſque ibidem in διὰ, & deinde ſaepius in eodem exemplo. Sonat autem δ ιαπλέω, *navi tranſmitto.* Totum initium huius cap. praetermiſit Epitomator, uſque ad Sopatri teſtimonium.

Verſ. 2 *ſeqq.* ὄθεν δ ιεσπάσθημεν, ἐῤῥῶσθαι λέγων ἅπασιν, ἵπποις, σιλφίῳ &c. »Haec aliquis loquebatur, quem »vis maior Cyrenen detulerat, unde pedem referens & »navigationem in patriam inſtituens, *Ego*, ait, *illuc na-*»*vigio contendo hinc abiens, unde ſumus divulſi: longum vale* »*dicens omnibus equis, & caeteris rebus univerſis quibus abun-*»*dat regio Cyrenaica.* In enumeratione *mercium Cyrenaica-*»*rum* res diverſiſſimas poëta coniungit, coniunctiſſimas »ſeparat. Nam ἵπποι, συνωρίδες, κέλητες, eiuſdem ge»neris ſunt, pertinentque ad rem equeſtrem ac curulem. »Cyrenenſes equitandi & aurigandi peritia olim nobilita»bat. Ideo Pindarus εὔϊππον *Cyrenen* vocat, in oda ad »Arceſilaum Cyrenaeum. [Pyth. Od. IV. ipſo initio.] »Enarrator ibi: Τὴν Κυρήνην εὔϊππον εἶπεν, οὐκ ἐκ τοῦ πα»ρατυχόντος, ἀλλ' ὅτι Ποσειδῶν τοὺς Λίβυας δ ιδάξειε τὴν »τῶν ἁρμάτων κατάζευξιν. Inde *Barcaei currus* Graecorum »literis celebrati, ut Sophoclis in Electra, [vſ. 727.] & »aliorum. τῆς Κυρηναίων ἁρματηλασίας meminit & Xe»nophon ſexto Paediae, [VI. 1, 27.] & Lucianus in En»comio Demoſthenis. [cap. 23. T. IX. p. 152. ed. Bip.] »Quin adeo frequens in illa gente curruum uſus, ut et»iam intra urbis pomoeria curru veherentur, ſicut Ro-

f » mani rheda aut carrucis. Alexis: [apud Athen. lib. X. init.]

Ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς·
κἀκεῖ γὰρ ἂν τις ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἕνα καλῇ,
πάρεισιν ὀκτωκαίδεκ' ἄλλοι, καὶ δέκα
ἅρματα, συνωρίδες τε πεντεκαίδεκα.

» Similiter, σίλφιον, καυλὸς, & ὀποὶ, [item μάσπετοι » verſ. 4.] cognata ſunt. Πυρετοὺς in hoc albo ponit iocoſe, » aerem eius tractus *inſalubrem* eſſe ſignificans, in quo pluri- » mum homines *febricitent*. Vocem μαστοῖς [quam *verſ.* » 4. tenebant edd. cum mss.] loco movendam ſuadet me- » trica lex, & ſcribendum, πυρετοῖς, μαστοῖς, ὀποῖς. » Sed quid appellat μαστοὺς? Nimis enim ridiculum, in la- » terculo nobilium mercium *mammas* ponere. An μάσθ- » λαις ſcribendum? ut *coria* intelligantur; quorum hodie- » que magna copia in Italiam atque Hiſpaniam importa- » tur ab iis mercatoribus, qui cum Afris in regno Fez & » Marocho rationem commerciorum ineunt. Idem facta- » tum iam olim docebat Hermippus libro primo: [Athen. » I. 27. e.] ἐκ μὲν Κυρήνης καυλὸν καὶ δέρμα βόειον. An » potius ſine ulla vocum tranſpoſitione ſcribi debet μα- » σπέτοις, πυρετοῖς, ὀποῖς? Quid ſit *maſpetum* declarant » in hiſtoria laſerpitii Theophraſtus, Dioſcorides & Plinius. » Minus placet quod probavimus aliquando, μαστοὺς eſſe » quos vocabant Cyrenenſes βουνούς. Ager illorum in tres » partes erat diviſus, eam quae ad mare, βουνοὺς, & mon- » tes. βουνοὺς appellabant regionem mediam inter reliquas » duas, in qua plurimi erant *colles*, vel, ut loquitur Hir- » tius, [de Bello Hiſpan. c. 8.] *grumi natura excellentes*. » Herodotus: [IV. 199.] Τουτέων δὲ δὴ συγκεκομισμένων, » τὰ ὑπὲρ τῶν θαλασσιδίων [immo τὰ ὑπερθαλασσιδίων] χώ- » ρων τὰ μέσα ὀργᾷ συγκομίζεσθαι, τὰ βουνοὺς καλέουσι, » Quos illi βουνοὺς, Attici vocabant μαστούς. Heſychius, » τὰ εἰς ὕψος ἀνέχοντα τῆς χώρας καλοῦσι μαστούς. ſic » debent haec ſcribi: vide & Pollucem. « CASAUBONUS. — Vocab. μαστὸν, de *tumulo* uſurpatum vidimus apud Polyb. I. 56, 6. At id, quamquam tenent etiam vetuſtae noſtrae membranae, non erat huius loci: nam, ut alia taceam, ne tranſpoſitam quidem (ut ſuaſerat Caſaubonus) eam vocem cum πυρετοὺς, ferebat metrum ob primam in πυρετοὺς brevem. Nec magis μάσθλαις convenit. Quo minus dubitandum duxi, quin μασπέτοις adoptarem, quod perſpecte iam pridem in verſione ex-

presserat Dalecampius. *Maspetum* dicuntur *folia silphii*, ut docet Plinius XIX. 3, 15. aliique auctores, quorum verba ibi adposuit Harduinus T. II. pag. 160. not. 16. In fine illius versus, pro ὁποῖς, perperam ὁπίσω habent membranae.

Τῆς δὲ διαφορᾶς τῆς περὶ τὴν ἐκτομίδα. »Si vera a »est haec lectio, ἐκβολὰς vulva [quae in sequentibus ver- »sibus nominatur] & ἐκτομὶς idem sunt: quod equidem »vix possum in animum inducere. *Electitiam vulvam* por- »cariae longe anteponit Plinius. [XI. 37, 84.] Ex eo »divinabam huiusmodi lectionem: Τῆς δὲ διαφορᾶς τῆς ἐκ- »βολάδος παρὰ τὴν ἐκτοκίδα, vel παρὰ τὴν ἐκ τοκάδος. »Pronuncient eruditi τὴν ἀρέσκουσαν.« Casaub. — Monuerat iam de hoc loco H. Stephanus in Thes. III. 1400. e. f. eamdem *vulvam*, quam Plinius *electitiam* dicit, apud Athenaeum & ἐκτομίδα & ἐκβολάδα vocari. »Sed vide- »tur convenientius, ait, ἐκτομίδα μήτραν interpretari *ex-* »*sectitiam vulvam*, ἐκβολάδα autem *electitiam*.« — Nil mutat noster codex: quare, donec aut melior liber fuerit repertus, aut certius aliquid ex alio vetere auctore, quod huc faciat, fuerit prolatum, ferendum (puto) erit, quod ἐκτομίδα μήτραν eamdem atque ἐκβολάδα dixerit Athenaeus. Quas vero hoc loco turbas civit Gallicus interpres, eae quidem morari nos non debent.

Ad Hipparchi *versus* mireris ne verbum quidem a Casaubono adnotatum, qui tamen in priore versu haud parum a consentiente veterum editionum & msstorum scriptura recessit. Suspicatus eram olim, ex Epitome Hoescheliana ab eo correctos aliorum librorum errores: nunc, cum videam omissa ab Epitomatore esse haec omnia, intelligo nonnisi suo arbitratu sic eum edidisse, quemadmodum & nos, nihil certius habentes, in nostro exemplo repeti passi sumus:

— — — Ἀλλὰ
ἐν λοπάσιν μ' εὐφραίνει μήτρης καλὰ πρόσωπα.

Rectius vero ut dicam, non suo ex ingenio hoc ita posuit Casaubonus, sed ex Dalecampii versione adoptavit, quae sic habebat: *In lancibus me delectat vulvae pulcra facies*. Quae dictio similitudinem aliquam habet cum illa, III. 85. f. ἐκ λεπάδων χαύνοις φρένας &c. Vide vero, ne pressius etiam aliquanto insistendo vestigiis veteris scripturae, (quae sic habet, ἀλλὰ λοπασὺ μ' εὐφραίνῃ,) in

a hunc modum fortaſſe conſtitui prior verſus debuerit:

Ἀλλὰ λοπάς μ' εὐφραίνῃ· μήτρης καλὰ πρόσωπα &c.

id eſt, *ſed lanx* (ſive, *patina*) *me delectet!* ſive εὐφραίνει malueris, *me delectat*. Unde vero nata ſit illa υ litera in λοπασὺ, quod habent libri, aut quid ſub ea lateat, non dixerim. Nam ſi λοπὰς σὺ ſtatuas, primum metro non conſtabit ratio, nam uno pede abundabit verſus; dein εὐφραίνῃς aut εὐφραίνεις oporteret.

SOPATRI *verſus* ex *Hippolyto* ſic ſcriptus in ed. Caſ. legebatur:

δίεφθα, λευκανθεῖσα, τυροῦ τε δέμας.

Ibi CASAUBONUS: »Scribo τυροῦται δέμας: *caſeo obtegi-*»*tur tota*. Sed vocem δίεφθα non praeſtabo ſanam. « — Et τυροῦ τε quidem non niſi ex editionis Baſileenſis errore in editionem Caſaub. irrepſerat: recte τυροῦται ed. Ven. cum *ms. A.* & *B.* Nec aliud debuit *ms. Ep.* in quo quidem non expreſſa verbi terminatio. Ad ſententiam conferri poteſt id quod III. 96. c. ait Antiphanes, ἐφθὸς τυρὸς ἐπεδόνει πολύς. Sed δίεφθα quid ſit, non liquet. Videbatur deſiderari adiectivum nomen, ad μήτρα ἐκβολὰς referendum. At ὁ καὶ ἡ δίεφθος, non ἡ διέφθη dicitur, ac multo minus etiam ἡ δίεφθα. Verumtamen imprudenti mihi excidiſſe intelligo, ut δίεφθος corrigerem. Tametſi enim haud raro in noſtris libris permutantur inter ſe vocalis α & ſyllaba ος: (de quo haud multo etiam ante monui ad vocem σπλῆνα III. 96. c.) tamen hoc loco vocem δίεφθος, ob ſpondeum in ſecunda ſenarii ſede, non ferebat metri ratio; niſi in proxima voce mendum ineſſe ſtatuamus, & pro λευκανθεῖσα, quod habent editi, fortaſſe εὖ καυθεῖσα aut ἐκκαυθεῖσα (*ardens, bene fervens*) legendum ſuſpicemur. Sed in primoribus quidem literis vocis λευκανθεῖσα nil diſſentiunt ab editis msti: in terminatione ſuo more erravit ſcriba *codicis A.* λευκανθισα ſcribens (abſque accentu, puto:) in *ms. Ep.* vero eſt λευκανθίζουσα. An pro *adverbio* accipi poſſit δίεφθα, quod in mentem alicui venire poterat, etiam atque etiam dubito.

b Alterum verſum ex SOPATRI *Phyſiologo*, τὴν δηξιθυμὸν ἐντὸς ὀξάλμην ἔχων, latine ſic reddiderat Dalecampius, (*Fruſtum*) *quod cum acri thymo intus acidam muriam habeat*. Quo ſpectans CASAUBONUS ſcribit: » Thymo ad-»iecto fieri de oxalme thymoxalmen, ex Dioſcoride ſci-

»mus: sed non concedemus propterea, recte feciſſe in- b
»terpretem, qui Sopatri verſum de thymoxalme inter-
»pretatus eſt. Sine ulla controverſia δηξιθυμὸν ὀξάλμην
»appellat δριμεῖαν, *acrem*. Archeſtratus in eadem re [pau-
»lo poſt, lit. e.] καὶ μήτραν ἐφθὴν ὑὸς, ἔν τε κυμίνῳ, ἐν
»τ' ὄξει δριμεῖ. Euſtathius Ὀδυσσ. δ'. [pag. 183, 13.]
»Τοιαύτης δὲ σύνθεσις ἅλμης καὶ παρὰ Σωπάτρῳ ἐν τῷ δη-
»ξίθυμος ἅλμη· ἔνθα τὸ δηξίθυμος ταυτόν ἐστι τῷ δα-
»κέθυμος. Legas apud eumdem paulo ante & πικρὰν
»ἅλμην.« —

AD CAP. LIX.

Οἱ μέντοι ἀρχαῖοι &c. »Quod ſequitur de *non ſolitis*
»*olim in Guſtationibus apponi vulvis*, & *lactucis*, & *caeteris id*
»*genus*, expoſuimus iam ante libro ſuperiore. De lactu-
»cis idem dicit Martialis:

»*Claudere quae coenas lactuca ſolebat avorum,*
»*dic mihi cur noſtras inchoet illa dapes.*« CASAUB.

Ἀρχέστρατος γοῦν – – μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὰς προπό-
σεις καὶ τὸ μύροις χρήσασθαι φησίν: intellige, φησὶν παρε-
νέχθαι ταῦτα, *adpoſitos eſſe hos cibos*. αἱ προπόσεις autem
non ſunt τὰ προπόματα, *guſtationes*, ſed τὸ προπίνειν τὰς
φιλοτησίας. Vide Polluc. VI. 30.

In ARCHESTRATI *verſ.* 1. Ἀεὶ δ'. Rectius Αἰεὶ δ': quod adnotavit Brunck, ex *ms. B.* ut videtur. Ex *ms. A.* quidem nil enotatum. *Ms. Ep.* vero ἀεὶ tenet. *Verſ.* 2. recte ἀνθῇ dedere *ms. A.* & *Ep.* Perperam ἀνθεῖ edd. *Verſ.* 3. στακτοῖσι μύροις, *liquidis unguentis* interpretatur Bro- c
daeus, Miſcell. V. 7. in Gruteri Theſ. Crit. II. 534 ſq. Confer vero V. 194. b. *Verſ.* 4. καὶ σμύρναν. Vitioſe καὶ σμύρναι ed. Caſ. 2. & 3. *Ibid.* λιβανόν τε πυρὸς μαλα-
κὴν ἐπὶ τέφραν. Ignis μαλακὸς, *lenis*, *lentus ignis* eſt, II. 54. c. At τέφρα μαλακὴ parum commode dici videtur. *Cinis* certe, ſuper quo adolere thura volueris, *ardens* eſ-
ſe debet, & *candidis prunis mixtus*. Quo magis placet μα-
λερὴν, quod ad exemplum aliquod editionis Baſileenſis, in Pariſienſi Bibliotheca ſervatum, adnotavit vir doctus. Suidas: Μαλερόν· λαμπρὸν, σποδόεν, ἰσχυρὸν, ὀξύ. τὸ μαλερὸν πῦρ· τὸ ὀξὺ, σφοδρόν. Paria habet Heſychius. Notulae marginibus illius exempli Athenaei inſcriptae, quarum partem *Schweighaeuſerus* meus mecum communi-

c cavit, in Catalogo Bibliothecae Parisiensis auctori tribuuntur *Emerico Bigoto:* videndum vero, ne ad FLORENTEM CHRISTIANUM fuerint referendae, qui, ut dominus olim libri, suum nomen in extrema ora paginae, quae titulum exhibet, hoc modo inscripsit, φ. χριστιανοῦ. Nonnullae certe ex istis notulis haud dubie hunc auctorem habent; verbi caussa illa, quae ibi pag. 48. ed. Bas. ad lin. 25. adscripta est: (ed. Cas. III. 95. e.) »*Amphitruo* »δεύτερος, *Tragoedia Archippi.* Puto hunc auctorem desi»gnari apud Hesychium vocabulo Ἐπενώτισεν.« Eadem coniectura (in *Florentis Christiani* notulis, ad exemplum impressum Hesychii adscriptis, reperta) sub FLORENTIS nomine laudatur in Albertina Hesychii editione l. c. Confer Alberti Praefat. ad Hesych. pag. 32. sect. 9.

Vers. 6. Ἐμπίνουτι δέσοι. Intellige de πότῳ μεταδορπίῳ, quem dicit Pollux VI. 30. Corrupte ἐμπίπτοντα *ms. Ep. Vers.* 7. Verba ἔν τε κυμίνῳ integra servavit *Epit.* In *ms. A.* desideratur syllaba κυ, spatio nonnullo relicto. *Vers.* 9. ὡς ἂν ὑπάρχῃ ὥρη. »Scribo ὧν ἂν potius »quam ὡς.« CASAUB. — Placeret utique ὧν: sed vulgatum tuetur *ms. A.* quod intelligi poterit ut latinum *prout.*

d Quatuor ista verba desunt Epitomae. *Vers.* 11. οὐδὲν ἔθοντες. CASAUBONO obsecutus sum, monenti: »Scri»be ἔθοντες, ut in Epitome Hoescheliana: pro ἔδοντες. »Nam & Eustathius sic legit, ubi disputat de obsoleto »verbo ἔθω. — Tenet eamdem scripturam noster *ms. Ep.* quam quidem non ob Eustathii auctoritatem, (qui Athenaeum nonnisi ex eadem Epitome cognitum habuit) praetuli vetustarum nostrarum membranarum scripturae; sed quod ubique *Homerum*, qui illo uti verbo adsueverat, imitari solitus est *Archestratus. Vers.* 12. Ἀλλὰ σὺ μὴ πείθου. Sic recte *ms. Ep.* cum edd. Corrupte Ἀλλὰ συμπείθου *ms. A. Vers.* 13. ἄλλα γ' ἐκεῖνα. ἄλλα γε κεῖνα *ms. Ep.*

Versus 14. sic vulgo scribebatur:

πτωχείας παράδειγμα καλῆς ἔφθῆς, ἐρέβινθοι.

Ubi CASAUB. »Scribo πτ. π. καλῆς, ἔφθοί τ' ἐρέβινθοι. »Dalecampius vero sic, φακῆ ἐφθὴ ἑρ. Non sequor hunc »ducem.« — Nil mutat *ms. A.* Epitomator vero, omissis verbis nonnullis, suo arbitrio sic scripsit: πτωχείας παραδείγματα, ἐρέβινθοι, κύαμοι, μῆλα, ἰσχάδες. Vides, φακῆν hunc in suo exemplo non legisse: nec in vilioribus

cibis habita olim lenticula. Placuit ἐφθοί τ' a Caſaub. propoſitum: ſed καλῶς non ferendum putavi: quod ſi quis pertinacius defenderit, intelligendum fuerit ſicut cum latine *ſplendidam miſeriam* dicimus. At, tam ſaepenumero in quibuslibet libris permutatas inter ſe voces κακὸς & καλὸς vidi, ut nullius etiam libri auctoritate κακῶς corrigere non dubitaverim. Homo de Archeſtrati ſecta nullum *malum* peius triſtiuſque novit *paupertate*. *Verſ.* 21. e ἀναρίθμους recte edd. ἀναριθμήτους *mss. A.* & *Ep.* contra metri rationem.

AD CAP. LX.

Γνωμικῶς καὶ ἡμῖν. Recte ἡμῖν *ms. A.* cum ed. Ven. f Perperam ὑμῖν ed. Baſ. & inde ed. Caſ. Sed καὶ particula non habet quo referatur. Itaque aut adverbium quoddam intercidiſſe videtur, v. c. καὶ σεμνῶς: aut καὶ αὐτὸς legendum, *& ipſe*, ſcil. *haud ſecus ac* Heſiodus, *Aſcraeus poëta*. Omiſit iſta verba cum aliis nonnullis Epitomator, qui & mox deinde in Damoxeni verſibus paſſim partim verſus aliquot integros, partim verba nonnulla ſuo arbitratu praetermiſit.

παρὰ Δαμοξένῳ - - ἐν Συντρόφοις. Hinc Suidas in Δαμόξενος: τῶν δραμάτων αὐτοῦ Σύντροφοι, ὡς Ἀθήναιος λέγει ἐν τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν.

Damoxeni *verſus* Excerptis ſuis inſeruit Grotius p. a 699 ſqq. cuius *verſionem latinam* (paucis quidem in verſibus noſtrae lectioni a nobis adcommodatam) contextui noſtro ſubiecimus. De ea verſione ipſe Grotius in *Notis* loquens: »Sunt in hoc Fragmento, inquit, multa vocabula phyſicae artis ex Epicuro & Democrito, quae nos »Lucretianis interpretati ſumus.« — Eoſdem verſus ex profeſſo pertractavit *Samuel* Petitus, Miſcell. lib. V. cap. 4. pag. 83-90.

Verſ. 4. κατεπύκνωσα verbum eſt Epicuro frequentatum, de quo vide pag. 103. b. quo minus ſolicitari debuit, niſi gravis in primis cauſſa adeſſet. Nec vero opus eſſe videtur, ut cum Grotio κατατέτρωκα legamus. Potuit is qui loquitur, olim coquus fuiſſe Epicuri, & multum pecuniae *corraſiſſe cumulaſſeque*: potuerat vero idem ſimul doctrinâ Epicuri aliquatenus imbui, eatenus certe, ut & dictionem in Epicuri ſchola uſitatam imitari, & prae-

a cepta nonnulla ex eadem ſchola petita in ſermonibus ſuis iactare ſciret.

Verſ. 5. Cum in fine ſenarii iambici non eſſet locus verbo καθήγησαι, adnotavit CASAUBONUS: »Fortaſſe »καθηγέτα, *ô magiſter*: ἡγέτης etiam dicitur; & pro κα»θηγητὴς, καθηγέτης, ut Μουσηγέτης.« — Inde καθήγετα, accentu in antepenultimam retracto, adoptavit Grotius, & nos cum eo. Cui emendationi favet nonnihil noſter *ms. A.* in quo non καθήγησαι, ſed καθήγησα: quamquam deinde ſuper prima litera vocabuli μάγειρος adpictum eſt neſcio quid, quod ad hanc vocem referendum videri poterat, ſed tamen alio pertinere videtur.

Tres verſus ſequentes, (quos omiſit Epitomator) ſic olim editi legebantur:

Μάγειρος ἦν, κἀκεῖνος οὐκ ᾔδει, θεοὶ,
ποῖος μάγειρος, ἡ φύσις πάσης τέχνης
ἀρχέγονον ἐστὶν ὦ ἀλιτήριε.

Ubi de corrupta voce ἀλιτήριε nullum aliud dubium ſubortum erat CASAUBONO, niſi quod accentum male poſitum, & ἀλιτηρίε ſcribendum exiſtimaret; quod pro vocativo foeminini generis ille accepit. Quo ſpectat, quod de *argumento* iſtorum DAMOXENI *verſuum* inde ab initio ait: »Continetur iis *fermo a coquo habitus cum* neſcio qua »*muliere*: cui narrabat ille, artem ſuam edoctum ſe fuiſſe »ab Epicuro. Cum exclamaſſet mulier, ſimilis non cre»denti; id cocus aegre ferens, *Sceleſta*, inquit, *neſcis*, »*Naturam, cuius interpres Epicurus, omnium artium eſſe ma»trem, atque omnium diſciplinarum principia in ſe continere.*« Dein tres iſtos verſus ſic ſcribendos interpungendoſque cenſuit:

Μάγειρος ἦν κἀκεῖνος; οὐκ ᾔδεις; Θεοὶ,
ποῖος μάγειρος! ἡ φύσις πάσης τέχνης
ἀρχέγονός ἐστιν, ὦ ἀλιτηρίε σύ γε.

»Illud οὐκ ᾔδεις; [inquit] a coquo pronunciatur. Si ſcri»bas οὐκ ᾔδειν, mulieris erunt verba: *Hoc ego neſcivi ha»ctenus.*« — DALECAMPIUS ᾔδει, quod erat editum, in tertia perſona acceperat; ἦν vero in prima: »*Coquus eram*, »*nec ille ſciebat.*« — GROTIUS οὐκ ᾔδεις adoptavit, a Caſaub. propoſitum; eaque verba cum ſequentibus coquo tribuit: poſtremum vero verſum ita mutavit, ut ſub contextu noſtro indicavi. — BRUNCKIUS ad oram ſui libri notavit: »E cod. Reg. [noſtro *ms. B.*] ſic ſcribendum:

» μάγειρος ἦν κἀκεῖνος. B. οὐκ ἤδη, Deel, a
» ποῖος μάγειρος. A. ἡ φύσις πάσης τέχνης
» ἀρχέγονόν ἐστ', ἀρχέγονον, ὦ ἀλιτήριε. «

Recte utique οὐκ ἤδη, in prima perſona, atticâ formâ pro ἤδειν, *non noveram*. Ipſum-ne vero ἤδη in codice mſto expreſſum repererit Vir doctus, an vocem ἤδει, mendoſe ibi (ſicut in edd. & in noſtro *ms. A.*) ſcriptam, pro ἤδη acceperit, non poſſum confirmare: illud certum habeo, in noſtris membranis ἤδει hoc loco ex ſcribae illius more nihil aliud valere niſi id ipſum quod Brunckius voluit probavitque. *Poſtremus verſus* eodem modo, quo a Br. ex *ms. B.* deſcriptus eſt, in *ms. A.* exhibetur, niſi quod ἐστιν plene ſcriptum, cum ἐστ' per apoſtrophum metri ratio neceſſario requirat. Pro vulgato ἀλιτήρια, ἀλιτήριε oportuiſſe ex coniectura iam olim viderat GROTIUS; monens, morem eſſe contemtim loquendi apud inferiores. Quod autem idem Grotius ait, ὦ ἀβελτηρία vulgo ſcriptum fuiſſe, id imprudenti magno viro excidit: nuſquam enim illa ſcriptura (in nulla certe Athenaei editione) reperitur.

Verſ. 9. Οὐκ ἔστιν οὐθὲν τοῦ πονεῖν σοφώτερον. In fine verſus perperam *comma* adhaeſit noſtro exemplo ex ed. Caſaub. cum *fortius interpungenda* eſſet oratio. Subiecta Grotii verſio refertur ad Graeca ipſius, diverſa a noſtris. Ex noſtra coniectura ita reddendus fuerat hic verſus: *Nihil ſapientius eſt, quam naturam elaborare*, id eſt, *excolere, & operam dare ut eam ſequamur.* Quam vim habeat vulgata ſcriptura τοῦ ποιεῖν, non percipio. Quod vero CASAUBONUS in *Animadv.* ait: »Scripti, τοῦ ποιεῖν, *uſu* »*& praxi.*« — ſuo rurſus more docti cuiuſdam viri emendationem pro codicum mſtorum lectione videtur accepiſſe: noſtri certe *mssti A. & B.* πονεῖν tenent; in *Epit.* vero deſunt omnia a verſ. 5-12. Videtur tamen Grotius, Caſauboni auctoritate commotus, verbum ποιεῖν adoptaſſe.

Verſ. 13. μὴ Δημόκριτόν τε πάντα. Sic & mssti Caſauboni, & noſtri *A. B.* & *Ep.* cum ed. Ven. & Grot. μὴ Δημοκρίτου τε ed. Baſ. & Caſ. — »Hunc philoſo- b
»phum (*Democritum*) potiſſimum coquus nominat, tan»quam praecipuum naturalis philoſophiae auctorem, & »quem Epicurus in multis erat imitatus. Paulo poſt [*vſ.* »31.] innuit poëta, *de Saporibus* fuiſſe ſcriptum a DEMO-

b »CRITO; quod verum esse sextus de Cassis Plantarum »docet, itemque Galenus libro II. de Elementis, & alibi.« CASAUBONUS.

Versum 14. sic sonantem in editis,

μᾶλλον δὲ κατέχοντα, καταγέλα σύ γ' ὡς κενοῦ.

in eorum numero versuum notavit HERMANNUS, (de Metris Poëtar. Graec. & Rom. pag. 155.) »qui proce»leusmaticum acrius tueantur.« Quod genus ille, utpote legi ab ipso latae repugnans, minime quidem probat, corrigendumque censet ubicumque in promtu esset emendatio; at in hoc tamen versu nihil tentavit, ferendumque iudicasse videtur. *Proceleusmaticum* scilicet vocat Vir doctus non modo quatuor brevium syllabarum in uno pede concursum, verum etiam quatuor syllabas ita concurrentes, ut pars ad praecedentem pedem, pars ad eum qui hunc sequitur, pertineat. Ac ne mihi quidem, prima specie, satis commode fluere ille senarius visus erat, nempe ob dactylum cum anapaesto in secunda dipodia concurrentem: sed postquam versum ita ut fieri semper debet, breves syllabas leviter perstringendo, longis paulo diutius insistendo, tentavi pronunciare; numerum in eo nec ingratum, nec ulla ratione incommodum percipere mihi visus sum. Nec vero idcirco talem, qualem cum superioribus omnibus editionibus exhibui, e poëtae stylo exisse hunc versum praestabo: quin potius, cum *omissis voculis* σύ γ' ambo nostri *codices A.* & *Ep.* eumdem sic exhibeant,

μᾶλλον δὲ κατέχοντα, καταγέλα ὡς κενοῦ:

viderint artis magistri, ne quâ aliâ commodiore fortasse ratione succurri laboranti metro potuerit.

Vers. 15 *sq.* Cum sic vulgo legeretur, consentiente *ms. A.* (nam in *Epit.* omissi verss. 15-18.)

καὶ τὸν Ἐπικούρου κανόνα μισθώσω σαφὲς,
ὡς ἐκ διατριβῆς:

ista latine sic reddidit DALECH. *Ac illum mercede conducito, qui Epicuri Canonem usu plane didicerit:* adiectâ adnotatione ex Laërt. X. 30. de Epicuri *Canone*, qui erat libelli titulus quo ea pars philosophiae tractabatur, quae λογικὴ vel διαλεκτικὴ aliis dicebatur. Inde CASAUBONUS: »Dalecampius »μισθωσαι [corrigebat] vel μισθωσον. Sed versus desit »opus est, si volumus eam esse, quam expressit ille, »sententiam. σαφὲς in extremo versu mihi satis ἀσαφές.

»Illud, ὡς ἐκ διατριβῆς, interpretor, ὡς ὢν ἐκ διατρ. b »*Compara tibi Canones Epicuri, tamquam unus aliquis ex alu-*»*mnis eius disciplinae.*« — Adnotavit BRUNCKIUS, in *ms. B.* diversas personarum partes ita indicari, ut verba Μισθώσω - - διατριβῆς alteri personae tribuantur, tum rursus ista coquo, Τοῦτο δεῖ γὰρ εἰδέναι. Videtur HERMOLAUS BARBARUS, qui illum descripsit codicem, in dramatum fragmentis ab Athenaeo citatis, pro suo sensu partes personarum distinxisse. In vetustis *membr. A.* nihil tale comparet. Nos GROTII emendationem, μισθώσας ἄφες, subiectâ eiusdem interpretatione, adoptavimus. Et est quidem mutatio, a magno Viro scripturae librorum adlata, ita levis, ut, recte adhibitam fuisse, nemini dubium videri deberet, si modo sententiam satis lucidam commodamque funderet haec emendatio. At fateor, in sententia ab ipso Grotio expressa eam desiderari lucem posse, quae ipsa per se fidem faciat sui, & emendationem adhibitam extra dubitationem ponat. Quod si μισθώσω (activâ voce) posset *mercede conducam* denotare, aut si μισθοῦμαι legeretur, quod idem valeret ac μισθώσομαι in futuro; tunc ex parte veram esse suspicarer illam partium distributionem, quam e *ms. B.* Brunckius adnotavit, scil. hactenus, ut duo verba μισθ. σαφὲς ab altera persona dicta intelligi deberent, quae responderent istis superioribus καταγέλα ὡς κενοῦ. Sic nempe, pro eo quod glorioſus coquus *ridendum talem illiteratum* dixerat, alter dein dixerit, *immo talem ego lubens mercede conducam;* significans scilicet, se *literatum* potius coquum ridere, eique *illiteratum* praeferre. Cuius responsum non curans glorioſus ille, ac ne audiens quidem, pergit dicere: 'Ὡς ἐκ διατριβῆς τοῦτο δεῖ γὰρ εἰδέναι, &c. quod videri poterat nude hoc sonare', *Nam usu cognitum hoc habere debet.* At doctior est huius hominis sermo; vox διατριβὴ e scholis philosophorum petita est, & modo *scholam ipsam* denotat, modo *studium scholasticum, eruditum studium*, & *disputationes doctorum hominum.* (conf. III. 103. d.) Itaque praeponit ὡς particulam, & hoc dicit, *Nam veluti ex erudito studio & ex doctorum hominum commercio notum hoc debet habere*, &c. —

Vers. 17. τίν' ἔχει διαφορὰν πρῶτον. πρῶτος edd. nec aliud enotatum e *ms. A.* πρῶτον ex coniect. correxit Grotius: id ipsum vero etiam in *ms. B.* legi adnotavit Brunck. Quod unice verum iudicavi: suspicatusque sum,

eamdem fortaſſe ſcripturam in *ms. A.* diligentiam noſtri exploratoris effugiſſe.

Verſ. 18. γλαυκίσκος. De *glauciſco* nonnihil dictum ad II. 62. d. Animadv. T. I. pag. 418. Conf. mox pag. 103. d. Eſt autem haud dubie γλαυκίσκος nil aliud niſi *iuvenis glaucus*, (conf. Geſner. pag. 388.) de quo piſce vide II. 68. a. & VII. 295 ſq.

c *Verſ.* 19. ποῖος περὶ δύσιν Πλειάδος. Cum ἐπὶ δύσιν Πλειάδος eſſet editum, adnotavit CASAUB. » Scripta » lectio, ἐπὶ δύσιν Πλειάδων. « Eamdemque ſcripturam, a Grotio adoptatam, e *ms. B.* adnotavit Brunck. At, quod nos edidimus, περὶ & Πλειάδος communi conſenſu recte dedere noſtri *mssti A.* & *Ep.* De Πλειάδος δύσει videſis notata ad Polyb. III. 54, 1.

Verſ. 20. ἰχθῦς in ſing. cum circumflexo exhibent h. l. ſcripti & edd. Poterant & ἰχθὺς, ut alibi: nam & ſic ultima longa foret. *Ibid.* ὑπὸ τροπὰς τ' ἐστὶ. Coniunctivam particulam GROTIUS ex coniectura adiecerat: nunc eamdem perſpicue etiam expreſſam video in *ms. Ep.* Cur vero vocabulum χρησιμώτατος in χρησιμώτατον mutaverit idem Grotius, non modo cauſſa nulla adparet, ſed & perincommode id factum videtur. Eſſe autem conſulto a ſe hoc mutatum, ipſe in Notis declarat.

Verſ. 21-23. *Viciſſitudines* (*temporum*,) inquit, *& motus* (*ſolis*) *maximum inferunt hominibus malum*; ſcilicet, ſi illarum mutationum rationem hi non habent, & vitae ſuae rationem ad illas non adcommodant: *tum & diverſitatem efficiunt in eis rebus quibus in cibum utimur.* ἐν ταῖς τροπαῖς temere ſcripſerant librarii, cum e ſuperioribus verſibus τροπὰς adhuc in animo haberent. τροφαῖς in meo exemplo iam ex coniect. correxeram, cum idem Grotio placuiſſe vidi. Poſt ἀλλοιώματα vero, *coniunctiva particula* nonniſi meâ de coniecturâ adiecta eſt, quâ non carere poſſe viſa mihi erat oratio. Latebat vero etiam fortaſſe eadem particula τ' in ſcriptura *codicis Ep.* in quo ἀλλοιώματ', pro ἀλλοιώματά τ'. Coniunctiva particula opus eſſe Grotius etiam iudicaverat: ſed eam propius initium verſus poſuit, & cum reliquam verborum diſtinctionem, tum vocem ἠλίβατον in ἠλίβατα mutavit, hoc modo conſtituens totum hunc locum:

αἱ μεταβολαὶ γὰρ αἵ τε κινήσεις κακὸν·
ἠλίβατα δ' ἀνθρώποισιν ἀλλοιώματα

ἐν ταῖς τροφαῖς πυιοῦσι. — C

Quae quidem ratio parum probabilis mihi visa erat; cum praesertim in ἠλίβατον, (ad κακὸν nullâ interpositâ distinctione referendum) consentiant libri omnes. Est tamen in eiusdem versus priori hemistichio dissensus librorum, qui turbare nonnihil nos possit. ἠλίβατον ἐν ἀνθρώποισιν, sicut nos edidimus, sic legitur in superioribus editionibus: sed ἐστ' ἀνθρώποις habet *ms. A.* quod percommodum videri posset, nisi sic pes spondeus in quartam senarii sedem incideret. Itaque omisso verbo ἐστ', utpote ex interpretatione adiecto, sic oportebat,

ἠλίβατον ἀνθρώποισιν.

Quod ἐν ἀνθρώποισιν scripsit primus editor, id ex *Epitome* sumsisse videtur, in qua est,

ἠλίβατον· ἔν τ' ἀνθρώποις ἀλλοιώματ'.

At ibi ἔν τ' istud haud dubie ex ἐστ' corruptum: nec omnino opus hic erat ἐν particulâ, quam *deletam* velim. Eamdem voculam aliâ ex causâ, (ne scilicet quatuor breves syllabae concurrerent) deleri iusserat HERMANN, de Metris pag. 155.

Vers. 25. Τίς παρακολουθεῖ ταῦτα; »*Quis coquorum ad* »*ista attendit?* Sed ταῦτα pro τοῖσδε non est ferendum.« CASAUB. — GROTIUS, alteri personae verba ista tribuens, *Quotus ista quisque observat?* interpretatus est. Ac sane, & *sequi*, & *mente adsequi*, *intelligere*, & *mente persequi*, id est, *attendere*, *observare*, significare potest istud verbum παρακολουθεῖν: sed, quocumque significatu, nusquam cum *accusativo* casu, constanter cum *dativo* constructum reperitur. Et tamen (quoniam τούτοις non fert metrum) τοῖσδε, utpote nimis recedens a scripturae vestigiis, quam tenent cum editis ambo nostri codices, non sum ausus in contextu ponere: sed, donec melius aliud certiusve occurrerit, ferendum vulgatum, quamvis suspectum, iudicavi. Nihil enim promovere *Sam.* PETITUS visus est, cum l. c. pag. 84 sq. statuit, nove sed eleganter dictum esse παρακολουθεῖν, pro *insuper habere*, *negligenter exsequi praecepta*; fere ut παρακούειν. Nam etiam sic dativus casus desiderabatur; ut taceam, pronomen τις postponi debuisse verbo ea notione accepto. *Ibid.* τοιγαροῦν στρόφοι. conf. III. 116. a. Adde Hemsterh. ad Plut. pag. 432.

Vers. 30. ὁ χυμὸς ὁμαλῶς παντ. Magis placet, transposi- d tis verbis cum *ms. Ep.* legere ὁμαλῶς ὁ χυμὸς παντ. —

d PETITUS pag. 85. ὁ χυλὸς malebat, ut adluderetur ad illud Epicuri dictum in libro περὶ Τέλους, apud Athen. VII. 278. f. & 280. a. οὐ γὰρ ἔγωγε νοήσω τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονάς. At, primum, idem valet χυμὸς & χυλὸς, ut perinde sit, utro nomine utaris: deinde, ibi de *saporibus* loquitur Epicurus, hic vero de *succo nutritio* agitur.

Versus 31. & 32. sic in editis legebantur:

Χυμὸς λέγεις, Δημόκριτος οὐδὲν πρᾶγμα τὰ γινόμενα ποιεῖ τὸν φαγόντ' ἀθρητικόν.

Ibi CASAUBONUS: »Versus XXXI sphinx est, cui opus »Oedipo. Legi potest, Χυμὸς λέγεις; Δημόκριτος οὐδέν. »ταῦτα δὴ γινομ. &c. Prima verba sunt illius quam al»loquebatur cocus.« [Vidimus supra, Casaubonum existimasse, cum *muliere* colloqui coquum.] »Admirata enim, »quod vocabulo philosophorum ac medicorum χυμὸς in »praeced. versu esset usus hic cocus: *Quid?* ait; χυμοὺς »*tu nosti, & de iis loqueris? iam ergo Democritum physicum* »*nihil est cur miremur.* Pergit deinde coquus: *Haec*, in»quit, *quando ita fiunt, acutum reddunt illum qui cibis ita* »*paratis vescatur.* ἀθρητικὸν vel ad aciem oculorum, vel »acumen ingenii, potes referre.« — Sic ille: cui in prioribus verbis adsentiens fere PETITUS; verbaque illa, Δημόκριτος οὐδὲν, reddens, *Nihil ad te collatus Democritus;* deinde πράγματα legit, & reliqua tenens, sic interpretatur: *Nihil est quod mireris; eventa nos cautos fecerunt.* — GROTII emendationes sub contextu indicavimus, & latinam eiusdem versionem subiecimus. In cuius ratione illud utique violentum, quod vulgatum γινόμενα in τὰ δ' ἀνώμαλα mutavit; respiciens illud ὁμαλῶς, quod paulo ante praecessit. Sed istud praeclare viderat, & collato praesertim versu seq. intellexerat, ἀθρητικὸν ex ἀρθριτικὸν esse corruptum. Ipsum vero hoc ἀρθριτικὸν perspicue exhibet noster *ms. A.* (Epitomator quidem duos istos praetermisit versus.) In reliquis verbis nil mutat idem *ms. A.* nisi quod non post λέγεις, sed *post* Δημόκριτος *interpungit* orationem. Cuius rationem nunc demum, cum iterum expendo, vero proximam esse, mihi videor intelligere. Itaque sic rescriptum velim:

B. Χυμοὺς λέγεις; Δημόκριτος! A. Οὐδὲν πρᾶγμα. Τὰ γινόμενα ποιεῖ τὸν φαγόντ' ἀρθριτικόν.

Hoc sensu: B. *Chymum tu dicis? Ipse mihi videris esse De-*

mocritus! A. *Id quidem parum eſt. — Quae vulgo fiunt, ar-* d *thriticos faciunt comedentes.* Nempe poſtquam alter (ſive ſerio, ſive per iocum potius) ob id quod de *chymo* dixerat coquus, cum *Democrito* eum comparavit; obiter reſpondet vanus homo, *Parum hoc eſt:* ſcilicet, *hoc quod de naturae cognitione, qua imbutus ego ſum, adhuc audiviſti: longe etiam maiora audies.* Tum propere pergit *de morbis* dicere, *quos efficiant cibi a vulgaribus & ignaris naturae rerum coquis imperite parati.*

Verſ. 34. πᾶς ὁ φύσεως ἔντός. Nil opus erat, ut ἐντὸς in ἔννους mutaret Grotius. Quemadmodum λόγων ἐκτὸς dicitur *illiteratus*, & λόγων ἐντὸς, *literis & doctrina imbutus;* qua ratione Plutarchus dixit, πάσης ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος: (citante Budaeo in Comment. Ling. Gr. pag. 179.) eâdem ratione φύσεως ἐντὸς perapte dictus fuerit is, qui *cognitione naturae imbutus ac velut initiatus eſt*, neque a limine ſolum philoſophiam naturalem ſalutavit.

Verſ. 36. οἷα 'στίν. Sic cum Grotio correxi: οἷ' ἐστίν e propoſuerat Caſaub. Debuerat ſaltem οἵ' ἐστίν. Ferri ſane non poterat οἵαν τιν', quod habebant edd. & multo minus οἵαν τὴν, quod eſt in *ms. A.* Nec vero obſcurum eſt quid deceperit librarios, qui nempe haec cum ſequenti voce ὀσμὴν coniunxerant. In *Epit.* inde a *verſ.* 31. omiſſa pleraque aut breviſſime contracta ſunt. ὀσμὴν mutare non ſum auſus; quamvis commodius videatur ἐδωδὴν, quod a Caſaub. propoſitum adoptavit Grotius. *Verſu ſeq.* vero, neceſſario ποιοῦντας fuit corrigendum, quemadmodum dein ὑποτρίβοντας conſentientibus libris legebatur. *Ibid.* αὐτοῖσι idem valet ac ἑαυτοῖσι; nec opus erat, ut αὐτοῖσι cum aſpero ſpiritu ſcriberemus, quod voluit Caſaub.

Verſ. 39. Ὅς μοι κέχρηται. Sic *ms. A.* cum edd. quae ſi vera eſt ſcriptura, fuerint utique alterius verba, conquerentis de coquo, quod neſcio *quo modo* contemtim & inſolenter *ipſum tractaverit:* quem etiam ἀλιτήριον ſupra nominaverat. CASAUBONUS, ὅς μοι κέχρηται legendum proponens, ait: »Senſus eſt: *Quoties videbis ali-* »*quem coquum ex diverſis & contrariae naturae piſcibus unum* »*cibum parare, eumque ſeſamo reſpergere, oppedat ad illorum* »*unumquodque*, hoc eſt, *factum illius improbet atque aſper-* »*netur, quicumque utetur me coquo, meque audiet.*«

e *Ibid.* Τί γὰρ ἂν εὖ γένοιτ' ἔτι. Sic recte *mss. A.* & *B.* Perperam γένοιτό τι edd.

Verſ. 42. Pro συμπλεκομένας, (quod cum edd. tenet *ms. A.*) corrigendum συμπλεκομένης recte monuit CASAUB. Et hoc ipſum habet noſter *ms. Ep.* Adnotavit idem CASAUBONUS: »Translatio eſt a lucta. συμπλέκεσθαι »ἁφὰς, pro μίσγεσθαι μίξεις.« — *Samueli* PETITO vero idem vocab. ἁφαὶ ex muſicorum arte adſcitum videbatur, ut plura quae deinde occurrunt.

f *Verſ.* 45. ἐγὼ γὰρ εἰς τοὐπτάνιον οὐκ εἰσέρχομαι. Cum εἰς τοὐπτανεῖον, quod h. l. tenent libri omnes, metro non conveniret; GROTIUS ἐγὼ γὰρ ὀπτανεῖον correxit. At τοὐπτάνιον penultima brevi ſcriptum oportuiſſe, oportune monuit VALCKENAR. ad Phoeniſſas pag. 252. &, ſic omnino uſurpaſſe Atticos, ex Phrynicho pag. 120. & Herodiano Grammat. apud Etymolog. Magnum, iam pridem docuerat BENTLEI ad Menandri Fragm. pag. 115. Vide Athen. IV. 170. f. ubi membranae noſtrae verum tenent, & VII. 290. c. d. ubi eamdem ſcripturam metri ratio neceſſario requirit.

Verſ. 46 *ſq.* ἀλλὰ, τί, θεωρῶ πλησίον καθήμενος·
ποιοῦσι δ' ἕτεροι. — —

ἀλλά τι θεωρῶ &c. ſcribunt vulgo. Ego τί interrogative ſcribendum putavi: & duobus commatibus interceſi voculam, quo ſignificarem, tali quodam modo intelligenda iſta verba, ἀλλὰ πλησίον καθήμενος θεωρῶ τί ποιοῦσιν ἕτεροι· καὶ ἐγὼ μὲν οὐδὲν ποιῶ, ἕτεροι δὲ ποιοῦσι: vel, brevius, ἀλλὰ ποιοῦσιν ἕτεροι, ἐγὼ δὲ πλησίον καθήμενος ὁρῶ τί ποιοῦσιν. Quod ſi cui pro hac ſententia paulo intricatior videbitur iſta verborum ſtructura; non dubito, aliàs ſimiles, ſi quis hoc egerit, apud dramaticos poëtas reperturum. Sed nunc, dum haec relego, alia occurrit ratio, ut expeditior, ſic fortaſſe etiam verior: ſcilicet, ut ſic dictum intelligamus:

B. Ἀλλὰ τί; A. Θεωρῶ πλησίον καθήμενος,
ποιοῦσι δ' ἕτεροι.

B. *Tu vero quid?* A. *Spectо, prope adſidens; alii vero opus faciunt.* Tum vero rurſus inſtat alter: B. Σὺ δέ; quemadmodum, pro vulgato σοὶ δὲ, CASAUBONUS ait: »σὺ δὲ, »vel σὺ δὲ τί; ſcribi malim. Dixerat cocus, *ſe in contem-*»*platione occupatum alios ſinere manum operi admovere.* Quae»rit foemina, σὺ δὲ τί; *tu interea quid facis?* Reſpondet

»autem, λέγω τὰς αἰτίας.« — Quam posteriorem interrogationem cum responso in unum contracturus Epitomator, quaestionem omisit, responsum sic enunciavit, Ἐγὼ δὲ λέγω τὰς αἰτίας. Sic cum accipienda mihi nunc videatur ista scriptura Epitomes, nollem eam in contextum a me adoptatam: &, Σὺ δέ; velim repositum. Confusio vocalis υ & diphthongi οι est in frequentissimis librariorum erroribus. Quod si Σοὶ δὲ tenendum, intelligendum fuerit, *tibi & tui similibus, tuae conditionis hominibus;* scilicet, *qui coquo ministrant.* At, cuius conditionis homo fuerit, quicum haec colloqui fingitur coquus, haud satis adparet.

Vers. 48. Iungunt vulgo ὀξὺ cum superioribus: & DALECAMPIUS quidem ad verbum λέγω retulit, *Ego caussas acute enucleo;* CASAUBONUS vero ad τἀποβαῖνον, *caussas expono quarum eventus statim apparent.* Equidem GROTII secutus sum rationem; cuius veritatem tamen non praestabo. Aliter sane accepisse Epitomator videtur; qui eamdem vocem ὀξὺ, ut ad sententiam minus neceſſariam, prorsus omisit; nude τὸ περίκομμ' ἄφες scribens. Vocem ὀξὺ, & *sequenti versu* verbum ἐπιτείνειν, consulto ex Musicorum ratione adscita esse PETITUS existimavit.

Vers. 50. »Versus huius principium conclamatum est, »nobis quidem. Ὀμαλιζέτω τοῖς στάχεσι. Tentabamus tamen, Ὀμαλιζέτω τις ἐσχάραν. Nam hoc vult »iste imperator, *curet aliquis, ut toto foco sit ignis aequalis:* »vel, *Planum aliquis mihi faciat hunc focum.*« — TOUPIUS, ad Longin. pag. 182. quâ sententiâ probaverit scripturam proxime ad vulgatam accedentem, Ὀμαλιζέτω τις τοῖς στάχεσι, exputare non possum: nam *spicis* aut *aristis* qui sit hic locus, non video. GROTII emendatio, Ὀμαλιζέτω τὸ τάριχος, *Aequetur salsamentum*, nec per se satis esse commoda, & a vestigiis veteris scripturae nimis recedere mihi visa erat. *Ms. A.* nil mutat, nisi quod στάχεσιν habet, pro στάχεσι. Epitomator, ut solet in locis difficilioribus, prius omisit huius versus hemistichium. In τοῖς στάχεσι videri debebat haud obscure τοῖς τάχεσι latere. Itaque ὄμαλιζε (scil. τὸ πῦρ) τούτοις τάχεσι legebat *Samuel* PETITUS, intelligens: »coquum, cum »validiorem ignem fieri iussisset verbis praecedentibus, »nunc his verbis cavere, ne remissior aut etiam largior »fiat, & imperare discipulo, *videat ut aeque validus per-*

f » *duret ignis.* « Scilicet ex Muſicorum ſcriptis probabile facere conatus eſt vir doctus, τὸ τάχος idem fere valere ac τὴν ὀξύτητα τῆς τάσεως vel ἐπιτάσεως; docuitque, Muſicis τὴν ὁμαλότητα dici *conſiſtentiam in eodem vocis tono:* itaque, ſicut modo dixerat coquus, ἐπίτεινον τὸ πῦρ, ſic nunc eum iubere ait, in illo gradu τῆς ἐπιτάσεως conſiſtere. Quae quamquam non plane nobis perſuaſit, tamen me rationes viri docti commoverunt, ut tenendam vocem τάχεσιν cenſerem. Tum vero paulo commodiorem prodire ſententiam exiſtimavi, ſi ὁμάλιζέ τ' ἴσοις τάχεσι ſcriberem; ut hoc dicat homo noſter, *aequabilem ſervandum eſſe ignem:* quod cum proxime ſequentibus verbis aptius convenire videbatur. Nec vero praetereunda emendatio huius loci a SCALIGERO tentata; quae etiam, adlata nonnullâ mutatione, in contextum fortaſſe adoptanda erat. Scilicet Scaliger, referente Grotio, ὁμάλιζέ τε τοῖς σκαλίσι legebat. ταῖς puto voluerat; nam foeminini generis eſſe nomen σκαλὶς, σκαλίδος, ipſa terminatio indicabat. Tum vero metri cauſſa ὁμάλιζέ τ' αὖ ταῖς σκαλίσι oportebat: quod ipſum, ὁμάλιζέ τ' αὖ, ad veſtigia etiam veteris ſcripturae proxime accedit. Vox autem σκαλίσι percommode hìc locum habere videtur. Eſt enim σκαλὶς ſtatim quidem *inſtrumentum ruſticum, farculum*, quo fodicatur & ſcalpitur terra, ut ſeges ab herbis noxiis repurgetur: a verbo σκάλλω, σκαλίζω, σκαλεύω. Vide inprimis Schol. Theocr. ad Id. X. 14. tum Poll. I. 245. & X. 129. (Adde Heſych. in Σκαλὶς: apud quem, ubi vocem hanc per σκαφίον interpretatur, non de *vaſe potorio* ex Athen. IV. 142. d. cogitare debebant interpretes; ſed a verbo σκάπτω deductum vocabulum accipere debuerant, ut apud Poll. X. 129.) At quemadmodum verbum σκαλεύειν non modo de *fodicanda terra* uſurpatur, verum etiam de *igne;* ut, σκαλεύειν ἀνθρακας apud Ariſtoph. Pac. 439. & τὸ πῦρ σκαλεύειν in noto praecepto Pythagorico: (Laërt. VIII. 17. & Plutarch. de Educat. III. 2, 8.) ſic ἡ σκαλὶς, quod de cognata voce σκάλευθρον Henr. Stephanus & Pollucis Interpretes ad VII. 22. monuerunt, dictum fuerit etiam *culinarium inſtrumentum, quo prunas vel ignem fodicamus*, &, a cineribus repurgando, renovamus ardorem, aut lucidiorem flammam excitamus.

Ibid. Ante πρώτη λοπὰς neceſſario cum Grotio articu-

lus ἡ ponendus videbatur, qui & ob literarum Η & Π ſi-f militudinem intercidere facile potuerat, & indicari videbatur in *ms. A.* per ν ἑφελκυστικὸν praecedenti voce adiectum. Vetus tamen is error erat: nam & in *ms. Ep.* licet deſint tres voces praecedentes, & proxime praecedant illa, ἐπίτεινον τὸ τῦρ, tamen nude πρώτη λοπὰς abſque artic. ſcribitur. Vitioſe πρώτην legebatur in ed. Ven. & Baſ. πρώτη ex msstis reſtituit Caſaub.

Verſ. 51 *ſq.* ζεῖ ταῖς ἑφεξῆς οὐχὶ συμφώνως. Vulgo, a cum τοὺς ſcriberetur, comma ponebatur poſt ζεῖ, iungebanturque iſta verba, τοὺς ἑφεξῆς οὐχὶ συμφώνως νοεῖς. Qua diſtinctione orationis utcumque, ſed male tamen utique, diſſimulabatur error. Mendoſum τοὺς tenet *ms. A.* qui neſcio an & *comma* habeat poſt ζεῖ. Propius a vero abeſt *ms. Ep.* ſic ſcribens, ζεῖ τοῖς ἑφεξῆς οὐχὶ συμφώνως. Sequentia autem uſque τέχνη, omiſit Epitomator. *Verſu* 52. nonniſi hoc modo diſtincta erant verba,

τὸν τύπον Ἀπολλον, καὶ τί φαίνεται τέχνη.

Duos iſtos verſus ſpectans CASAUBONUS, ait: »Sequen-»tia ſcribe ſic, adiuvante *Hoeſcheliana Epitome:*

»ζεῖ ταῖς ἑφεξῆς οὐχὶ συμφώνως. νοεῖς
»τὸν τύπον. Ἀπολλον. καὶ τί φαίνεται τέχνη;

»*Heus tu*, ait, *prima olla non fervet aequaliter caeteris*; pu-»ta, ſegnius aut vehementius. *Iam tenes formam meorum* »*imperiorum & artis totius.* Ἀπολλον eſt admirantis & aſſen-»tantis: pronunciatur a muliere: ſequentia ſunt coqui.« — Exiſtimaſſe Caſaubonum, cum muliere inſtitui hunc ſermonem, iam aliquoties vidimus: quod vero de *Hoeſchelianae Epitomes* adiumento dicit, id nonniſi ad priora verba ζεῖ ταῖς ἑφεξῆς pertinere puto, in quibus illa cum noſtro *ms. Ep.* conſenſiſſe videtur. Vocabulum τὸν τύπον non ſolicitem equidem, quod recte Caſaubonus interpretari videtur de *artis* aut *imperii forma.* Sic apud Longin. de Sublim. ſect. 13. τὸν τύπον οὐκ ἀγνοεῖς, de *forma atque more ſcribendi Platonis* commode accepit TOUP in Notis p. 183. collato hoc loco, itemque alio ex Syneſii Epiſt. 67. pag. 211. ed. Petav. At PETITUS, etiam hic vocabulum e Muſicorum ſcholis quaerens, τὸν τόπον legi voluit; quam eſſe vocem muſicam ex Ariſtoxeno probatum ivit: »Τόπος enim eſt, ἐν ᾧ διαστήματα καὶ »φωναὶ κινοῦνται, inquit Ariſtoxenus Muſicus: nam φω-»νὴ κατὰ τόπον βαρύτερον ἢ ὀξύτερον, ὀξὺς ἢ βαρὺς γίνεται.«

a — Eamdem vocem τύπον in κτύπον mutatam voluerat SCALIGER, referente Grotio, ſed merito improbante. *Ibid.* Vox τέχνη in *ms. A.* a praecedente φαίνεται *interpoſito puncto* diſtinguitur: quod commode factum mihi viſum erat, quo indicaretur, ad *alterius perſonae* partes pertinere eam vocem.

Verſ. 53. Cum ſic legeretur in editis,

Εἶτ' οὐθὲν εἰκῆ παρατίθεμαι τοῖς συμπόταις,

notavit hunc verſum HERMANNUS, (loco iam ſupra ad vſ. 14. citato) ob quatuor breves ſyllabas in verbo παρατίθεμαι concurrentes. Nec vero vel eam ob cauſſam damnem equidem iſtam ſcripturam, (quam ne ipſe quidem Vir doctiſſimus, quamvis illo concurſu offenſus, damnare auſus eſt;) vel per ſe praeciſe improbem: nam & in medio genere, atque etiam in ipſo paſſivo, activa notione uſurpatur illud verbum. Sic παρατέθειται, *adpoſuit exemplum*, III. 97. e. Et παρατίθεμαι h. l. tuetur *ms. Ep.* non male. Attamen de *cibis* vel *menſa* uſurpatum hoc verbum in *medio genere*, de eo magis dicitur qui *ſibi cibos adponi iubet*, veluti de Pauſania, apud Thucyd. I. 130. τράπεζαν Περσικὴν παρετίθετο: item de Hasdrubale apud Polyb. XXXIX. 2, 11. δευτέρας τραπέζας παρετίθετο πολυτελεῖς. Quare cum perſpicue παρατίθημι dederint *mss. A.* & *B.* accipiendum hoc iudicavi. Dein vero, *in eodem verſu*, unde iſtud τοῖς συμπόταις arripuerit primus Editor, quod tenuere poſteriores, aut quid eum commovere potuerit, ut adeo temere deſereret ſcriptam lectionem, non reperio. Certe μανθάνεις percommode h. l. dederunt *mssti A.* & *B.* Quo recepto, metri etiam ratio poſtulabat, ut παρατίθημι pariter acciperemus. Epitomator illud verbum, ut ad ſententiam connexionemque orationis minus neceſſarium, omiſit.

Verſ. 55 *ſqq.* Πῶς ἐστιν αὐτοῖς. πῶς pro ὅπως acceperam, hoc ſenſu, *prout fert cuiuſque ratio.* Sic Dalecampius, *ut illis convenit.* Sed rectius verba iſta Grotius cum Caſaub. *alteri perſonae* tribuiſſe videtur; »cum audiſſet, [ut »ait CASAUB.] fieri mixtionem κατὰ συμφωνίαν in pa»ratu ciborum, quaerit vſ. 55. Πῶς ἐστὶν αὐτοῖς; *Quae »harmonia eſt in cibis?* aut, *quis concentus?* Reſpondet ma»giſter: *Quae habent inter ſe harmoniam* διὰ τεσσάρων, *aut »*διὰ πέντε, *aut* διὰ πασῶν, *ea compono invicem, obſervatis »paribus intervallis.*« — Poſt verba διὰ πασῶν, ſic per-

git Epitomator: Καὶ ἄλλα ληρήσας, (nempe fatuus ille a loquaxque coquus) ἐπάγει· Οὕτως Ἐπίκουρος κατεπύκνου τὴν ἡδονὴν, &c. quae verba in pleniore opere verſu 62. leguntur.

Verſ. 58. καὶ ταῖς ἐπιφοραῖς εὐθὺς οἰκείως πλέκω. Sicut παραφέρειν τοὺς πίνακας vel τὰ βρώματα ſonat *adponere cibos, in menſam inferre;* (III. 94. c. & 95. c. & ſaepe aliàs:) ſic ἐπιφορὰς hic coquus videtur dicere *cibos qui poſt alios inferuntur;* ſive *qui cum aliis*, quos *entremets* vocamus. Poſt πλέκω *maiori punctо diſtinctam* volueram orationem. Pertinet autem hoc verbum ad *concinnam lancium in menſa diſtributionem*, ut *apte altera alteri reſpondeat:* de quo mox plura verba facit.

Verſ. 59 *ſq.* πόθεν ἅπτει; intelligo τοῦτο τὸ βρῶμα vel οὗτος ὁ πίναξ. *Unde pendet, unde apta eſt haec lanx?* id eſt, *Ad quamnam aliam refertur? cui alii reſpondet?* Scilicet *neutrali notione* verbum ἅπτειν accipiendum videtur; quemadmodum compoſitum συνάπτειν apud philoſophos pro *congruere, quadrare, conſentaneum eſſe*, uſurpatur; de quo poſt Budaeum H. Stephanus monuit Theſ. I. 500. b. c. Valere autem ſimplex ἅπτει nonnunquam idem ac συνάπτει, diſerte etiam Heſychius adnotavit. Cum hoc convenit id quod ſequitur, τί τούτῳ μιγνύειν μέλλεις; ubi pro τούτων, quod erat editum, recte τοῦτῳ dedit *mſs. A.*

Verſ. 61. διάφωνον ἕλκεις· οὐχ ὑπερβήσῃ; σοφόν. Poſt b ὑπερβήσῃ *nulla diſtinctio* in ed. Ven. & Baſ. Nudum *punctum minus* in ed. Caſ. Dalecampius vertit: *Quae non congruunt, tu coniungis; modum hunc ne tranſgreditor: ſapiens.* Nihil adnotavit Caſaubonus. Gallicus interpres ſic reddidit: *Tu tires-là une piece qui ne s'accordera pas: c'eſt aſſez de cela: bien!* Mihi viſae erant dictiones iſtae rurſus, ut ſuperiores, ex muſicorum ratione petitae: de quarum vi tamen minime mihi liquet. Neſcio an ἕλκειν hîc ponatur notione *immorandi* & *in longum trahendi;* (vide Lexic. Polyb. in Ἕλκειν, num. 3.) cui oppoſitum ὑπερβαίνειν valeat *tranſilire, leviter perſtringere*, ut apud Poll. IV 24. βραχυλόγως ὑπερβὰς, *breviter percurrens.* GROTIUS non modo σοφὸν in σοφὸς mutavit, ſed etiam ἕλκειν in ἔρκος: monens in Notis »eſſe proverbium quale ὑπὲρ τὰ ἑσκαμμένα πηδᾷν.« Interpretatus eſt autem, quaſi ὑπερβήσῃ eſſet tertia verbi perſona, quod ſane non fert uſus ſermonis: ni fortaſſe

b ita accepit, ac si esset σὺ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἐὰν ᾖς σοφός: *tu, si sapiens es, non transgredieris.*

Vers. 62. Ἐπίκουρος οὕτω κατεπύκνου τὴν ἡδονήν. »Κα»ταπυκνοῦν τὴν ἡδονὴν, valet, *praeceptis extruere voluptatem*: hoc est, *artem parandarum voluptatum componere mul»torum eo pertinentium praeceptorum observatione.* Est enim »*ars* omnis, *plurium praeceptorum finem eundem habentium* »σύστημα & καταπύκνωσις. Sic vers. 4. τάλαντα κατε»πύκνωσα τέτταρα. Graeci rhetores inter ornamenta ora»tionis ponunt quam vocant καταπύκνωσιν sententiarum; »quâ figurâ unus omnium Thucydides plurimum utitur.« Haec CASAUBONUS; quae quidem parum conferunt ad illustrandum hunc locum. Verbo καταπυκνοῦν (e Musicorum ratione desumto, ut docuit MEIBOM. ad Laërt. X. 142. T. I. pag. 664. ed. Menag.) ipse EPICURUS usus erat, de voluptate loquens in Κυρίαις δόξαις num. IX. Εἰ κατεπυκνοῦτο πάσῃ ἡδονῇ, &c. ad quae verba consule quae post Meibomium monuit *Ioach.* KÜHNIUS, in Notis ad Laërt. T. II. pag. 554. ed. Menag. Eodem respexit Alciphron, lib. III. Epist. 55. pag. 412. cum τὴν καταπύκνωσιν τοῦ ἡδομένου dixit, scil. *condensationem, cumulationem, perfectionem undique absolutam completamque voluptatis.* Confer apud eumdem Laërtium proxime sequentem Epicuri sententiam, (X. 142. num. 10.) quam eamdem latine expressit Cicero de Finib. II. 7.

Vers. 66. οὐκοῦν ὅ γ' οὐκ ἔχουσι. Sic percommode *mss. A.* & *B.* οὐκοῦν ὅτ' οὐκ ἐχ. edd. cum *ms. Ep.* quod tenens Grotius divisim scripsit ὅ, τ' οὐκ ἐχ. ut referretur ad ἀγνοοῦσί τε, quod sequebatur in *ed. Cas.* ne id quidem incommode. At in ed. Ven. & Bas. prorsus aberat post ἀγνοοῦσι particula coniunctiva: *mssti* vero *A.* & *Ep.* ἀγνοοῦσι δὲ dabant. ἀγνοοῦσί τε tacite correxerat Casaub. sive suo ex ingenio, sive ex notis suis Italicis: ex *ms. B.* quidem nihil hic adnotavit Brunck, ut videatur ille codex in τε consentire cum ed. Cas.

Vers. 68. Cum iunctim vulgo τὰ λοιπὰ δηλαδὴ legeretur, versum istum sic reddiderat Dalech. *Caetera videlicet missa iamiam faciamus.* Monuit deinde CASAUBONUS: »Ita »scribo, Ἀφῶμεν οὖν τὰ λοιπά. δῆλα δὴ πάλαι. *Omitta»mus*, inquit hic magister, *alia omnia studia, & philoso»phiae Epicuri nos dedamus.*« — Illud δῆλα δὴ adoptans GROTIUS, totum versum simul cum posteriori hemisti-

chio verſus praecedentis alteri perſonae tribuit, ſenſu lon- b
ge diverſo accipiens. Sic enim vertit:

B. *Haec tua eſt ſententia?*

Mittamus ergo reliqua quae pridem patent.

Monuitque in Notis: » Diſcipulus, pertaeſus ineptiarum, » ait, caetera iam ſatis ſe intelligere. « — Ego, in eamdem fere ſententiam, ſuperiora verba ad eiuſdem coqui partes referri poſſe putavi, ut is primum dicat, *Annon tibi ita videtur?* deinde, non exſpectato reſponſo, aut poſtquam alter nutu ſignificavit ſe nihil opponere, ſic pergat: *Mittamus ergo reliqua.* Cui reſpondet alter: Δηλαδὴ πάλαι. Nam recte fortaſſe *unâ voce* δηλαδὴ ſcriptum erat, hoc ſenſu, Δηλαδὴ πάλαι ἀφεῖναι ἔδει. *Videlicet iam pridem, quae tu nugaris, omitti poterant. Sane, iam pridem ſatis erat!* — Quod ipſum verbum iam dudum ego vereor ne & in me Lector detorqueat, tam diu hiſce nugis immorantem.

Epitomator iſtum ſermonem finiens in verbis ἕτερῳ δοίησαν, (vſ. 67.) ſic pergit: Ὅτι Λυγκεὺς διαγράφων τὸ Λαμίας τῆς αὐλητρίδος δεῖπνον, ὅτε Δημήτριον τὸν Πολιορκητὴν ὑπεδέχετο, καὶ τὸ Ἀντιγόνου δὲ καὶ Πτολεμαίου τῶν βασιλέων δεῖπνον, ἰχθῦς πρῶτον παρατίθησι καὶ κρέα. Quae pertinebant ad pag. 100. e. f. & ſunt ex eorum Fragmentorum genere, de quibus ſubinde in duobus prioribus libris dictum eſt: ſcilicet, quae cum ſtatim neglexiſſet Epitomator, deinde tamen, mutato conſilio, non prorſus praetermittenda cenſuit; itaque ſive ad oram libri ſui adſcripſit, ſive proximo quoque loco, qui commodus ipſi videbatur, inſeruit. Eiuſdem generis illa ſunt Fragmenta ex libro ſecundo, quae ſuis locis praetermiſſa, longo deinde ex intervallo poſt Epitomen libri XIII. demum adpoſita ſunt: quorum nonnulla ſuis locis in medio libro II. alia ad calcem eiuſdem libri reiecta exhibuimus.

AD CAP. LXI.

Καὶ Πλάτων δ' ἐν Συνεξαπατῶντι. Libro XV. pag. 678. f. in ea parte libri, quae, cum in editt. vett. deeſſet, primum a Cantero edita eſt, citatur Κάτων ἐν Συνεξαπατῶντι, quam ſcripturam ibi etiam Natalis Comes in Latina verſione pag. 279. ſuis e msstis expreſſit. Ibidem cum CANTERUS in ora, pro παρὰ Κάτωνι, παρὰ Πλάτωνι correxiſſet; CASAUBONUS contra, videns apud Sui-

b dam (in Βάττων) *Battoni* vel *Batoni* tribui fabulam Συνεξαπατῶν, cenſuit non modo ibi apud Athen. παρὰ Βάττωνι legendum, ſed & hoc loco, & libro VII. pag. 279. a. (ubi eoſdem eiuſdem Comici verſus, qui hic leguntur, repetiit Athenaeus) Βάττων pro Πλάτων ſcriptum oportuiſſe. Iam nos docere poſſumus lectorem, libro XV. pag. 678. f. vetuſtas noſtras membranas eiuſdem poëtae, quem voluerat Caſaubonus, nomen exhibere, παρὰ Βάτωνι (ſic enim ibi ſcribitur ſimplici τ litera) τῷ κωμῳδιοποιῷ ἐν Συνεξαπατῶντι. Ac potuerat Caſaubonus, ſi ei ſuccurriſſet memoria, maiorem etiam aliquam veri ſpeciem ſuae ſententiae inde conciliare, quod lib. V. pag. 163. b. ex eiuſdem *Batonis* fabula Ἀνδροφόνῳ duo adferuntur verſus ſimillimi eis, qui in fragmento hîc & pag. 279. citato leguntur, num. 14 ſq. καὶ τὸν φρόνιμον ζητοῦντες &c. Nec tamen idcirco equidem temere accedendum docti viri ſententiae ſtatuerim. Nam idem Suidas (in Πλάτων Ἀθηναῖος κωμικός) *Platonem* pariter auctorem facit fabulae Συνεξαπατῶν. Potuit igitur Bato comicus (quod a multis veterum poëtarum factum vidimus in Animadv. ad Athen. I. 17. d.) Platoni comico non modo verſus nonnullos ſubripere, ſed & fabularum titulos ſuos facere, earumque argumentis ſuam in rem uti. Et quidem, libris conſentientibus ſi fides eſt, inſignis plagiarius Bato ille fuit; qui etiam alterius illius, quam modo dixi, fabulae titulum Ἀνδροφόνου, eidem Platoni ſubripuit; niſi forte melius Platone eadem argumenta tractare ſe poſſe ille confiſus eſt. Certe, ſicut conſentientibus libris Ἀνδροφόνος fabula lib. IV. p. 163. b. *Batoni* tribuitur, ſic *Platoni* VII. 279. c. Eamdemque ſcripturam utrobique in Athenaei libris iam Suidae aetate obtinuiſſe certum eſt: neque quidquam ullibi reperitur, quod in contrarium adferri poſſit. Quare nihil utique mutandum.

c In PLATONIS *verſ.* 1. ſic vulgo hîc legebatur, Ἀπολώλεκάς μου τὸ μειρ. Quod cum non ferret metri ratio, μου τόδε correxit GROTIUS, in Excerpt. pag. 485. Sed recte τὸ μειράκιόν μου dabant libri omnes apud eumdem Noſtrum VII. 279. a. ubi totum hoc fragmentum (ut paulo ante monui) repetitum legitur. *Eodem verſ.* pro παραλαβὼν perperam h. l. παρακαλῶν habet *ms. Ep.*

Verſ. 3. ἀλλότριον αὐτοῦ commode dedit *ms. A.* & hîc & pag. 279. quod (ut iam ſaepe vidimus) idem ac ξευ-

τοῦ valet. ἑαυτοῦ utrobique *ms. Ep.* αὑτοῦ recentiorum eſt c inventum. *Verſ.* 4. εἰθισμένον h. l. bene tenent libri omnes, ad μειράκιον referendum. Altero loco in εἰθισμένος conſentiunt, quod & ipſum ferri poterat; ut *conſtructio ad ſenſum*, ut aiunt Grammatici, non *ad literam*.

Verſ. 5. Εἶτ' εἰ μεμάθηκε. Minus commode Εἴ τι μεμάθ. h. l. edd. & mssti. Εἶτ' εἰ perſpecte correxit GROTIUS: ſed quod idem in Notis ait: »Recte ſic Caſaubonus »pro εἴ τι.« fortaſſe *Scaligerum* (loco *Caſauboni*) nominare voluerat. Certe vulgatum tenet ed. Caſ. nec exſtat ulla ad hunc locum Caſauboni animadverſio. Sed Εἶτ' εἰ communi conſenſu dabant libri omnes, VII. 279. a.

Verſ. 6. A. Ζῆν δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦθ'; B. Ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί. Vulgo omnia iſta verba eidem Paedagogo tribuunt, eâ ſententiâ, quam Grotius in verſione, contextui noſtro ſubiecta, expreſſit. Commodius vero, ut mihi videbatur, prius hemiſtichium pro *Patris* verbis accipitur: *Hoccine vivere eſt?* Cui reſpondeat alter, *Sic quidem aiunt Philoſophi.* Porro, quoniam in τοιοῦτον & hîc & pag. 279. conſentiunt *mssti A.* & *Ep.*, lubens id accipiam; & ὡς particulam, quae percommode omitti poterat, *e vetere ſcholio* adiectam putem. Quare ſic legi malim:

A. Ζῆν δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦτον; B. Λέγουσιν οἱ σοφοί.

Verſ. 8–10. Poterat vox δήπουθεν cum ſuperioribus iungi, & poſt eam interpungi oratio; quod & hîc & p. 279. cum in editis factum, tum in mssts. (In editt. vett. hîc quidem δήποθεν vitioſe ſcriptum: ſed altero loco verum tenent omnes.) Mihi vero paulo commodius viſum erat, ſi ad proxime ſequentes *Patris* partes traheretur illa particula; ut is diceret: *Ita ſane:* nempe, ſcio utique Epicurum hoc dixiſſe: atque ego ipſe etiam *Bonum* in *Voluptate* ponendum arbitror; ſed eâ *honeſtâ*, & homine dignâ. Itaque pergit dicere: *ſed hanc aliunde non licet adipiſci, niſi ex honeſte vivendo, ex vita honeſta.* Nam τὸ καλὸν, & τὸ καλῶς ζῆν, non aliter acceperunt Philoſophi, niſi de *honeſto*. Sic certe non modo alii omnes Philoſophi: verum ipſe etiam Epicurus, in Κυρίαις Δόξαις, num. 5. (apud Diog. Laërt. X. 140.) dixerat: Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, ἄνευ τοῦ φρονίμως, καὶ καλῶς, καὶ δικαίως. Cuius dicti admonere hunc hominem vult ſenex. In ἐκ d δὲ τοῦ ζῆν δὴ καλῶς (*vſ.* 9.) cum editis commode hîc conſentit *ms. A*, qui cum eiſdem editis altero loco παγκά-

δλως tenet. Utrobique εἰ μὴ ἐκ τοῦ ζῆν καλῶς ſcripſit Epitomator; omiſſo ſcilicet ſequente verſu, cuius depravatio eum deterruerat. — »Verſus 10. ita ſcribitur hic:

»Ὦ Σωσία πάντῃ τυχὸν δώσεις ἐμοί.

»depravate quidem: libro tamen VII. [pag. 279.] adhuc »depravatius:

»Εὖ, σῶς ἅπαντας, ἢ τυχὸν δώσεις ἐμοί.

»Scias pridem factum cum inſedit vitium huic verſui: »nam Eclogarius illum praetermiſit; quod loci iam tum »corrupti certum indicium eſt. Lego autem:

»Ὦ Σωσία, πάντῃ τάχ' ἐνδώσεις ἐμοί.

»*O Soſia, omnino futurum eſt, ut cito manus mihi des, muta»tâ ſententiâ.* Sic loquitur Senex, nihil habiturum Soſiam »exiſtimans quod hiſceret adverſus argumentum quo il»lius ſententiam refellit. Dixerat ſervus ex ſententia Epi»curi, poſitam eſſe felicitatem in voluptatis perceptione: »refutat herus iſto argumento: [*vſ.* 11 *ſq.*] Si voluptas »eſſet bonum, omnes eam ſectarentur philoſophi: atquī »hoc falſum: nam omnes illam oderunt ſapientes. Ergo »& prius illud falſum.« CASAUBONUS. — Pro πάντῃ τυχὸν, DALECAMPIUS πάντῃ κακὸν legerat, in hanc ſententiam: *Mali prorſus quidpiam mihi conflaturus es, Soſia.* Doctiſſimus CORAY tali quodam modo legendum ſuſpicabatur:

Ὦ Σωσία πάντῃ (vel πάντως) δίκην δώσεις ἐμοί.

Aut,

Ὦ Σωσία τάχ' ἂν δίκην δώσεις ἐμοί.

At, de *Soſia*, ſervuli nomine, non debuiſſe hoc loco cogitari, probabile faciebat ſcriptura, quae VII. 279. b. cum in editis tum in mſstis obtinebat: cuius loci ſcripturam merito (contra quam exiſtimaverat Caſaubonus) propius abeſſe a vero iudicans GROTIUS, ſic conſtituit hunc verſum, ut *deleto puncto*, quo *poſt* καλῶς diſtinguebatur oratio, ſequentia verba cum ſuperioribus iuncta intelligeret in hunc modum:

— — ἐκ δὲ τοῦ δὴ ζῆν καλῶς
εὖ ζῶσι πάντες. ἢ τάχ' ἐνδώσεις ἐμοί.

Cuius emendationem, quod ad caput cauſſae ſpectat, in verſus principio, adopravi: caeterum, cur τυχὸν, aut δώσεις mutarem, in quae utrobique conſentiunt libri, nullam cauſſam vidi: ſed quod ἢ ille cum circumflexo accentu ſcripſit, in hoc eumdem velim ſecutus eſſem. ἢ

τυχὸν δώσεις ἐμοί; *Hoc profecto, hoc certe fortaſſe* d *mihi dabis.* Quod autem in verſione idem GROTIUS poſuit: *namque qui vivunt bene, hi recte vivunt:* id mihi plane invertendum videtur, in hunc modum, *namque qui vivunt recte,* (proprie, *qui vivunt honeſte,*) *hi bene* (i. e. *beate*) *vivunt: bene beateque vivere* (εὖ ζῆν) *nemo poteſt, niſi honeſte* (καλῶς) *vivat: ex vita honeſta efficitur vita beata.* Quam ſententiam uſui loquendi philoſophorum omnium convenientem, prorſus invertit Grotius; ſcilicet, quoniam verba iſta non, ut nos, *Seni* tribuit, ſed *Paedagogo.* Ad ipſa verba ut redeam pauliſper: quod εὖ ζῶσ' ἅπαντες ſcripſi, (nam penacutum ἁπάντες ex operarum errore eſt) lubens pro ſimplici πάντες, quod poſuit Grotius, ex pag. 279. compoſitam vocis formam adſcivi, cum praeſertim & hoc loco etiam in mendoſo Σωσία latere prima litera vocis ἅπαντες viſa eſſet: tum vero ne opus quidem fuiſſe intelligo, ut in ζῶσι elideretur extrema vocalis; certe patiebatur pariter metrum, ut ſic ſcriberetur, Εὖ ζῶσιν ἅπαντες. At, vel ſic, vereor ne multo etiam longius, quam neceſſe erat, ab eo receſſerim, quod perſpicue & optime (ut nunc quidem videtur) dederant libri. Nempe eamdem, quam ſupra expoſui, ſententiam percommode (ni fallor) exhibet ea ipſa ſcriptura, quam pag. 279. libri omnes tuentur, niſi quod ibi perperam poſt εὖ commate interſerto diſtinguatur vulgo oratio. Illa igitur ſcriptura reſtituenda fuerit auctori hoc modo:

— — ἐκ δὲ τοῦ ζῆν παγκάλως (ſive δὴ καλῶς)
εὖ σῶς ἅπαντας, ἦ τυχὸν δώσεις ἐμοί.

εὖ σῶς, ſive unâ voce malueris, εὔσως, valet *felices, beatos.* Heſychius: Εὔσοοι· ἀσφαλῶς σωζόμενοι. (quo loco ipſum hunc Platonis comici verſum laudavit Soping.) Rurſus idem: Εὔσους· ὁ δισευτυχῶν. Inde εὖ σῶς vel εὔσως eſt accuſativus pluralis; de quo diſerte Thomas Mag. p. 830 ſq. monuit, Atticos ſic uſurpare. Σῶς, inquit, οὐχὶ σῶος· καὶ σῶν, οὐχὶ σῶον· καὶ σῶς, οὐχὶ σώους. conf. Maittaire de Dialect. pag. 40. Pendent autem illi accuſativi ſive a praecedente verbo ἐστίν; ut intelligatur, ἐκ δὲ τοῦ ζῆν καλῶς, ἔστιν εὔσως εἶναι ἅπαντας: ſive a ſequente verbo δώσεις ἐμοὶ, hoc modo: ἦ τυχὸν δώσεις ἐμοὶ, ἐκ τοῦ ζῆν καλῶς εὔσως εἶναι ἅπαντας. Iſtud ἦ τυχὸν, *profecto fortaſſe*, videtur eſſe familiaris ſermonis formula,

d idem valens ac, *hoc quidem te mihi conceſſurum confido*, vel *daturum ſpero.*

Verſ. 11. Ἑώρακας σὺ φιλόσοφον, εἶπέ μοι, τινά. E ſuperioribus editt. in noſtrum exemplum ſcriptura iſta irrepſit, quae quavis ratione metro refragatur. Primum, pro ἑώρακας, aut ὥρακας aut ἑόρακας oportebat; de quo ad I. 15. c. & II. 49. f. dictum eſt: tum vero, pro σὺ, ex p. 279. οὖν erat adoptandum. De quarum emendationum utrâque BRUNCKIUS etiam in Notulis msstis monuerat, ſic ſcribi iubens:

Ὥρακας οὖν φιλόσοφον, εἶτ' ἐμοί, τινά.

Ex *ms. A.* nullus h. l. diſſenſus ab impreſſis adnotatus eſt: in *ms. Ep.* vero ſic ſcribitur, ἑώρακας δὲ σὺ φιλόσοφον εἶπέ μοι &c. Vulgatum quo pacto ferre potuerit acutiſſimus Grotius, non video.

Verſ. 12. μεθύοντ', ἐπὶ τούτοις δ' οἷς λέγεις κηλούμενον. Coniunctio θ' poſt τούτοις perperam hic deerat editis: agnoſcunt vero eamdem *mssti A.* & *Ep.* hoc loco, ſicut pag. 279. Utrobique uterque codex μεθύοντα plene ſcribit: quo magis ſuſpicari licet, voculam ἐπὶ e verere gloſſa irrepſiſſe, & ſic ſcriptum oportuiſſe, μεθύοντα, τούτοις θ' οἷς &c. quemadmodum Grotius edidit. Quod vero idem Grotius ait, ſe non aſſentiri mutanti κηλούμενον in κυκλούμενον; id ad quem pertineat, non reperio.

Verſ. 13. Ἅπαντας. οἱ γοῦν &c. Sic h. l. omnes; commodius quam quod eſt pag. 279. Ἅπαντας οἱ καὶ &c. GROTIUS, deleto puncto, Ἅπαντες οἱ γοῦν. legit: qua mutatione nil magnopere opus eſſe videtur.

Verſ. 14. recte ζητοῦντες ex p. 279. adſcivit editor Baſ. tenuitque Caſ. Corrupte hîc ζῶντες *ms. A.* & *ed. Ven.* In *Epit.* deſideratur h. l. iſte verſus cum ſq. *Ibid.* ἐν τοῖς περιπάτοις καὶ ταῖς διατριβαῖς. περίπατος, proprie *xyſtus, locus deambulationi deſtinatus;* tum & metonymice, *ſchola*, & *diſputatio philoſophica.* Videſis Notas noſtras ad Cebetis Tabulam cap. 13. pag. 307 ſq. & quae ibi citavimus loca ex Xenophont. Memor. I. 1, 10. & Ariſtoph. Ran. 942 & 953 ed. Br. quibus adde Athen. IV. 163. b. VIII. 342. d. & 354. b. Quae loca in unum collata haud parum conferent, puto, ad fidem faciendam ſcripturae Περιπατικοὶ, quam in editione noſtra Tabulae Cebetis l. c. primum auctoritate Codicis Meibomiani a nobis adoptatam, deinde duorum codicum Pariſienſium teſtimonio

confirmatam vidimus; de quibus codicibus dixi in Praefat. ad Epicteti Manuale & Cebetis Tabulam, (Lipsiae 1798.) pag. CXIX sq. & pag. CXXII. De *διατριβαῖς* paulo ante dictum ad pag. 102. b. Conf. V. 186. e. & 188. e. *Versum 14 & sequentem* suos fecisse Batonem comicum in fab. Ἀνδροφόνος, (apud Nostrum, IV. 163. b.) supra adnotavimus. d

Vers. 16. Si merito suspecta esset vox οὕτως, posses ὄντως corrigere, quae voces frequenter inter se confunduntur. Sed non erat cur solicitaretur ea particula, quae refertur vel ad illam ὡς vs. 18. vel ad ὥστε vs. 19. Et cum hic, tum p. 279. agnoscunt eam nostrae *membr. A.* cum editis: & altero loco habet eamdem *cod. Ep.* in quo ea hic quidem simul cum duobus postremis versibus praetermissa est. Video tamen, CORAYUM etiam suspectam illam habuisse particulam, qui οὗτοί γ' ἐπὰν corrigendum censuit. *Ibid.* ἐπὰν γλαυκίσκος. Vide ad pag. 102. b.

Vers. 18. καὶ τὴν κεφαλὴν ζητοῦσιν, ὡς περὶ πράγματος. »*Sic petunt caput piscis, ut in tractandis quaestionibus & negotiis solet rei caput peti.* Glauci piscis caput ma»xime solitum expeti, clarum est ex libro VII. [p. 295. »e. f.] & Polluce.« [VI. 51.] CASAUBONUS. — »κεφαλὴ vel κεφάλαιον apud Rhetoras est *summa quaestionis*, »*cauſſae conjectio.* Eo hic alludit: nam πρᾶγμα est *lis.*« GROTIUS. e

Vers. 19. ὥστ' ἐκπεπλ. Vitiose ὡς ἐκπεπλ. sola ed. Cas. 3.

AD CAP. LXII.

Καὶ παρ' Ἀντιφάνη. Ἀντιφάνει *ms. Ep.* Neutrum male. *Ibid.* ἐν Στρατιώτῃ ἢ Τύχωνι. Corrupte vulgo h. l. ἐν Στρατιώτῃ τυχὸν. De restituenda vera scriptura ex IX. 397. a. & XIV. 654. a. monuit CASAUBONUS; adnotans simul, Pollucem IX. (48.) simpliciter *Militem* appellare hanc fabulam.

Vers. 1. Ὅστις ἀνθρωπος δὲ φύς. Nude Ὅστις ἄνθρωπος, ed. Bas. quod cum ita reperiisset CASAUB. omissis duabus postremis vocibus, monuit dein in Animadv. »Scribe cum Epitoma Ὡς τις ἄνθρωπος φύς.« — At hoc nec ad sententiam, nec ad trochaicum metrum (quo

e scripti sunt sequentes versus) aptum esse videns GROTIUS, Ὅστις ἄνθρωπος φυεὶς posuit, in Excerpt. pag. 627. VALCKENARIUS Ὅστις ἄνθρωπος γεγὼς corrigebat, ad Phoeniss. pag. 431. quod eodem modo repetiit Koppiers in Observ. Philol. p. 55. Nec sane hoc male; cuius geminum apud eumdem Antiphanem occurrit III. 113. d. Sed hi si Venetam inspexissent editionem, (quod a Casaubono non esse factum, numquam satis mirari possis) perspicue ibi duas voculas δὲ φὺς, quae percommode versum explebant, scriptas vidissent; quae nonnisi operarum errore in ed. Bas. praetermissae sunt. Eamdem scripturam tenet *ms. A.* eamdemque Brunckius etiam (puto ex *ms. B.*) ad oram sui libri adnotavit. Noster *ms. Ep.* solâ δὲ particula omissâ, caeterum recte Ὅστις ἄνθρωπος φὺς exhibet.

f *Vers.* 5. ἢ χορηγὸς αἱρεθεὶς. Perperam ἢ deest msstis & edd. Sed in *ms. Ep.* est χορηγός θ' αἱρεθεὶς, quod inde recepit editor Ven. & tenuere posteriores. Recte vero CASAUB. in Animadv. monuit, ἢ χορηγὸς αἱρ. esse scribendum; quod & Grotius adoptavit.

Vers. 6. ἱμάτια χρυσᾶ. Sic recte Grotius. καὶ χρυσᾶ ed. Cas. καὶ χρύσα ed. Ven. & Bas. καὶ χρυσία *ms. A.* atque etiam *ms. Ep.* (ut videtur) in quo tamen, quid voluerit librarius, haud satis adparet. Corrupta haec videntur ex vetusto scholio, κατάχρυσα, quod pro χρυσᾶ in contextum irrepserat. In Epicteti Manuali cap. 39. habes κατάχρυσον ὑπόδημα. Apud Nostrum ἱμάτιά τε χρυσᾶ legendum censuit CORAY. *Ibid.* ῥάκος tenui ex ed. Cas. & Grot. consentiente *ms. Ep.* ῥάκκος ed. Ven. & Bas. cum *ms. A.*

Vers. 7. ἢ τριπαρχῶν ἀπήγξατ'. »Ex hoc intelligimus, »solitum aliquando fieri Athenis, ut trierarchatu functi »laqueo collum sibi frangerent: haud dubie propter ma»gnitudinem sumptuum, qui totum saepe patrimonium »funditus evertebant. Erat enim istud onus in Rep. Athe»nienssium, onus omnium maximum.« CASAUB. — *Ibid.* ἤλωκέ τοι. Sic *mss. A.* & *Ep.* cum edd. Adnotavit h. l. BRUNCK. »ἤλωκέ που cod. Reg. [scil. *ms. B.*] ut scri»bendum edixit DAWES Miscell. Critic. pag. 232. Sed που »non melius est quam τοι. Utro modo adverbium scri»batur, nihil interest.« — Et novimus quidem, idem interdum valere που & τοι; sed magis ita, ut που subinde

pro ποι ponatur, quam vice versa. Quare, cum ποι proprie *aliquo* denotet, videtur in verbis ἥλωκέ ποι haec vis inesse, *captivus aliquo* (*nescio quas in terras*) *abductus est.* Monuit Koppiers in Observ. Philol. pag. 55. »In his ex »Antiphanis Stratiota mirum errorem commisit Rich. Da»wesius in Miscell. Crit. pag. 323.« — Quod quale sit, nunc, ubi neuter mihi liber ad manus est, non valeo iudicare. In Grotii latina versione nescio quo casu praetermissus est hic versus: itaque cum Grotianam versionem Graecis subiicere placuisset, hunc versum meis verbis, utcumque potui, supplere conatus sum.

Vers. 8. κατακέκοφθ' ὑπ' οἰκετῶν, *aut a servis trucidatur.* κατακέκλοφθ' legit Grot. quo spectat *expilatur*, quod in versione posuit. Sed in vulgata scriptura, quam tenent libri omnes, non video quid desiderari possit: & verbum κατακλέπτειν vereor ut Graecorum sermo agnoscat.

Vers. 9. οὐθέν ἐστι. Sic commode *mss. A.* & *Ep.* &, ut mihi videbatur, aliquanto fortius quam οὐδέν ἐστι, quod est in impressis. conf. Theogneti vers. 5. capite sequente. *Ibid.* πλὴν ὅσ' ἂν. Perperam ὃς ἂν *ms. A.* cum ed. Ven. & Bas. quod in ὃ ἂν mutavit Casaub. At in isto latere ὅσ' ἂν perspecte vidit Grotius: plane autem hoc dedit *ms. Ep.*

Vers. 10. Cum εἰσαναλίσκειν τύχοι esset editum, a monuit Casaub. »Erat usitatius εἰσαναλίσκων τύχοι. »Sed repugnant mssti & Epitoma.« — Et vulgatum quidem tenet etiam noster *ms. A.* & in infinitivum consentit *ms. Ep.* in quo ἀναλίσκειν. At mihi vel invitis libris omnibus ponendum *participium* visum est; in quo Grotium habui praeeuntem. *Vers.* 13. Ferri potest τυγχάνῃ in tertia persona, in qua adhuc procedebat oratio. Sed rectius videtur τυγχάνῃς in secunda, quod est in *ms. Ep.* Commodius etiam fuerit, si *versu* 12. post προσελθών *maiori puncto*, pro minori, distinguatur oratio. Respicitur in posiremis his versibus proverbium illud, *Inter os & offam multa intervenire possunt;* de quo vide Paroemiographos & A. Gellium XIII. 17. Graece habes apud Nostrum, XI. 478. e. Πολλὰ μεταξὺ πέλει κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου.

Τὰ αὐτὰ εἶπκε (nempe ὁ Ἀντιφάνης) καὶ ἐν Ὑδρίᾳ. Fabricius in Bibl. Graec. T. I. p. 744. in *Fabularum* Antiphanis recensu posuit: »Ὕδρα vel Ὑδρία potius, *Athen.* α —

Quae repetens Harleſius in nova Fabricii editione, adiecit: »*Athen. p.* 572. A.« — At ibi Ὕδρᾳ vulgo legitur. Praeterierat Virum doctiſſimum hic locus, ubi Ὑδρίᾳ; quae utique vera videtur ſcriptura. Eumdem hunc locum adnotare oblitus erat Dalecampius in Scriptorum ab Athenaeo citatorum Indice editionibus Caſaub. 2. & 3. praefixo.

AD CAP. LXIII.

b Θεόγνητος. cf. XV. 671. b. Perperam Θέογνις *ms. Ep.* Dein omiſſis ſex prioribus verſibus, qui ex hoc Comico citantur, ab illis demum verbis Ἐπαρίστερ' ἔμαθες incipit Epitomator. *Verſ.* 1. Ἐκ τούτων. Iungunt vulgo φησὶν ἐκ τούτων, nullo ſenſu; qui commodus foret, ſi φησὶν ἐν τούτοις eſſet, ut ſaepius alibi. Sed poſt φησὶν recte interpungit *ms. A.* & verba Ἐκ τούτων cum ſequentibus iungit. Quare, quum a verbis ἀνθρωπ' ἀπολεῖς με manifeſte incipiat ſenarius iambicus, intelligi debet, iſta Ἐκ τούτων e ſuperiori verſu adpoſita eſſe: nec vero deſiiſſe olim illum verſum in eadem verba, ſed omiſſam eſſe in fine vocem quae iambicum pedem vel pyrrhichium efficeret, metri ratio docet.

Verſus 4. vulgo ſic ſcribebatur:

c Ἐρεῖς ἀλλότριον ἔσθ' ὁ πλοῦτος ἀνθρώπῳ πάχνης;

Et poſt πάχνης quidem in ed. Ven. & *ms. A.* nulla diſtinctio; interrogandi vero ſignum poſuit editor Baſ. & tenuit CASAUBONUS, qui dein in Animadv. monuit: »Pro »ἐρεῖς in msstis eſt ἐρεῖ. Utrumque reſpuit lex metri. »Deinde ſcribendum πάχνη, non πάχνης: ſicut ſtatim »σοφία δ' ἴδιον κρύσταλλος.« — Et in πάχνης quidem (quod & *ms. A.* tenet) ultimam literam σ ex ſequentis vocis principio perperam adhaeſiſſe manifeſtum eſt. In ἐρεῖς cum editis conſentit idem *ms. A.* Quod verbum cum Grotio prorſus delere non dubitavi: videtur enim hoc, ut multa paſſim alia, e vetere ſcholio interlineari irrepſiſſe. Scilicet *hoc verſu & duobus ſequentibus* refertur ſermo hominis Stoicam philoſophiam adfectantis. Eadem quidem verba GROTIUS per *duarum perſonarum partes* ita diſtribuit, ut earum *altera* (ut ait ipſe in Notis) »dicta philoſophi »ut frigida irrideat.« Nempe in hunc modum:

B. Ἀλλότριον ἔσθ' ὁ πλοῦτος ἀνθρώπῳ. A. Πάχνη.

Β. Σοφία δ' ἴδιον. Α. Κρύσταλλος. Β. Οὐδεὶς πώποτε ς ταύτην λαβὼν ἀπώλεσ'. Α. Ὦ τάλας ἐγὼ &c.

Mihi visum erat, in toto isto fragmento unam eamdem loqui personam, sed eam in tribus istis versibus sermonem alterius per *μίμησιν* referre. Vocabulum *κρύσταλλος* (*vers.* 5.) utique *glaciem* denotat, quo sensu etiam percommode respondere videtur praecedenti *πάχνη*. Et sic GROTIUS interpretatus est:

B. *Sapientia proprium.* A. *Glacies.* B. *Hanc qui acceperit*, &c.

Dalecampius quoque *glaciem* in versione posuit; recte vero monuit in ora, intelligendam *solidam* & *durabilem*; scilicet quatenus opponitur *pruinae*. Quo simul pertinet, quod idem vocabulum etiam *solidum lapidem* pellucidum denotat, quem *crystallum* vulgo vocamus. Eodem *vs.* 5. pro *οὐδεὶς*, quod erat editum, *οὐθεὶς* scripsi cum *cod. A.* conf. mox vs. 11. itemque Antiphanis vs. 9. superiori capite.

Vers. 7. *οἵῳ μ' ὁ δαίμων φιλοσόφῳ συνώκισεν.* »Parodia »est Euripidei versus ex Andromeda, ubi clamabat misel»la ceto alligata, *Οἵῳ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ συνώκισε.* Simi»liter Ulysses in Cyclope Philoxeni, in antro illius inhu»mani coclitis conclusus, *Οἵῳ με*, ait, *ὁ δαίμων τέρατι »συγκατεῖρξε.* Vide Graecos paroemiographos. [Zenob. »V. 45.] Aristophanes quoque videtur allusisse illo ver»su, [Plut. 853.] *Οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι.*« CASAUB. — Velim indicasset vir doctus ubi legatur *Euripideus* ille, quem citavit, *versus*. Exhibuit eumdem Barnesius pag. 518. in Fragmentis *Andromedae*, quae Aristophanis Thesmophoriazusis inserta sunt; sed eum ibi frustra quaesivi.

Vers. 8. Repetitur hic versus & sequentes lib. XV. pag. 671. b. c. Dictionem *Ἑταρίστερ' ἔμαθες τὰ γραμμ.* contulit Küsterus cum Aristoph. Av. 1566. *πόνηρε* & hic & pag. 671. antepenacute scribunt editi omnes, consentiente puto *ms. A.* Recte; nam hoc vult, *Miser!* non *πονηρέ*, ut est in nostro *ms. Ep.* quod *prave!* sonat. *Vers.* 9. *ἀντέστροφέν σου τὸν βίον τὰ βιβλία.* »Simile est quod in »Actis Apostolorum [c. 26, 24.] Festus ait ad D. Pau»lum: *μαίνῃ, Παῦλε· τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν »περιτρέπει.*« CASAUB. — *Vers.* 10 *sq.* Quod in philosophum hic dicitur, *γῆ τε κ' οὐρανῷ* (*καὶ οὐρανῷ mss. A.*

c & *Ep.* non male.) λαλῶν, οἷς οὐθέν ἐστιν &c. idem fere apud Plautum, in prologo Mercatoris fabulae, in *Amatores* dicitur,

— — — *qui aut Nocti aut Diei*
aut Soli, aut Lunae, miserias narrant suas.
Quos pol ego credo humanas querimonias
non tanti facere, quid velint, quid non velint.

Quos latinos versus ex istis Graecis expressos esse Petr. Victorius existimavit Var. Lect. IV. 7. In οὐθέν ἐστι (*vers.* 11.) consentit cum editis *ms. A.* οὐδέν ἐστι habet *ms. Ep.* quod pag. 671. c. tenent omnes.

AD CAP. LXIV.

Καράβους μείζονας Καλλιμέδοντος. Vide supra, p. 100.
d c. & ibi notata. *Ibid.* ἐπεκλήθη. Vitiose ἐπεκκλήθη ed. Cas. 2. & 3. *Ibid.* κωμῳδιοποιῶν scripsi cum *ms. A.* κωμῳδοποιῶν edd.

In ALEXIDIS *vers.* 3. στῆσαι. στήσειν *ms. Ep.* *Ibid.* ἐν τοῖς ἰχθύσιν. »Verte, *in foro piscario.* Ad Theophrasti »Characteres [pag. 268.] genus hoc loquendi exponebamus.« CASAUB. — Sic rursus apud Nostrum, VIII. 342. d. Parique ratione, τὰ λάχανα, *forum olitorium*, VI. 228. b. & VIII. 338. e. & plura id genus alia. Conf. Taylor Lection. Lysiac. pag. 330 sq. edit. Reisk. Piersonad Moerid. pag. 351 sq. Toup Cur. nov. in Suid. pag. 246. *Vers.* 5. αὐτοῖσιν τῆς τεχν. Scribe αὐτοῖσι cum *ms. Ep.* quod postulabat metrum.

e Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις. Nempe δευτέραις, quae non supersunt. In ARISTOPHANIS *vers.* 1. Ἰχθῦς ἐώνηταί τις. Ἰχθύς τις ἐώνηται hic vulgo legebatur, invito metro. Ἰχθὺς ἐώνηταί τις correxit BRUNCK in Fragm. Aristoph. pag. 248. ex lib. VII. pag. 324. b. ubi recurrit hic versus. Indidem ego Ἰχθῦς etiam, cum circumflexo, adscivi: quo quidem nil opus fuisse intelligo; quoniam, sicut ἡ ἰλύς, ἡ πλινθύς, sic & ὁ ἰχθύς (ut iam saepius vidimus) ultima longa scribi poterat, in quo vocab. *ancipitem* esse *ultimam* monent Grammatici.

Vers. 2. ἢ τῶν πλατειῶν καρίδων, ἢ πουλύπους. Post πλατειῶν, voculam τις, quam ignorant libri, inserui BRUNCK: puto quod *primam* in καρίδων pro *brevi* acciperet; quae tamen *producta* esse poterat, ut in duobus Eu-

polidis verſibus, III. 106. b. *Ibid.* πουλύπους bene e edd. ſive id Muſuro debetur, qui editionem Venetam curavit, ſive docto alicui librario, cuius libro ille uſus eſt. πολύπους quidem habet *ms. A.* (In *ms. Ep.* deſideratur totum iſtud Fragm.) Eſt autem πουλύπους forma Atticis uſitata, ut videbimus ad lib. VII. pag. 316. diſerteque docet Euſtath. ad Od. ε'. pag. 232, 10. Τὸν πολύποδα, πούλυπον Ἀττικοί φασιν, ὡς ἐν Ῥητορικῷ εὕρηται Λεξικῷ, καὶ πολύπουν.

Verſ. 3. ὀπτᾶτ', pro ὀπτᾶται: *aſſatur.* Sic in verſione ſcriptum oportebat. *Verſ.* 4. Οὐδὲ βάτις. Sic ed. Ven. & *ms. A.* Temere Οὐ καὶ βάτις; ed. Baſ. & Caſ. quod cum non ferret metrum, deletâ καὶ particulâ BRUNCKIUS Οὐ βατίς; edidit, tenens deinde Οὐδὲ φήμ' ἐγώ, in quo nihil mutant, quod ſciam, libri. Sic recte quidem currebat verſus: at mihi tamen commodius videbatur, ſi priorem Οὐδὲ particulam acciperem, poſteriorem vero cum nuda Οὐ permutarem. Rectius vero βατίς acute ſcripſit idem BRUNCK, ut apud Noſtrum VII. 286. b. & apud Ariſtotelem. Caeterum in penacutum βάτις conſentiunt h. l. edd. & *ms. A.*

Verſ. 5. Οὐδὲ χόριον. Quid ſit hoc, docet Noſter XIV. f 646. e. ubi in *placentarum* numero ponit Χόρια, βρώματα διὰ μέλιτος καὶ γάλακτος γινόμενα. conf. IV. 131. d. IX. 372. c. item XII. 516. f. ubi χορεῖα quidem edd. ſed χόρια *ms. A.* Aliàs χόριον vel χορεῖον dicitur etiam *membrana foetum ambiens, ſecundae;* de quo ſignificatu vide Heſych. in Χορεῖον, & Foeſii Oecon. Hipp. in Χόριον. Quo vero iure contenderit VILLEBRUNIUS, ſignificari h. l. *inteſtinum variis rebus farctum*, quo pro cibo uſi ſint, ipſe viderit. *Ibid.* πυὸς, *coloſtrum;* de quo nonnihil notatum ad II. 57. a. T. I. Animadv. pag. 384 ſq. ubi πύος penacute ſcripſi cum H. Steph. & aliis, ſicut etiam ſcribitur apud Noſtrum IX. 372. c. Sed rectius ὁ πυὸς, (ut h. l. & XII. 516. e.) aut τὸ πῦον, penultima utrobique longa. conf. Ariſtoph. Veſp. 710. ibique Brunckii notata, & Etymol. in Πῦον.

Verſ. 6. οὐ δὴ σχαδόνας. Quoniam οὐ δὴ (non οὐδὲ, ut ante, & poſt) habent libri; putavi ab his verbis initium fieri novae conſtructionis, qua deinde utitur auctor: itaque σχαδόνας ſcripſi, pro vulgato σχαδόνες. Si οὐδὲ malueris cum Brunckio, teneri poterit σχα-

f δόνες, & a verſu ſeq. demum initium fieri intelligetur conſtructionis cum accuſativo. *Ibid.* ἠτριαῖον. Huc ſpectat Etymologi locus, ſupra citatus ad III. 96. c.

Verſ. 7. οὐδ' ἐγχέλειον. Sic τέμαχος ἐγχελείου vel ἐγχελίου, ſupra pag. 96. b. *Ibid.* οὐδὲ κάραβον μέγαν. Ne claudicare putes verſum, notabis vocem κάραβος primam longam habere. Sic ſupra in Alexidis verſibus, & paulo poſt apud Epicharmum. Notanda autem ipſa illa conſtructio verbi ἐπικουρέω cum accuſativo rei, ἐπικουρεῖν τί τινι, *iuvare aliquem aliqua re;* quam alibi non memini me reperire. Nec vero diſſimulare debeo, non μέγαν, ſed μέγα eſſe in *ms. A.* At in κάραβον tamen idem conſentit. *Verſ.* 8. κοπιώσαισιν correxi cum Brunckio, quo fulciretur labans metrum. Vulgo κοπιώσαις.

ὧν μνημονεύει Φιλύλλιος ἐν Πόλεσι. Vide ſupra p. 86. e. ubi adpoſita ſunt verba, ad quae hîc reſpicit Noſter. Mendoſe h. l. Φυλύλλιος ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. Vera ſcriptura, quam tenet *ms. A.*, reſtituta in ed. Caſ. 2. 3.

a In ARCHESTRATI *vſ.* 3. βραδέως ἐπὶ γαῖαν ὀρούει. Vertunt, *pigre* (vel *lente*) *humi ambulat:* & id dicere voluiſſe utique videtur feſtivus poëta; ſed, quid ſit quod iis verbis utatur, quae proprie ſonant *lente in terram irruit* vel *proſilit*, id quidem minus percipio. Tenent autem eam ſcripturam cum editis *mssti A. B.* & *Ep. Verſ.* 4. ἀρετῇ τε. Sic recte *ms. A.* cum edd. ἀρετῇ δὲ *ms. B.* minus commode. Καὶ ἀρετῇ *ms. Ep. Verſ.* 5. ἐν Λιπάραις, *in inſulis Aeoliis* vel *Vulcaniis.* Vide Not. ad Polyb. I. 25, 4.

b In EPICHARMI *verſ.* 1. metri trochaici ratio poſtulabat, ut ἔχοισαι τὰ πόδια corrigeretur. Vitioſe ἐχόσαι πόδια ed. Ven. & Baſ. quod in ἔχουσαι πόδια mutavit Caſ. Dorica dialecto haud dubie ἔχοισαι ſcripſerat Epicharmus. *Verſ.* 2. recte omnes, κάραβος δὲ τὤνυμα: nec cauſſa erat, cur κάραβοί τε τὤνομα ſcriptum vellet Caſaub. Satis enim commode ſingularis numerus hic ponitur, licet pluralis praeceſſerit: & ὄνυμα Dores pro ὄνομα dicunt; & τὤνυμα, pro τοὔνομα. Vulgo veluti metro ſoluta ſcripta erant Epicharmi verba.

AD CAP. LXV.

Ἴδιον δ' ἐστὶ γένος καράβων τε καὶ ἀστακῶν ἄλλο. Com-

modius *ms. Ep.* omissâ τε particulâ, comma post καράβων b
ponit: γένος καράβων, καὶ ἀστακῶν ἄλλο. Mox vero minus commode idem, ἔτι καὶ καρίδων, pro ἐτι δὲ καρ. Placeret ἔτι δὲ καὶ καρίδων.

Τὸν δ' ἀστακὸν οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ο &c. Dorienſium praeſertim & Aeolum morem fuiſſe, α in ο mutare, monuit Koen ad Corinth. pag. 215. Sed ὀσταφίδος etiam, pro ἀσταφίδος, ex Attico poëta Cratino nominatim citavit Photius in Lex. ms. ut docuit Heſychii editor ad voc. Ὄσταφις. EPICHARMI verbum γαμφώνυχοι, de *aſtacis*, verti debebat *incurvis ungulis*; non nude *ungulati*.

κόρακον, qui in SPEUSIPPI verbis in *cruſtaceorum* numero nominatur, nemo novit. Nihil tamen mutant noſtrae *membr. A.* In *Epit.* vero deſideratur totus locus. κόρακα corrigebat Dalech. quod *piſcis* nomen eſt, alienum ab hoc loco. Placuit GESNERUS, de Aquatil. p. 300. ſcribens: »Vide an pro *coracon*, legendum ſit *carabon*.«

Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ Ζώων μορίων. Ἀριστοτέ- c
λης δ' ἐν ζώων μορίων *ms. A.* & ed. Ven. Ἀριστ. δ' ἐν πέμπτῳ ζώων ἱστορίας correxit editor Baſ. quia leguntur hodie iſta Ariſtotelis verba in *Hiſtor. Animal. lib. V.* partim cap. 7. & partim cap. 17. Pro eo (per errorem, de quo dictum eſt ad III. 88. c.) in ed. Caſ. legitur ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων ἱστορίας. Ego ex ſuperioribus editionibus tenendam vocem πέμπτῳ, & ex ed. Ven. & *ms. A.* tenendum μορίων, deletâ voce ἱστορίας, exiſtimavi. Vide Animadv. ad II. 63. b. & ad III. 88. c. Caeterum poterat & ſcriptura *ms. Epit.* teneri, quae ſic h. l. habet, ἐν τῷ περὶ Ζώων μορίων.

ὀχεύονται δὲ τοῦ ἔαρος ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ. »Mutavit (Athenaeus) de induſtria ordinem verborum »Ariſtotelis, qui (Hiſt. Anim. V. 7.) ſcripſit, ὀχεύεται δὲ »ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ ἔαρος. Amat enim philoſophus »verborum traiectiones, ut alibi dicebamus.« CASAUB. — Adverterat tamen iſta verborum traiectio editorem Ariſtotelis Sylburgium, movitque ut ad illa verba adnotaret, ſimpliciorem fore ſtructuram, ἀρχομένου ἔαρος πρὸς τῇ γῇ. At apud Athenaeum editio Ven. cum *ms. A.* non ἀρχομ. ſed ἐρχομένου habet, quod per librarii alicuius imperitiam ex ἐρχόμενα corruptum ſuſpicari licebat: & id ipſum perſpicue habet noſter *ms. Ep.* ὀχεύονται δὲ τοῦ ἔαρος ἐρχόμενα πρὸς τῇ γῇ. Quod vide ne

e & Athenaeo reſtituendum ſit, & ipſi Ariſtoteli: *prope terram venientia.* conf. eumdem Ariſtot. ibid. cap. 17. ſub finem. Mox, ὅταν τὰ σῦκα ἄρχηται reſtitui ex ed. Ven. cum qua faciunt *mss. A.* & *Ep.* Nec enim opus erat, ut ex Ariſtot. in ἄρξηται mutaretur cum ed. Baſ. & Caſ.

Γίνονται δ' οἱ μὲν κάραβοι &c. Haec ſunt ex Hiſt. Anim. V. 17. Γίνονται autem hîc non tam debebat *Gignuntur* verti, quam *Sunt, morantur, verſantur.*

AD CAP. LXVI.

d Ὅτι καὶ πόλις ἦν Καρίδες. Hoeſchelianae Epitomae ſe iſtam emendationem debere profeſſus eſt CASAUB. cum πολλαὶ pro πόλις legeretur in ed. Ven. & Baſ. »non ſolum »perperam, verum etiam ridicule propter illa quae ſub»iiciuntur ex Ephoro. Caeterum *Caridas* oppidum illud »tantum Stephanus agnoſcit, quod in Phrygia ait fuiſſe.« — Veram ſcripturam tenuere etiam noſtrae *membr. A.* e cum *ms. Ep.* Mox: »μετὰ Μάκαρος ſcripſimus ex mem»branis: *cum Macare*, vel potius *Macare duce.* Vulgo »[nempe ed. Ven. & Baſ.] μετὰ μάκαρας, quod inter»pretes fecit ineptire.« — Rurſus uterque noſter codex verum tenet.

In ARCHESTRATI *verſ.* 1. εἰς Ἴασον Καρῶν πόλιν. Antepenacute Ἴασον ſcribitur & in edd. & in *ms. Ep.* puto & in *A.* Aliâs Ἰασσὸς ſcribitur id nomen, acute, & duplici σ litera, quam ſimplicem hîc poſtulabat metrum. *Verſ.* 2. λήψῃ, quod erat editum, dedit *Epitome.* λήψεις *ms. A. Ibid.* σπανίαν recepi ex *ms. Ep.* σπάνια *ms. A.* quod ferri poſſit deducto accentu, σπανία, in nominat. ſing. diſtinctione paulo maiore poſt λήψῃ poſita, & nudo commate poſt πρίασθαι. σπάνιαι ed. Ven. & Baſ. quod in σπανίαι mutavit Caſ. *Verſ.* 3. ἐν δὲ Μακηδονία. Μακεδονία *ms. Ep.* quemadmodum legitime vulgo ſcribitur: ſed longam vocalem η, quam deſiderabat metrum, tenet *ms. A.* cum editis. Eamdem ſcripturam habes apud Dionyſ. in Deſcript. Orbis vſ. 254. ubi vide Euſtathium.

ARAROTIS *verſiculi* paulo auctiores ab initio leguntur ſupra, pag. 86. e. Habet iſtos, & nonnullos ex his qui paulo poſt adferuntur, Euſtathius ad Il. ω'. pag. 1301 extr. & ſq. ex Epitoma, ubi omiſſum eſt primum Anaxandridis teſtimonium.

EUBULI *verſus*, ſi recte ſcriptus, fuerit iambicus ſenarius, cui poſtrema deſit ſyllaba. Titulum fabulae Ὀρθάννη ſcripſi cum Caſaub. & ſic hoc loco (ni fallor) etiam *ms. A.* Ὀρθάννη ed. Ven. & Baſ. & ſic alibi etiam *ms. A.* veluti mox p. 108. d. Caeterum nihil intereſt. f

ANAXANDRIDAE duo *verſus* ex *Lycurgo*, ſunt anapaeſtici tetrametri. Itaque *verſ.* 1. intelligitur, ſyllabam ρι in καρισαρίοις longam uſurpari; quia duae ſyllabae καρι ſpondeum debent efficere. Habet enim vox καρὶς etiam primam ſyllabam longam, ut haud multo ante monui, quod ex duobus Eubuli verſibus pag. 306. b. liquido adparet. Libro VII. pag. 329. citantur eiuſdem Anaxandridae verba huiuſmodi, καὶ συμπλησιάζειν κορακινιδίοις μετὰ περδικίων καὶ θραττιδίων. Ubi, συμπλησιάζειν ex συμπαίζειν (quod hîc legitur) eſſe corruptum, adparet ex ſcriptura *codicis A.* qui συμπλιάζειν habet: at, pro καρισαρίοις, quod hîc habemus, haud dubie ibi κορακινιδίοις ſcriptum; quod ferebat quidem pariter metrum, ſed hîc quidem non ferebat inſtitutum Athenaei. Pro θριττιδίων, quod hoc loco *ms. A.* cum edd. tenet, recte ibi θραττιδίων legitur, quod hîc quoque reponendum monuit Geſner pag. 978.

Verſ. 2. Pro vulgato ψιτταδίοις, ψηττιδίοις ſcribendum monuit Caſaub. De ψῆττα piſce, cuius hoc eſt diminutivum, (latine *paſſer* & *rhombus* vocatur) vide Noſtrum lib. VII. pag. 329 ſq. *Ibid.* Cum vulgo legeretur μετὰ κωβισαρίων, & deinde in eodem verſu μετὰ κωβισίων ſcriberetur, facile adparebat alterutrum mendoſum eſſe. Atqui μετὰ κωβισίων cum ad ſenſum, tum ad verſum, bene habet: eſtque diminutivum τοῦ κωβιὸς, cuius & ſaepe aliâs, & ex profeſſo lib. VII. p. 309. meminit Athenaeus. Contra, μετὰ κωβισαρίων metro prorſus non conveniebat: itaque κωθαρίων correxi, quod diminutivum intellexi τοῦ κῶθος. Et faciunt quidem (ut docet ipſe Athenaeus VII. 309. c.) κῶθον nonnulli eumdem piſcem cum κοβιῷ: ſed quum praeſertim varia ſint *gobiorum* genera, (de quibus Geſnerum vide p. 393 ſeqq.) potuerat facile poëta inter κωθάρια & κωβίδια neſcio quid diſcriminis ſtatuere: ac pro ipſius inſtituto ſatis etiam erat, eſſe nomina nonnihil diverſa. *Ibid.* καὶ σκινδαρίοις. *Et trachuridiis* in lat. verſione poſuit DALECAMPIUS, adnotavitque: »Ita legit Natalis, & recte, ut ar-

f » bitror. Ridetur hic aliquis, *diminutivis* eiuſmodi *vocibus* » uti ſolitus. « — Inde CASAUBONUS: » Neſcio quid ſit » καὶ σκινδαρίοις. Interpretes unde ſuam lectionem exſcul- » pſerint neſcio: nullum enim illius veſtigium, neque in » edita ſcriptura, neque in manu exaratis. Noſtra conie- » ctura propius accedebat ad vulgatum, καὶ σκιφυδρίων, » (de ſciphydriis diximus ad pag. 85. d.) vel etiam, ſi » forte, κοσκινιδαρίοις. « — At nihil opus erat tantis am- bagibus. Meliora Caſaubonum docere GESNERUS potue- rat, de Aquatil. p. 837 ſub fin. & pag. 1031 med. atque etiam ipſe ſocer Henricus Stephanus in Theſ. III. 807. Scilicet *umbra* piſcis, quae plerumque σκίαινα vocatur, (Athen. VII. 322. f.) etiam σκινὶς dicebatur, ut diſerte docet Galenus de Facult. Alim. III. 30. Inde igitur dimi- nutivum σκινιδάριον: & per ſyncopen (qua non modo poëtae uti licebat, ſed cui eidem etiam in vulgari ſermo- ne locum eſſe potuiſſe analogia ſuadet) formatum σκιν- δάριον.

a In eiuſdem ANAXANDRIDAE, ex fabula *Pandaro*, *verſ.* 1. cum Οὐκ ἐπικεκρυφὼς vitioſe vulgo (conſentien- te etiam *ms. A.*) legeretur, ἐπικεκυφὼς corrigendum monuit Caſaub. quod iam Dalecampius etiam expreſſerat, *Si te curves*. *Verſ.* 2. αὕτη δὲ καριδοῖ τὸ σῶμα. Adduxit iſta verba Euſtathius ad Il. ω'. p. 1301, 49. cum docere vellet, a nomine καρὶς formari verbum καριδόω. Et hoc ipſo quidem loco verba iſta poëtae fruſtra quaeras in Athenaei Epitoma, qua uſus Euſtathius eſt: ſed paulo inferius ea adpoſuit Epitomator, poſt verba κρηπὶς καὶ τευθίς· quae leguntur pag. 106. c. *Verſ.* 2 *ſq.* καμπύλη τ' ἀγκυρά τ' ἐστὶν. Commode repetitam particulam coniun- ctivam dedit *ms. A.* quam nonniſi poſt ἄγκυρα pone- bant edd. poſt καμπύλη vero ſolummodo *ms. Ep.* & *Euſt.*

Ἐν δὲ Κερκίῳ. Nuſquam alibi, quod ſciam, titulus huius fabulae occurrit: hîc vero nihil variant libri. Na- talis Comes tamen *in Cercide* poſuit; quem ſecutus eſt Da- lecampius, nulla cerra ratione, ac ne probabili quidem. Fabricius Bibl. Gr. T. I. pag. 740. rectum caſum Κέρκιος ſtatuit, neſcio an viri nomen intelligens. In *verſu*, qui ex hac fabula adfertur, ἐρυθρώτερον ſcripſi cum ed. Ven. Baſ. & *ms. A.* Perperam ἐρυθρότερον ed. Caſaub. cum *ms. Epit.* & Euſtath. ad Od. ω'. pag. 1302, 1. quod non ferebat metri ratio, quia ſic ρυ ſyllaba longa foret, quae

brevis hoc loco esse debet. *Ibid.* In ὀπτῶν cum edd. a consentit *ms. A.* Ubi CASAUB. »Fortasse ὀπτῆς leg. etsi »ferri potest ὀπτῶν.« — Nempe intelligendo in particip. ἐγὼ ὀπτῶν τε. At ὀπτῆς, quod in versione iam expressérat Dalecampius, commode dedit *ms. Ep.* & Eustath. l. c. *Ibid.* σ' ἀποφανῶ, *te reddam, te dabo*: sic ἀποδείξῃ, VI. 254. d.

Εὔβουλος, Τιθαῖς. Infra, lib. VII. pag. 311. d. vulgo Τίτθαις scribitur, sed Τιτθαῖς ibi *ms. A.* & sic omnes scribunt XV. 685. e. De quorum vocabulorum partim differentia, partim confusione, multa monuere veteres Grammatici, & ad eos viri docti. Τήθαις oportebat, aut Τιτθαῖς. Vide Ammonium pag. 135 & 138. In EUBULI *versu* Καρῖδάς τε (sic) scriptum volueram, non Καρῖδας τε. Καρῖδα τε ed. Ven. & Bas. Sed *pluralem* dedit *ms. A.* nescio an & *circumflexum* accentum. Καρίδα τε penacute edidit Casaub. quod adversatur instituto Athenaei, qui verba ista in eorum numero exemplorum posuit, quae syllabam ρι in illo vocabulo longam faciunt. Quaenam quidem insit his verbis metri ratio, haud satis me perspicere fateor. In fine, κύφων vulgo scriptum erat; quod in κυφῶν mutavi.

καὶ Ὠφελίων Καλλαισχρῳ. »Sic scripsimus ex librorum »auctoritate, a quibus testimonium dicit Suidas.« CASAUB. — Nempe καὶ ἐν Καλλαισχρῳ erat in ed. Ven. & Bas. omisso poëtae nomine. Casauboni scripturam firmat & noster *ms. A.* & Suidas in Ὠφελίων, qui Κάλλαισχρον in fabularum numero Ophelionis ponens, ipsum Athenaeum testem invocat. Videtur autem *Epitomator* in suo Athenaei codice *Ophelionis* nomen h. l. non reperisse: is enim, praetermisso quidem testimonio, quod ex huius poëtae fabula *Callaeschro* adfertur, alterum istud quod deinde ex eiusdem citatur *Ialemo*, non OPHELIONI auctori tribuit, sed EUBULO, quem proxime ante Ophelionem nominavit Athenaeus. Sed fortasse idem Epitomator, minime quidem caeteroquin indoctus, verba ista καὶ ὠφελίων καλλαισχρῳ non pro propriis nominibus, sed pro communibus, quae pars essent testimonii ex *Eubuli Nutricibus* prolati, acceperat; quae verba quum non intellexisset, pro corruptisque habuisset, suo more praetermisit: itaque testimonium proxime sequens ex *Ialemo* ad eumdem auctorem *Eubulum* retulit. Quum vero in ed. Ven. & Bas.

a pariter desideraretur *Ophelionis* nomen; inde factum est, ut a Dalecampio, cum in Latina versione, tum in Indice Scriptorum, duae istae fabulae, Κάλλαισχρος & Ἰάλεμος, eidem *Eubulo* auctori sint adscriptae; qui error inde etiam in Fabricii Bibliothecam Graec. T. I. pag. 760. irrepsit, & diligentiam etiam doctissimi nuperi Instauratoris & Continuatoris eiusdem Bibliothecae effugit. Verba, ex OPHELIONIS *Iakemo* citata, sic scripta erant in ed. Ven. & Bas.

Ὠρχοῦντο δ' ὡς καρίδες ἀνθράκων ἔπι &c.

ubi recte καρῖδες penultima circumflexa correxit Casaub. Nam & versus longam illam syllabam desiderabat, & in eorum numero testimoniorum etiam hic versus adfertur, quae syllabam istam productam habent: ex quo ipso intelligi par est, ne illam quidem scripturam posse ab Athenaei manu esse, quam uterque quidem noster codex *A.* & *Ep.* praefert, Ὠρχοῦντο ὥσπερ. Nam qui hanc scripturam primus invexit, is (si modo ad metrum utcumque advertit animum) καρίδες penultima brevi legerat: quamquam noster *ms. Ep.* & Eustath. ad Iliad. ω'. p. 1301 extr. καρῖδες scribunt, parum hactenus constantes sibi. Emendatio illa, Ὠρχοῦντο δ' ὡς, utrum ipsius Veneti editoris ingenio, an docti alicuius ante eum librarii industriae debeatur, non liquet: sed undecumque ducta fuerit, aspernari eam non debui.

b EUPOLIDIS verba, e fabula *Capris*, sic erant edita, quasi ista omnia, Πλὴν ἅπαξ -- καρίδας unum versum efficerent. Haud dubie vero vocula Πλὴν extra versum fuit ponenda. *Ibid.* καὶ ἐν Δήμοις· Ἔχων τὸ πρόσωπον &c. Perperam Ἔχον ed. Cas. Recte ἔχων editt. vett. cum *ms. A.* Sic & Etymologus in Καρίς: ubi citat hunc versum, & eum quidem *Cratino* auctori tribuit: at Cratini fabulam Δήμους nemo novit, Eupolidis Δῆμοι vero cum ab aliis Grammaticis citantur, tum saepius a Nostro. Apud eumdem Etymolog. abest artic. τὸ ad voc. πρόσωπον. *Ibid.* καρίδος μασθλητίνης. » Auctor Etymologici interpretatur δερματίνης: *coriaceae.* Sed assentior Dalecampio, » ad colorem referenti: nam μάσθλην aiunt veteres etiam » *calcei phoenicei* genus. Sic autem paulo post Epicharmus, » κουρίδες φοινίκεαι, vel, ut in Epitome, φοινίκεαι. « CASAUB. — Vide Hesych. in Μάσθλη & in Σκυδικαί.

AD CAP. LXVII.

Καρίδες δὲ βραχέως. Commodius videri possit Καρίδας, quod habet *ms. Ep.* scil. λέγουσι. Sed & istud probum: nam & sic loquuntur Grammatici. Vitiosum βραχέος, pro βραχέως, ex ed. Bas. in ed. Cas. propagatum est. *Ibid.* ἀναλόγως· παρὰ γὰρ τὸ κάρη γέγονε, &c. » *Carides* nomen dicuntur invenisse ἀπὸ τοῦ κάρα, *a ca-* » *pite.* In Etymologico sic: παρὰ τὸ σκαίρω, σκαρίς· ἢ » παρὰ τὸ κάρα, καρίς. Sed longe diversi generis sunt *sca-* » *rides* sive *scari*, a *caridibus*. « [At *scarus* piscis nusquam σκαρὶς vocatur. Etymologus ait, παρὰ τὸ σκαίρω, σκαρὶς καὶ καρίς. Id est, καρὶς hactenus a σκαίρω derivari potest, ut καρὶς dici intelligatur pro σκαρίς. Quod ipsum alibi noster etiam Athenaeus adnotavit, VII. 324. d. ubi in edd. quidem sic legitur: σκάρος δὲ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, καὶ σκαρίς: in msstis vero καὶ καρίς, quod eadem ratione intelligendum, qua scriptum oportuisse Casaubonus ibi censuit, scilicet, perinde ac si dixisset, καὶ καρὶς, οἷον σκαρίς.] » Deinceps auctor caussam explicat, cur Attici » scriptores in voce καρίδες mediam corripuerint. Est au- » tem ratio quam affert, quam assecuti non sunt inter- » pretes, haec: Apud Atticos, quanta est dissyllaborum » in *is* desinentium prior, tanta est in illorum obliquis » media syllaba: ut βολὶς, βολίδος· γραφὶς, γραφίδος; c » contra, ψηφὶς, ψηφῖδος· κρηπὶς, κρηπῖδος. In καρὶς » priorem corripiebant Attici: unde quid sequatur cla- » rum est. At illi poëtae qui priorem in ea voce produ- » cebant, mediam quoque in obliquis necessario longam » statuebant. « Casaubonus. —— Imperite utique observationem Athenaei interpretatus erat Dalecampius, cum ait: » Verba sic auctoris intellige: Extensâ vero » penultimâ syllabâ (καρίδος, nempe, ῐ́) producta est » & ultima. (in nominandi casu, ῐς, in καρίς.) « — At nec difficultate caret Casauboni interpretatio: nec id vero tam ipsius, quam Athenaei, culpâ. Primum enim, quod ait, *Atticos brevem facere* ῐ *syllabam in* καρὶς, καρίδος: cum plura adtulisset exempla, quibus producta erat ea syllaba, duo tantum adtulit (eaque ex uno Eupolide) quibus brevis est. Deinde vero, si valeret ea, quam dicit, analogia; oportebat ut in eisdem Eupolidis verbis syllaba κα brevis esset: atqui in illis non minus,

c quam in superioribus exemplis, longa est illa syllaba, atque etiam manifestiore ratione; nec enim patitur ibi metri ratio, ut aliter accipiatur. Denique vero omnino, si a κάρα vel κάρη, quae constanter κα syllabam *brevem* habent, derivatur καρὶς; haud adparet cur *longam* penultimam hoc nomen habeat: qui tamen constans omnium poëtarum usus est quemadmodum etiam GESNERUS observavit pag. 913 med. Quare, primo, ipsa illa derivatio videtur merum esse Grammaticorum inventum: nam primam in καρὶς longam facientes Graeci, si quam originem spectarunt, de *Caria* regione potius cogitaverint, in cuius nomine κα syllaba longa est: quo etiam Archestratus in versibus supra adlatis pag. 105. e. spectasse videtur, ut monuit H. Steph. in Indice Thesauri, voce Καρίς. Deinde regula illa, quam de quantitate ultimae syllabae nominum in ις desinentium, ex Grammaticorum praescripto tradit Athenaeus, quod *vocalem ι pro diversa quantitate syllabae penultimae vel producant vel corripiant;* ea igitur regula in hoc ipso nomine καρὶς, quando genitivus casus καρίδος syllabà ρι brevi pronunciatur, exceptionem patitur. Pro παρατελευταίας, quod habent editi libri, est παρατελευτῆς in nostro *ms. Ep.* & rectius παρατελεύτου apud Eustath. ad Il. ω'. pag. 1301 extr. In eodem vero *ms. Ep.* rubro superscripta vox παραληγούσης, qua voce aliâs & Athenaeus utitur, & alii Grammatici: suspicatusque eram, eâdem hoc loco pariter usum esse eumdem Nostrum; sed ex *ms. A.* nullus ab edita scripturâ dissensus adnotatus est. Vocem παρατελευταῖος Stephanus in Thes. non adnotavit: παρατέλευτον usurpat Scholiastes Aristophanis, *penultimum colon* dicens systematis metrici, ad Plut. 598. & ad Eq. 439.

Περὶ δὲ τῶν ὀστρακοδέρμων τούτων &c. Subtilius si spectes, ὀστρακόδερμα sigillatim dicuntur *testacea*: *crustacea* vero, μαλακόστρακα. Sic quidem distinguit Aristoteles, cum alibi, tum Hist. Nat. I. 6. Sic item Noster, III. 85. c. *testacea* graece ὀστρακόδερμα dicit; *crustacea* vero μαλακόστρακα, III. 105. c. Potuit vero *Diphilus*, cuius verbis nunc utitur Athenaeus, Graecum nomen ὀστρακόδερμα generaliori sensu usurpare, quo & *crustacea* complecteretur.

In *verbis* DIPHILI, καρκῖνος bis cum circumflexo accentu scribitur in editis omnibus, puto & in *ms. A.* In *ms. Ep.* vero καρκίνος penacute, quemadmodum paulo

post omnes scribunt in *Mnesithei* verbis. Utrumque in usu erat. *Ibid.* οἱ δὲ κάραβοι καὶ γραψαῖοι λέγονται. »Nimirum ab aculeis, πρὸς τὸ γράφειν καὶ χαράττειν idoneis.« GESNER *de Aquatil.* pag. 490. d

In SOPHRONIS verbis: Ἴδε καλᾶν κουρίδων, ἴδε καμμάρων. Sic recte edd. quibus adsentitur *ms. A.* nisi quod is perperam καλὰν pro καλᾶν habet. Epitomator ista verba omisit. — »Malim ita scribi, Ἴδε καλὰς κουρίδας, ἴδε καμμάρως, ἴδε φίλα. Dorica forma in voce καμμάρως caussa extitit depravationis. Κουρίδας interpretatur Athenaeus *carides*. Hesychius [eodem modo; sed] addit, ἢ τὰς μικρὰς ἐγχλώρους, τὰς δὲ ἐρυθρὰς καμμάρους.« CASAUBONUS. — Offenderant virum doctum genitivi καλᾶν κουρίδων & καμμάρων. At, quemadmodum cum ὦ, exclamandi particulâ, poni solet genitivus rei quam admiramur; quid impedit quo minus idem fiat cum verbo ἴδε, quod habet eamdem vim exclamandi cum admiratione. Sane, licet proprie imperativus verbi sit ἴδε, nil tamen opus est ut accusativum regat: nam etiam cum nominativo construitur, ut apud Epictetum, ἴδε κυνικαὶ φωναὶ, & id genus alia. Vide Epicteti Dissert. III. 22, 11. & II. 11, 13. ibique notata. Apud Hesychium, in verbis a Casaubono citatis, pro ἢ videtur ἤγουν legendum, *scilicet, nempe*. *Ibid.* θᾶσαι μὰν. θᾶσαι, dorice pro θέασαι, ut III. 86. a. Conf. Koen ad Corinthum, pag. 101. *Ibid.* λειοτριχιῶσαι. Id est, λείως τριχιῶσαι: quod GESNERUS pag. 913. interpretatur »*leviter hirsutae;* nimirum propter »multitudinem pedum, qui tamen ut in aliis quibusdam »testaceis asperi non sunt.« Quae interpretatio an faciat satis, videant docti. Gallicus interpres, *& ont un velouté lisse:* & sonare quidem hoc Graeca verba videntur; rem vero nec observare me memini in squillis quas vidi, nec ab alio auctore commemoratam legere. e

Ἐν δὲ Λόγῳ καὶ Λογίνᾳ. Cum καὶ Λογιναὶ vulgo hic legeretur, haec statim adnotaverat CASAUBONUS: »In titulo *fabulae Epicharmi*, Λόγος καὶ λογιναὶ, postrema vox mendosa est. Fortasse scripserat, Λόγος καὶ λογικαὶ vel λογικά: vel fortasse λόγιαι ex Hesychio.« — Quo respicit Sopingii adnotatio ad Hesych. voce Λογίαι, in Albertina editione. At idem deinde CASAUBONUS, in *Addendis*, istam Notam sic refingi iussit: »In titulo fabulae Epicharmi, Λόγος καὶ λογίναι, etsi postremam

e »vocem non intelligo, ſuſpicor tamen non multo aliter »poëtam ſcripſiſſe. Nimis enim manifeſta eius ſcripturae »veſtigia exſtant omnibus aliis in locis, ubi fit eius fa»bulae mentio: ut, cum ſcribit Noſter libro VIII. [pag. »338. d.] τοιαῦτα δὲ καὶ Ἐπίχαρμος παίζει, ὥσπερ ἐν »λόγῳ καὶ λόγον εἶναι. Hephaeſtion in Enchiridio, [pag. »25. ed. Pauw.] Ἀριστοξένου καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνη»μονεύει ἐν λόγῳ, καὶ Λογγῖνος: in quem locum extat hoc »ſcholiolum neſcio cuius, parum (ut videtur) integre »ſcriptum, [ibid. pag. 93.] ὁ Ἐπίχαρμος τὸ οἰκεῖον δρᾶ»μα οὕτως ἐκάλεσε, λόγον καὶ λογίαν.« — Pauw ad Hephaeſt. pag. 118. ἐν Λόγῳ καὶ Λογίῳ legendum cenſuit; λόγιον *diſertum* intelligens. Scholiaſtae Hephaeſtionis ſcripturam probavit Meurſius, ad Helladii Chreſtomath. pag. 62. Λόγος ἢ Λογικὴ, titulum fabulae ſtatuit Fabric. Bibl. Gr. T. I. pag. 677. Λόγος καὶ Λογικαὶ, Hermann. de Metris pag. 298. Equidem, donec certius aliquid proferatur, veſtigiis librorum, quoad fieri potuit, inſiſtendum putavi. In noſtro *ms. A.* h. l. λογιναι abſque accentu ſcribitur; deinde VIII. 338. d. λόγον εἶναι, cum eiſdem accentibus, ut in edd. Utrobique *iota* in fine adiectum, pro more illius codicis, valet *ſubſcriptum*. Caeterum cum ει & ι ſuſque deque habeat eiuſdem codicis ſcriba; utrum Λογεινᾳ, an λογινᾳ debuerit, quove accentu notanda fuerit ea vox, definire non auſim. Scriptura apud Hephaeſtionem, collata cum codicis noſtri ſcripturâ, Λογίνᾳ ſuadere viſa erat.

διὰ τοῦ ω εἴρηκεν. Quod vulgo hîc legebatur διὰ τούτων, haud raro quidem eâ formula utitur Athenaeus, ubi in eo eſt ut teſtimonium auctoris alicuius, quod praeſertim pluribus quibuſdam verbis continetur, adponat. At nunc non erat ei formulae locus; & haud dubie διὰ τοῦ ω fuit corrigendum, de quo monuit Koen ad Corinth. p. 307. Pariter II. 59. d. ait, διὰ τοῦ ο γεγραμμένον. Rurſus III. 94. e. οἱ δὲ διὰ τοῦ υ στοιχείου ἐκφέροντες. Et VII. 318. f. Δωριεῖς δ' αὐτὸν διὰ τοῦ ω καλοῦσι πωλύπουν.

AD CAP. LXVIII.

Ταγηνιστὰ ἤπατα. »Variis modis olim *iecinora* para»bantur. *Frixorum in ſartagine* facit hîc Athenaeus mentio»nem: toſtorum in cinere meminit aliquoties Hippocra-

»tes, ut in lib. II. de Morbis Muliebribus, ἢπάρ τ' ἐν »σποδιῇ ὀπτὸν αἰγὸς ἢ βοός. Et de Natura Muliebri: ἣν »τίκτουσα ἐξανεμωθῇ, ἢπαρ ὄϊος ἢ αἰγὸς ἐς τέφρην ἐγκρύ»ψας. « Casaubonus. *Ibid.* περιειλημμένα τῷ καλουμένῳ ἐπίπλῳ. Poteras περιειλούμενα suspicari: sed non solicitandum videtur vulgatum.

τὸν ἄρτον ἐπικαλύψας ἐπιπλόῳ. Cum ἐπικάμψας f vulgo legeretur, sic in hunc locum commentatus est Casaubonus: »Nove dixit Epicharmus, τὸν ἄρτον ἐπι»κάμψας ἐπιπλόῳ: *panem omento involvens.* ἐπικάμψας »posuit pro ἐντυλίξας: sicut mox dicitur, ἐπιπλόῳ ἐντυ»λιχθείς. Hunc insolentem vocis illius usum obiter illu»strare voluit Athenaeus, cum subiungit, καὶ ὁ Χῖος δὲ »Ἴων ἐν ταῖς Ἐπιδημίαις ἔφη τὸ ἐπικάμψας: quorum »verborum sententia est, *Vocem* ἐπικάμψας *similiter ut* »*Epicharmus usurpavit Ion Chius in fabula Epidemiis.* « — At non modo nove, verum inepte prorsus dictum foret ἐπικάμψας pro ἐντυλίξας. Quo magis mireris in mentem non venisse doctissimo Viro, ἐπικαλύψας corrigere; cum non solum apud Homerum nihil frequentius sit illa dictione πίονι δημῷ vel κνίσσῃ καλύπτειν aut κατακαλύπτειν, ut Il. α'. 460. β'. 423. Od. γ'. 457. ρ'. 241. &c. verum etiam in hac eadem disputatione apud Nostrum pag. 107. c. consentientibus libris legeretur ἠπάτιον ἐγκεκαλυμμένον, & lit. e. ἦν ἔθος τῷ ἐπίπλῳ περικαλύπτεσθαι τὰ ἠπάτια. Quo accedit, quod in vetustis codicibus haud raro literae λυ eo nexu scriptae conspiciuntur, quem a litera μ vix ac ne vix quidem discernas: e quo genere scripturae factum etiam erat, ut vocem Καλυψοῖ, quae haud multo ante hunc locum (pag. 95. b.) occurrebat, pro Καμψοῖ acceperint editores aut sequiores librarii; quod ibi quidem non effugerat Casauboni observationem. Dixi ad illum locum, eodem de genere esse scripturam nostrarum *membranarum A.* Quod si quis, quale sit, minus perceperit; adeat is illud scripturae exemplum ex decimo seculo apud Montfauc. in Palaeogr. Graec. pag. 282. num. VI. cui exemplo iam saepius dixi maxime simile esse scripturam nostri codicis: videat ibi figuram literae λ in vocibus Παῦλος, κλητὸς, ἀπόστολος, εὐαγγέλιον: cogitetque illi literae connexam literam υ: iam se ipse docebit, prodire figuram aegre dignoscendam a figura literae μ in voce δυνάμει ibid. lin. 4. a fine, aut in voce λά-

βομεν lin. ult. Itaque cum in Notulis ex noſtro codice excerptis nullam diſcrepantiam a vulgata ſcriptura adnotatam vidiſſem, quaeſiſſemque per literas ex adoleſcente qui illum excuſſerat librum, annon ἐπικαλύψας in eo ſcriptum extaret, reſpondit ille mihi, *videri eſſe* ἐπικάμψας, *ſed poſſe perinde pro* ἐπικαλύψας *accipi; eamdemque rationem eſſe eiuſdem vocis paulo poſt iterum occurrentis.* Pariter vero a CORAYO noſtro ex coniectura ad hunc locum adnotatum dein vidi: »*fortaſſe* ἐπικαλύψας »*& hic & paulo poſt legendum.*« — Scilicet, quod Caſaubonum morabatur, erat error errori altero iſto loco (p. a 107. *a.*) cumulatus, quum ibi nude τὸ ἐπικάμψας legeretur; quo indicari utique videbatur, monere ibi velle Athenaeum de ſingulari quodam & rariori uſu verbi ἐπικάμψας. Itaque utrobique etiam verbum illud ἐπικάμψας conſulto tenendum ſibi putavit Gallicus interpres, & in media etiam Gallica verſione adnotandum; licet in *codice B.*, quo ille uſus eſt, poſteriori loco non ἐπικάμψας, ſed (ut Brunckius adnotavit) ἐπικάψας legatur; quâ quidem ſcripturâ nihil utique promovebatur. At eodem loco non τὸ ἐπικ. ſed τῷ ἐπίπλῳ ἐπικ. (quemadmodum edidimus) perſpicue dedere noſtrae *membr. A.*, adeoque omnem praeciderunt dubitationem. Epitoma, nimis hîc conciſa, nil adferre adiumenti poterat. Caeterum moverat etiam Caſaubonum, quod libro IV. pag. 140. d. & 141. a. verbum κάπτειν, vel κάμπτειν (ut legendum ille coniectaverat) ſignificationem τοῦ ἐντυλίττειν ipſi viſum eſſet habere: quod quale ſit, ubi eo pervenerimus, diſquiremus. Porro vero hoc loco iſtud quoque imprudenti exciderat magno Caſaubono, quod IONIS *Chii* Ἐπιδημίας pro ſcenica *fabula* acceperit. Nec enim quamvis alioquin dramaticus poëta fuerit *Ion*, fuit illud ſcriptum dramatica poëſis, ſed ſolutâ oratione ſcriptus liber *de Adventibus clarorum Virorum in Chium inſulam*, ſive *de Claris viris qui in inſula Chio morati ſunt*, ut docuit BENTLEI in Epiſt. ad Millium (Chronico Ioannis Malalae ſubiecta) pag. 66. quod & in Latina noſtra verſione ſupra ad III. 93. a. indicavimus. Ex eo libro fragmentum ſatis latum ipſe Athenaeus noſter exhibet lib. XIII. pag. 603 & ſeq.

Redeo pauliſper ad ſuperiora verba ex EPICHARMI *Bacchis* (pag. 106. f.) velimque doceri, vera-ne ſit ea ſcriptura, quae neſcio cuius ſive ex ingenio ſive errore

edita legitur, τὸν ἄρτον ἐπικαλύψας ἐπιπλόῳ, *panem* a *omento operuit;* an aliud quid lateat in ἄρχον, quod ſic abſque accentu ſcriptum vetuſtae noſtrae membranae exhibent. Nam ipſum quidem ἄρχὸν, quod *inteſtinum rectum* vel *anum* ſonat, (Ariſtot. Hiſt. Anim. II. 17. & ſaepe apud Hippocr. & Galen.) vix teneri potuiſſe videtur. Notemus interim iſtam permutationem literarum τ & χ: pari quippe ratione ſupra in mendoſa ſcriptura ὄντα πέννια, III. 80. d. literam τ ex χ ortam ſuſpicati eramus. Sequitur alterius *fabulae* EPICHARMI titulus, ἐν Θεαροῖς. Nempe ſic ſcripſi, ultimâ ſyllaba circumflexâ, & analogiam ſecutus, & KOENII auctoritatem, qui ad Corinthum de Dial. pag. 86. monuit, commune vocabulum θεωρὸς, a Dorienſibus in θεαρὸς mutari. Nec vero diſſimulare debeo, non Θεαροῖς, ſed Θεάροις non hic modo vulgo ſcriptum eſſe, conſentiente (quod ſciam) noſtro *ms. A.* verum etiam IX. 362. b. & X. 408. d. Quam ſcripturae formam, retracto accentu, trium locorum conſenſu firmatam, tenere adeo fortaſſe debueram.

Quod paulo poſt legitur, ἵν' ἤδη ποτὲ ἐντυλιχθ. ſic ex *Epit.* corrigendum iam olim monuerat Hoeſchel. cui paruit Caſaub. conſentientibus noſtris *ms. A.* & *Ep.* Mendoſe ἦν δή ποτε ed. Ven. & Baſ. *Mox*, in τό τε μαρτύριον conſentit *ms. A.* (In *Epit.* ea verba praetermiſſa.) Ferendaque ea particula. Dixerat *Myrtilus:* Ἀπέχεις τὸν ἐπίπλουν, i. e. *Habes igitur* (*edidimus tibi, perſolvimus tibi*, cf. XIV. 649. a.) *illum* ἐπίπλουν, *quem poſtulaveras:* nunc addit, τό τε μαρτύριον - - δίκαιος εἶ σὺ ἀπομνημονεῦσαι, *iam et tu aequum eſt ut commemores teſtimonium* &c. Iſtam vocalem σὺ, quae deerat editis, commode adiectam dedit *ms. A.*

Ibid. προειρημένου σοι πάλαι. *cum iam pridem praedixeris.* vide ſupra pag. 95. a. Potuerat utcumque ferri προειρημένον: non, ut ad praecedens nomen μαρτύριον referretur illud participium; ſed, ut eſſet nominativus abſolute poſitus. Verum eam ipſam ob cauſſam, quia ambiguus foret hoc loco nominativus, qui ad μαρτύριον referendus videri poſſet, commodior erat genitivus abſolute poſitus, quem dabat *ms. A.* cum ed. Ven. Nam id, quod *iam pridem praedictum ab Ulpiano* ait, non eſt ipſum teſtimonium, ſed verba illa (pag. 95. a.) ποδῶν δὲ καὶ ὠτίων, ἔτι δὲ ῥύγχους Ἄλεξις ἐν Κρατεύᾳ ἢ Φαρμακοπώλῃ &c. nempe

a *μέμνηται*: quorum verborum partem nunc repetit Myrtilus, ita quidem ut pro *μέμνηται*, quod ibi e superioribus intelligebatur, *εἴρηκε* dicat; & pro eo, quod ibi Ulpianus dixerat *πολλὰ ἔχον τῶν ζητουμένων ὀνομάτων*, nunc ille dicat, *πᾶσα δ' ἡ ἐκλογὴ χρησίμη οὖσα εἰς πολλά*. Nam haec poſtrema verba ita accipienda videntur, ut ſimul reſpiciat *Myrtilus* ad illa ſuperiora verba Ulpiani, ſimul ut ſuo nomine eadem dicat. Miro autem modo haec ipſa poſtrema verba Dalecampius interpretatus erat: *Quivis ſane delectus ad multa prodeſt.* Quo ſpectat CASAUBONI animadverſio: »Obſervemus *σολοικοφανὲς*, quod interpre»tibus fraudi fuit. *πᾶσα δ' ἡ ἐκλογὴ χρησίμη οὖσα εἰς* »*πολλὰ, ἐπεὶ τὰ νῦν διὰ μνήμης οὐ κρατεῖς, αὐτὸς ἐγὼ* »*διεξελεύσομαι. Integrum Alexidis locum utilem ad multa,* »*quando tu illum nunc memoria non tenes, ipſe recitabo.* Erat »planius, *πᾶσαν δὲ τὴν ἐκλογὴν χρησίμην οὖσαν εἰς πολ*»*λὰ*, &c. ſed ita multis locis & Athenaeum & Aelianum »loqui poteſt facile animadverti.« — Nominativum participii (vel ſubſtantivi nominis cum participio) abſolute poſitum, ubi vel genitivum vel alium caſum exſpectaſſes, paſſim etiam apud optimos auctores obſervare licet; velut apud Thucyd. II. 53. ubi vide quae Hudſonus adnotavit: quo in genere vulgatiſſimus quidem eſt uſus participiorum imperſonalium; ſed & ſimilem orationis *ἀνακολουθίαν* in aliis participiis, & multa talia, quae mira videri poſſint, ſubinde ſibi indulgent Graeci ſcriptores. Quod ni ita eſſet, poſſes laboranti orationi ſuccurrere legendo, *ἣν ἐπεὶ* &c. coll. pag. 127. d. aut *ἥς ἐπεὶ* &c. Titulum fabulae Alexidis, qui pag. 95. a. corruptus erat, recte ſcriptum h. l. exhibent libri.

AD CAP. LXIX.

b In ALEXIDIS *verſ.* 1. *παρὰ Νηρεῖ τινι.* Iocoſe poëta ſenem quemdam piſcatorem *Nereum* vocat. *Verſ.* 2. recte *φυκίοισιν* edd. *φυκίοις ms. A.* Quatuor priores verſus cum dimidio quinto deſunt *ms. Ep. Ibid. ἠμφιεσμένῳ.* »Le»ge *ἠμφιεσμένα*, nempe *ὄστρεα: oſtrea algis cooperta;* »quemadmodum & hodienum venum eunt ubique.« CORAY. *Verſ.* 5. *ἰχθυδίων.* Rurſus, ut iam alibi vidimus, praeter rationem, *ἰχθυΐδίων* ſcriptum voluit Daweſius Miſc. Crit. p. 214. *Verſ.* 7. Vulgo, *Ἁρρεῖν κελεύσας ἕνεκ'*

ἐμοῦ, ταὐτοῦ δὲ ἕν. Ubi CASAUBONUS ſic ſcribendum b cenſuit,

θαῤῥεῖν κελεύσας ἕνεκ' ἐμοῦ γ', ἅτ' οὐδὲ ἓν
φήσας ἀδικήσειν, &c.

At commodius haud dubie, nullâ literâ mutatâ, a nobis reſtitutus verſus eſt,

θαῤῥεῖν κελεύσας ἕνεκ' ἐμοῦ ταῦτ', οὐδὲ ἓν &c.

Et ταῦτ' nunc video ſic ſcriptum in *ms. Ep.* recte; nempe ταῦτα τὰ ἰχθύδια: eamdemque rationem CORAYO placuiſſe reperio. Poſſis porro, non invito metro, ἕνεκεν ἐμοῦ legere cum eodem *ms. Ep.*

Verſ. 10. ὅτι δὴ - - - ὑπ' ἀκάνθης μηδὲ ἓν τούτων πα- c θεῖν. »Scribe ὅτι δεῖ.« CASAUBONUS; cui me parere debuiſſe iudicabunt fortaſſe docti, cum praeſertim perpetuo ει & η noſter *ms. A.* confundat, *ms. Ep.* vero ipſum δεῖ commode obtulerit. Et facile patiar, ſi quis hoc praetulerit: ſed & ferendum vulgatum putavi, vel hoc ipſo, quod, quamquam rarior eſt illa conſtructio coniunctionis ὅτι cum infinitivo, tamen minime caret exemplis, praeſertim ubi plura quaedam verba inter ipſam illam particulam & infinitivum interiecta ſunt. Vide loca in Lexico noſtro Polybiano ſub voce Ὅτι citata, & praeſertim Notata noſtra ad Polyb. I. 4, 1. Tom. V. pag. 138 ſqq. Ad rem quod ſpectat, quae hic agitur: meminerit lector, *glaucum* piſcem *ſpinis* in dorſo eſſe horridum, non item *torpedinem*. τούτων, ſcil. τῶν ναρκῶν: nihil enim impediebat, quo minus plurali nunc uteretur poëta, licet νάρκην in ſing. dixerit.

Verſ. 12. Ἐπὶ τὸ τάχιστον. Nil opus erat maiuſculâ literâ: pendent enim accuſativi, qui ſequuntur, etiamnum a verbo ἔλαβον vſ. 9. Placet autem quod in *ms. Ep.* reperio ἐπὶ τό τε τάχιστον: nam apta ad ſententiam eſt particula coniunctiva, quam nec reſpuit metrum, quia admittit in ſede ſecunda anapaeſtum verſus iambicus apud Comicos. *Ibid.* Pro ϕήτταις, perperam τήτταις eſt in *ms. Ep.* notanda permutatione literarum τ & ϕ. Sic mox rurſus in eod. ms. ὄττεται pro ὄϕεται. *Verſ.* 13. In καρίδα conſentiunt libri. Sed καρῖδα erat ſcribendum, penultimâ circumflexâ; quia longam ſyllabam h. l. neceſſario poſtulabat metrum. De varia eiuſdem ſyllabae quantitate, haud multo ante copioſe dictum eſt. *Verſ.* 14. ἐποίησά τ' αὐτὸ ποικιλώτερον ταῶ. Perperam αὐτὸν edd. cum *ms. A.* Recte

αὐτὸ *ms. Ep.* scil. τὸ τάγηνον. Dicitur autem τάγηνον non modo *sartago in qua friguntur pisces*, sed & ipsi *pisces in sartagine frixi*, aut *frixa quaecumque*, ut monuit Eustath. ad Od. τ'. p. 691 extr. Cf. Animadv. ad I. 5. c. T. I. p. 67.

Vers. 16. Non ferebat metrum ἐγκεκαλυμμένον, quod consentiente quidem utroque nostro *cod. A.* & *Ep.* hîc vulgo legebatur. Aut περικεκαλυμμ. oportebat, quo verbo paulo post utitur Noster, aut ἐπικεκαλυμμ. quod supra pag. 106. f. & p. 107. a. occurrebat.

d *Vers.* 17. αἰσχύνεται γὰρ, πελιδνὸν ὂν τῷ χρώματι. Cum abesset vulgo participium ὄν, sic succurrendum metro censuerat CASAUB. αἰσχύνεται πελιδνὸν εἶναι χρώματι. At, servata γὰρ particula, repetito ὄν ex ultima syllaba τοῦ πελιδνὸν restituendum versum esse perspecte vidit Pierson ad Moerin, pag. 325. suffragante Koen. ad Corinth. pag. 133. Utrique praeiverat Bergler ad Alciphr. p. 76. Ipsam autem illam voculam ὄν adiectam dedit *ms. Ep.*

Vers. 18. μάγειρος οὐ πρόσεισ'. In ed. Ven. & Bas. corruptissime, οὐ πρόσα, σ' οὐκ ὄψεται. Itaque Casaub. ad oram libri, quo usus ipse olim erat, adnotaverat οὐ προσάψεται: sed recte dein οὐ πρόσεισ' edidit, nempe praesens πρόσεισι pro futuro προσελεύσεται: de qua scriptura monuerat Hoeschelius; eamdemque & nostri *mssti A.* & *Ep.* agnoscunt.

Vers. 19. νὴ Δί', ἀλλ' ἐγὼ σοφῶς. Perperam νὴ δία λέγω σαφῶς editt. vett. cum *ms. A.* νὴ δί', ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς ex suo cod. Epit. corrigi iussit Hoesch. & sic edidit Casaub. Pro σαφῶς, perspecte BRUNCK ex coniect. in ora sui libri σοφῶς scribendum monuit: pariter CORAY in Notis msstis. Simillima ratione II. 68. a. dixerat coquus aliquis, ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς. Hoc loco mendosa scriptura λέγω alteri errori σαφῶς originem dederat. Ipsum vero σοφῶς perspicue habet noster *ms. Ep.*

Vers. 22. Editi cum *ms. A.* sic habebant: δειπνοῦντας εἰς τὰ λοιπὰ διεμβάλλειν ποῶ. Quod cum tenuisset CASAUBONUS, monuit dein: »Legendum, εἰς τὰ λοπάδ' ἐμβάλλειν ποῶ. Confirmatur haec emendatio poëtae eiusdem testimonio, qui in alia fabula hunc versum »& sequentem totidem paene literis usurpavit more Homerico. Sic enim in Asclepioclida: [apud Nostrum, »IV. 169. d.]

»— — — — — ὥστε τοὺς

» δειπνοῦντας εἰς βατάνειά γ' ἐμβάλλειν ποῶ d
» ἐνίοτε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

» Quod igitur ibi dixit εἰς βατάνεια, hic eſt εἰς λοπάδια. « — Epitome hic nihil adiuvit, quae in verſu 20. finem facit huius eclogae. Sed nil cunctari debui, quin Caſauboni adoptarem emendationem.

Verſ. 24. Τὰς σκευασίας πάντων δὲ, καὶ τὰς σκευάσεις. » Vel bis idem dicit: vel σκευασίας interpretandum *res neceſſarias ad cibos parandos*; σκευάσεις, *ipſam parandi actionem*. « CASAUB.

AD CAP. LXX.

Ὡς ἐν τοῖς κεκαλυμμένοις ἠπατίοις αὐτὴ πνευμόνιον e ἔλαβεν. » πνευμόνιον cum ait, non *pulmonem* integrum » ſignificat, ſed *fruſtum pulmonis*; ut κρέα τρία, *tria fruſta carnium*. Sic explicandum & τὸ ἠπάτια. « CASAUB. — αὐτὴ, *ipſa*, *ipſa prae caeteris*. Perperam αὐτὴ edd. Vocem hanc praetermiſit Epitomator. *Ibid.* ἀνέκραγεν. Poteſt hoc ferri, quod cum editis tenet *ms. A*. Attamen praecedens accuſativus, Μετάνειραν τὴν ἑταίραν, utique infinitivum ἀνεκραγέναι deſiderare videtur; quem adeo in contextu poſitum, & pro minori puncto *poſt* ἔλαβεν *comma poſitum* malim. Poſſis & ἀναχραγεῖν corrigere: ſed qui ἀνεκραγέναι in ἀνέκραγεν decurtavit librarius, is videlicet non meminerat, in praeterito medio ἀνέκραγα pro ἀνακέκραγα bene graece dici; quare, cum ad conſtructionem orationis, quae infinitivum deſiderabat, non adverteret animum, ἀνέκραγεν oportuiſſe (aoriſtum ſecundum) ſibi perſuaſerat. Epitomator, cum initio periodi aliâ uſus eſſet orationis ſtructurâ, recte ἀνέκραγεν ſcribere potuit. Quod vero ἀνέκραγεν ἀστείως idem ſcripſit, poſteriorem vocem, quam cum *msto A*. ignorant veteres editiones, de ſuo (ut mihi videtur) adiecit: quam, a Caſaubono tacite in contextum receptam, ſatis ego putavi ſi in ora adnotarem.

Ibid. Ἀπόλωλα, πέπλων μ' ὤλεσαν περιπτυχαί. » Verſus a Metanira uſurpatus ingenioſiſſime, pronuntiabatur apud poëtam, unde ſumtus eſt, ab Agamemnone, » noto uxoris ſcelere moriente. Non multo aliter apud » Aeſchylum [Agamemn. 1354.] exclamat idem, Οἴμοι, » πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω. « CASAUB.

e Μήποτε δὲ καὶ Κρώβυλος &c. Isto loco, licet meliora iam in schedis meis notata habuissem, imprudenti mihi excidit, ut & in interpungenda oratione graeca vulgatam rationem tenerem, & in latina versione parum adcuratam Dalecampii sequerer interpretationem. *Post ἵππαρ non punctum*, sed *comma* erat ponendum: in versione vero sic scribendum: *Fortasse vero etiam Crobylus, quemadmodum Alexis, verecundum iecur dixit, quod esset tale, cum in Pseudypobolimaeo sic ait.* Qua de re iam perspecte ipse CASAUBONUS monuerat: »Historiolam de Metanira exci»piunt haec verba: Μήποτε δὲ καὶ Κρώβυλος ὁ κωμῳδιο»ποιὸς αἰσχυνόμενον εἶπε τὸ τοιοῦτο ἵππαρ, [τὸ τοιοῦτον »ἵππαρ malim] ὥσπερ καὶ Ἄλεξις, ἐν Ψευδυποβολιμαίῳ, »λέγων οὕτως. *Videndum est num & Crobylus comicus eius»modi iecur αἰσχυνόμενον, (pudibundum,) imitatus Alexidem, »dixerit in Pseudypobolimaeo, cum ait.* Versus Alexidis, »quem respicit, decimus septimus est in praecedente eclo»ga: *αἰσχύνεται πελιδνὸν εἶναι χρώματι. Pseudypoboli»macus, Crobyli*, non Alexidis, fuit drama. vide lib. VIII. »sub fin. [p. 364. f.] & lib. IX. [p. 384. c.] « — Alexis Ὑποβολιμαῖον docuerat; Crobylus Ψευδυποβολιμαῖον.

f In sequenti versu, πλεκτάνη, collective, *cyrrhi* sunt vel *brachia polyporum.* conf. II. 65. d. VII. 317. d. VIII. 370. d.

Ἀλκαῖος ἐν Παλαίστρᾳ. »ALCAEUS, cuius laudatur hic »fabula *Palaestra*, non ille nobilis fuit Lyricus; sed alius, »*Comicus.* Utrumque saepe laudat Noster: sed Lyricum »quidem sine ulla carminis inscriptione; aut simpliciter, »*Alcaeus in Odis*: Comicum semper cum indice fabulae, »unde quidque ab eo sumitur. – – Tertium Alcaeum no»minat Suidas, antiquissimum Tragicum: huius non me»minit, opinor, Athenaeus. « CASAUBONUS.

Δασυντέον δὲ λέγοντας, idem valet ac *δασύνειν δεῖ λέγοντας.* Si cui mira videtur ista constructio, adeat quae notavimus ad Polyb. IV. 27, 8. ubi plura eiusdem generis exempla reperiet.

a ἰχθύς τις ὕπατος καλούμενος. ἰχθῦς τις circumflexo accentu vulgo scribebatur, quod teneri poterat: nihil enim interest. *Hepati* piscis Aelianus meminit, de Nat. Anim. IX. 38. & ex eo Suidas, apud quem vitiose ὕπατος scribitur, sub ipso vocab. Ὕπατοι. De quo monuit Toup, Emend. in Suid. pag. 513. ed. Lipsi. Confer Nostrum, VII. 301. c. d.

αὐτὸς Εὔβουλος ἐν Λάκωσιν ἢ Λήδᾳ. αὐτὸς valet ὁ αὐτὸς, *idem*, nempe *modo nominatus;* niſi hoc ipſum ὁ αὐτὸς debuit librarius. Sic tamen & alibi ſubinde; veluti mox pag. 109. a. αὐτὸς Πολέμων pro ὁ αὐτὸς Πολ. Sed XIII. 577. c. ubi ὡς αὐτὸς Καρυστ. habent editi, in *ms. A.* eſt ὡς ὁ αὐτὸς Καρ. Verba ἢ Λήδᾳ ignorant editi omnes. Sed cum in vetuſtis noſtris *membr. A.* ſic ſcribatur, ἐν Λάκωσιν ἢ δ' ἢ δ' οὐκ ἔχειν, latere in illis ΗΔΗΔ verba haec ἢ Λήδᾳ nemo dubitabit, qui alia Athenaei loca cum hoc contulerit, ſcilicet VII. 330. c. IX. 380. f. XI. 460. e. — » Verſus » ex Eubuli *Laconibus*, Ἐγὼ δέ γ' εἰμὶ τῶν μελαμπύγων » ἔτι, non recte vulgo accipitur: falluntur enim qui *he-* » *patos* piſces dici putant μελαμπύγους. Senſus eſt: *Ego* » *vero non ſolum bilem habeo, quod commune eſt omnibus ho-* » *minibus: ſed hoc amplius, ex validiſſimis ſum, & robuſtiſſi-* » *mis.* Translatitium eſt, *molles homines* Graecis fuiſſe di- » ctos πυγαργοὺς ſive λευκοπύγους: *ſtrenuos* ac vere *viros*, » μελαμπύγους: de quibus circumferebatur proverbium, » μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχοις. « Casaub. — Vide Suidam hac voce, & praeſertim Zenob. Proverb. Cent. V. 10.

δύο λίθους ἔχειν, τῇ μὲν αὐγῇ καὶ τῷ χρώματι παραπλησίους τοῖς ὀστρείοις, τῷ δὲ σχήματι ῥομβοειδεῖς. ὀστρίοις edd. ὀστρείοις dedit *ms. A.* Codicis *Epit.* ſcriba nonniſi quatuor primores literas ὀστρ expreſſit; ut, quid debuerit voluerit ve, neſcias. Vertit Dalech. *lapillos duos, ſplendore ac colore conchyliis perquam ſimiles, rhombi figura.* Eodem fere modo ante hunc Natalis. Gallicus interpres: » *que l'hépate a dans la tête deux pierres qui, par* » *leur éclat & leur couleur, reſſemblent beaucoup aux pourpres,* » *& que la forme en eſt rhomboïde* « — Quae quibus placent, his equidem non invideo. De *oſtrea margaritifera* hic agi, perſpicue Camus vidit, in Notis ad Ariſtot. Hiſt. Anim. pag. 412. ubi ait: » *Athénée remarque, qu'il a dans la tête* » *deux pierres ſemblables à de la nacre.* « — At *lapilli* quo pacto cum *oſtreis* poſſunt conferri? Dices, *reſpectu coloris & ſplendoris.* At, reſpectu *figurae* etiam confert hic auctor cum τοῖς ὀστρείοις: a quibus eo differre ait hos lapides, quod habeant *rhombi* figuram. Quid multa? Haud dubie τοῖς ὀστρίοις vel ὀστρείοις *adiective* accipi debuit, & τοῖς ὀστρείοις λίθοις intelligi; ut *lapillos* dicat *qui in oſtreis reperiuntur*, id eſt, *margaritas. Lapides*, ait, *in capite hepati piſcis reperiundi, ſimiles ſunt margaritis colore & ſplendore; ſed*

a *figura differant, quam illae rotundam, hi rhomboideam habent.* Margaritiferas conchas ad τῶν ὀστρέων genus relatas supra vidimus pag. 93. a. b. & saepius ibi tota pagina: ibidemque margaritas, *lapides* a Graecis vocari, non semel, sed iterum iterumque vidimus. Nihil huc spectare videtur ille lapis, quem auctor poëmatis de Lapidibus, quod sub Orphei nomine circumfertur, ὀστρίτην λίθον dixit; (pag. 322. ed. Gesn.) quem eumdem esse cum eo, qui *ostracites* Plinio dicitur, probabiliter coniectavit H. Stephanus in Indice Thesauri.

AD CAP. LXXI.

Μνημονεύει Ἄλεξις. μνημονεύει καὶ Ἄλεξις edd. non male: sed καὶ delevi auctoritate nostrarum membranarum. Omisit ista Epitomator: & Eubuli versus, qui sequuntur, a quarto demum incipit. *Ibid.* κἀν τῷ προκειμένῳ δράματι: nempe *Crateva vel Pharmacopola. Mox,* Καὶ particulam exspectaveram ante Εὔβουλος: sed non addixere libri.

b » Corruptissimus est secundus *versuum* EUBULI *ex Orthanna*: Ἐρεῖος ἀπήδει, τηγάνων τε σύντροφα. Libro sexto » [pag. 228. f.] ita scriptum, ἐρῶσα φοιτᾷ, τηγάνῳ τε » συντρυφᾷ. Totum locum ita censemus scribendum:

» — — Πᾶσα δ' εὔμορφος γυνὴ
» ἐρῶσα φοιτᾷ, τηγάνῳ τε σύντροφα
» τριβαλλοπανόθρεπτα μειρακύλλια.

» Videtur descripsisse solennitatem aliquam, cui interfue» rint *formosissimae quaeque* totius urbis *foeminae*, & quan» tum erat *adolescentulorum mollium & effoeminatorum.* Pro » φοιτᾷ, potest legi etiam πηδᾷ, *exultat* & *salit*, ut in sexto » versu. *Luxuriosi* adolescentes dicuntur τηγάνῳ σύντροφοι, » qui inter sartagines & alia culinae instrumenta vitam de» gere ament. Priorem vocem tertii versus syllaba una au» ctiorem fecimus: nam scriptum ubique τριβαλλοπανό» θρεπτα, quod interpretari non possumus. Nostra lectio » idem est ferme ac βωμολόχος. Duo exprobrantur hac vo» ce, studium ganeae, & illiberalis ac sordidus victus: nam » Triballos ac Illyrios vocabant illiberaliter educatos, & » sordide viventes. « CASAUBONUS. — Nihil ab editis, vel hic, vel libro sexto discedunt nostrae membranae. Equidem, cum in tota hac ecloga multa sint, de quorum verissima sententia nihil certi constituere mecum potui, nihil

in contextu mutare ausus sum. At videntur tamen Casauboni emendationes, cum praesertim ex collata utriusque loci scripturâ ductae sint, eiusmodi esse, ut citra magnum erroris periculum adoptari fere potuissent. *Vers.* 2. quidem, τηγάνων τε, an τηγάνῳ τε σύντροφα legas, parum interesse videtur: nam perinde & cum genitivo & cum dativo casu construi vocabulum σύντροφος potest. Sed quemadmodum reliqua ex VI. 228. f. huc transferenda censuit Casaubonus, sic fortasse ex eodem loco etiam verbum συντρυφᾷ hic teneri debebat: quamquam a nullo Grammaticorum adnotatum id verbum videam. *Vers.* 3. Ut una syllaba augeatur prior vox, non modo sententia desiderare videtur, sed manifeste etiam metrum postulat. Lubens igitur & istud, quod ibi dedit Casaubonus, accipiam. Ad illustrandum vero vocabuli Τριβαλλοὶ usum maxime conferet, cum id, quod apud Hesychium legitur: Τρίβαλλοι· [rectius Τριβαλλοί·] συκοφάνται. οἱ δὲ, τοὺς ᾠοπευτικῶς ἐν τοῖς βαλανείοις διατρίβοντας, καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἑαυτοὺς καλοῦντας: tum quae leguntur apud Demosthenem in Cononem, T. II. ed. Reisk. pag. 1269. ubi commemorantur μειρακιά τινα, τριβαλλῶν ἐπωνυμίαν ἔχοντα: quos ait τά τε Ἑκαταῖα κατεσθίειν, καὶ τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοίρων, οἷς καθαίρουσιν ὅταν εἰσιέναι μέλλωσι, συλλέγοντας ἑκάστοτε συνδειπνεῖν ἀλλήλοις· καὶ ῥᾷον ὠμύναι καὶ ἐπιορκεῖν, ἢ ὁτιοῦν. b

Vers. 4. καὶ φαληρὶς ἡ κόρη. Silet Casaubonus. φαληρικὴ κόρη, probabiliter utique, legerat Dalech. vertens, & *virgo Phalerica*, intelligensque *apuam* vel *apuas Phalericas*, quarum saepius meminit Noster, ut IV. 135. a. VI. 244. c. VII. 285. f. quas prae caeteris celebratas fuisse Pollux etiam docet, VI. 63. quippe aliis maiores, ut monuit Scholiastes Aristoph. ad Eq. 642. Perinde & in plurali numero *apuas*, & in singulari (collective accepto) *apuam* dici, iam supra ad I. 7. d. monuimus. Hanc igitur *apuam*, κόρην, id est, *virginem*, hic dici ait DALECAMPIUS »quod numquam ovis praegnans sit.« Nempe fuit haec veterum opinio, apuas non ex sui generis semine procreari, sed alias ex maris spuma, alias ex aliorum piscium semine; ut docet Noster VII. 284. f. & 285. a. adeoque numquam praegnantes esse existimabantur. Sed & *anguillae ex lacu Copaide*, κόραι Κωπαΐδες vocantur apud Aristoph. Acharn. 883. & παρθένος Βοιωτία κωπαΐς quam di-

cit apud Noſtrum VII. 300. c. idem Eubulus, cuius eſt haec ecloga, pariter *anguilla* eſt, nempe *νύμφα ἀπειρόγαμος*, ut ait idem apud eumdem pag. 300. b.

Verſ. 6. *ὑπὸ ζυγοῦ*. Nil ex *ms. A.* adnotatum. In *ms. Ep.* vero perinde *ὑπὸ ζυγοῦ* & *ὑπὸ ζυγῷ* legere poſſis, nam ultima vocalis non expreſſa. *ὑπὸ ζυγῷ*, ut mihi viſum erat, ſic legendum monuit etiam CORAY. *Verſ.* 7. *φύλακας Ἡφαίστου κύνας: cuſtodes Vulcani canes:* ſcil. »ad »ignem dormitantes;« ut adnotavit DALECH. — Infra, p. 228. f. ubi hic verſus cum ſequenti iterum legitur, perperam *φλόγας* pro *φύλακας* habet *ms. Ep.*

c *Verſ.* 10. »Recte interpretes, *Δήμητρος κόρη*. Scribe et»iam cum litera ſubſcripta, *ᾄσσει*. Eſt enim pro *ἀΐσσει*; »non pro *ἄττει*.« CASAUB. — Scilicet mendoſe *δὴ μητρὸς* erat editum. Recte vero *δήμητρος mss. A.* & *Ep.* *ᾄσσει* (ſic) abſque accentu, *ms. A.* Perſpicue vero *ἄσσει ms. Ep.*

Verſ. 11 *ſq.* »Penultimum verſum non ſatis aſſequor:« ait CASAUB. — Ego nec iſtum, nec praecedentem quo pacto expedirem habui. In ſcriptura nil mutant libri, niſi quod verbum *μιμουμένη* in *ms. Ep. cum ſuperioribus iungitur*, & poſt illud interpungitur oratio: quod haud dubie rectum verumque erat, & adoptari a nobis debuerat. Sic *Dalecampius* in verſione: *triremiumque roſtra imitatur:* ubi adnotavit: »A quibus mare ſulcatum & diffiſſum non »aliter ſtridet, quam mare« [*maza*, puto, voluerat; ſic enim paulo ante, *Cereris puellam*, interpretatus erat, *farinam*, *mazas:*] »dum frigitur.« — *ἐμβολὰς* h. l. non tam *roſtra* triremium dicere mihi viſus erat poëta, quam *impreſſionem*, aut *impetum quo per mare fertur* triremis. *σύρει*, *ſtridet* vertit idem interpres. In eamdemque fere ſententiam video ab H. STEPHANO adnotatum in Theſ. T. III. col. 1139. d. »Apud Heſychium *σύρειν* dicitur eſſe etiam *συ»ρίττειν* ſive *συρίζειν*, *ſibilare*, *fiſtulare*, ſeu *fiſtula canere.*« At mihi non contigit talem gloſſam apud Heſychium reperire. Quid de vocibus *κοίλη φάραγγος* facerem, plane nil ſuccurrebat. De *mactra* cogitabam, in qua ſubigitur farina; aut de *cavitatibus*, quae in maſſa, dum magna vi ſubigitur, exiſtere ſolent; quae cum ſulcis, quos in mari arant naves, conferri utcumque poterant. Poſteriori modo accepiſſe Dalecampius videtur, cum ſic vertit: *Subacta Cereris puella, appreſſu digitorum in ſpecum cavata ſtridet.* Gallicus interpres (quam recte, ipſe viderit) de *furno* ac-

cepit: »*La farine, pétrie par la preſſion des doigts, ſiffloit,* c »*dans le ventre du four, comme la proue d'une trireme qui* »*force de rames.*«

Ἧσθιον δὲ. Sic recte ſcriptum in *ms. Ep.* Saepe in hoc verbo peccarunt librarii & editores. *Ibid.* Φιλέταιρος ἢ Νικόστρατος. Inverſo ordine ſcribe cum *ms. A.* Νικόστρατος ἢ Φιλέταιρος, ut infra, pag. 118. e. & II. 65. d. In verbis ex hoc poëta adlatis luxatum metrum: quod ſi reſtitutum velis, hariolando tali quodam modo fuerit ſcribendum:

Οὐ πώποτ' αὖθις σππίαν ἀπὸ τηγάνου
μόνος ἐγὼ τολμήσαιμι φαγεῖν. — —

Sive in trochaici modulum ſic malueris:

Οὔ ποτ' αὖθις σππίαν ἀπὸ τηγάνου τολμήσ' ἐγὼ
καταφαγεῖν μόνος. — —

Hegemonis *verſus* omiſit Epitomator. In *verſ.* 1. quo referatur αὐτῶν, haud adparet. *Ibid.* πριῶ, quod habet *ms. A.* eſt prima perſ. fut. attice formata, pro πριάσω, a verbo πριάω. At quoniam *verſ.* 2. ſequitur imperativus δός, rectius iudicavi πρίω, quod dabant editi: qui eſt imperativus atticus, pro πρίασο. Sic Heſych. & Suidas: Πρίω, ἀγόρασον. Caeterum in utroque verſu manifeſte claudicat metrum. *Ibid.* γόνον intellige *foeturam piſcium, minutos piſciculos.* cf. VII. 285. a. b.

AD CAP. LXXII.

Ὀρθάνου. Perperam Ὀρθάννης ed. Ven. & Baſ. Ὀρθάνου correxit Caſ. Teneri poterat Ὀρθάννου cum dupl. ν, quod eſt in *ms. A.* Sed id quidem perinde eſt. Apud Heſychium habes: Ὀρθάννης· (perperam olim Ὀρνθάνης·) τῶν ὑπὸ (ſive περὶ, cum Heringa Obſerv. c. 24. p. 206.) τὸν Πρίαπόν ἐστι θεῶν, καὶ αὐτὸς ἐντεταμένον ἔχων τὸ αἰδοῖον. d

Ὡς εὖ νεναυάγηκεν &c. »Ulpianus cum ait de *Myrti-* »*lo, convivarum uno*, qui modo de ſartagine & frixis in »ſartagine veterum loca recitavit,

»Ὡς εὖ νεναυάγηκεν ἐπὶ τοῦ τηγάνου
»ὁ θεοῖσιν ἐχθρὸς Μυρτίλος: —

»alludit elegantiſſime ad fabulam de *Myrtilo, Oenomai* »*auriga*, qui Myrtoo mari nomen dedit. Eidem ſordes »exprobrat, & victum domi illiberalem, cum negat il- »lum quicquam eorum comediſſe a ſe emtum, de quibus

d »tam multa disputaverat. *Edisse* quidem Myrtilum tales »cibos non negat Ulpianus, sed in eam rem *sumtus* un»quam *feciſſe*. Non debebant ista secus accipi.« CASAUB. — In verbis auctoris desiderabatur verbum finitum, quod ad ista participia, ἡσθεὶς, ἀνιαθεὶς, ἀπυβλέψας, & εἰπὼν, referretur. Quare vel invitis libris inserendum verbum ἔφη putavi. Pro ἰαμβεῖα bis in hac regione ἰαμβία habet *ms. A.* suo more. Vocem τηγάνου in Eubuli verbis substitutam ab Athenaeo esse alii vocabulo, quo ibi usus erat poëta, facile intelligitur. Istud quodnam fuerit, haud aegre fortasse repererit cui & doctrina suppetit & favet Musa.

ἐκ Πορνοβόσκου Εὐβούλου ἰαμβεῖα. Ex ed. Casaub. 1. scriptura penacuta vocis Πορνοβόσκου exemplo nostro adhaesit: sic & in ed. Casaub. 2. scriptum. At Πορνοβοσκοῦ oportebat, ut est in ed. Ven. Bas. & Casaub. 3. Quamquam enim Grammaticorum praeceptum de accentu compositorum desiderare videbatur, ut πορνοβόσκος in recto casu penacute efferretur, tamen constanter πορνοβοσκὸς acute scriptum reperies, cum in Lexicis, tum in Graecis libris: sic quidem & apud Nostrum IX. 371. f. &. IV. 154. f.

EUBULI *verba*, τρέφει με Θετταλός τις &c. quam festive huc retulerit Deipnosophista, intelliget qui meminerit, quae in Animadv. ad Prooem. T. I. pag. 12. monuimus, natione *Thessalum* finxisse Athenaeum *Myrtilum* suum. Et non dubito, hoc ipsum ab Athenaeo iam initio statim declaratum fuisse in eodem Prooemio, I. 1. c. scriptumque ibi olim fuisse Μυρτίλος Θετταλὸς &c. quae verba sive Epitomatoris culpa, sive (ut mihi visum erat) librarii, interciderunt.

e Quod in ed. Bas. περὶ τῷ Μυρτίλῳ scribitur, & περὶ ἄλλῳ, ortum erat ex perperam accepto scripturae compendio, in ed. Ven. adhibito. Recte παρὰ restituit Casaub. Sic enim dicunt Graeci, παιδεῦσθαι παρά τινι. *Ibid.* πῶς εἰς τὸν Μυρτίλον νέον ἔπεσεν. Dalech. *quomodo iuvenis in Myrtili potestatem perveniſſet.* Inde CASAUB. »Scribe »cum interpretibus, εἰς τὸν Μυρτίλον νέος ἔπεσε, non »νέον.« — *Interpretes* plurali numero nominans Casaubonus, plerumque, ac tantum non semper, unum Dalecampium intelligit. Superior quidem interpres, Natalis Comes, non *iuvenis* hoc loco, sed in *Myrtilum iuvenem* scripserat. At, sicut νέον utique perincommode h. l. positum

videri debuit, ſic ne νέος quidem ſatis aptum erat. Niſi e modo praeceſſiſſet αὐτοῦ, ferri ὁ νέος cum articulo potuiſſet, hoc ſenſu, *iuvenis ille.* Praeterea vero non tam dicunt Graeci πίπτειν εἰς τινὰ, quam ἐμπίπτειν: quare, quamquam νεον tenent noſtrae membranae, vix dubitandum puto, εἰς τὸν Μυρτ. ἐνέπεσεν ſcripſiſſe Athenaeum. Epitomator quidem, pro ſuo inſtituto, haec talia omiſit: de cuius ratione, qua Athenaei opus detruncavit, quo planius iudicare poſſit lector, utque intelligat, non ſine cauſſa ſaepe nos in Animadverſionibus ad duos primores Libros dixiſſe, multo clariora omnia fore, ſi ipſum Athenaei opus ea parte integrum in manibus haberemus; adponamus eiuſdem Epitomatoris verba, quibus has res tractavit, quae inde a pag. 420. noſtrae edit. propoſuit auctor. Sic igitur ille: »Ὅτι ἥσθιον »καὶ ταγηνιστὰς σηπίας. Φιλέταιρος· οὔτοτ' αὖθις σηπίας »ἀπὸ τηγανου τολμήσαιμι φαγεῖν μόνος. ὡς εὖ νεναυά»γηκεν ἐπὶ τοῦ τηγάνου ὁ Θεοῖς ἐχθρὸς Μυρτίλος· φησί που »Εὔβουλος. ὁ αὐτός· τρέφει με Θετταλός τις ἄνθρωπος &c. »– – μέχρι τριωβόλου. Ἀντιφάνης· ὀβολοστάτης ἄνθρωπος »ἀνυπέρβλητος εἰς πονηρ. &c.« praetermiſſis fere quatuor prioribus verſibus ex his, qui ex *Antiphanis Neottide* mox adferuntur.

ANTIPHANIS illi verſus, in editis, ab his verbis incipiebant: Πῶς ὢν μετ' ἀδελφῆς. Ubi ſic ſcribendum adnotaverat BRUNCK, Ἀντιφάνους τάδε πως·

— Μετ' ἀδελφῆς εἰς Ἀθήνας &c.

Aitque, »Sic diſtinctum eſt in cod. Reg. [*ms. B.*] Parti»cipium autem ὢν male e ſequentibus irrepſit.« — Perſpecte vero CORAY: »Lege Παῖς ὢν.« — Et hoc ipſum plane dedit noſter *ms. A. Verſ.* 4. Recte ἐπρίατο edd. Perperam ἐπριᾶτο *ms. A. Ibid.* Perperam κηρυττόμενος ed. Ven. & Baſ. recte κηρυττομένοις ed. Caſ. cum *ms. A. Verſ.* 5. ἀνυπέρβλητος εἰς πονηρίαν. Vocabulum πονηρία notione *avaritiae* uſurpatum. Vide CORAYI Adnotationes ad Theophraſti Charact. pag. 330. *Verſ.* 7. Pro ἥσθιεν, f quod cum editis recte tenet *ms. Ep.* rurſus mendoſe εισθιεν habet *ms. A.* ut paulo ante. *Verſ.* 8. »Placet edita lectio, »ὁ τρισμακαρίτης; non τρισμακάριστος, vel τρισμακάριτος, »ut in msstis. Iocus eſt in voce μακαρίτης, quae homini vivo non magis convenit, quam Latinorum *divus.* »Sic aliquanto poſt, [III. 113. e.] μακαρίους οὖν αὐτοὺς,

f »μᾶλλον δὲ μακαρίτας εἶναι φημί.« CASAUB. — Noſter quidem *codex* uterque, *A.* & *Ep.* ὁ τρισμακαρίτης tenet.

AD CAP. LXXIII.

καὶ οὗ τοῦ Μεσαπίων βασιλέως λέγω. Sic ad ſuperiora referendum verbum λέγω putavi, quod vulgo ad ſequentia referebatur, commate vel puncto poſt βασιλέως interſerto. *Mox deinde*, mendoſum iudicavi τοῦ ἐν Ἰαπυγίᾳ, quod quidem cum editis tenet *ms. A.* Perſuaſique mihi, τῶν ἐν Ἰαπυγίᾳ (nempe Μεσαπίων) ſcripſiſſe Athenaeum; quo *Meſapii* Apuliae diſtinguerentur ab aliis Meſapiis, quorum mentio fit apud Thucyd. III. 101. quorum ſedes circa Meſapium montem Boeotiae fuiſſe videntur: quin & ipſam Boeotiam aliquando Μεσαπίαν nominatam fuiſſe tradit Stephanus Byz. in Βοιωτία. Epitomator aliâ formâ loquendi uſus eſt, ex iſtis omnibus nonniſi haec verba adponens, Ὅτι Ἄρτος βασιλεὺς ἦν Μεσαπίων ἐν Ἰαπυγίᾳ. Euſtathius ad Iliad. β'. pag. 201, 18. ἐν τῇ κατὰ Μεσαπίους Ἰαπυγίᾳ. *Meſapiorum* nomen promiſcue, modo per ſimplex σ ſcribitur, ut hoc loco; modo cum duplici, ut paulo poſt in Demetrii verſibus. *Ibid.* Θουκυδίδης ἐν ἑβδόμῳ. »*Thucydidis* de *Arto* rege locus »extat hiſtoriâ tertiâ: [immo vero lib. VII. cap. 33.] ſed »*Artam*, non *Artum*, nominant eius codices: καὶ τῷ Ἄρτᾳ »ἀναπεισάμενοί τινα παλαιὰν φιλίαν. Athenaeus legit Ἄρτῳ. »Apud Suidam, in voce Μεσσαπίων, mendas multas emen»dabit, qui non gravabitur cum Athenaeo conferre.« CASAUBONUS. — Ἄρτος cum Athenaeo etiam legerat Suidas, quem vide ſub hac ipſa voce; quo ex loco corrigendum eſſe alterum in Μεσσαπίων recte monuit Küſterus. Quod ſi Suidae verba cum Thucydide & cum Athenaeo conferas, intelliges Grammaricum illum aut ipſo Polemonis libello, quem hîc dicit Athenaeus, uſum eſſe, aut certe eclogis quibuſdam ex eo excerptis. Caeterum non confundendus ille POLEMON hiſtoricus ac philologus cum cognomine philoſopho Academico.

Δημήτριος ὁ κωμῳδιοποιὸς. Sic *ms. A.* qua forma nominis conſtanter ille utitur. κωμῳδοποιὸς edd. ut plerumque aliâs. Epitomator, κωμικὸς uſurpare ſolet: ſed h. l. & nomen & verſus huius poëtae praetermiſit. *Verſ.* a 1. Καὶ κεῖθεν edd. Sed κεῖθεν *ms. A.* unde fortaſſe ſatis

fuerat Ἐκεῖθεν corrigere. *Verſ.* 3. Ἄρτος. Perperam a αὐτὸς *ms. A.* Et mox ἐξενιζεν idem, pro ἐξέιζ'. *Verſus* 4. ſic, uti hodie legitur, correctus a primo editore eſt; vereor, ut ſatis recte. Itaque videndum, in *codicis A.* ſcriptura quid lateat, quae ſic habet: ξένος γε χαρίεις ἦν ἐκεῖ μέγας καὶ λαμπρὸς ἦν. Forſan:

ξένος γε χαρίεις ἦν, μέγας τε, καὶ λαμπρός.

Quod ait, τῶν ευρημένων ὑπὸ τῆς Σιτοῦς καλουμένης Δήμητρος καὶ Σιμαλίδος· οὕτως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Συρακουσίοις τιμᾶται: breviter Epitomator, Ὅτι παρὰ Συρακουσίοις τιμᾶται Δημήτηρ Σιτὼ καὶ Σιμαλία. Inde Euſtathius ad Il. β'. pag. 201, 20. omiſſo poſteriore nomine, ait: ὡς παρὰ Συρακουσίοις ἐτιμᾶτο Δημήτηρ Σιτὼ, διὰ τὴν ὡς εἰκὸς ἐπιμέλειαν καὶ εὐφορίαν ἐκεῖ τοῦ σίτου, συνιστορεῖ καὶ Ἀθήναιος. Cum nec Σιμαλὶς nec Σιμαλία alibi uſquam, quod ſciam, commemoretur; ſuſpicatus eram, Σεμιδάλιδος oportuiſſe. Et ſic a DALECAMPIO quoque adnotatum video: »Quidam [intellige, ſuſpican-»tur] *Semidalida.*« — Sic certe Σεμίδαλιν, quae proprie *ſimila*, *ſimilago* eſt, a poëtis in *Deam* videas hactenus transformatam, ut *panem ſimilagineum* adpellent Σεμιδάλεος υἱὸν, III. 112. b. conf. pag. 127. d. At, nihil temere! Si quid mutandum, Ἱμαλίδος potius oportuiſſe colligetur ex X. 416. c. (ubi quidem Εἱμαλίδος habet *ms. A.*) coll. cum XIV. 618. d. & cum Euſtath. ad Odyſſ. υ'. pag. 724, 48 ſqq. aut etiam cum Heſych. in Ἱμαλὶς & Ἱμαλιά. Sed ne ſic quidem properanda mutatio vulgatae h. l. ſcripturae. Potuere Siculi, quam alii Dores cum aſpiratione abſque litera ſibilante Ἱμαλίδα vocabant, eamdem Σιμαλίδα dicere. Sic Lacones, Argivi aliique nonnulli populi Dorica lingua utentes, πᾶα μῶα dicebant, cum alii itidem Dores, & Siculi praeſertim, ſervatâ σ literâ, πᾶσα μῶσα dicerent. Conf. Maittaire de Dial. pag. 148. Pariter initio vocis pro ſpiritu aſpero alios ſibilante litera uti ſolitos ſatis conſtat; unde ex ὅς factum vocabulum *ſus*; ex ὑπὲρ, *ſuper*; & id genus alia.

ὡς αὐτὸς Πολέμων ἱστορεῖ. αὐτὸς, pro ὁ αὐτὸς, *idem qui modo nominatus eſt.* Vide Animadv. ad p. 108. a. *Ibid.* ἐν τῷ περὶ τοῦ Μωρύχου. »*Morychus*, proverbio Siculo, »*ridiculus* & *fatuus*, qui ſuorum negotiorum negligens »aliena curat. Eraſmus adag. *Morycho ſtultior.*« DALECAMPIUS. — Μωρύχου habent impreſſi omnes: nec ex *ms.*

a *A.* discrepantia adfertur; & silet Epitomator. Sed haud dubie Μορύχου oportebat. Vide Zenobium Proverb. V. 13. &, qui ex hoc sua sumsit, Suidam in Μωρότερος Μορύχου: ubi ex eodem *Polemone*, quem citat Athenaeus, proverbium illud illustratur. Conf. eumdem Suid. in Μόρυχος. Nec aliter scribitur id nomen apud Aristophanem, ubi saepius occurrit.

ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον. Eadem res ex *nono* libro τῶν πρὸς Τίμαιον refertur infra, X. 416. c. *Ibid.* ἐν Σκάλῳ. Sic recte ed. Cas. cum *mss. A.* & *Ep.* Mendose Σκόλῳ ed. Ven. & Bas. *Mox*, pro Βοιωτιακῷ est Βοιωτικῷ in *ms. Ep.* quod habent etiam editi X. 416. c. Sed cum hîc, tum ibi, Βοιωτιακῷ tenet *ms. A.* Utraque forma legitima videtur; quamquam neutram adnotavit Stephani Byzantini abbreviator. Eustathius ad Iliad. β'. pag. 201, 26. scribit ἡ κατὰ Βοιωτίαν Σκῶλος: &, in *foeminino genere* usurpari solitum huius oppidi nomen adnotasse olim etiam Stephanus videtur, cuius verba per abbreviatoris culpam obscurata sunt. At in *masculinum* genus apud Nostrum, & hîc, & altero loco, libri omnes consentiunt. Quae de isto oppido hîc ab Athenaeo referuntur repetens Eustathius l. c. adnotavit, videri illius cives coquendis panibus singularem curam adhibuisse.

b Alexidis *verba* continuo tenore omnia scripta legebantur, veluti unum versum efficientia. Ea cum ita digerere vellem, ut postularet metri ratio, imprudenti mihi excidit ut perinepte id facerem. Distinguenda verba, quemadmodum ipse etiam Casaubonus in Animadv. monuit, in hunc modum erant:

— — — Τοῖς ἄρτοις ὅσας
ἱστᾶσι παγίδας οἱ ταλαίπωροι βροτοί.

Sic recte etiam distinxit Grotius in Excerpt. pag. 591. *Titulum* fabulae Alexidis sic scripserat Casaubonus, ἐν τῇ Εἰς τὸ φρέαρ, voculam Εἰς maiusculâ literâ distinguens. Mihi index fabulae fuisse visus erat Ἡ εἰς τὸ φρέαρ, praepositio articulo: quare voculam Τῇ, utpote initium tituli, maiusculâ literâ scripsi; latine cum Grotio reddens, *Missa ad puteum.*

AD CAP. LXXIV.

c τὸν ἐκ τιφῶν. Pro *typha*, in versione, *tipha* vel *tiphe*

oportebat. conf. pag. 115. f. Graecum nomen retinuit c Plinius lib. XVIII. 8, 19. & cap. 10, sect. 20. art. 4. De variis frumenti generibus, & panum qui ex eis conficiuntur, praeter Plin. & Dioscorid. lib. II. consule Hermolaum Barbarum ad Dioscorid. Coroll. 309 sqq. Γίνεται μὲν, φησὶν. Rectius γίνεται δὲ φησὶν *ms. Ep.* *Ibid.* ἰπνίτην. Sic h. l. edd. sed ἰπνίτην scribendum cum *ms. Ep.* quemadmodum mox omnes ἰπνιτῶν habent, & ἰπνίτης pag. 115. e.

TIMOCLIS testimonium sic scriptum erat,

Καταμαθὼν δὲ κειμένην θερμὴν σκάφην
θερμῶν ἰπνιτῶν εἰσθιον.

Ubi delendam vocem θερμὴν, quam quidem & *codex A.* tenet, recte viderat TOUP, Emend. in Suid. Part. II. p. 180. ed. Lipsi. Etiam mendosum εἰσθιον tenet idem *ms. A.* sed recte ἤσθιον *ms. Ep.* (in quo tria tantum postrema verba adponuntur) itemque *codex B.* ab Herm. Barbaro scriptus passimque correctus.

Ἐσχαρίτην. Vulgo quidem ἐσχαρίτης consentiente *ms. A.* (In *ms. Ep.* terminatio vocis non expressa.) Sed, sicut paullo ante in accusativo ponebatur ἰπνίτην, sic & hic eodem casu usum esse auctorem, e sequentibus adparebat, ubi rursus Ταβυρίτην, Κριβανίτην &c. in accusativo casu dabat noster *cod. A.* *Ibid.* Ἀντίδοτος ἐν Πρωτοχόρῳ. Perperam h. l. Πρωτόχορῳ edd. sed vide VI. pag. 240. b. Estque etiam Alexidis fabula eodem titulo, citata Nostro VII. 287. f. *Ibid.* τούτους ἀνειλίττοντα. Vi- d de paullo inferius adnotata, post proximam Animadversionem Casauboni.

»LYNCEI *Samii* locus, quo *panes Escharitae Rhodiorum* »contenduntur cum *agoraeis Athiensium*, & corrupte scri- »ptus: & partim inconcinne, partim contra auctoris men- »tem versus est. Totum igitur subiicere visum ex emen- »datione nostra & Lyncei mente. *Iam cum apud Athienses* »*in pretio sint panes qui vocantur* ἀγοραῖοι, *his nihilo* »*deteriores prima mediaque coena Rhodii mensis apponunt:* e »*fessis vero & satiatis convivis, suavissimam oblectationem no-* »*vam inferunt, panem illum optimum, dictum* ἐσχαρίτην: »*qui dulcibus & mollitie sic temperatus est, eamque habet dum* »*infringitur ac veluti friatur, cum passo convenientiam excitandi orexin, ut plane mira res sit: atque ut saepe iam ebrium* »*cernas tamquam sobrium & recentem pocula repetere; sic prae*

e » *voluptate*, *qui eſchariten panem comedit*, *famem renovat.* Pa-
» nis ἀγοραῖος eſt, *qui vaenum in foro exponitur.* Hunc *fuiſ-*
» *ſe Athenis eximium*, Archeſtratus indicat his verbis: [p. 112. b.]

» —— —— τὸν δ' ἐς ἀγορὰν ποιεύμενον ἄρτον
» αἱ κλειναὶ παρέχουσι βροτοῖς κάλλιστον Ἀθῆναι.

» At ἐσχαρίτης *Rhodius*, (alius enim eſt vulgaris ἐσχαρί-
» της, de quo loquitur Philiſtion infra) [pag. 115. e.] non
» ſimplex panis fuit, ſed μεθόριος ἄρτου καὶ πλακοῦντος, ut
» eleganter Pollux ſcribit: [VI. 78. diſerte τὸν ἐσχαρίτην
» Ῥοδιακὸν dicens.] erat enim *conditus μειλίγμασιν*, hoc
» eſt *melle aliiſque rebus dulcibus.* Nomen invenit ex eo, quod
» in *foco* nudo torreretur, non, ut ἐγκρυφίας, cineribus
» tectus: vel, ut doctis quibuſdam viſum, quod *craticulae*
» coquendus imponeretur. Hunc Lynceus vocat διάχρη-
» στον, inſolenti voce, [pro πάγχρηστον] id eſt, *omnino*
» *bonum.* Solebat autem hic panis ita comedi, ut hodie
» eſtur qui in Gallis vocatur *oblies*, [hodie *oublies*] a Grae-
» ca voce ὀβελίας. [At de ὀβελία tamen ſeorſim infra agit
» Noſter pag. 111. b.] Sub finem coenae panem hunc men-
» ſis calentem adhuc inferebant, & ex paſſo edebant, ut
» apparet ex *verſibus Antidoti*, quos iuvat hic apponere,
» ut intelligatur convenientia panis huius cum noſtro
» quem diximus. Sic ille:

» Λαβόντα θερμοὺς ἐσχαρίτας· πῶς γὰρ οὔ;
» τούτους ἀνειλίττοντα βάπτειν ἐς γλυκύν.

» Quod ait, *eſchariten calidum apponi* ſolitum, *& in vinum*
» *dulce intingi*, & quidem *evolutum expanſumque*: omnia
» obeliis noſtris ſic conveniunt, nihil ut queat magis;
» maxime quidem de *evolutione* quod ſcribit. Nam quia eſt
» tenuis hic panis, vi caloris gyrat ſeſe atque in orbem
» volvit: graecus quidem, dum in foco torreretur; at no-
» ſter, qui alio modo fit, dum igni admovetur menſae
» imponendus. Etiam vox ἐνθρυπτόμενος, qua uſus Lyn-
» ceus hoc loco, ab *obeliis* aliena non eſt: comminuuntur
» enim facile, ac quaſi friantur, dum poculo induntur;
» magis, ſi priuſquam intingantur, ori admoveas. Men-
» das autem, quibus obſidetur iſte locus, ita tollendas
» cenſemus: καὶ τοιαύτην ἐνθρυπτόμενος ἔχει πρὸς τὸν γλυ-
» κὺν συναυλίαν, ὁμοῦ προσβιαζόμενος, ὡς θαυμαστόν
» τι συντελεῖ. καὶ καθάπερ ἀνανηφ. Abſurde ſcriptum eſt
» in vulgatis συναυλιασμὸν: unde fecimus συναυ-

»λίαν ὁμοῦ. Praecedens vox τοιαύτην satis probat scri- e
»bendum esse συναυλίαν. Id verbum proprie *tibicinum si-*
»*mul tibias inflantium concentum* significat: deinde ad alia
»venuste transfertur, ut hoc loco, & saepe apud scri-
»ptores. Post vocem προσβιαζόμενος, inserimus ὡς, &
»καὶ ante καθάπερ: quarum mendarum eadem origo est,
»[syllabarum proxime sequentium cum prioribus simili-
»tudinem dicit] de qua saepe diximus. ἀνανήφειν & ἀνα-
»πεινῆν pluribus exprimere coacti sumus, tum propter
»penuriam Latinae linguae, tum ut lucem afferremus huic
»loco, interpretibus nimis tenebricoso. Libro IV. [pag.
»130. b.] ἐκνήφειν eodem fere sensu usurpatur: παρειμέ-
»νοι καὶ καρηβαροῦντες ὑπὸ τῆς μέθης, ὁπότε τι τῶν ἀγο-
»μένων θεασαίμεθα, πάντες ἐξενήφομεν, *omnes expergisce-*
»*bamur, & sobriis hominibus similes fiebamus:* ubi iterum
»errant interpretes. Epitome, quam his scriptis inspexi-
»mus, non minus quam vulgati codices corrupta, vo-
»cem tamen συναυλίαν integram retinuit. In eadem καθά-
»περ γάρ.« Casaubonus. — In edd. sic scribebatur, συναυλιασμὸν προσβιαζόμενος, θαυμαστόν τι συντε-
λεῖ. Sed συναυλίαν ὁμοῦ, quod veluti sua ex con-
iectura commendavit vir doctus, perspicue exhibuit no-
ster *ms. A.* Puto, eamdem emendationem Casaubonum
in codicum Italicorum excerptis olim reperisse: deinde
vero, unde eam duxisset, non esse recordatum. Particu-
lam ὡς vero, vel ὥστε, cum editis ignorat idem *ms. A.*
Codex *Epit.* vero, omissa vocula ὁμοῦ, sic habet, ἔχει
πρὸς τὸν γλυκὺν συναυλίαν, ὥστε προσβιαζόμενος.
Quas voces, ὥστε ὁμοῦ, cum certius nihil in promtu
esset, coniunxi: ὁμοῦ intelligens, ὁ ἐσχαρίτης ἄρτος,
ὁμοῦ i. e. σὺν vel ἅμα τῷ γλυκεῖ, *eschar ites panis simul*
cum vino dulci. Quid sit vero, quod verba συναυλίαν ὁμοῦ
προσβιαζόμενος, *convenientiam excitandi orexin* inter-
pretatus sit Casaubonus, haud facile dixeris; nisi statuas,
habuisse eum in animo Dalecampii versionem, quae sic
habebat, *tanto dum manditur consensu cum passo, ut admi-*
rabili quadam vi ad appetentiam sui cogat. Quo-
rum ego nihil in Graeco verbo προσβιαζόμενος reperio.
Nec vero, quod a me in versione positum est, *simul cum*
hoc vim suam exserens, id in graeca dictione inesse confir-
maverim. Quin potius, si verum est illud verbum, sen-
sus fuerit huiusmodi: *si* (panis ille dulci vino iunctus)

e *quasi vi illata infertur* vel *ingeritur illis*, nempe τοῖς ἀπειρηκόσι καὶ πεπληρωμένοις, i. e. *his qui satietate & ebrietate ita defessi & confecti sunt, ut se amplius bibere aut comedere posse negent*; quos παρειμένους καὶ καρηβαροῦντας dixit idem Lynceus lib. IV. pag. 130. b. Sed fortasse, in eamdem quam dixi sententiam rectius hoc loco legetur, προσβιαζομένοις (scil. αὐτοῖς) θαυμαστόν τι συντελεῖ, *his, si vim faciunt sibi*, (si, quamvis fere non amplius possint, tamen *se ipsos* ad hunc *etiamnum* panem comedendum passo intinctum *cogunt*) *admirabile aliquid efficit.* Fuit etiam, cum προσβιβαζόμενος legendum suspicarer, quod idem valeret ac προσφερόμενος; quemadmodum & βρῶμα & πόμα προσφέρεσθαι Graeci dicunt *cibum* vel *potum sumere* vel *capere; edere, bibere.* Ac fuerit istud quidem verbum nove usurpatum hac notione: sed, a dicendi formulis minus usitatis non abhorruisse catillonis illius stylum, cum paullo ante in voce διάχρηστος vidimus, tum alia quae passim ex eiusdem Lyncei scriptis fragmenta adfert Noster, (quorum unum etiam lib. II. pag. 72. e. habuimus) arguere videntur. Verbum προσβιαζόμενος in eam sententiam, quam primo loco proposuimus, (*cibus veluti per vim ingestus his qui iam prorsus defessi sunt edendo*) accepisse Epitomator videtur: qui, cum initio valde contraxisset Lyncei verba in hunc modum, Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιός φησι περὶ τοῦ Ἀθήνησιν ἢ ἐν Ῥόδῳ ἐσχαρίτου, ὅτι οὕτω κέκραται τοῖς μειλ. καὶ τῇ μαλακ. καὶ τοιαύτην ἐνθρυπτ. πρ. τ. γλ. ἔχει συναυλίαν, sic dein (repetitis nonnullis e superioribus) pergit: ὥστε προσβιαζόμενος δαιτυμόσιν οὐδὲν λειπομένοις, ἀπειρηκόσι δὲ καὶ πεπληρωμένοις, ἥδιστην ἐπεισάγει διατριβήν. καθάπερ γὰρ ἀνανήφειν &c. Ubi & alia satis bene, & commode adiecta γὰρ particula, quae tamen etiam abesse nullo magno incommodo poterat: sed illud haud dubie imperite, quod οὐδὲν λειπομένοις (pro λειπομένους) scripsit, & ad *convivas* hoc retulit, quod manifeste ad *panes* spectabat, & recte cum a Casaub. tum a Dalecampio expositum est *nihilo inferiores.* Totum hunc locum sic refingendum coniecturaverat Coray: πρὸς τὸν γλυκὺν συναυλίαν, ὀσμὴν προσβαλλόμενος, ὥς θαυμαστόν τι συντελεῖν. καθάπερ γὰρ ἀνανήφειν κ. τ. λ. collatis Nicostrati verbis de pane ναστῷ dicto, ὀσμὴ δὲ, τοὐπίβλημ' ἐπεὶ &c. pag. 111. d. Caeterum quod de laude *panum, qui*

Athenis in foro venibant, Lynceus quidem in tranſcurſu e dixit, ſed ex profeſſo Archeſtratus loco a Caſaubono citato; ad poſteriora tempora ea laus non duravit: certe apud Plutarch. de Cohibenda Ira, pag. 461. b. & apud Alciphr. lib. I. Epiſt. 21. panis *forenſis* apud Athenienſes, ὁ ἐξ ἀγορᾶς ἄρτος, ſignate is dicitur, qui *vilior* eſſe & *parum delicatus* intelligebatur: quam pugnantiam recentiorum iſtorum cum his auctoribus, quibus uſus Athenaeus eſt, notavit Berglerus ad Alciphr. l. c. Quod ad ἐσχαρίτας, quos dicunt, panes ſpectat, adnotavit DALECAMPIUS: »Monſpeſſulanis *Eſcalete;* reliquis Gallis, *Gaufre.*« quod fere convenit cum Caſauboni interpretatione. Denique ut ad ANTIDOTI verſiculos *ex Protochoro* redeam: c cum Graecum verbum ἀνειλίττοντα, quod *evolvere* vulgo exponitur, me turbavit, tum magis etiam Caſauboni adnotatio, cui hoc ipſum maxime placuerat, quod de *evolutione* atque *expanſione* poëta dixit. Mihi quidem videbatur, panem eius generis, qualem hîc intelligi volunt, commodius *convolutum*, quam *evolutum*, intingi vino poſſe. Porro cum recens cocti vel toſti ſunt huiuſmodi panes, & adhuc calent, molles ſunt, & facile convolvuntur. Quare mihi viſum erat, συνειλίττοντα vel ἐνειλίττοντα ſcriptum oportuiſſe: niſi forte ἀνειλίττειν perinde & *convolvere* & *evolvere* ſignificare poteſt; quemadmodum, ut hoc utar, Germanorum verbum *aufrollen* utrumque ſignificatum admittit, & aliâs Gallorum *rouler* reſpondet, aliâs verbo *dérouler*. Quidquid ſit, recte mihi poëtae ſenſum Gallicus interpres expreſſiſſe videtur, cum ait: *il les roula, & les trempa dans du vin doux.* Eodem vero modo HERMOL. BARBARUS, ad Dioſcor. Coroll. 309. ait: *Eſcharites -- involvebatur, atque ita ut calebat intortus, Athenis maxime placebat.*

Ταβυρίτην. Ταβαρίτην ed. Ven. & Baſ. iidemque pau- e lo poſt, Ταβαρίτης. Utrobique Ταβαρίτης edidit CASAUBONUS, & haec adnotavit: »*Tabarites* panis in Ecloge »dicitur Ταβυρίτης. Errant qui [ut fecerat Dalecampius] »a Tabis, oppido Ciliciae, vel Lydiae, ut placet Ste»phano, pani huic nomen volunt inditum: nam Ταβίτης »vel Ταβαΐτης fuiſſet dicendum. Parvum fuiſſe, & qui ore »capi poſſet, declarat *verſus Sopatri*, Ταβαρίτης δ' ἄρτος »πλησίγναθος. Eclogarius tamen, quaſi interpretans vocem »πλησίγναθος, de ſuo adiecerat, ἔστι δὲ μεγας ἄρτος: ſed

e » fallitur. « — Scripturam Ταβυρ. per υ agnoscit uterque noster *codex A.* & *Ep.* itemque Hermol. Barbarus tam ad Dioscor. l. c. quam in *cod. Par. B.* ipsius Hermolai manu scripto. Et priori quidem loco Ταβυρίτην in accusativo tenet *ms. A.* Recte. Sic quidem & deinde Ἀχαΐνας in accus. accipiendum; & sic paulo inferius Ἐγκρυφίαν & Δίπυρον habet idem *ms. A.* cum eisdem editt. vett. Pendent quippe hi accusativi ab eo, quod supra (lit. c.) dictum est: Παρὰ δὲ τὰς ὀπτήσεις (nempe φησὶ Τρύφων ὁ Ἀλεξανδρεὺς) ὀνομάζεσθαι, Ἰπνίτην. Quibus ex verbis simul colligere licuerat, non a *loci* cuiusdam nomine derivandum hoc panis nomen; nisi rursus turbare nonnihil potuisset nomen Ἀχαΐνη vel Ἀχαϊΐνη, quod sequitur. Sed reliqua quidem, quae in hac serie commemorantur, panum genera, ἰπνίτης, ἐσχαρίτης, & deinde, ἐγκρυφίας & δίπυρος, a *diversa coquendi ratione* nomen invenere. Caeterum, hoc ipsum nomen Ταβυρίτης unde ductum sit, non dixerim equidem. Villebrunius nos docet, ὁ πανσοφώτατος, esse *a nomine phoenicio, tabur, umbilicum denotante; intelligique panem vel mazam, aliás* πολυόμφαλον *dictam.* Non recordabatur Vir longe omnium doctissimus, *hebraicum* nomen (hoc est enim, quod ille *phoenicium* dicit) *thabbur*, quod *umbilicum* significat, non modo geminata in medio litera *b* scribi, sed & ab initio eâ literâ *th*, quae Graecorum literae Θ, non Τ, respondeat; eamdemque literam in eo nomine alias quoque tenere linguarum Orientalium dialectos. Quod Epitomator ait » ἔστι δὲ μέγας ἄρτος « id non tam ad interpretandam vocem πλησίγναθος spectabat, quam ad illud panum genus, de quo mox ipse etiam auctor dicit, εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι: nam quod ibi adiicitur, καὶ ἑορτὴ καλεῖται Μεγαλάρτια, continuo Epitomator etiam subiecit » καὶ ἑορτή τις καλεῖται τὰ Μεγαλάρτια: « sed nomen Ἀχαΐνη, quod eodem pertinebat, sive per incogitantiam sive nimio brevitatis studio omisit. Eadem Epitomatoris verba sic acceperat Eustathius, quasi dixisset, Ἔστι δὲ καὶ μέγας τις ἐπιλεγόμενος ἄρτος: quo spectat quod scribit ad Iliad. β'. p. 201, 18. καὶ ἄρτου δέ τινος μεγάλου ἐπιλεγομένου, ἑορτὴ ἐπ' αὐτῷ ἐτελεῖτο τὰ Μεγαλάρτια.

Ἀχαϊΐνας. Sic *ms. A.* cum ed. Ven. & Bas. Ἀχαΐνας ed. Cas. Est autem accusat. plur. a sing. ἀχαϊΐνη: cui non repugnat, quod mox in sing. τούτου τοῦ ἄρτου ait auctor;

nam continuo deinde ad pluralem redit, εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι. CASAUBONUS, vocem iſtam pro nominativo ſingulari accipiens, haec adnotavit: »*Achaïnas* panis a loco nomen habuit: oppido nempe illo, niſi fallor, unde »*Achainos cervos* poëtae appellarunt.« — Vide Apollon. Rhod. IV. 175. & ibi Schol. At falli illum Scholiaſten, cum cervorum nomen iſtud ab oppidi Cretenſis nomine derivat, arguit gloſſa apud Heſychium, Ἀχαὶ νεβρῶν· ἐλάφων ἡλικίαι: (coll. Euſtath. ad Iliad. θ'. pag. 597, 29 ſq.) itemque alia gloſſa apud eumdem, in voce Ἀχαία vel Ἀχαιά· ἔρια μαλακά. conf. Interpp. Heſych. ad vocem Ἀχαί. Panum vero nomina hîc commemorata, non tam a locis, quam a coquendi ratione, derivanda eſſe, paulo ante monitum eſt. Quare videndum, ſatis-ne commoda ſit PALMERII ſententia, Exercitat. in Auct. Graec. pag. 495. ſtatuentis, Ἀχαΐνας dictos hos panes eo ipſo, quod *magni* fuerint, qui non ſine *magno oris hiatu* morderi poſſent, ab α intenſivo, & χαίνω, *hio*. Nec tamen aliud certius occurrit: nam (quod in mentem venire alicui poterat) quod Ἀχαιὰ etiam dicta eſt *Ceres*, cuius in honorem Theſmophoria & Megalartia celebrabantur, id quidem minus etiam ad hoc, quod quaerimus, conficiendum valebit. e

Ibid. Ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεων τράγον. Ἀχαίνην f vulgo; nec ex *ms. A.* aliud hîc adnotatum: ſed ſicut ſupra Ἀχαίνας ſcripſerat ille, ſic & hic Ἀχαΐνην oportuiſſe putavi, cum praeſertim ſatis manifeſte ſenarii iambici ſpeciem habeant illa verba, ubi metri etiam ratio iſtam deſiderare videbatur ſcripturam. ἔμπλεων, pro eo quod editum erat ἔμπλεον, dedit idem *ms. A.* quod & ex *ms. B.* adnotavit Brunck. Alia parte corrupta iſta verba viſa erant CASAUBONO. »*Acclamationem*, inquit, uſitatam *in* »*Megalartiorum feſto*, Ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεον τράγον, »haud dubie corruptam, doctis ſanandam relinquimus: »nam medicina, quam facit huic loco Dalecampius, τρώ»γουσα ſolum emendans pro τράγον, priſtinam illi, ſi »quid iudico, ſanitatem non affert. Fortaſſe rectum ſit, »Ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεον ἄρτον: favente nonnihil quod »ſcribit ex hoc loco Euſtathius, ſolitum ἄρτον ἐπιλέγε»σθαι.« — Sic ille. DALECAMPIUS verterat: *Achaeinen plenum adipe Dea comedebat.* Euſtathius, cuius auctoritatem invocavit Caſaubonus, nihil ex hoc loco deſumſit: nec enim potuerat, qui ne cognita quidem haec verba habe-

fbat, quippe praetermiſſa in Epitoma, e qua una illi Athenaeus cognitus erat. Verba Euſtathii ex Comment. ad Iliad. β'. paulo ante protulimus, quae nihil huc facere intelliget quiſquis recte inſpexerit. Vocem τράγον equidem pro aoriſto ſecundo imperativi accepi, ex veteri dialecto pro communi τράγε, *comede*. Syracuſiorum morem fuiſſe, iſtâ formâ efferendi aoriſtum ſecundum imperativi, adnotavit Etymologici M. auctor pag. 302. ſub voce Εἶπον: nihil autem vetat, quo minus credamus etiam apud Delios in vetuſta iſta formula eumdem uſum obtinuiſſe. Fuerint fortaſſe, qui de *trago*, frumenti cerealis ſive alicae genere, Dioſcoridi & Galeno, Plinio atque Celſo memorato cogitaverint: (vide Plin. XVIII. 7, 16. ibique Harduin. rurſuſque Plin. XVIII. 10. ſect. 20. art. 4. & Dioſcorid. II. 83. ibique interpretis adnotationem:) quibus litem equidem non movebo, quamvis parum probabilis eorum ratio mihi videatur. Quod de ſenarii ſpecie dixi, quam praeferant iſta verba, ei repugnat quidem in voce στέατος penultima brevis: ſed, ſicut δάμαρ genitivum δάμαρτος facit, ſic fortaſſe per dialectum στέαρτος etiam olim dici potuit; aut alia quacumque ratione ſuccurrendum metro fuerit.

Κριβανίτην. Sic recte *ms. A.* & editt. vett. Temere Κριβανίτης edidit Caſaub. Apud Polluc. VI. 33. & 72. mssti nonnulli κλιβαν. per λ literam ſcribunt, quod perinde eſt. Apud Noſtrum pag. ſeq. bis repetitam videmus ſcripturam κριβ. ſed & ſemel ibidem κλιβ. ſcribitur, conſentientibus libris. Sed vide ipſum pag. ſeq. c. & quae ibi notamus.

Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ. »ARISTOPHANIS *fabula* Γῆρας, »*Senium*, diverſa eſt ab alia eiuſdem, paſſim nominatâ in »his libris, Γηρυτάδης; quo nomine etiam Antiphanes fa»bulam docuerat, niſi fallunt nos Athenaei codices. *Senii* »argumentum declarant quae ſuperſunt fragmenta. De »Senectutis incommodis egiſſe Comicum, conſtat ex pe»titis inde verſibus, qui apud Pollucem lib. IV. cap. 25. »[ſect. 180.] Poſtea inducebantur *ſenes* quidam *recocti*, ac »*priori aetati reſtituti*; qui, fortuna ſua abutentes, ferebant »cuncta paſſim atque agebant. Indicio ſunt verba Athe»naei hoc loco: Ποιεῖ δὲ λέγουσαν ἀρτόπωλιν, διηρπασ»μένων αὐτῆς τῶν ἄρτων ὑπὸ τῶν τὸ γῆρας ἀποβαλόντων. »Poſtrema vox mirifice expoſita ab interpretibus: [*qui*

»eius *senectutem ludibrio habuerant*, Dalech.] Sed γῆρας ἀπο- f
»βάλλειν, est *senectutem exuere*. Huius dramatis saepe memi-
»nit Iulius Pollux. At libro X. cap. 20. [sect. 74.] ita scribe
»hunc ex eo versum: Ἐφ' ὑδρίαν δανείζειν πεντάχουν ἢ μεί-
»ζονα. Idem alibi: Ἀριστοφάνης Γήρᾳ· σὺ δ' οὐχ ἡγῇ μ' οὖν
»δι' ὀλίγας ἡμέρας. Corrige, σὺ δ' οὐχ ἡγῇ μου οὐδ' ὀλίγας
»ἡμέρας; « Casaub. — Postremum fragmentum a Casaub. citatum, non apud Pollucem legitur, sed apud Priscianum. Felicius correctum illud exhibet Brunck in Aristophanis Fragm. pag. 229. num. 14. Τὸ γῆρας ἀποβαλεῖν senes illi apud Comicum dicuntur, ad imitationem dictionis de serpentibus & cancris usitatae, τὸ γῆρας ἐκδύειν vel ἐκδύεσθαι, qua Theophrastus usus est apud Nostrum, III. 105. d. & Aristoph. Pac. 335. & saepius Aristoteles. In eamdem fere sententiam, πάλιν μειρακιευόμενον πρεσβύτην dixit Alciphr. lib. II. Epist. 2. Apud Nostrum hîc ἀποβαλόντων tenui, quod erat in impressis. Sed ἀποβαλλόντων dabat *ms. A.* quod recipi fortasse debuerat.

Aristophanis *versus posterior* sic olim editus legebatur: Ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς κριβανίτας πάνυ λευκοὺς ὦ τέκνον. De quo nihil adnotavit Casaub. Brunckius vero in Fragm. Aristoph. pag. 228. utrumque versum statim in hunc modum ediderat:

Τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; - - Θερμοὺς, ὦ τέκνον. - -
ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς. - - κριβανίτας δ' ἐ πάνυ
λευκούς.

Tum vero idem in Notis pag. 164. ait: »Fragmentum »male constitutum esse, tam metrum, quam sententia ar-»guit. Interloquuntur *mulier panes vendens*, & *recoctus senex*. »Illa, cuius mercimonium diripiebatur, quum iniuriam »expostularet, diceretque panes sibi periisse illius generis, »quos Θερμοὺς appellabant, qui in secundis mensis appo-»nebantur, senex respondebat: *Num vero deliras? in furno »coctos dic, eosque non admodum candidos.* Secundus versus »totus est senis: male eum duabus personis diviseram. »Sic legendum est:

»Γ. Τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; Α. Θερμοὺς, ὦ τέκνον.
»Γ. Ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς; κριβανίτας γ', οὐ πάνυ
»λευκούς. « —

Particulam δὲ post κριβανίτας inserendam, ad oram etiam Athenaei sui adnotaverat idem Vir doctus, ex coniecturane, nescio, an ex *ms. B.* Mihi personarum partes ita, ut

fa nobis factum, distribuendae visae erant; in eam sententiam, quam in versione expressi: nempe ut eosdem panes eadem mulier θερμοὺς & κριβανίτας dixerit, & continuo tenore ista verba pronunciatura fuerit, nisi interpellata fuisset a sene recocto. Initio *vers.* 2. Ἀλλ' ἢ ex ed. Cas. in nostrum exemplum irrepsit. Peius etiam ἀλλὰ habet *cod. a.* Ἀλλ' ἦ volueram, ut recte Brunck in Notis edidit: & sic correctum velim. Quum verba πάνυ λευκοὺς, quae leguntur in editis, prorsus ignoret noster *ms. A.*, existebat legitimus senarius, quem talem repraesentavi, qualem exhibebat idem codex. Epitomator nil aliud, nisi haec, habet: Κριβανίτας δὲ λευκοὺς ἄρτους Ἀριστοφάνης που φησί. Ex quo suspicari licebat, legisse eum in suo Athenaei exemplari λευκοὺς pro eo quod θερμοὺς habent nostri libri. Sed Venetus editor, sive aliquis ante eum librarius, Epitomen cum pleniore Athenaei opere conferens, utrumque tenere voluerat vocabulum; ideoque vocem πάνυ ex ingenio (ut videtur) adiecit, quo scilicet prodiret senarius huiusmodi,

ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς κριβανίτας πάνυ λευκούς:

quibus verbis deinde ista, ὦ τέκνον, quae repetita dabant Athenaei libri, adiecit veluti extra metrum, aut tamquam versus sequentis initium. Ego rectius fortasse eram facturus, si adscititia verba prorsus abiecissem: sed cum haud satis tamen certus essem, unde ea arripuisset primus editor, veritus sum delere. Itaque tamquam initium sequentis versus adieci, sed *inverso ordine*, prout desiderabat iambici metri ratio.

a Ἐγκρυφίαν. Rursus recte accusativum dedit *ms. A.* cum ed. Ven. & Bas. quod temere rursus & tacite in Ἐγκρυφίας mutavit Casaubonus. Hesychius: Ἐγκρυφίας· ἄρτου εἶδος, ὃ ἐν σποδῷ γενόμενος, τῷ μὴ εἶναι κλίβανον. ubi causa nulla erat, cur illud τῷ μὴ εἶναι solicitarent interpretes; nam idem valet ac διὰ τὸ μὴ εἶναι. De re vide quos laudant Interpretes Hesychii, praesertim Hieron. Mercurial. Var. Lect. II. 5. tum Bielii Novum Thes. Philolog. in Ἐγκρυφίας, & Du Cange Gloss. in Τοῦρτα. — »*Panis subcineritii*, sive *encryphiae*, etiam Hippocrates fa» cit mentionem, Popularium Morbor. lib. VII. ἄρτος ὡς » ἡμιχοίνικος ἐγκρυφίης. « CASAUB. *Ibid.* Ἀρχέστρατος, οὗ κατὰ καιρὸν τὸ μαρτύριον παραθήσομαι. Vide paulo post, pag. 112. b.

Δίπυρον. Rurſus temere Δίπυρος in recto caſu ed. Caſ. a — »*Panis dipyros; recoctus*, vulgo *biſcuit*.« DALECH. *Ibid.* Εὔβουλος ἐν Γανυμήδει·

Διπύρους τε θερμούς. — —

Poterant his poëtae verbis iungenda videri ſequentia, Οἱ δίπυροι δ' εἰσὶν τίνες; quae cum iſtis unum legitimum ſenarium efficiunt: niſi & verba proxime apud Noſtrum ſequentia, Ἀλκαῖος Γανυμήδει, & quae apud Pollucem VII. 23. leguntur, aliud ſuaderent. Quare recte ad hunc locum CASAUBONUS monuit: »De *dipyro*, ſive *nautico* »*pane*, afferuntur teſtimonia EUBULI e *Ganymede*, & AL»CAEI item e *Ganymede*. Sed aut intercidit penitus *Eu»buli* locus: aut illius ſunt iſta ſolum, Διπύρους τε θερ»μούς. Sequentia, Οἱ δίπυροι δ' εἰσὶν τίνες; Ἄρτοι τρυφῶν»τες, velint nolint docti viri, *Alcaeo* aſſerimus nos. Pol»lux lib. VII. cap. 10. Ἀλκαῖος ἐν Γανυμήδει διπύρους »ἄρτους εἶπεν· οἱ δὲ δίπυροι ἄρτοι τινές εἰσι τρυφῶντες. »De ALCAEI Comici fabulis ſuperiore capite diximus.« [Animadv. ad pag. 107. f. Eiuſdem fabulam *Ganymedem* iterum laudat Athenaeus lib. X. pag. 445. e.] »EUBULUM »quoque *Ganymedem* docuiſſe teſtis Athenaeus lib. VI.« [pag. 248. c.] — *Alcaei* nomen ſua auctoritate prorſus omiſerat Dalecampius. Contra, omnia iſta verba,

Διπύρους τε θερμούς. Οἱ δίπυροι δ' εἰσὶν τίνες;
Ἄρτοι τρυφῶντες. — —

uni *Alcaeo* tribuit TOUP, in Curis Noviſſ. in Suid. pag. 160. Et poſſunt quidem illius eſſe iſta omnia: ſed videtur utique Athenaeus priora verba, διπύρους τε θερμούς, ex EUBULO voluiſſe proferre; quae ne quidem eodem modo ſcripta fortaſſe apud *Alcaeum* exſtabant. Quae autem ſequuntur verba, haud dubie *Alcaeum* habent auctorem.

Λάγανον &c. »*Laganum* & *apanthracis*, inter *placentas* »vulgo cenſentur: neque video cauſſam cur hic inter *pa»num* ſpecies eorum fiat mentio. Ἀνθρακίδας Graeci voca»runt, ait enarrator Ariſtophanis, [ad Acharn. 670. & ad »Av. 1545.] omnes *cibos ſuper pruna toſtos*.« CASAUB. — De *Lagano* vide Heſych. in Λάγανον, & quos ibi auctores laudant Interpretes: itemque Latina lexica. Sed ipſum ſtatim conſule Noſtrum, pag. 113. d. ubi ἀρτολάγανον vocatur. In transcurſu memoratur etiam lib. XIV. pag. 656. e. Caeterum varia *placentarum* genera perinde etiam *panes*, Graecis certe ἄρτοι, dici ſolebant. In ARISTOPHA-

NIS *Concionatricibus* verſ. 843. ed. Br. (al. 838.) hodie non λάγανα πέττεται legitur, ut ait Noſter, ſed πόπανα πέττεται: ubi mireris, nec a Küſtero, nec a Brunckio adnotatam eſſe hanc Athenaei lectionem. Porro, ἀπανθρακὶς legas, an ἐπανθρακὶς, perinde eſt. Vide Heſych. in utroque vocabulo, & Lennep ad Coluthum, pag. 18 ſq. Hoc quidem loco, ut ſub contextu monui, & *ms. A.* & *Ep.* ἔτι ἡ ἐπανθρακὶς καλουμ. habent, eamdemque formam deinde etiam tenet *Ep.* ſed *ms. A.* mox
b in τῆς δ' ἀπανθρακίδος, & dein rurſus in ἡ δ' ἀπανθρακὶς, cum editis conſentit. Quare & hoc loco eamdem ſcripturam tenui, quam hîc pariter exhibebant editi. CORAYUS quidem ubique commodius ἐπανθρακ. ſcriptum fore cenſuit, ob id quod mox ſequitur, ἔοικε δὲ καὶ οὗτος ἐπ' ἀνθράκων γίνεσθαι: ſed id quidem non tanti videtur; nam *parantur* quidem tales panes ἐπ' ἀνθράκων, ſed *comeduntur* ἀπ' ἀνθράκων: quin & de ipſa paratione ciborum, qui ſuper prunis torrentur, verbum ἀπανθρακίζειν uſurpatur, VII. 329. b. Sic τὰ ταγηνιστὰ, quae ἐν ταγήνῳ vel ἐπὶ ταγήνου (aut τηγάνου) frixa ſunt, dein ubi ad comedendum adponuntur, τὰ ἀπὸ ταγήνου (vel τηγάνου) aut ἐκ ταγήνου dicuntur. Denique ſuſpicari licet, fortaſſe ſic h. l. ſcripſiſſe Athenaeum, ἡ ἀπανθρακὶς καὶ ἐπανθρακὶς καλουμένη. *Mox*, ubi τῆς δ' ἀπανθρακίδος recte editur, ibi τοῦ δ' ἀπανθρακ. habet *ms. A.* qui tamen continuo deinde in ἡ δ' ἀπανθρ. conſentit. Utrobique verum tenet *ms. Ep.* Mox vero rurſus omnes, ἔοικε δὲ καὶ οὗτος, in maſculino: ubi intellige οὗτος ὁ ἄρτος.

προτιθέασιν ἐσθίειν recte dedere *mss. A.* & *Ep.* προστιθέασιν edd. de quo corrigendo monuerat Valckenar. ad Herodot. VIII. 41. Conf. Noſtrum IV. 137. e.

AD CAP. LXXV.

Ἐπίχαρμος δὲ ἐν Ἥβης γάμῳ, κἂν Μούσαις· τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα διασκευή ἐστι τοῦ προκειμένου. Ad haec verba, tam longa eſt quam docta CASAUBONI Animadverſio, ad quam ſaepe lectores ſuos ablegant alii viri docti, ubi de *ſcenicarum Fabularum διασκευαῖς* agitur. Sic igitur ille: »Quid hîc ſit διασκευὴ, intererat fidei interpretum quae»rere diligentius: vel eo ſaltem nomine, quod non pauci »in hoc auctore ſimiles ſunt loci, quos eâdem operâ

» omnes expoſueris. Putarunt docti viri, *διασκευὴν* ap- b
» pellari fabulam quae alteri velut praeluderet, eſſetque
» poſterioris *apparatus & diſpoſitio*, ut illi vertunt. [Sic h.
» l. Dalecampius.] Nos contra, libri primi cap. XXIII. [ad
» I. 29. a.] *διασκευὰς* & *διεσκευασμενα* vel *ἐπιδιεσκευασ-*
» *μένα δράματα* ſolita appellari dicebamus, *fabulas ſemel*
» *iam ſcriptas editaſque, ſed, quia non ſteterant, nova lima*
» *& impenſiore diligentia correctas.* Morem hunc fuiſſe veteri-
» bus Comicis, ut idem argumentum ſaepius tractarent,
» & *emendatas fabulas* pro novis in ſcenam deferrent, teſtis
» Comici Scholiaſtes, ad Nebulas [vſ. 546.] ſcribens, Δο-
» κοῦσι καὶ ἄλλοι κωμικοὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων τὰ αὐ-
» τὰ εἰσάγειν δράματα. Has fabulas proprie appellarunt
» *διεσκευασμένα δράματα*, ut loquitur Athenaeus lib. XV.
» [immo lib. XIV. pag. 663. c.] vel *ἐπιδιεσκευασμένα*.
» Galenus docet clare, in Hippocratem DE Salubri diaeta:
» Ἐπιδιεσκευάσθαι, ait, λέγεται βιβλίον, ἐπὶ τῷ προτέρῳ
» γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφὲν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχων τὴν
» αὐτὴν, καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτὰς, τινὰ μὲν
» ἀφῃρημένα ἐκ τοῦ προτέρου γράμματος ἔχει, τινὰ δὲ προσ-
» κείμενα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα. παράδειγμα δ' εἰ βούλει
» τούτου σαφηνείας ἕνεκα, τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλι-
» δος ἔχεις, ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. Critici vete-
» res in Argumento Nebularum Ariſtophanis: Ἀριστοφά-
» νης ἀποῤῥιφεὶς παραλήγως, ᾠήθη δεῖν ἀναδιδάξας τὰς
» Δευτέρας καταμέμφεσθαι τὸ θέατρον. ἀτυχῶν δὲ πολὺ
» μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα, οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγα-
» γεν. Αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος (ἐδι-
» δάχθησαν·) τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ προτέρῳ. διεσκεύα-
» σται δὲ ἐπὶ μέρους. Paullo poſt: Καθόλου μὲν οὖν σχε-
» δὸν παρ' ἅπαν μέρος γεγενημενη διόρθωσις· τὰ μὲν γὰρ
» περιῄρηται, τὰ δὲ πέπλεκται· καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ
» τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται.« [Vide Kü-
ſteri Ariſtoph. pag. 51.] »Perſpicuum ex his eſt, quid
» Athenaeus intelligat quoties aliquam fabulam alterius
» appellat *διασκευήν*. Quod verbum diverſo ſenſu uſur-
» pant interdum Critici: ut, cum ſcribunt diſcrimen fuiſſe
» inter veterem & novam comoediam & ratione *ὕλης*,
» *materiae*, & ratione *διασκευῆς*, *formae & texturae*. *ἐν μὲν*
» *γὰρ τῇ τῆς νέας διασκευῇ*, inquiunt, *χορεῦ οὐκ ἔδει· ἐν*
» *ἐκείνῃ δὲ δεῖ*.« [Vide Anonymi brevem commentatio-
nem *περὶ Κωμῳδίας*, Ariſtophanis Comoediis praemitti

b ſolitam, cum in aliis editionibus, tum in edit. Küſteri pag. XII ſeq.] »Sed aliud eſt, διασκευὴν attribuere fabulae: aliud, ipſam fabulam appellare διασκευὴν alterius. »Athenaeus lib. IX. [pag. 374. a. b.] μετασκευάζειν verbo appoſitiſſimo uſus eſt, de iſtiuſmodi *fabularum emendatione* loquens. *Anaxandrides*, inquit, ὅτε μὴ νικῴη, »λαμβάνων ἔδωκε εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεμεῖν, καὶ οὐ »μετεσκεύαζεν ὥσπερ οἱ πολλοί: *quoties victoriam non re»ferebat, fabulam in manus ſumtam tradebat diſcerpendam ad »thuris cucullos: neque, ut plerique ſolent, eam corrigebat.* « »Porro iſta *recentata dramata* interdum nomen diverſum »habuerunt a priore: cuius rei exemplum eſt iſto [hoc] »loco. Nam *prior* EPICHARMI *fabula* nomen habuit *Hebes »Nuptiae*: poſterior, *Muſae*. Sic lib. VIII. [pag. 358. d.] »*Butalion* Antiphanis dicitur fuiſſe διασκευὴ τῶν Ἀγροίκων »ἑνός: quae verba ibi expendimus. Libro XI. [p. 496. f.] »Diphili *Miles*, appellatur διασκευὴ τοῦ Αἰρησιτείχους, »fabulae prius ab eo editae. Interdum commune fuit utri»que fabulae id nomen: ſed *prioris* & *poſterioris* cognomine invicem diſtinguebantur. Sic προτέρας & δευτέρας »Θεσμοφοριαζούσας interpretamur libro I. [p. 29. a.] Sic »eiuſdem Comici πρώτας & δευτέρας Νεφέλας, & *priorem* »ac *poſteriorem Pacem*, nec non *Plutum priorem* & *alterum*, »laudatum invenias. Eupolidis *Autolycum* πρῶτον καὶ δεύ»τερον Galenus, Pollux, aliique citant: Archippi *priorem* »& *poſteriorem Amphitryonem*. Neque ſolum Comici hac »diligentia uſi: verum & Tragici quoque nonnumquam. »Exemplum eſto in Euripidis *Hippolyto*, de qua tragoedia ſcribunt veteres: Ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος, δεύτε»ρος καὶ στεφανίας προσαγορευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕστε»ρον γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἁπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον »ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. *Phryxum* etiam poëtae »eiuſdem *priorem* & *poſteriorem* laudat Ariſtophanis Scho»liaſtes. Non ſemper autem utraque fabula producta eſt, »ſed tantum altera: qua de re plura erunt dicenda libro »VI. cap. VI.« [Dixit de ea re lib. VI. cap. VII. ſub finem. conf. Athen. VI. 270. a.]

»Ab hac notione verbi διασκευάζειν manavit affinis »alia, cum pro *librum corrumpere* accipitur. Galenus DE »Dogmatis Hippocratis & Platonis libro ſexto: Τὰ δ' »ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεσθαι λεγόμενα τέτταρα ζεύγη »φλεβῶν, ἐμβεβλῆσθαί τέ μοι δοκεῖ τοῖς ἐπιγραφομένοις

»Ἱπποκράτους συγγράμμασι, καὶ διεσκευάσθαι φανερῶς. b
»*Videntur mihi inserta esse libris iis qui sub Hippocratis no-*
»*mine extant, & manifesto adiecta esse verbis auctoris.* Libro
»octavo: Γεγραμμένου δὲ τῷ Ἱπποκράτη βιβλίου περὶ Φύ-
»σεως ἀνθρώπου, προστεθέντος δ' αὐτῷ καὶ τοῦ περὶ Διαί-
»της μικροῦ βιβλίου, καί τινος παρεντεθείσης ἀνατομῆς
»φλεβῶν, ἣν ὁ διασκευάσας δοκεῖ μοι προσθεῖναι τῷ περὶ
»Φύσεως ἀνθρώπου καὶ τῷ περὶ Διαίτης. Diogenes Laërtius
»in Democrito: [IX. 49.] Τὰ δ' ἄλλα ὅσα τινὲς ἀναφέ-
»ρουσιν εἰς αὐτὸν, τὰ μὲν ἐκ τῶν αὐτοῦ διεσκεύασται, τὰ
»δ' ὁμολογουμένως ἑστὶν ἀλλότρια. Galenus paulo aliter,
»libro II. de Hippocratis Scitis & Platonis: Τούτους τοὺς
»ὑμένας ἑτόλμησάν τινες οὐκ εἶναι λέγειν, ἀλλ' ὑπ' Ἐπι-
»στρατείου [ὑπ' Ἐρασιστράτου] διεσκευάσθαι δόγματος
»ἕνεκεν κατασκευῆς. *Ausi sunt quidam aliter dicere, nullas*
»*esse huiusmodi membranas; sed ab Erasistrato esse falso ad-*
»*iectas, studio defendendi sui dogmatis.* Apud eumdem ma-
»gnum scriptorem saepe legas, νόθον καὶ διεσκευασμένον,
»tamquam ἐκ παραλλήλου posita vocabula, in Hippo-
»craticis Commentariis.«

»Porro autem, quas vocabant dramatici poëtae δια-
»σκευὰς, alii auctores νέας vel δευτέρας ἐκδόσεις. Sae-
»pe enim accidit, ut scriptores accurati editos a se libros
»sub incudem revocarent, serio castigatos denuo ede-
»rent, &, ut de se ait Tertullianus, properatum opus
»pleniore scriptione rescinderent. Unde eveniebat ali-
»quanto, ut in doctorum manibus scripti eiusdem duae
»diversissimae editiones versarentur. Quo ex fonte erro-
»res multos manasse non dubitamus, observatos saepe
»nobis etiam in antiquissimis veterum auctorum manu-
»scriptis. Eiusmodi est, quod de Eunapio scribit Photius;
»[Biblioth. pag. 100. edit. Hoeschel.] cuius verba non
»gravabimur adscribere: Δύο πραγματείας τὴν αὐτὴν πε-
»ριεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν.
»καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν
»Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἑλ-
»ληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν
»βασιλέων καθαπτόμενος. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ νέαν
»ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν,
»ἣν κατὰ τῆς ἀσεβείας ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται. Lege quae
»sequuntur. Similiter & Zosimus, alter Christiani nomi-
»nis hostis, historiae prius publicatae νέαν ἔκδοσιν postea

b » edidit, auctore eodem Photio. « Haec CASAUBONUS.

ὅμωρον. » Quid appellat *panem* ὅμορον? Auctore He- » ſychio, ὁμοῦρα vel ὅμορα dixerunt *ſimilaginem cum melle* » *& ſeſamo coctam.* Inde & panes quoſdam ὁμορίτας appel- » larunt, quorum meminit idem Heſychius. Non dubi- » to, de his ſentire *Epicharmum*, & mox quoque *Sophro-* » *nem.* « IDEM. — In ſcripturam ὅμορον cum editis conſentit *ms. Ep.* Codex *A.* vero & hic ὅμωρον habet: & paullo poſt in Sophronis verbis (quae omiſit Epito- mator) ὁμώρους. Quae ſcriptura non modo congruit cum eo, quod Heſychius habet, ὁμοῦρα, dorico more vocali ω pro diphthongo ου poſita: ſed eſt etiam apud eumdem Heſychium vicinum vocab. ἄμωρος, quod ille quidem nude πλακοῦντος εἶδος interpretatur. Eodem au- tem pertinere utrumque hoc vocabulum, cum ex analo- gia grammatica colligere licebat, (quoniam α coniunc- tivum initio vocis idem valet ac ὁμοῦ) tum ex collatione duarum gloſſarum apud eumdem Heſychium: Ὁμοῦρα· *σεμίδαλις ἐφθὴ, μέλι ἔχουσα καὶ σησάμην*: & Ἀμόρα· *σε- μίδαλις ἐφθὴ σὺν μέλιτι.* Caeterum hoc poſterius voca- bulum habemus apud Noſtrum XIV. 646. d. ubi quidem ο breve tenent libri omnes.

στατίτην. » στατίτης in Excerptis & quibuſdam » msstis στατίτης dicitur: & Heſychius, niſi eſt men- » dum, Στατίας· ἄρτου εἶδος. Euſtathius [Iliad. ξ'. p. 963, » 31.] legit, ut nos, στατίτης. In Gloſſis Heſychii στεα- » τίτης placentae cognomen. « CASAUB. — In noſtro *ms. Ep.* eſt quidem h. l. στατίτην, mendoſe haud dubie: ſed paulo poſt στατίτην recte. Utrobique verum tenet *ms. A.* conf. XIV. 646. b. ubi recte codices noſtri ἐκ στατὸς, non ἐκ στέατος, ut vulgo editur. Gloſſam στεατίτης apud Heſych. fruſtra quaeras: ſed στατίας, quod apud eum legitur, haud dubie ex στατίτας corruptum eſt, (quod & literarum ſeries arguebat) dorice pro στατίτης. *Ibid.* ἐγκρίδα. Ἐγκρίς· γλύκασμα ἐξ ἐλαίου ὑδαρὲς, interpre- tantur Heſych. & Suidas. Vide Heſychii Interpp. & Bie- lii Theſ. Philolog. h. v. ſed praeſertim ipſum Noſtrum, XIV. 645. d. e.

ἀλειφατίτην. Sic *ms. Ep.* cum edd. Et ex Epit. habet Euſtath. Iliad. ξ'. pag. 963, 30. diſerte monens, ab ἀλείφαρ, ἀλείφατος, (*unguentum*, *oleum*) formatum eſſe nomen. Videndum vero, ne verum ſit quod habet *ms. A.*

ἀλιφατίτην, cui ſpeciem conciliare poteſt gloſſa Heſychiana, Ἀλίφατα· ἄλφιτα, ἢ ἀλευρα. Sic enim & ἀλευρίτης aliquis panis nominatur pag. 115. d. *Ibid.* ἡμιάρτιον. »Ἡμιάρτιος panis a figura dimidiati circuli nomen inve»nit. Heſych. Ἡμιάρτιον· εἶδος ἄρτου ἡμικυκλῶδες. « Casaub. — Ἡμίαρτον ſcribitur apud Heſych.

Poſtrema Sophronis verba in hunc modum edita c erant, καὶ ἡμιάρτιον ἐπ.... αται. Quo ſpectat Animadverſio Casauboni: » Lacunam explebam & ſcribebam, »καὶ ἡμιάρτιον καὶ σταιτίταν: nam eorumdem fe»ciſſe illum mentionem, ait Athenaeus, quorum modo »Epicharmus meminit. Sed reperi poſtea in *Huraldino co»dice* eam vocem, cuius in libris aliis tenues ſolum ex»tant reliquiae. Ita igitur ſcribe, καὶ ἡμιάρτιον ἐκτίθε»ται.« — Totum Sophronis teſtimonium praetermiſit Epitomator. In vetuſtis vero noſtris *membr. A.* nulla hic lacuna, ſed perſpicue ἑκάται ſcribitur; quod pro conſtante illius codicis uſu Ἑκάτᾳ valet, dorica formâ pro Ἑκάτῃ. Neque aliud quidquam quaerendum videtur.

Quod mox de Atticorum uſu monet Noſter, κρίβανος dicentium, non κλίβανος, id non praeteriere reliqui Grammatici, Suidas, Etymologus, Phrynichus, Thomas Mag. docentes etiam, rectius ſic dici, quia κρίβανος valeat κρι»θῆς βαῦνον. Herodoti *verba*, κλιβάνῳ διαφανεῖ, leguntur lib. II. cap. 92. ubi interpres in *furno luculento*, paulo commodius quam quod ex Dalecampii verſione adhaeſit noſtrae, *perlucido*. Intelligendum *furnum bene candentem & ignitum*, docuit ibi Weſſeling. Sic Erotianus in Lexic. Hippocr. διαφανέσι interpretatur διαπύροις.

In illis Sophronis verbis, Τὶς σταιτίτας &c. ante ἡμιάρτια deerat editis & *msto A.* particula ἢ, quam commode obtulit *ms. Ep.* Quae mox dein ſequuntur eiuſdem *Sophronis* verba, Εἰς νύκτα &c. omiſit Epitomator. In his quum μὲ αἰτιᾷ legeretur in edd. & *ms. A.* (quod in μ' αἰτιᾷ muratum in ed. Caſ. 2. & 3.) corrigendum μ' ἕστιᾷ perſpecte monuit Casaub.

Τυρῶντος δ' ἄρτου. Dorica forma eſt τυρῶντος, pro τυροῦντος, ex τυρόεντος, a recto caſu τυρόεις. conf. Theocrit. Id. I. 58. ibique Interpp. & Euſtath. Iliad. ξ'. p. 963, 30. Eſt *panis* ſive *placenta*, *cui mixtus caſeus*. Amabant hoc genus Syracuſii: (Syracuſius autem Sophron fuit, ſicut Theocritus) a quibus cibos omnes corrumpi ait Ar-

cheſtratus, caſeo miſcentibus: vide VII. 311. b. c. In
d SOPHRONIS *verbis*, quae ibi ſequuntur, pro γ' ἄρτι, quod erat editum, perſpicue γάρ τις dabat *ms. A.* quod ipſum etiam ex *ms. B.* adnotavit Brunck. Eadem verba (quae prorſus omiſit Epitomator) editiones veteres finiunt in voce παιδίοισιν. & ſine lacuna continuo ſic pergunt, Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφ. CASAUBONUS, quum ex codicibus puto Italicis ſic edidiſſet, παιδίοισιν . . . . ωλη. in Animadverſſ. deinde ait: »Scribe τοῖς παιδίοισι νεαλῆ, *recen-*»*tem*: ut tollatur lacuna.« — Mihi in ſcriptura codicis *A.* quae ſic habet, παιδίοισιαλε, (pro quo eſt παιδίοσιν ἀλε. in *ms. B.*) latere id videbatur quod edidi, παιδίοις ἴαλλε. Intellexi autem ἴαλλε, imperfectum verbi ἰάλλω, *mitto*: quod verbum non modo Homero & Heſychio, ſed & aliis poëtis uſurpatum fuiſſe, plures apud Heſychium gloſſae evincunt. TOUPIUS, in Addendis ad Theocr. pag. 389. ſuo more declarans, nihil in illis verbis vidiſſe viros doctiſſimos qui has Muſas tractarunt, acu rem ſe tetigiſſe perſuaſum habebat, cum ait, ita corrigendum eſſe: Συμβουλεύω τ' ἐμφαγεῖν ἄρτου γ' ἄρτι τυρῶντα τοῖς παιδίοισι σὺν ἁλί. »*Recens caſeus*, inquit, *cum ſale come-*»*dendus eſt.* Quod pueris recte praecepit Sophro.«

Νίκανδρος - - δάρατον. conf. p. 114. b.

Πλάτων δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Νυκτὶ μακρᾷ, τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς, Κιλικίους ὀνομάζει. Rurſus, pro more, κωμῳδοποιὸς habent edd. κωμικὸς vero *Epit.* Nos noſtras vetuſtas membranas ſecuti ſumus. Pro Κιλικίους, in noſtro *ms. Ep.* eſt καὶ Κιλικίους. — »PLATONIS »*Comici* fabula, cuius index erat *Nox longa*, laudatur & »Polluci lib. VI. cap. 33. [ſect. 142.] Videtur non diſſi-»milis fuiſſe argumento Amphitruoni Plauti. *Nox* enim »*longa* fuit illa, qua ſatus Hercules. In ea fabula, Plato »τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς Κιλικίους ὀνομάζει, »inquit Athenaeus. Operae pretium ſit Euſtathii verba »aſcribere, de *collabis* & *Ciliciis panibus* diſputantis: [ad »Odyſſ. ρ'. pag. 627 extr.] Ἐν τοῖς τοῦ Δειπνοσοφιστοῦ »φέρεται, ὅτι δοκοῦσιν οἱ Κίλικες, ἴσως μὲν οἱ Ὁμηρικοὶ, »ἴσως δὲ ἕτεροι, οὐκ ἀγαθοὶς ἄρτοις χρῆσθαι. διὸ καὶ οἱ Κι-»λίκιοι ἄρτοι οὐκ ἔπαινον εἶχον, οἱ αὐτοὶ τοῖς κολλάβοις »ὄντες. Et mox, ſuperiora Athenaei verba reſpiciens: »ὅρα τὸ μεγάλους, inquit, ὃ κωλύει ψωμίσκους τοὺς κολ-»λάβους νοεῖν. Sed errat Euſtathius, cum *panes Cilicios* &

» *collabos* eosdem putat. Imposuit illi suus codex Athenaei, d » in quo sequentia aliquanto post [pag. 112. f.] Athenaei » verba, τῶν κολλικίων δ' ἀρτων· οἱ αὐτοὶ δ' εἰσὶν τοῖς κολ- » λάβοις· ita invenit scripta, τῶν Κιλικίων δ' ἄρτων, magno » errore.« CASAUBONUS. — Eustathium solà Epitome Athenaei usum esse, saepius monuimus. Passim vero etiam observare nobis licuit, melioris notae esse hunc *Epitomes codicem*, quo nobis uti contigit, quam fuerat illud exemplum, quo usus Eustathius est. Noster quidem *ms. Ep.* & hoc loco omnia recte habet, & pag. 112. f. veram scripturam κολλικίων tenet. In Platonis verbis, καθαρυλλῶν cum accentu in ultima editum erat: rectius putavi καθαρύλλων, quod habet *ms. Ep.* & ex eo Eustathius l. c. ubi etiam monuit, esse diminutivum τοῦ καθαρός.

Αὐτοπύρου δ' ἄρτου &c. Αὐτόπυρον *panem cibarium* intel- e ligunt, *cui nihil furfuris ademtum.* Vide H. Steph. Thes. III. 639. Salmas. in Hyle Iatric. pag. 69. & Harduin. ad Plin. T. II. pag. 288.

Φρύνιχος δ' ἐν Ποαστρίαις. Ποαστρείαις *ms. A.* suo more vocales ι & ει confundens. — »Hanc ipsam fabu- »lam & libro X. [pag. 424. c.] puto intelligi, scriboque » etiam ibi Ποαστρίαις, non Παιστρίαις. [Veram scriptu- »ram tenet ibi noster *ms. A.*] Nam Phrynichi *Poastrias* no- »minant Pollux VII. 10. [159.] & X. 36. [159.] & Har- »pocration in Ἐξούλης. Reperio & Aristophanem eodem »titulo fabulam docuisse: nam auctor commentariorum »in Aves [ad vs. 1297.] Ποαστρίας Aristophaneas laudat. »Ποάστριαι sunt *mulieres sarritrices*, quae herbas nocivas »de hortis tollunt vel segetibus. Archippus comicus: [apud Pollucem, VII. 148.]

»Σκαφεῦσι, κηπωροῖσι, τοῖς τ' ὀνηλάταις,
»καὶ ταῖς γυναιξὶ προσέτι ταῖς ποαστρίαις.

» Hesychius scribit, omnes in universum *mulieres quae opus* »*ruri faciunt mercede conductae*, sic fuisse vocitatas: & Pol- »lux docet, ποάστριον veteres appellasse *sarculum*, aut »aliud sarritionis instrumentum, quod eius aetate voca- »batur χορτοκόπιον.« CASAUBONUS. — Ποαστρίας apud Scholiasten Comici l. c. per errorem librarii Aristophani tribui, cum ad Phrynichum auctorem referenda ea fabula esset, suspicatus erat BRUNCK, in Fragm. Aristoph. p. 212. Cuius suspicionis nullam fuisse idoneam causam recte iudicavit CHARDON-la-ROCHETTE in *Notice des Sco-*

e *lies Grecques ſur Platon* (Pariſ. 1801.) pag. 46. cum & multis aliis non modo *argumentis*, verum etiam *titulis fabularum*, plures Poëtae *eisdem* uſi ſint; & hoc ipſo titulo, Ποάστρια, vel Ποαστρίαι, commemoretur etiam fabula *Magnetem* auctorem habens, in Scholiis in Plat. pag. 20. edit. Siebenkees in Anecdotis Graecis; & pag. 33. nuperrimae editionis Scholior. in Platonem a Ruhnkenio collectorum.

Ὀρίνδου δ' ἄρτου μέμνηται Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ. Cum Ὀρνίδου eſſet editum conſentientibus *mssstis A.* & *Ep.* adnotavit CASAUBONUS: »Scribendum Ὀρίνδου, au»ctoribus Heſychio & Polluce.« — Et quiſquis Heſychium in Ὀρίνδην & Pollucem VI. 73. conſuluerit, vix dubitaverit de veritate huius emendationis; quam recepit etiam Brunck in Fragm. V. ex Sophoclis Triptolemo.

f Λαμβάνετε κόλλαβον. Sic *ms. A.* atque etiam Brunck in Fragm. Ariſtoph. pag. 267. ex *ms. B.* (In Epit. deſunt iſta.) Mendoſe λαμβάνεται τε κολλ. ed. Ven. & Baſ. Inde λαμβάνετέ τε ed. Caſ. Alibi, ubi κολλάβων mentionem facit Ariſtophanes, (in Pace, vſ. 1195.) monuit Scholiaſtes: εἰσὶ μικροὶ ἀρτίσκοι, ἐκ τῶν μεγάλων κεκολλαβισμένοι. Conf. Schol. ad Ran. 510. & qui inde ſua hauſit Suid. in Κολλάβους. Mox, δέλφακος ὀπωρινῆς ἢ τριαίαν recte *ms. A.* Corruptiſſime ἢ τρίαιναν edd. *Ibid.* μετὰ κολλάβων χλιερῶν. Vox μετὰ operarum errore omiſſa in ed. Caſ. 2. & 3. χλιαρῶν edd. omnes: ſed χλιερῶν *mssti A. B.* & *Ep.* De iſto ARISTOPHANIS *fragmento* (cuius duo poſtrema modo verba hîc adpoſuit Epitomator) vide ſupra p. 96. d. ibique Notata.

Φιλύλλιος ἐν Αὐγῇ. Operarum errore Φυλίλλιος ſcriptum in ed. Caſ. 1. & 2. Eum errorem, qui & in noſtrum manavit exemplum, corrigat aequus Lector. Dein vitioſe ἐν αὐτῇ legebatur in ed. Ven. & Baſ. ἐν Αὐγῇ vero edidit CASAUBONUS, haec adnotans: »PHILYLLIUM »in Αὐγῇ laudat iterum libro IX. [pag. 408. e.] & ter»tium lib. XI. [pag. 485. b.] magno librorum conſenſu. »In Suidae Collectaneis legas: Ἀνάλφιτον, Φιλύλλιος Αἰ»γεῖ. ſcribo Αὐγῇ.« — At Αὔγῃ, non Αὐγῇ, recte ſcribitur utroque loco apud Noſtrum; rurſusque apud eumdem XIV. 622. e. τὰ ἐξ Αὔγης ἔπη Εὐβούλου: nam & Eubulus eodem titulo fabulam docuit. Et ἐν Αὔγῃ h. l. corrigendum iam olim monuerat PAUL. LEOPARDUS, Emend.

lib. III. c. 24. T. III. Thesauri Crit. pag. 64. De *Auge*, f Telephi matre ex Herculis complexu, vide Apollodori Biblioth. III. 9, 1. & II. 7, 4. quosve ibi auctores Heynius laudavit, in Notis ad Apollod. pag. 460.

Αὐτὸς φέρων πάρειμι. Αὐτὸς ἔχων πάρειμι *ms. Ep.* quod vide ne verum sit: sane ex interpretatione orta videri potest scriptura φέρων, quoniam ex Graecorum usu ἵκω ἔχων aut πάρειμι ἔχων idem valet ac φέρω, *adfero*. *Ibid.* Ad verba, πυρῶν ἐκγόνους τριμήνων, observavit CASAUBONUS: »Probatur, fieri *collabos e recente tritico*, quia dixit Philyllius, Αὐτὸς φέρων &c. Cave con»fundas πυροὺς τριμήνους, *triticum ante menses tres collectum*, »cum *trimestri tritico*, de quo Plinius lib. XVIII. c. VII. « — Scilicet sic nominaverat Plinius l. c. sect. 12. art. 3. triticum quod intra tres menses maturescit.

Μακωνίδων δ' ἄρτων. Μακωνίδων doricâ linguâ, qua usus *Alcman*, pro μηκωνίδων. — »Μακωνίδας panes, *pa»pavere sparsos* fuisse ipsum nomen arguit. Inter condi»mentarias herbas papaver & sesamum non postremum »locum tenebant. Multa de *vario usu papaveris* Galenus »lib. VII. DE Facult. Simpl. Medicam. Ideo cum aliquid »*studiose politum* significare vellent, σησαμοειδὲς & *papa»vere & sesamo sparsum* dicebant. Petronius: *Audiunt mel»litos verborum globulos, & omnia dicta factaque papavere & »sesamo sparsa*. Maconidibus Alcmanis non erant dissimi»les quae alii Graeci ἐνθαλάμια vocabant, & ipsa papa»vere & sesamo condita. Hesychius: 'Ενθαλάμια· πλάσ»ματα ἐκ μήκωνος καὶ σησάμης.« CASAUBONUS.

Sequuntur ALCMANIS *verba* difficultate non carentia. a τράπεσθαι μακωνίδων ἄρτων ἐπιστέφοισαι λίνῳ τε, σασάμῳ τε, κὴν πελίχναις πέδεσσι. (immo παίδεσσι.) Χρυσοκόλλα ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου. Ea, ut a nobis edita sunt, sic legebantur in ed. Ven. & Bas. nisi quod pro κὴν erat κὴν cum accentu, & πέδαισι pro πέδεσσι. CASAUBONUS, caetera tenens, ἐπιστεφεῖς σελίνῳ τε edidit: quo spectat eiusdem Animadversio: »In testimonio Alcmanis scripsimus, ἐπιστεφεῖς σε»λίνῳ τε, σησάμῳ τε, [tenuerat tamen in contextu do»ricum σασάμῳ, quod in una ed. Cas. 2. cum σησάμῳ »permutatum est:] ex mss. & Epitoma. Vulgo ἐπιστέφοι»σαι λίνῳ, mendose: etsi *linum* potest locum hic habere, »ut statim: χρυσοκόλλα ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ

a »λίνου. Hesychius *chrysocollam* ait parari ἐκ λινοσπέρμου »καὶ μέλιτος. Sic semper λῖνον de *lini semine* interpretan»dum, quando inter illa censetur quibus vescimur. In»debant cibis *semen lini*, ut acrimoniam illis conciliarent. »Ideo Artemidorus lib. I. cap. 70. inter *acria* nominat »iunctim ceu cognata, *sesamum*, *lini semen*, & *sinapi*. Ga»lenus lib. V. De Facult. simpl. Pharmac. *lini semen* inter »illa habet, quae & alimenti & pharmaci usum praestent. »Libro autem VII. docet idem, solitum *semen lini* & fri»ctum & non frictum mensis praeparari. Idem erat & »*cannabini seminis* usus inter tragemata, ut scribit Gale»nus lib. II. De Facult. Aliment.« — Sic vero ipsum sua caedentem vincta videas Virum doctissimum. Nam, si & de vocis λῖνον significatu, & de usu *seminis lini* apud Graecos, tam plane liquidoque constat: quid opus erat vulgatum mutare, in quo & probum vocabulum λίνῳ, & legitima dorica forma participii ἐπιστέφοισαι continebatur? Nempe msstorum suorum & Epitomae auctoritatem secutus est vir doctus. Ac sane, sicut Hoeschelianus codex, sic & noster *ms. Ep.* ἐπιστεφεῖς σελίνῳ τε habet: nescio an & *ms. B.* Sed alteram scripturam ἐπιστέφοισαι λίνῳ τε tuentur vetustae nostrae *membr. A.* quod restituendum auctori iudicavi. Turbare quidem poterat insolens usus verbi ἐπιστέφω, notione passiva seu neutrali: sed ipsa illa insolentia & Epitomatorem & recentiores nonnullos librarios commovere potuerat, ut illam tentarent correctionem, quam hodie libri illi, quos dixi, praeferunt. Caeterum magnus est verborum numerus, quae, cum proprie activum habeant significatum, passivum aut neutralem nonnumquam recipiunt: quod cur in hoc verbo contendamus locum non potuisse habere, nulla idonea causa adesse videtur. Porro, si recte accepi notulam ex nostro *ms. A.* excerptam, sine accentu ibi scribitur ἐπιστεφοισαι; ut nescias utrum ἐπιστέφοισαι, an ἐπιστεφοῖσαι debuerit: quorum si posterius statuas, potuerat poëta ex Homerico nomine ἐπιστεφὴς verbum ἐπιστεφέω (idem sonans ac ἐπιστεφής εἰμι) formare.

Post σεσάμῳ τε in *ms. Ep.* sic pergitur, Ὅτι χρυσοκόλλα ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου, omissis mediis, quae sic scripta in editis leguntur, κἢν πελίχναις πέδαισι. Haec Dalecampius, primum sic latine converterat, *lividis pedibus*, hac adiecta adnotatione: »Livi-

» do colore tinctis ornatus cauſſa. « Tum vero in Addendis & Emendandis monuit, deberi in verſione poni, *lividis compedibus*; & in Adnotatione ait: » Flavo melle addito » ſemini lini, quod nigricat, color ſubliveſcens. « Quorum ego nihil percipio: hoc unum video, pro πελίχναις hariolatum eſſe Dalecampium πελιδναῖς oportuiſſe, quod vocabulum apud Noſtrum ſupra pag. 107. d. occurrebat. Quae emendatio ſi caeteroquin vel neceſſaria vel commoda foret, potuerat praeſidium aliquod in eo invenire, quod ad vocem ἄρτον III. 106. f. adnotavimus, literas τ & χ a librariis noſtris nonnumquam eſſe permixtas: nam cum perinde & πελιτνὸς & πελιδνὸς graece dicatur, ſuſpicari licuerat, ſimili errore hoc loco ex πελιτναῖς in πελίχναις aberraſſe librarium. At quamvis corruptiſſima haud dubie ſit vulgata huius loci ſcriptura, in ipſo tamen illo vocabulo non erat quaerenda corruptela: qua ſi illud fuiſſet adfectum, verendum eſt, ne ipſo malo peior fuerit medicina, quae a Dalecampio adhibita eſt. Quo magis miror, lubricum hunc locum abſque animadverſione tranſmiſſum a Caſaubono eſſe. Voculae κὴν, quae valet καὶ ἐὰν, non erat hîc locus. Haud dubie κήν abſque accentu oportebat, quod in dorico idiomate valet καὶ ἐν, ut apud Theocrit. Idyll. XV. 86. Et ſic, κήν, ſcriptum eſſe in *ms. B.* adnotavit Brunck: puto nec aliud eſſe in *ms. A.* In πελίχναις nil mutant libri. Eſt autem πελίχνη vel πελίχνα, (aliis πελίκη & πελίκα, itemque πέλις & πέλλις, unde latinorum *pelvis*) non modo *calyx ligneus*, ſed & *catinus*, *patina*, *patella lignea*; quod ex ipſo Noſtro XI. 495. b. c. d. collato cum Heſych. in Πελικὰν, & Polluce X. 67. 73. & 78. liquido adparet. Conf. Schneiderum ad Nicandri Alexipharm. pag. 103. Pro πέδαισι, quod eſt in editis, dant πέδεσσι *mssti A.* & *B.* in quo quin παίδεσσι lateat vix dubitandum videtur: quam vocem fidenter in contextu ponere licuerat. At ſic defecta fuerit in fine oratio, niſi aliquid acceſſerit. Atqui adeſt quod deſiderabatur, ſi modo commodiore ratione, quam vulgo factum, diſtinguatur oratio, eo modo quem & in Notula ſub contextu indicavi, & in latina verſione expreſſi. Sic etiam adparet, cur in ſequentibus dein verbis, Τῆς δὲ κολλύρας καλουμένου ἄρτου Ἀριστοφάνης omitti verbum potuerit, ex ſuperiore μνημονεύει facile ibi ſubintelligendum: quod non ſine incommodo fieri potuiſſet, ſi inter

a id quod ſuperius de *maconidibus panibus* dixerat, & quod deinde de *collyra* ſubiicit, novum argumentum interiectum fuiſſet, diverſâ orationis ſtructurâ expoſitum, Χρυσοκόλλα ἐστὶ &c. Epitomator quidem, quoniam id, quod de *chryſocolla* hîc monetur, a ſuperioribus verbis (cum omiſiſſet iſta, κὴν πελίχναις παίδεσσιν) ſeparavit, neceſſe deinde habuit ad ea, quae de κολλύρᾳ ſequuntur, verbum adiicere; (cum ait, Τῆς κολλύρας δὲ καλουμένου ἄρτου Ἀριστοφάνης μέμνηται ἐν Εἰρήνῃ:) quod verbum omittere potuit Athenaeus, eâ quam dixi utens ſtructurâ orationis.

Haec noſtra cui minus placuerint commenta, videat is, quoniam nos Caſauboni hoc loco deſtituit opera, magisne adrideat VILLEBRUNII ratio. Totum ALCMANIS fragmentum ingenioſus ille Interpres ſuo ſermone ſic reddidit: *Il y avoit ſept lits, & autant de tables, tout autour des quelles on avoit ſervi des pains méconides, avec du perſil, du ſeſame, & après avoir bien bû, on ſervit de la chryſocolle.* Tum in ſubiecta Adnotatione ait, legere ſe κὴν πελίχνας πέδα, χρυσοκόλλα. Ἔστι βρωμάτιον &c. Reliqua ipſis doctiſſimi Viri verbis adpoſuiſſe iuvabit: »*Keen* eſt pour »*kai an*: enſuite *pelichna* ſignifie un *verre à boire*, calice: »*peda* eſt dorique pour *meta*, *poſt*, après; *poſt calices*, »après avoir bu. On retrouvera ce *peda*, liv. 5. p. 495. »[voluerat puto lib. X. pag. 416. c.] & dans les Notes »qui accompagnent le Clement d'Alexandrie, edit. Paris. « — De Dorico ſive Aeolico πέδα pro μετὰ, ſi quis ei voci hîc locum eſſe poſſe ſibi perſuaſerit, plura dabunt Heſychii Interpp. ad voc. Πέδα, & Maittaire de Dialect. pag. 251 ſq.

Τῆς δὲ κολλύρας καλουμένου ἄρτου Ἀριστοφάνης. E ſuperioribus ſubintelligendum eſſe verbum μνημονεύει, paulo ante monuimus; diximuſque, ab Epitomatore adiectum verbum μέμνηται. ARISTOPHANIS hexameter legitur in Pace vſ. 122. Κολλύραν μεγάλην ſcripſi, ut apud Comicum recte editur. Καὶ κολύραν μεγ. ed. Ven. & Baſ. quod ferendum videri poterat, niſi penultima in κολύραν longa eſſet. Sed cum duplici λ conſtanter apud Ariſtoph. eiuſque ſcholiaſten, tum apud Heſych. & Suid. ſcribitur illud nomen: & ſic etiam in *ms. A.* & *B.* in quibus tamen pariter Καὶ κολλύραν, perperam praepoſitâ particulâ: nempe ad ſequens fragmentum aberraverat oculus li-

brarii. Κολύραν μέγ. ed. Caſ. *Parvi panis genus* hoc eſſe, a *pueris dari ſolitum*, monet Scholiaſtes Comici & Suidas, ex ipſo Ariſtophanis loco ſumentes interpretationem. *Ibid.* καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ. κάνδυλον legerat (i. e. corrigendum putaverat) DALECAMPIUS; adnotans, cibum eſſe ex lacte & melle paratum. Quem foede errare monuit CASAUB. »Omnes (inquit) manu exarati Athenaei co» dices κόνδυλον habent: ita etiam legit Euſtathius: ita in »Ariſtophane ſcribitur hodieque. Poſtremo antiquus Co» mici enarrator de ea lectione ne dubitare quidem nos ſi» nit.« — Conſentit noſter *ms. A.* Comici verba non adpoſuit Epitomator. Ait quidem Flor. Chriſtianus ad Ariſtoph. l. c. »legi etiam apud Athenaeum κάνδυλον: « — at nemo ibi ita legit, niſi quem dixi Dalecamp. ſua ex conject.

In altero Comici verſu, ex *Olcadibus*, rurſus Καὶ κολύραν ſimplici litera λ erat editum, ubi recte Καὶ κολλύραν *ms. A.* & *B. Ibid.* Pro vulgato τοῖς περῶσι, cum BRUNCKIO (in Fragm. Ariſtoph. pag. 259.) τοῖσι περῶσιν ſcripſi, quod poſtulabat anapaeſtici metri ratio.

AD CAP. LXXVI.

Ὁ δὲ ὀβελίας ἄρτος -- ὀβολοῦ πιπράσκεται. Uſus eſt hoc b Athenaei loco Euſtathius ad Iliad. ν'. p. 930, 3. & Odyſſ. α'. pag. 39, 38. quo doceret, idem interdum valere vocabula ὀβελὸς & ὀβολός. *Ibid.* ἢ ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὀπτᾶται. ὠπτᾶτο *mss. A.* & *Ep.* quod recipi debebat. ἐν ὀβελίσκοις ὀπτώμενος Euſtath. Il. pag. 930. ἐπὶ τοῖς ὀβελοῖς ὀπτώμενος idem ad Od. pag. 39. ἐπὶ ὀβελίσκου ὀπτώμενος Heſych. ἐπὶ ὀβελῶν Phot. in Lex. citatus ab Heſychii editore: rurſuſque idem Photius ibid. Ὀβελίας· ἄρτος περιπεπλασμένος μακρῷ ξύλῳ, καὶ οὕτως ὀπτάμενος. γίνεται δὲ παραμήκης καὶ γαστρώδης. Adde Moerid. pag. 287. & quem ibi Pierſonus laudat Pollucem VI. 75. Inde ductum Gallofrancorum vocabulum *oblies* vel *oublies*, ſupra monuit Caſaub. ad pag. 109. e. ubi de *eſcharite* pane agebatur: & h. l. adnotavit Dalech. eſſe Gallorum *gaufres* vel *oublies*.

In ARISTOPHANIS verſu, ex *Agricolis*, perperam ἄρτων & ὀβελιῶν vel ὀβελιᾶν edd. quibus in ἄρτων adſentitur *ms. Ep.* Recte vero ἄρτον *ms. A.* & ὀβελίαν *mss. A.* & *Ep.*

b Utramque emendationem recepit Brunck in Fragm. Ariſtoph. pag. 226. num. 5. ex *ms. B.* Et ſic iam ante ex coniectura correxerat Pierſon ad Moer. pag. 287.

Ὦλεν ὀβελίαν σποδιῇ, ἄρτου δὲ μὴ προτιμᾶν. Corruptum iſtum PHERECRATIS verſum prudens omiſit Epitomator. σποδιῷ habent ed. Ven. & Baſ. σποδιῇ ed. Caſ. Tum μὴ τιμᾶν ed. Ven. & Baſ. μὴ προτιμῶν ed. Caſaub. caſu-ne, an conſulto, neſcio. Dein vero adnotavit idem CASAUBONUS: »In Ecloga ex *Epiteſmone* PHERECRA»TIS, ſcriberem, Ὦλεν ὀβελίαν σποδιῇ· ἄρτου δὲ μὴ προ»τιμᾶν. *Olen*, proprium viri nomen. Hunc monet, ut »*obelias quidem torreat & paret, ſed ne pani anteponat*: hoc »eſt, ut obeliis utatur non ut ἐδέσμασι, ſed ut ἡδύσμασι.« — Inde προτιμᾶν adoptatum in ed. Caſ. 2. & 3. At vel ſic miſere adhuc laceratum locum iudicavit PIERSON ad Moer. l. c. quem peritioribus Medicis perſanandum ſe ait relinquere. In προτιμᾶν, ni fallor, conſentiunt *mss. A.* & *B.* quod tamen metro non convenire videtur. Pro σποδιῇ ex *ms. A.* adfertur σποδιν, (ſic, abſque accentu:) ex *ms. B.* vero σπόνδιν. Quibus ſub monſtris quid lateat, lubens a doctioribus diſcam. Notus eſt Ὦλην, *Olen*, vetus poëta epicus, de quo Fabric. Bibl. Graec. T. I. pag. 106 ſq. Sed is quidem nihil cum hoc loco, niſi ipſum nomen, (ſi modo ſatis recte id ſcriptum in noſtris libris) commune habet. *Ibid.* ἐν ταῖς πομπαῖς παραφέροντες. περιφέροντες legendum cenſuit PIERSON ad Moer. l. c. Pariter BRUNCK ad oram ſui libri notavit: »περιφέρον»τες cod. reg. [*ms. B.*] a prima manu: & ſupra παραφερ. »Sed prius placet.« — Mihi ferendum viſum erat vulgatum, a quo ſtant *mssti A.* & *Ep.* Poſſit proprie denotare παραφερειν, *publice circumferre, ita ferre aliquid ut omnium oculis ſit expoſitum.* Inde transfertur ad *hominum ſermonem: proferre in medium*, *commemorare*, ut apud Demoſth. T. II. ed. Reisk. pag. 1479. & apud Epictet. Differt. II. 17, 14. item *circumferre*, *cum oſtentatione ubique commemorare*, *iactare*, ut in Epicteti Enchirid. cap. XXXIII. 8.

Σωκράτης ἐν ἕκτῳ Ἐπικλήσεων. SOCRATEM *Coum*, intellige; cuius libri Ἐπικλήσεις θεῶν inſcripti, id eſt, *de Deorum cognominibus*, commemorantur a Diogene Laërt. II. 47. & Scholiaſte Apollonii Rhod. ad I, 966. De quo vide Reineſ. Var. Lect. lib. III. pag. 437. & MENAGIUM ad Laërt. l. c. qui de corrigenda apud Athenaeum vulgata

ſcriptura monuit. Pluralem oportuiſſe recte etiam viderat b Dalecampius. Feſtiva & perdocta eſt ad hunc locum VILLEBRUNII Adnotatio: »*On pretend que Socrate n'a rien écrit. »Ce paſſage & autres prouvent le contraire: à moins qu'on ne »liſe Soſicrate.*« *Ibid.* ἐν ταῖς στρατιαῖς. Ab editis ſtant *mss. A.* & *Ep.* Satis notum eſt, στρατιὰν proprie *exercitum* denotare; στρατείαν vero, *expeditionem.* Sed haud raro inter ſe permutari eadem vocabula, veteres etiam Grammatici adnotarunt. vide Ammon. de Diff. Vocab. pag. 130. At id quidem ſemper per librariorum errorem factum putem.

Ἔτνίτας ἄρτος, ὃ προσαγορευόμενος λεκιθίτας. Εὐνίτας h. l. *mss. A.* & *Ep.* cum edd. Sed pag. 114. ἐνίταν edd. & *ms. A.* (Ibi vocem omiſit Epitomator.) Adſenſus ſum CASAUBONO, monenti: »Vera lectio eſt ἐτνίτας. »Heſychius: Ἐτνίτας, ἄρτος οὗτος ὁ λεκιθίτας: conve»nienter Athenaeo.« — Rectius apud Heſych. editur: Ἐτνίτας ἄρτος· οὕτως ὁ λεκιθίτας. Pergit CASAUB. »*Leci»thitae* mentio fit in χελιδονιζόντων Cantico: [VIII. 360. c.] »χελιδὼν καὶ λεκιθίταν οὐκ ἀπωθεῖται. Sed panem hunc in »placentarum cenſum alii referunt. Euſtathius [ad Odyſſ. »φ'. pag. 767, 30.] λεκιθίταν interpretatur πλακοῦντα ᾧ »παραμέμικται καὶ ᾠοῦ λέκιθος: *placentam cui admixtum »ovi luteum.* Quo illis mens, qui [ut Dalecampius] *le»cithitam* dictum tradunt ob affuſum oleum, quia λέκυ»θος ſit trulla olearia? Quot verba in his, tot portenta.« —

Πανὸς, ἄρτος, Μεσσάπιοι. »Non capio ſatis quod ſe- c »quitur, παγὸς ἄρτος. Μεσσάπιοι καὶ τὴν πλησμονὴν πα»νίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσματα. Vellem planius animi ſui »mentem expoſuiſſet: nam haec aenigmatis ſimilia. An »hoc vult, παγὸν apud quosdam Graecorum panem di»ctum fuiſſe? Eclogarius ita excerpſit: Παγὸς δέ τις ἄρ»τος οὕτως καλεῖται, ὅτι [immo ſic diſtinctum in noſtro »*ms. Ep.* καλεῖται. Ὅτι] Μεσσάπιοι τὴν πλησμονὴν πα»νίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσμια φασί. Etiam mssti meliores »Athenaei πλήσμια ſcribunt, non πλήσματα.« CASAUBONUS. — Mihi, adhibitâ ea verborum diſtinctione, qua in contextu uſus ſum, ſatis perſpicua ſententia, ſatiſque cohaerens viſa erat oratio. »*Meſſapii*, inquit, (in»ferioris Italiae populus) τὸν ἄρτον *ſuo idiomate* (quod a »Doribus acceperant) *panum vocant; pariterque Ro»mani, panem.* Quae voces Graecae ſunt originis, *id*

c » *quod bene implet, pascit, nutrit*, significantes. *Similiter* » *enim Blaesus, Dinolochus, Rhinton*, poëtae dorica lingua » utentes, *repletionem* vel *satietatem*, πανίαν *nominant; &* » *cibos bene nutrientes*, πάνια. « — Vox πλήσματα perperam ex ed. Ven. in alias omnes erat propagata: recte πλήσμια *mssti A. B. & Ep.* frequens apud Nostrum vocabulum, idem valens ac πολύτροφος. vide modo III. 91. a. & 115. e. Ista, quae hîc commemorat Athenaeus, dorica vocabula, & ipsum nomen πάνος, quo Messapios uti pro τῷ ἄρτῳ ait, & latinorum *panem*, intelligi par est (ut iam olim Vossius in Etymologico docuit, Opp. Tom. I. p. 426.) derivari a graeco verbo πάω, (pro quo fortasse etiam πάνω dixere Dores & Aeoles) cuius primariam notionem probabiliter Lennep & *Everard.* Scheidius in Etymologico linguae Graecae T. II. p. 743. in *premendo, stipando, densando* posuerunt; unde deinde orta significatio *alendi*, quasi *cibis replendi & effarciendi:* a quo verbo manifeste sunt etiam latina *pasco, pavi, pabulum*, & similia. conf. *Scheidii* Indicem Etymol. vocum Latinarum, l. c. p. 1246 sq. in *Pabulum*, & in *Panis*. Ad eamdem observationem Grammaticam, quam hîc in transcursu tradidit Athenaeus, spectabat etiam Hesychiana glossa: Πάνεια· κεχορτασμένη: quae tamen non satis emendata videtur.

Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβᾳ. » Blaesus, qui hîc lauda» tur, illaudatus est auctor: nedum ut eius fabula *Meso*» *triba* nobis aliunde sit cognita. Libro XI. [pag. 487. b. » c.] nominatur eius drama Σατοῦρνος, *Saturnus;* ex quo » suspicamur sub imperio Romano vixisse illum & scri» psisse. Hesychius unus praeterea, quod sciam, e vete» ribus, *Blaesum* nominat, duobus locis: quorum alter » est in litera M. alter in Φ. uterque medicinae egens. « Casaubonus. Tum idem Casaub. ad XI. 487. b. c. » Blaesus Comicus, inquit, in Sicilia aut Magna Grae» cia vixit, & scripsit Dorice, quod paucula verba (quae » ibi adferuntur) declarant. « — Βλέσος h. l. ed. Ven. & Bas. cum *ms. A.* (Tria poëtarum nomina omisit Epitomator.) Βλαῖσος correxit Casaub. ex p. 487. ubi verum tenebant omnes. De Blaeso hoc, quem silentio praeteriit in Bibliotheca Graeca Fabricius, paucula habet Vossius, De Poëtis Graecis, Tom. III. Opp. pag. 225. (ubi tamen operarum errore *Blaesius* scribitur) ponens in Poëtis incertae aetatis, monensque auctore Stephano Byz. fuisse

σπουδογελοίων ποιητὴν, ex Caprea insula oriundum. Non c recentioris aetatis, quod videtur significare Casaubonus, sed vetustiorem fuisse poëtam, cum ex hoc ipso loco suspicari licebat, tum ex lib. XI. pag. 487. probavit Valckenar. ad Theocr. pag. 294. ubi docuit Athenaeum haec & huiusmodi alia desumsisse ex *Pamphili* Alexandrini Γλώσσαις, quem Aristarchi discipulum fuisse constat; qui ipse Pamphilus haec talia ex *Diodori*, Aristophanis Alexandrini discipuli, Γλώσσαις Ἰταλικαῖς hauserat, ut discimus ex eodem Nostro, XI. 479. a. Hesychii loca, in quibus *Blaesus* auctor citatur, quae loca nobis apertius indicare non dignatus erat Casaubonus, sunt in vocab. Μοκκωνώσις, (pro quo fortasse Μοκκανώσεις oportuerat,) tum in Μολγῶ, & in Φυλατός.

καὶ Ἀρχίλοχος ἐν Τηλέφῳ. Ἄρχιππος corrigendum censuit Sevin, in commentatione de Vita & Scriptis Archilochi, in *Memoires de l'Acad. des Inscript.* T. X. pag. 52. Probabiliore atque etiam certa, ut videtur, ratione Ruhnkenius, ad Vellei. Paterc. pag. 20. »Nec *Telephum*, in»quit, scripsit Archilochus, nec vocem *panis* nosse »poterat. Legendum Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ. Gramma»ticus mstus in Biblioth. San-Germanensi: Πιττάκιον εἶπε »Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ. Dinolocho, Siculo poëtae, per»inde atque Epicharmo, licebat σικελίζειν, i. e. vocibus »uti sive Siculis sive Latinis; *panis*, *pittacium*, &c.« — Dinolochum, Epicharmi filium, XIV dramata dorico sermone scripta reliquisse Suidas refert. Rhinton, Tarentinus, Comicus & Phlyacographus sive Hilarotragoedus, satis notus: de quo nonnihil dictum in Casauboni Animadv. ad III. 86. a.

Ναστὸς, ἄρτος ζυμίτης καλεῖται μέγας. »De *nasto* pane, »& de voce ναστὸς, cuius gratia tam acerbe Galenus »exagitat Asclepiadem, dicemus alibi ἀκριβῶς. Ad manum »sunt quae de eo pane sive placenta scripsere Pollux, »[VI. 72. & 78.] Hesychius, atque Erymologici magni »auctor. Pro eo quod hîc ζυμίτης appellatur iste panis, in »Hesychio reperies ἀζυμίτης.« Casaubonus. — Correcta hodie apud Hesychium ea menda est: vide ibi Interpp. Pauca sunt, quae de hoc pane inferius adnotavit Casaub. ad XIV. 646. c. Apud Nostrum, haud multo post, pag. 114. a. perperam vulgo ναστὸν vel νάστον pro ἀνάστατον legebatur. Contra latebat id nomen in verbis corru-

ptis τὸν δ' εἶδεν ἀστὸν, X. 421. e. pro quibus τονδὶ δὲ ναστὸν oportebat.

d In NICOSTRATI vſ. 4. pro ſimplici μεμιγμένη, quod tenent quidem mſsti cum editis, συμμεμιγμένη ſcribendum monuit BRUNCK, quem ſecutus ſum. Ac ſane aut hoc ipſo aut alio fulcro indigebat labans metrum.

» Κνηστὸς, ἄρτος ποιὸς παρὰ Ἴωσιν, inquit auctor ex » *Artemidoro* Epheſio. Non explicant haec, *quale genus pa-* » nis ita fuerit Ionibus appellatum: minus multo id ſcias » ex Heſychio, cuius haec: Κνηστὸς ἄρτος, Ἀρτεμίδωρος. » Cauſſam nominis ſuſpicatur fuiſſe Euſtathius, [ad Iliad. » λ'. pag. 819 ſq.] διὰ τὸ κνᾶσθαι, ὡς εἰκὸς, καὶ οὕτω δια- » δίδοσθαι: quod *raſus* diſtribueretur. Hodie panis impo- » nendi menſis procerum cruſta inciditur, ac fere tota adi- » mitur. An hic eſt κνηστὸς, id eſt, *raſilis* panis? An κνη- » στὸν eum potius appellarunt, quem idiotiſmus noſter, » *pain gratté?* id eſt enim κνᾶν. Homerus [Iliad. λ'. 639 » ſq.] αἰγειον κνῆ τυρὸν κνήστι χαλκείῃ. Inde caſeus κνη- » στός. Similiter igitur dictus panis κνηστός. Libro XII. » [pag. 516. d.] in deſcriptione candauli, qui fuit Lydo- » rum cibus: γίνεται ἐξ ἑφθοῦ κρέως καὶ κνηστοῦ ἄρτου καὶ » Φρυγίου τυροῦ. « CASAUBONUS. — Hodie *pain chapelé* dicunt. Pro nudo ποιὸς, in *ms. Ep.* eſt ποιός τις, quod magis placet. Eamdem ſcripturam ex Epit. repetiit Euſtath. l. c.

Θρόνος, ἄρτου ὄνομα· &c. » Ut probetur, θρόνον *panem* » *quemdam* eſſe dictum, proferuntur NEANTHIS verba: Ὁ » δὲ Κόδρος τόμον ἄρτου τὸν καλούμενον θρόνον λαμ- » βάνει. Probatio erit clarior longe, ſi ſcribas, τοῦ κα- » λουμένου θρόνου: planior item oratio, ſi νέμει » ſcribas in fine, pro νέμουσι. « CASAUB. — Nihil ab editis diſſentiunt vetuſtae membranae. Uſum nominis, quem tacent (quod ſciam) alii Grammatici, adnotavit Athenaei Epitomator; (& ex eo Euſtath. ad Il. ω'. pag. 1504, 4.) ſed Neanthis verba omiſit. Quaenam ſit vis vocabuli θρόνος, his verbis nos docuit VILLEBRUNE: *Ce terme eſt* » *encore phénicien. Je l'entends d'un pain amylon, ou fait de* » *grain maceré & trituré dans l'eau, ſelon le premier uſage* » *de faire du pain. C'eſt le mot thron, de thara, macérer,* » *en Arabe. Le mot grec athara, puls, en latin, vient* » *auſſi de cette racine phénicienne.* « *Ibid.* Νεάνθης ἐν δευτέρῳ Ἑλληνικῶν. Hoc ſatis fuit, quod dabant edd. vett. cum

ms. A. nec opus erat adiecto articulo τῶν Ἑλληνικῶν, d
qui est in ed. Cas.

Βάκχυλος &c. »De pane *bacchylio* hoc tantum Athe-
»naeus, eum esse qui dicatur Eleis σποδίτης.« [Immo
vero, βάκχυλον, ait, *Eleis dici eum, qui aliás* σποδίτης.
Sic & Hesychius, cuius verba mox ipse adfert Casaub.]
»Exspectabam post illa testimonium aliquod veterum scri-
»ptorum, qui *bacchylum* nominassent.« [At *testem* citat
NICANDRUM.] »Nullum affertur; sed *Diphili*, qui *spo-* e
»*ditae* meminit. Hesych. Βάκχυλον, σποδίτην ἄρτον Ἠλεῖοι.
» Vulgo σπονδίτην. In *versu* DIPHILI, Ἄρτους σποδίτας
»χρυσειρήτας περιφέρει, tertiam dictionem non
»dubito vitium continere.« CASAUBONUS. — Corrupta
utique illa vox χρυσειρήτας. Quo magis mireris ex con-
iectura eam sic scriptam edidisse Casaubonum, ne com-
memoratâ quidem superiorum editionum scripturâ, quam-
vis & ipsâ manifeste corruptissimâ, χρισείρητας. Satis spe-
ciose VILLEBRUNIUS χιδρεικτας aut χιδρερεικίτας cor-
rigit: »*Le mot* [inquit] *vient de* χίδρα *grain nouveau,*
»*&* ἐρείκω, *triturer, broyer, monder. Casaubon pou-*
»*voit voir* χίδρα ἐρεικτὰ *dans le Levitique, ch. 2. v. 14.*
»*L'auteur l'appelle encore pain erikite.*« — At, cum ἐρικί-
τας qui vocatur panis, (pag. 114. c.) paratus esset *e tri-*
tico fracto, grumoso, non cribrato; hic e contrario de
pane agi ex bene *cribrata* farina parato, perspicue nos
docere visus est noster *cod. A.* in quo est κρησειρίτας:
pro quo κρησερίτας oportuisse, & manifesta vocis ori-
go & metri ratio arguebat. Est enim a vocabulo ἡ κρη-
σέρα, *cribrum, excussorium pollinarium;* de quo vide Pol-
luc. X. 114. & quae collegerunt H. Steph. in Indice Thes.
& Foesius in Oeconomia Hippocr. hac voce. In *ms. Ep.* de-
est Diphili testimonium: cuius in fine, pro περιφέρει,
quod erat editum, περιφέρειν scripsi praeeunte *cod. A.*

Ἄρτου δ' εἶδός ἐστι καὶ ὁ ἀποπυρίας καλουμ. - - ὑπό
τινων ζυμίτης. »De eo pane qui ἀποπυρίας dicebatur,
»& ζυμίτης, consule, si liber, in illis vocabulis Hesy-
»chium.« CASAUB. — Ζυμίτης supra commemoratus est,
pag. 109. b. c. ubi alius panis ζυμίτης, alius ἄζυμος. Pau-
lo ante, hac pag. lit. c. erat ναστὸς ἄρτος ζυμίτης. In
edd. h. l. perperam erat ὑπό τινος: recte ὑπό τινων *mss.*
A. & *Ep.*

Κρατῖνος, Μαλθακοῖς· Πρῶτον ἀποπυρίαν ἔχω ζυμιτα-

e μίαδου πλέους κνέφαλον. »CRATINI *verba* inquina-»tissima sunt. Lego, ἀποπυρίαν ἔχω ζυμίταν, μὰ Δι' οὐ »πλέων κεκρύφαλον. *Habeo panis cineritii fermentati non ple-»num reticulum.* κεκρύφαλον appellat quem γύργαθον alii »Graeci: Latini *reticulum panis*, ut dicebamus ad Theo-»phrastum. [ad Theophr. Charact. p. 297. cf. Animadv. »in Athen. I. 4. d.] Potest etiam ita, ἔμπλεων γναφάλων: »ut de *acerosо pane* intelligamus. γνάφαλον, *tomentum*, pro »*acere tritici* non invenuste usurparverit.« CASAUBONUS. — Si γνάφαλον illo sensu probari posset, poterat & ipsum κνέφαλον ferri, quod idem sonat, ut communi consensu docent veteres Grammatici. Coniectavit CORAY, legendum fortasse ζυμίταν, σποδοῦ πλέων, ἀπαλόν: adnotavitque de ἄρτοις ἀπαλοῖς sigillatim infra agi p. 113. b. Nihil hic nos adiuvat *ms. A.* in quo sic, ζυμιταμιαδου (absque accentu) πλέους κνέφαλλον. Totus locus omissus in Epit. Dalecampius suo ex ingenio sic verterat: *Zymiten, ingentem, plenum ac farctum, fuscum.* Villebrunius: »*D'abord j'ai du pain apopyrias, fermenté, & qui, certes, »n'est pas rempli de b a l l e :*« tum, quasi re optime gesta confectaque, subiecit hanc notam: »*Je ne sais pourquoi »Casaubon change* κνεφάλων *en* κεκρυφάλων: *c'est se jouer »des textes.* «

AD CAP. LXXVII.

f In ARCHESTRATI *vs.* 3. Ἔστι γὰρ οὖν τὰ κρατ. Claudicabat metrum, cum οὖν particula deesset editis, quam opportune obtulit *ms. A.* *Vers.* 5. ἐν Λέσβῳ, κλεινῆς Ἐρέσσου περικύμονι μαστῷ. »Strabo auctor est, [lib. XIII. p. »618. b.] *Ercsum, Lesbi oppidum, sitam fuisse in colle, per-»tinuisseque ad mare.* Scribi malim, ἐν Λέσβῳ κλεινῇ, κ' »Ἐρεσ. Vocem περικύμων improprie loco tribuit, quem »non ex omni parte pulsat fluctus. Melius idem alibi, »πίνειν ἐκ Λέσβου περικύμονος ἐκγεγαῶτα.« CASAUB. — Vulgatum tenent libri omnes.

a *Vers.* 6 *sq.* Θεοὶ εἴπερ ἔδουσιν ἄλφιτ' ἐκεῖθεν, ἰὼν Ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει. ἵνπερ pro εἴπερ legebat Dalech. *quâ* vertens, scil. *polentâ:* quod merito improbavit Casaub. Cum in editt. vett. & in Cas. 1. nullum esset distinctionis signum verbis supra scriptis interiectum; particulam εἴπερ usitata maxime notione accipiens, *quippe, quando-*

quidem, ἐκεῖθεν ad praecedentia verba retuli, eo ſenſu a quem in verſione expreſſi. Commodior fortaſſe aliis videbitur ratio, quam CASAUBONUS in Animadv. commendavit: »Θεοὶ εἴπερ ἔδουσιν ἄλφιτ', ἐκεῖθεν ἰὼν Ἑρμῆς [αὐτοῖς] ἀγοράζει. *Si Dii veſcuntur panibus hordaceis, illuc* »*itat Mercurius ut inde panem ipſis comparet.* Simile eſt illi »Varronis de Plauto, *Muſas Plautino ſermone locuturas* »*fuiſſe, ſi Latine loqui vellent.*« — Illa dein verborum diſtinctio recepta eſt in ed. Caſ. 2. & 3. eamdemque nunc video etiam in *ms. Ep.* adhibitam. In *ms. A.* nuſquam in hac regione videtur diſtincta eſſe oratio. Pro ἄλφιτ', eſt ἄλφιτα in utroque codice. Porro αὐτὸς ἀγοράζει legebatur in ed. Ven. & Baſ. αὐτοῖς tacite correctum in ed. Caſ. e msstis puto codicibus: conſentiunt certe noſtri *mss. A.* & *Ep.*

Verſ. 10. φαίνονται bene edd. cum *ms. Ep.* Perperam φαίνονται *ms. A.* *Ibid.* πρὸς ἐκεῖνα. πρὸς ἐκείνας *ms. Ep.* male; tum ibi reliqua huius verſus verba omiſſa. Unde vero orta ſit illa menda, oſtendit *ms. A.* in quo eſt πρὸς ἐκεῖνας ἀφεὶς: quod & tenuere editiones Ven. & Baſ. ſed perſpecte correxit Caſaub. tacite quidem, & mendoſae librorum ſcripturae nullam in Animadv. mentionem faciens. In eodem *ms. A.* cumulato errore, in fine verſus δόξης ſcribitur; pro quo δόξῃ poſuit editor Ven. δόξῃ vero Caſaubonus, ut deſiderabat ratio.

Verſ. 12. κόλλιξ. Vide Heſychium, Suidam, & Foeſium in Oecom. Hippocr. denique Corinthum de Dialect. pag. 259. Inde eſt diminutivum κολλίκιον, de quo ſub finem huius paginae. *Verſ.* 13. κριμματίαν tenent *mssti A.* b & *Ep.* cum edd. Videtur tamen haud obſcure ſive a τὸ κρῖμνον, *pollen*, ſive ab ὁ κριμνὸς, *hordeum*, ductum vocabulum. Infra, XIV. 646. a. eſt κριμνίτης, πλακοῦς ποιὸς διὰ κρίμνων γινόμενος: pro quo κριμνῆστις ſcribitur apud Heſychium. *Ibid.* χόνδριτον ἄρτον recte dedere *mss. A.* & *Ep.* Perperam χόνδριβον edd. quod inde etiam in Lexica manavit.

Verſ. 14. »Panem Tegeaticum, σεμιδάλεος υἱὸν vocat »Archeſtratus, ſicut paulo ante [pag. 110. f.] Philyllius »collabos, πυρῶν ἐκγόνους.« CASAUB. *Verſ.* 15 *ſq.* Τὸν δ' εἰς ἀγορὰν ποιεύμενον ἄρτον &c. Vide notata ad verba ἀγοραίων ἄρτων pag. 109. d. *Verſ.* 17. Ἐρυθραῖς. Perperam Ἐρυθρεῖς *ms. A.*

τὸν τῶν ἄρτων ποιητὴν recte *mss. A.* & *Ep.* Vitiose τῶν ἄρτου ed. Ven. Bas. & Cas. 1. tum τοῦ ἄρτου ed. Cas.
c 2. & 3. *Ibid.* ἠγνόει γὰρ τοὺς ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας &c. Significat Athenaeus, ipsius aetate in opere pistorio prae caeteris excelluisse *Cappadoces.* conf. p. 113. b. Pro ἠγνόει, corruptissime ἠγήσει est in *ms. Ep.* Qui dein sequuntur Archestrati versus, eos omisit Epitomator. Ibi in *vers.* 2. vocem νόου, cum ad sensum, tum ad versum necessariam, ignorat *ms. A.* Eam recte inseruit editor Ven.

AD CAP. LXXVIII.

Antiphanis *versus* praetermisit Epitomator. *Vers.* 1. Recte γεγὸς edd. γεγονὸς *ms. A.* *Vers.* 2. ποτε τῆσδ' ἐκ τῆς στέγης. Repraesentavi lectionem editionis Ven. & Bas. quae corrupta erat in ed. Cas. omisso τῆς articulo, proxime ante στέγης. Perperam *ms. A.* ποτε δ' ἐκ τῆς
d στέγης. *Vers.* 4. ἰπνὸν. Corrige ἰπνὸν: asper spiritus ex ed. Cas. 1. in nostram irrepsit. Vulgo sic scribebatur ille versus:

ἰπνὸν καταμπέχοντας ἐν πυκναῖς διεξόδοις.

ubi nil mutat *ms. A.* nisi quod magis etiam corrupte κατεμπέχοντας habet. Cum duabus syllabis abundaret versus, nec tamen prima vox ad superiorem versum reiici posset, variis modis tentatus est a viris doctis. Burgess in Appendice ad Daweśii Miscellan. Crit. pag. 346. cum alias emendationes tentavit, longius a librorum scriptura recedentes, tum hanc:

ἰπνὸν καταμπέχοντα πυκνὰς διεξόδους.

Quae verba sic interpretatus est: *furnum* (*amictum* quasi, &) *circumdatum frequentiâ hominum qui ingrediuntur & exeunt.* Adoptavi equidem rationem a Koppiers in Observatis Philolog. pag. 51. propositam, quae librorum vestigiis pressius insistit:

ἰπνὸν καταμπέχοντα πυκναῖς διεξόδοις:

quamquam non modo scripturae huius veritatem praestare non ausim, sed ne de sententia quidem satis sim certus. Metro quidem cum in hac, tum in *Burgessi* emendatione satis consultum est; quoniam tres syllabae τα πυκναῖς anapaestum efficiunt, quem pedem fert in ista sede apud Comicos iambicus senarius. Sed quod ad sententiam spectat, turbavit me vox διεξόδοις, quae qua

notione accipienda esset, haud satis liquebat. Intelligebat d KOPPIERSIUS, (si recte adnotavi sententiam viri, cuius libellus mihi nunc ad manus non est) *furnum qui ambit panes densis ordinibus locatos seu circumpositos.* Sic vero iam Dalecampius quoque interpretatus erat, *densis tamquam agminis ordinibus:* sententiâ minime sane incommodâ, si modo Graeci sermonis usus illam vocabuli notionem admittit. Quo de usu nihil mihi compertum esse fateor: nam quae ex Platone apud H. Stephanum in Thes. T. II. pag. 170. c. adferuntur duae dictiones, διέξοδοι πολιτικαὶ, *acierum ordinationes, aciei lustrationes & recensiones;* tum, διεξόδων ἄπτεσθαι, *castra movere;* nihil quidquam ad id, de quo quaerimus, conficiendum valere mihi visae erant. Itaque in eamdem fere cum BURGESSO sententiam accipi posse illud vocabulum existimavi, ut idem fere valeant διέξοδοι atque διαδοχαὶ, *successiones exeuntium & intrantium;* hoc discrimine, quod, cum ille ad *homines* retulerit hanc dictionem, ego ad *panes* referendam putarem, *frequenter sibi succedentes in furno, ut alii eximantur, alii rursus inferantur.* Nisi fortasse, sicut διέξοδοι etiam dicuntur *cursus astrorum*, & *orbitae*, *atque circuli*, quos illa suo cursu veluti in se redeuntes conficiunt, suspicari licuerit, pertinere illam dictionem ad designandam *figuram spiralem, aut concentricis quibusdam circulis constantem*, eorum panum de quibus agitur.

Vers. 6 sq. οὓς δὴ γονεῦς Θεαρίων ἔδειξεν. »Γονεῦς interpretantur docti, *posteris*, id est, ἐκγόνοις: quaerant »cui probent. Nos sic: *quos panes Thearion Panathenaeis »edidit, ceu artis suae specimen.* Mos veterum, omne ge»nus artificum solennibus festorum diebus de palma in»vicem contendere. Non enim soli poëtae suas fabulas »committebant; verum etiam alii, quicunque artis ali»cuius fiduciam habebant. Hae sunt quas Graeci δείξεις, »Latini *commissiones* passim vocant. De quibus non repe»tam quae nota sunt omnibus: dicam tantum, verbum »ἔδειξεν hîc aliter accipiendum non fuisse. Γονὰς inter»pretor *Minervae festum natalitium.* Panathenaeorum & »Quinquatriorum id fuit argumentum.« CASAUBONUS. — Equidem, quid hoc loco facerem, dubius haeseram. γονὴ, *sobolem, progeniem, liberos,* haud dubie, & satis quidem frequenter, significat. Et plerumque quidem in singulari numero ista notione usurpatum reperias; sed & in

d plurali, ut in Sophoclis Antig. vſ. 641. ed. Br. At de *poſteris* dictum an alibi occurrat, dubito utique. *Panathenaeorum* feſtum in commemorationem *nativitatis Minervae* fuiſſe celebratum, ſupra vidimus III. 98. b. ubi confer Animadv. pag. 166. Sed, Γονὰς dictum eſſe illud feſtum, a nullo quod ſciam auctore commemoratur. *Sam.* PETITUS, Miſcell. V. 5. p. 5. οὓς δὴ γονεῖς legebat; intelligens, *quos* (panes) *pinſere maiores noſtros docuit Thearion:* quaſi vero Graece diceretur δεικνύειν τι τινὰ, *docere aliquem aliquid.* TOUP Emend. in Suid. Part. I. p. 12. nullâ adiectâ ratione, οὓς δὴ μόνος ſcribendum contendit, cui ſuffragatus eſt KOPPIERS l. c. Noſtrae membranae vulgatum γοναῖς tenent.

Πλάτων ἐν Γοργίᾳ - - - Θεαρίων ὁ ἀρτοκόπος, καὶ Μίθαικος, &c. »Hodie apud Platonem [T. I. ed. H. Steph. »p. 518. T. III. ed. Bipont. p. 154.] ſcribitur ἀρτοποιὸς, »non ἀρτοκόπος, ex nupera viri docti emendatione; imo »ut vides corruptione. Etiam Xenophon uſus eo vocabulo [ἀρτοκόπος] ut obſervat Pollux. [VII. 21. ubi vide Interpp.] *Thearion*, *Mithaecus* & *Sarambus*, a Platone »nobilitati, etiam in aliorum ſcriptis leguntur. Themiſtius Orat. I. Μίθαικός τις ὢν ἔνδοθεν ἢ Θεαρίων. Scribe »apud eumdem Orat. IV. κάπηλος οὗτος ἢ αὐτοπώλης, κομψότερος μικρῷ Σαράμβου καὶ Θεαρίωνος.« CASAUBONUS. — Vir doctus, quem apud Platonem perperam ἀρτοποιὸς pro ἀρτοκόπος poſuiſſe Caſaubonus dicit, *Henr. Stephanus* eſt, qui illam invexit ſcripturam. Ante eum recte ὁ ἀρτοκόπος legebatur, (ſic in Platonis ed. Baſ. 1534. p. 330.) quod ipſum etiam apud Athenaeum cum editis tenent *mss. A.* & *Ep.* Quo de vocabulo, praeter Pollucis Interpretes, vide Viros doctos ad Phrynich. pag. 95. & ad Thomam Mag. pag. 113 ſq.

ὁ τὴν Ὀψοποιΐαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικήν. Satis ubique celebratae *Siculae menſae;* quarum etiam mentionem Noſter fecit I. 25. e. Laudanturque *Siculi coqui*, XIV. 655. f. & 661. f. Recte vero hoc loco συγγεγραφὼς dedit *uterque* noſter *ms.* ut eſt apud Platonem. Temere συγκαταγεγραφὼς edd.

e καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος. In omnibus Athenaei editionibus ſic legebatur, καὶ Σάραμβος ὁ Κάραβος, ὁ κάπηλος. Ubi monuit CASAUBONUS: »Illa, ὁ Κάραβος, non »ſunt apud Platonem: imo vero, uti cenſeo, non ſunt

» Platonis, sed Athenaei, variam scripturam codicum Pla- e
» tonis obiter indicantis. Lego audenter ἡ Σάραβος, ὁ
» καπ. Sic quidam istum nominant, non *Sarambum*: vide
» apud Tzetzem in decima chiliade. Pollux neque hoc,
» neque illud; sed *Sarabonem*; si modo ita scripsit, lib.
» VII. [sect. 193.] Σαράβωνα ὁ Πλάτων κάπηλον ὠνόμα-
» σεν, ἐπαινῶν αὐτὸν ἐπ' οἰνουργίᾳ. Plerique tamen *Saram-*
» *bum* indigerant: in his etiam Dicaearchus in geographi-
» cis fragmentis. Apud Plautum celebris vinarii nomen est
» *Exacrambus*, in Asinaria: [II. 4, 30.] *Sed vina heri quae*
» *vendidi vinario Exacrambo.* Ego non memini eam viri ap-
» pellationem usquam apud Graecos legere: ac fortasse
» *Sarambo* scripserant & Plautus & Graecus ille comicus,
» quem poëta latinus sequitur auctorem. « — *Sarambus*
etiam unice vocatur cum apud Suidam h. v. tum apud
alios multos auctores; in his, apud Aristidem, cuius ver-
ba protulit Iungermannus ad Polluc. l. c. porro apud Ma-
ximum Tyrium, Dissert. XXXIV. (pag. 340. ed. Heins.)
quae Dissert. quarta numeratur in ed. Davis. Lond. 1740.
ubi monuit DAVISIUS, cum apud Pollucem l. c. tum
apud Tzetzen Chil. X. 818. itemque apud Dionem Chry-
sostomum Orat. IV. pag. 75. ed. Morell. ubique Σάραμ-
βον scriptum oportuisse; & apud Athenaeum l. c. haud
dubie spongiae incumbere debere illas voces ὁ Κάραβος,
ex librariorum officina profectas. Rursus vero TOUPIUM,
in Emend. in Suid. Part. III. p. 409 sq. sic apud Nostrum
videas corrigentem, fere ut praeiverat Casaubonus, Σά-
ραμβος, ὁ καὶ Σάραβος. Litem omnem praeciderunt
nostri *mssti*, *A.* & *Ep.* quorum uterque & κάραβον & σά-
ραβον pariter ignorans, nihil aliud habet, nisi Σάραμβος ὁ
κάπηλος, prorsus ut apud Platonem legitur.

καὶ Ἀριστοφάνης. καὶ particulam, quae deerat editis,
commode dedit *ms. A.* Dixerat Athenaeus supra, οὗ μνη-
μονεύει Πλάτων, quo refertur nunc καὶ (nempe οὗ μνη-
μονεύει) Ἀριστοφάνης. Haec ex ARISTOPHANE omisit Epit.
Duo versus Comici in *ms. A.* & ed. Ven. sic erant scripti:

Ἥκω Θεαρίων, ὃς ἀρτοπώλιον λιπὼν
ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἐδωδία.

Dein, cum in ed. Bas. casu nescio, an consilio, ὡς po-
situm esset pro ὃς, repetitus is error est in ed. Cas. At
in Animadv. idem CASAUBONUS priorem versum, omis-
sâ illâ voculâ, sic scripsit:

e Ἥκω Θεαρίων, ἀρτοπώλιον λιτὼν.
Quod ferri non poſſe, monuit TOUP, Emend. in Suid. Part. I. p. 12. quia Θεαρίων ſecundam producit, adeoque unâ ſyllabâ longior foret verſus: obſervanſque idem vir doctus, reſpexiſſe Ariſtophanem Euripideae Hecubae initium, perſpecte docuit, (ibid. pag. ſq.) ſic conſtituendum priorem verſum, Ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον, verbo λιπὼν ad ſequentem verſum reiecto, quo & ipſe integer legitimuſque fieret ſenarius. Quam emendationem cum Brunckio (in Fragm. Ariſtoph. p. 230.) amplexus ſum. Fuerint fortaſſe, quibus magis probetur *Valckenarii* coniectura, ad Euripid. Phoeniſſ. p. 75. Ἥκω Θεαρίων ὁ τἀρτοπώλιον &c.

Verſ. 2. ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια. Vulgatum ἑδωδία tenet *ms. A.* »Quod verbum, quia Graecum non arbi»tror, [ait CASAUBONUS:] muto, ac ſcribo ἑδώλια. »Sic appellat *baſes* quibus inſiſtunt cribani: illas dico ae»neas menſas ſub teſta poni ſolitas, quarum meminit »Athenaeus lib. VIII. ἐνέθηκα κριβάνῳ, ὑποθεὶς τράπεζαν »χαλκῆν, ἑστάθευσά τε τῷ πυρί. In fornace calcaria ſo»lum lapide ſternebant: qui dicitur Catoni *fortax*, cap. »38. ut coniiciebat magnus Turnebus. Ergo ita expone»bamus: *Adſum Thearion, relicto meo artopolio, ubi ſunt »cribani.* κριβάνων ἑδώλια, periphraſis, pro *cribani.* Furnis »lateres erant ſubiecti, ut paulo poſt dicitur. « — TOUPIUS, poſtquam in Emend. in Suid. Part. I. p. 12. κριβάνων ἑδώδια ſcripſerat, *piſtoriam tabernam* cum Dalecampio vertens; revocatâ dein illâ ſcripturâ, ἑδώλια probavit in Epiſt. Crit. pag. 108. ubi tractavit ea, quae de hac voce apud Suidam leguntur. Quam correctionem cum Valckenario & Brunckio adoptans, ſimpliciter *ſedes* intellexi, nec eis opus eſſe ad explicandum illud vocabulum ambagibus exiſtimavi, quibus uſus Caſaubonus eſt. Nec tamen diſſimulo, paene magis mihi probari id, quod ſe maluiſſe CORAYUS noſter in Notulis mſstis ait, εὐωδία, id eſt, *bonus odor*, qui & paulo ante in pane *naſto* laudatus eſt pag. 111. d.

Εὔβουλος – – ἐν Ὀρθάννῃ. Nullus h. l. ex *ms. A.* diſſenſus adnotatur, qui alibi Ὀρθάννῃ gemina litera ν habet p. 108. a. & d. conf. pag. 105. f. Ὀρτάνῃ hîc ſcriptum f in ed. Caſ. 2. & 3. operarum errore. Duo verſus EUBULI, ſi recte percepi, trimetri ſunt anapaeſtici.

Τῶν δὲ κολλικίων ἄρτων. κολλίκιον est diminutivum vo- f
cis κόλλιξ, haud multo ante commemoratae sub initium huius paginae. Corinthus de Dialect. pag. 259. Κόλλιξ δέ ἐστιν εἶδος ἄρτου περιφεροῦς, ἐξ οὗ τὰ παρ' ἡμῖν κολλίκια. Confer quae ibi Koenius adnotavit, & quae Interpretes Hesychii in Κόλλικας. Adde Foesii Oecon. Hippocr. in Κόλλιξ. *Ibid.* οἱ αὐτοὶ δ' εἰσὶ τοῖς κολλάβοις. De *collabis* vide pag. 110. f. ibique notata. Verba ista per errorem ad *Cilicios* panes relata esse ab Eustathio, supra monitum est ad pag. 110. d. In Ephippi versiculo posteriori, pro vulgato κόλλικα, quatuor syllabis κολλίκια scriptum oportuisse, cum ipsa Athenaei verba proxime praecedentia suadent, ubi τῶν κολλικίων *meminisse Ephippum* ait, tum metri ratio: licet enim veluti metro soluta vulgo scripta legerentur huius poëtae verba, manifeste tamen duo anapaestici dimetri sunt, aut, si malueris, unus tetrameter. Ad illa verba adnotavit Casaubonus: »Prima verba, παρ' Ἀλεξάνδρου δ' ἐκ »Θετταλίας κόλλικα φαγὼν, ita verte: *cum edisset col-* »*licem ab Alexandro e Thessalia missum. Alexander*, opinor, »est Pheraeornm tyrannus. Pherae enim, *Thessaliae* oppi- »dum: *collices Thessalici*, omnium optimi. Archestratus: »[hac pag. lit. a.] κόλλιξ Θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω. Ex- »trema (κρίβανος ἄρτων) sunt corrupta. Fortasse, κριβά- »νιον ἄρτον: vel ἐκ κριβάνου ἄρτον.« — Ad metri rationem, κριβάνου ἄρτους vel ἄρτον fuerit convenientius.

Aristophanis *versus* ex Acharnens. est num. 872. in ed. Br.

AD CAP. LXXIX.

Ταῦτα σιτία κρονικά ἐστι. κρονικὰ, *vetustate obsoleta*, a *antiquata*. Vide Spanhem. ad Aristoph. Plut. 581. *Ibid.* ἡμεῖς γὰρ οὔτ' ἀλφ. »Agnosce reliquias veteris poëtae, »cum ait, ἡμεῖς γὰρ οὔτε ἀλφίτοισι χαίρομεν· πλήρης γὰρ »ἄρτων ἡ πόλις. Si unam adiicias dipodiam, integri fue- »rint senarii duo.« Casaub. — Priori versu fulciendum fuerit metrum interserta γε particula, Ἡμεῖς γὰρ οὔτε γ' ἀλφίτοισι χαίρομεν.

ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλῳ Χρυσίππου τοῦ Τυανέως συγγράμ- *Incidi in*
ματι ἐνέτυχον, ἐπιγραφομένῳ Ἀρτοποιϊκῷ. »*Incidi in*

a » *alium Chryſippi Tyanei Librum.* Cur ait *alium?* Nihil enim »praeceſſit quo iſtud referas. Scribe ἑπτὰ δὲ κἀγὼ Χρ.« CASAUB. — Eiuſdem *Chryſippi* librum, Ἀρτοκοπικὸς inſcriptum, citat Noſter lib. XIV. pag. 647. c. quem librum non fuiſſe diverſum ab eo qui Ἀρτοποιϊκὸς hîc nominatur, facile ſibi perſuaſerit, qui conſulet auctores ſupra a nobis citatos, (ad pag. 112. d.) ubi de permutatione vocabulorum ἀρτοκόπος & ἀρτοποιὸς egimus. *Vixiſſe* autem illum CHRYSIPPUM *haud multo ante Athenaei aetatem*, perquam probabiliter a Caſaubono paulo poſt obſervatum videbimus, rurſuſque infra ad XIV. 647. c. Quare pro καὶ ἄλλῳ ſuſpicatus ſum καὶ νεαλεῖ fortaſſe legendum; ut hoc dicat, *quoniam etiam in recentem, in nuperam aliquam ſcriptionem* incidi: cui voci eo etiam aptior hic fuerit locus, quod ea ratione τὸ νεαλὲς opponetur τοῖς κρονικοῖς. *Ibid.* ἔρχομαι καὶ αὐτὸς λέξων. Cum λέγων eſſet editum, CASAUBONUS tamquam de ſua coniectura monuit: »Ἔρχομαι λέγων non recte poſi»tum, pro ἔρχομαι λέξων. Herodotus, ἔρχομαι ἐρέων vel »φράσων. Athenaeus non multo poſt, [pag. 116. e.] ἔρ»χομαι κἀγὼ λέξων τι περὶ αὐτῶν.« — Atqui ipſum λέξων, in futuro tempore, hic quoque dedere noſtrae *membr. A.* Totum iſtum introitum huius capitis omiſit Epitomator.

Ὁ ἀρτοπτίκινος ἄρτος. Sic *ms. A.* ἀρτοπτίνικος *ms. Ep.* ἀρτοπτικίνος penacute edd. Si accentum in penultima poſitum velles, *circumflexus* erat adhibendus. *Artopticius panis* Plinio, XVIII. 9, 21. num. 1. & cap. 11, 27. ubi monuit Harduin. nomen habere a vaſe vel teſto, in quo excoquebatur, quod ἀρτοπτεῖον vocabatur. vide Polluc. X. 112. Ad latini nominis formam, & ad formam ſequentium nominum κλιβανίκιος & φουρνίκιος, malles fortaſſe ἀρτοπτίκιος cum Harduin. & aliis: ſed ferenda
b eſt membranarum ſcriptura. *Ibid.* κλιβανικίου καὶ φουρνικίου. Cum paulo poſt in φουρνίκιος conſentiant cum editis *mssti A.* & *Ep.* & hoc loco φουρνικίου etiam habeat *ms. Ep.* recipiendum hoc putavi. Pro φουρνακίου, quod hîc erat in *ms. A.* & in editt. vett. temere φουρινακίου eſt in ed. Baſ. De iſtis panum nominibus vide Plin. l. c. *Ibid.* ἐὰν δὲ καὶ σκληρᾶς ζύμης ἐργάζῃ. Sicut mox ἐξ ἀνειμένης ait, ſic haud dubie hîc ἐὰν δὲ ἐκ σκλ. aut ἐὰν δὲ καὶ ἐκ σκληρᾶς ſcripſerat. ἐκ σκληρᾶς & ἐργάσῃ corrigebat CORAY. Mox, pro κλιβανίκιος eſt καὶ βανίκιος

in *ms. A.* quod notandum ob alios ſimiles earumdem mem- b
branarum errores.

ματερίαν. »CHRYSIPPUM *Tyaneum*, ex quo tam mul»ta recitat hîc Arrianus, *recentem Athenaei temporibus ſcri»ptorem fuiſſe*, indicio ſunt Romana vocabula quibus uti»tur: ut, δεῖ δὲ τὴν ματερίαν ἀνειμένην ποιεῖν. *Mate»ria* Latinis eſt, quam vernaculus ſermo noſter *paſtam* »appellat. Plinius: [XVIII. 11, 27.] *Durat ſua Piceno »in panis inventione gratia, ex alicae materia.* « CASAUB. — ματέριαν antepenacute ſcribebatur in edd. contra Graecorum in talibus nominibus uſum. Sex iſta verba omiſit Epitomator. Paulo poſt vero ματέρια cum editt. vett. habet *ms. Ep.* ubi melius ματερία ed. Caſ. *Ibid.* ἄρτος λέγεται Καππαδόκιος. »*Panis Cappadocii* etiam libro IV. [p. 129. »e.] fit mentio, in Carani nuptiis: προσεδόθη καὶ ἀργυ»ροῦν ἀρτοφόρον ἄρτων Καππαδοκίων. « CASAUB. — Conf. pag. 112. c.

Τὸν δὲ τοιοῦτον ἄρτον οἱ Σύροι λαχμὰν προσαγορεύουσι. c
»*Syris* [inquit] *dicitur lachman iſte panis.* Hebraeis di»citur *panis*, *lechem*: Syris & Chaldaeis, *lachma*. Pro»pius ad vocem λαχμὰν accedit Chaldaica dictio in Gloſ»ſis Aruk, *lachmanijoth*: quam interpretantur de *ultimis »menſae ferculis*. Sed monuit me ex aliorum Rabbinorum »commentariis *Petrus Chevalerius*, vir linguae ſanctae dum »viveret peritiſſimus, mihique ob ſingularem pietatem & »morum probitatem chariſſimus, *lachmanijoth* Syris fuiſſe »appellatas, quas nos Francoceltae vocamus *oblias*: de »quo ſatis diximus in praecedentibus. « [ad pag. 109. d.] CASAUBONUS. — Vide Buxtorfii Lexicon Chald. Talmud. & Rabbinicum, col. 1135. & Bocharti Chanaan lib. II. cap. 7. pag. 806. ed. Cadom.

καί ἐστιν ἄνθει παραπλήσιος. »Hîc ἄνθος ſignificat »χρῶμα, & per excellentiam *colorem rubrum*. Sic infra lib. »XIII. pag. 564. b. ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει. Ita »& Hippocrates ἀνθηρὰ uſurpat in ſenſu τοῦ ἐρυθρά. cf. »Foes Oecon. Hipp. in Ἄνθος. « CORAY. — ἄνθος de *colore* dictum, praeſertim *purpurarum*, ſupra vidimus, III. 89. a. Cui notioni etiam hîc unice locum dare in *verſione latina* debueram; ſed ita, ni fallor, ut pro illis, *eſtque ad rubrum colorem accedens*, ponerem, *eſtque colore ſimilis*: nempe *Syrorum panis ille* colore ſimilis eſt ei quem Graeci *mollem* vel *Cappadocium* adpellant. *Coloris* haud poſtremam

c rationem habuiſſe hunc ſcriptorem, mox ſatis perſpicue ipſe oſtendit, cum ait, ἔλκει χρῶμα κάλλιστον: eodemque pertinere videtur vocabulum λαμπρὸς, quo paulo ante bis uſus eſt. Dalecampius verterat, *farinae flori ſimilis.*

ὁ δὲ βωλιτῖνος -- πλάττεται μὲν ὡς βωλήτης. In βωλιτῖνος libri conſentiunt omnes. Deinde vero, manifeſto vitio, βουλίτης eſt in ed. Ven. & Baſ. pro quo βωλίτης ed. Caſ. Sed βωλήτης communi conſenſu dedere *mss. A.* & *Ep.* quod quin reciperem eo minus dubitavi, quoniam & Romani in ea voce (*boletus*) vocalem *e* tenuerunt. Scripturam per *iota*, βωλίτας, ex Galen. lib. II. de Alim. Facult. cap. penult. citavit Bodaeus ad Theophr. p. 28. ubi videndum an meliores quoque codices vulgatam tueantur ſcripturam. Citat ibidem idem Bodaeus βωλῖται ex PAULO AEGINETA lib. I. cap. 77. ubi βωλῖται ſaltem, penultimâ longâ, oportebat; ſed in *vetere* quidem *Codice manu exarato*, quem BRUNCKII noſtri liberalitati debeo, perſpicue βωλῆται ſcriptum reperio. Eſt in eo codice *Caput* περὶ Ὑδνων καὶ Μυκήτων, numero οε id eſt, *quintum & ſeptuageſimum.* Ad hunc Athenaei locum haec adnotavit CASAUBONUS: »*Boletinus* & *bolites* videntur eſſe quem »alii βωλίαν: Heſychius tamen *maζam*, non *panem* nomi»nat. Βωλία, inquit, βολὶς· μάζης εἶδός τι ἐν ταῖς θυ»σίαις.«

Ἐφ' ᾗ ἐπιτίθεται. Minime improbo ἐφ' ἧς, quod habent editi: ſed ἐφ' ᾗ eſt utriuſque codicis ſcriptura, quam debui tenere. *Ibid.* ὑποπάσσεται τῷ κεράμῳ χόνδρος τις. ἐπιπάσσεται malles: ſed ferendum vulgatum iudicavi, quod tuetur codex uterque mstus. ὑποπάσσεται dictum intellige reſpectu τοῦ ἄρτου: nempe ἐπιπάσσεται quidem τῷ κεράμῳ, ſed ita ut ſit ὑπὸ τοῦ ἄρτου. Simillima ratione, paulo ante, ὑποπασσόμενης μήκωνος dixerat. τῷ κεράμῳ tacite correxit Caſaub. de quo iam ante monuerat Hoeſch. Nempe ſic recte dabat Epitome Hoeſcheliana, cui adſentiuntur noſtri *mss. A.* & *Ep.* Corrupte τῷ ῥήμῳ ed. Ven. & Baſ. *Ibid.* καὶ ἔλκει χρῶμα κάλλιστον, ὅμοιον τῷ φουμώσῳ τυρῷ. Percommode κάλλιστον *mss. A. & Ep.* pro quo ἄριστον edd. In Epitome dein deſunt quatuor verba, quae in editis ſic legebantur, οἷον τῷ φουμ. τυρ. corrupte haud dubie: ubi recte ὅμοιον pro οἷον dedit *ms. A.* In voce φουμώσῳ, quae pure pute latina eſt, nil mutat idem codex. Caeterum an apud alium:

quempiam ſcriptorem mentio occurrat *caſei fumo durati*, non habeo exploratum.

τὸ καλούμενον ἀρτολάγανον. Videtur idem eſſe atque τὸ d λάγανον p. 110. a. *Ibid.* εἰς δὲ τὰ καπυρίδια καλούμενα τράκτα μίξεις ὥσπερ καὶ εἰς ἄρτον. Perperam οἱ δὲ pro εἰς δὲ *ms. Ep.* καπυρίδια vero ambo dedere *codd. A.* & *Ep.* pro καπύρια quod erat editum. Dein poſt καπυρίδια articulum τὰ, quem ibi ignorat *ms. A.* cum editis, repetit *ms. Ep.* ſic, τὰ καπυρίδια τὰ καλουμ. τράκτα: & eodem modo ex Epitoma Euſtath. ad Iliad. π'. pag. 1116, 26. addens etiam καὶ particulam, τὰ καλουμ. καὶ τράκτα. Sic vox καπυρίδια, quae ex lectione codicis *A.* adiectivum nomen eſt cum ſubſtantivo τράκτα iungendum, fit ſubſtantivum nomen. Quae probabilior videtur ratio, cum ipſa forma *diminutiva*, καπυρίδιον, *ſubſtantivum* nomen arguat. Quare non miror, eamdem rationem etiam H. Stephano in Indice Theſ. col. 1135. b. fuiſſe probatam, ubi Athenaei verba ex hoc loco ita citat, uti ab Euſtathio adlata ſunt. Caeteroquin vox καπύριον nuſquam alibi, quod ſciam, niſi apud Suidam legitur, in illa gloſſa: Καπήρια εἶδος πλακοῦντος, τὰ παρ' ἡμῖν καπύρια. In fine, ubi vulgo legitur ὥσπερ καὶ εἰς ἄρτον, quo pacto ferri vox ἄρτον poſſit, (quam tenet quidem cum editis uterque codex ms.) non video: omninoque aut ἀρτολάγανον cum Dalecampio, aut λάγανον, hic ſcriptum oportuiſſe arbitror. Philoxeni Gloſſae Λάγανα, *tracta* interpretantur. Conf. Heſych. in Λάγανα, & ibi Interpp. — »Vox Romana eſt τράκτα. Quid eſſent *tracta* vel *tractae* in »panificio, expoſuit pridem Ioſephus Scaliger ad Tibullum: »[I. 6, 86.] inde reperitet ſtudioſus lector. Frequens vox »Catoni in placentarum confectione.« CASAUB. — Vide Caton. de Re Ruſt. cap. 77. Conf. Harduin. ad Plin. XVIII. 11, 27. Ab eo vocabulo, traiectâ literâ, ductam Francogallicam vocem *Tartam*, Turnebus ſtatuit Adverſar. lib. XXIII. cap. 10. cui quidem minime ſe adſentiri Harduinus ait loco cit.

AD CAP. LXXX.

Ταῦτ' ἐκθεμένου - - τοῦ Ῥωμαίων μεγαλοσοφιστοῦ &c. De hac ironica laude quae tribuitur ei homini, quem ſub ARRIANI nomine induxit Athenaeus, vide ſis quae dixi

T. I. Animadv. pag. 24. quibus quod nunc adiiciam nihil habeo in promtu. *Ibid.* Δάματερ, σωφίας! Intellige, ὦ τῆς σοφίας! Sic Ἡράκλεις, τῶν βεμβράδων! VII. 287. d.

e πάντες ἕνα ἔχουσιν ὀφθαλμὸν, ὡς μόλις διὰ τὸ πλῆθος ὁρᾶν. »Frigide dictum: *ut vix cernere possint, ob multitu-* »*dinem*, i. e. *quia multi sunt uno eodemque oculo utentes.* « CORAY. — Mihi haud satis liquere fateor. Intellexeram, *tam multos coclites simul vix tantum cernere, quantum unus qui utroque oculo uteretur bene valente.* *Ibid.* μακαρίους -- μᾶλλον δὲ μακαρίτας. Vide Animadv. ad pag. 108. f.

f Οὗτοι, ἀνιπτόποδες &c. Intellige ὦ οὗτοι, *o vos!* nam pergit dein in secunda persona loqui, ὁ προπάτωρ ὑμῶν. At ipsam illam vocem non debueram a sequentibus separare, quae etiam simul cum his legitimum efficit hexametrum:

Οὗτοι ἀνιπτόποδες, χαμαιευνάδες, ἀερίοικοι.

Quae dein sequuntur, disiecta membra poëtae sunt. Si tamen ex eadem consecutioue versuum EUBULI desumta; fuerint ista initium hexametri,

ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες — —

Si ex diversa fabula, aut ex alia eiusdem fabulae parte; possis in istis,

λάρυγγες, ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες,

senarium agnoscere iambicum: cui tamen an veniam daturi sint artis magistri ob tres continuos pedes anapaesticos, addubitare subit. Quidquid sit, notabis vocabulum παραδειπνίδες, idem valens ac παρασίτους, παραμασῆτας, sed in foeminino genere enunciatum; quod quo referatur, docebit nos is cui succurret fabulae argumentum, e qua ducta illa verba sunt.

Διογένης - - - ἔλεγεν, ἄρτον ἐσθίειν καλῶς πεποιημένον. »Vetus dictum est, non oportere τοῖς ἡδύσμασιν uti ceu »ἐδέσμασι. Haec sunt *alimenta*, quibus necessario vesci»mur, ut exhaustas corporis vires reficiamus: illa sunt »*scitamenta*, quibus appetitum irritamus. Perditissimi catil»lonis sit, non alimentis velle ali, sed gulae irritamentis. »Hoc discrimen sublatum ivit DIOGENES *Cynicus*, cum »*aviditate magna placentam vorans*, (Gregorius Nazianz. »σησαμοῦντα ait fuisse; scribens in priore Iulianea, non »sine allusione ad hanc historiam, Diogenem prae cupe»diarum amore postposuisse τοὺς εὐτελεῖς ἄρτους τοῖς ση»σαμοῦσι:) interrogatus quid ederet, *panem*, inquit, *pro-*

»*be confectum.* Cuius responsionis, obscurae multis, vis f »patet ex iis quae ante diximus. Significavit enim canis »impurus, sibi esse ἐδέσματα, quae sint aliis ἤδύσματα: »neque ullum se inter illa discrimen facere.« &c. CASAUBONUS. — Ad eamdem narratiunculam, super qua tragoedias istas civit vir optimus, pertinere videtur id quod de eodem Diogene apud cognominem Laërtium his verbis traditum legimus: VI. 56. Ἐρωτηθεὶς, εἰ σοφοὶ πλακοῦντα ἐσθίουσι; Πάντ' εἶπεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι. *Interrogatus, an sapientes placentulis vescerentur? Omnibus, inquit, vescuntur, sicut caeteri homines.* Ac poterat, puto, idem quaerenti, *cur, cum sapiens haberi vellet, libenter* (si ita res ferret) *placentulis vesceretur?* haud absurde respondere quod ad eamdem quaestionem Lucianeus Demonax respondebat: *Putas-ne igitur, stultis favos construere apes?* (Lucian. in Demonact. cap. 55.)

ὦ λοπαδάγχναι. Si sana vox, quam eodem modo scriptam tenet *codex A.* omisit autem Epitomator; valebit id quod cum Dalecampio in versione posui, *patinarum strangulatores.* Sed eo sensu λοπαδάγχαι fortasse oportuerat, quemadmodum legisse Dalecampium existimavit CASAUBONUS, cum ait: »Probo λοπαδάγχαι scribi, »ut emendant docti, non λοπαδάγχναι. Similes sunt vo»ces in hoc scriptore, [IV. 162. a.] λοπαδοφυσηταὶ & »λοπαδαρπαγίδαι.» — Mihi vero paene persuasum est, λοπαδολίχνοι aut λοπαδολειχοὶ legendum, i. e. *patinas lingentes.* Referendum autem hoc vocabulum ad duo illa, quae paulo post leguntur, λευκῶν ὑπογαστρ. ut λοπαδολειχοὶ λευκῶν ὑπογαστριδίων, idem sonet ac λείχοντες λοπάδας λευκῶν ὑπογαστρ. *O vos lingentes patinas candidorum suminum.* Valet enim idem τὸ ὑπογάστριον vel ὑπογαστρίδιον atque τὸ ἤτριον vel ἠτριαῖον aut ἡ ἠτριαία, ut ex Polluc. II. 170. & VI. 72. intelligitur. cf. Nostr. VII. 302. e. f.

ἑτέροις οὐ παραχωροῦντες φθέγγεσθε, καὶ τὰς ἡσυχίας οὐκ ἄγετε. φθέγγεσθε, τὰς ἡσ. οὐκ ἄγετε ed. Cas. omissa καὶ particula: quae si abest, rectius fuerit φθέγγεσθαι, ad παραχωροῦντες relatum, quod habent edd. vett. quae & ipsae καὶ ignorant. Et *ms. A.* quidem pariter φθέγγεσθαι habet, sed simul καὶ -- ἄγετε: ex quo colligitur, φθέγγεσθε eum debuisse, suo vero more αι cum ε permutasse. Sic vero simul ad verbum πα-

ραχωροῦντες cogitatione ſupplendus fuerit infinitivus φθέγγεσθαι, hoc modo: ὑμεῖς ἑτέροις οὐ παραχωροῦντες (φθέγγεσθαι,) φθέγγεσθε (μόνοι,) καὶ τὰς ἡσ. οὐκ ἄγετε. *Mox*, a ἀρτων ἢ ὀστέων, genitivos partitivos, cum editis tuentur membranae. *Ibid.* πόθεν ὑμῖν, εἰδέναι &c. Formula frequentis uſus in familiari ſermone, πόθεν σοί; ſcil. εἴη, vel γένοιτο. Vide Indicem Graec. Epictet. in Πόθεν.

τὸν θάργηλον, ὅν τινες καλοῦσι θαλύσιον. »De pane »*thargelo* habes apud Grammaticos: de *thalysio* etiam apud »Theocriti interpretes in eius poëtae Thalyſia.« CASAUB. — De θαργήλῳ *pane* apud veteres Grammaticos nihil mihi contigit reperire. Heſychio & Suidae, ὁ θάργηλος, *olla* eſt, *in qua primitiae frugum coquebantur, Dianae & Apollini offerendarum in Thargeliorum ſolenni.* Etymologus vero docet, τὸ θερμὸν dictum eſſe θάργηλον. De Cereris ſacro, cui θαλύσια nomen, agitur apud Theocr. Idyll. VII. Apud Heſychium gloſſa eſt: θαλύσιος ἄρτος· ἀπὸ τῆς ἄλω πεττόμενος πρῶτος: in eamdem ſententiam cum CRATETE apud Noſtrum, ubi ait, θάργηλον καλεῖσθαι τὸν ἐκ τῆς συγκομιδῆς πρῶτον γινόμενον: quae verba repetens Euſtathius ad Iliad. ι'. pag. 680, 29. pro θάργηλον, θαλύσιον ἄρτον nominavit; quod vocabulum iſti ſynonymum eſſe docuerat eum Athenaeus.

καὶ τὸν σησαμίτην. Ad vulgatam olim ſcripturam, τὸν σαμίτην, adnotavit CASAUBONUS: »Σαμίτην *pa-* »*nem* invenio nuſquam: itaque lego καὶ τὸν σησαμίτην. »Sed placet omnino lectio quam ſubiecit nobis Epitoma »Hoeſcheliana, in qua verba haec καὶ τὸν σησαμίτην iſto »loco non habentur, ſed paulo mox, hoc modo, Ἔστι δὲ »καὶ ὁ σησαμίτης καὶ ὁ πυραμοῦς διὰ σησάμων πεττόμενος, »καὶ τάχα ὁ αὐτὸς τῷ σησαμίνῳ ὤν. In Excerptis quidem »σαμίτης ſcriptum eſt: ſed quis non videt, σησαμίτης eſ- »ſe ſcribendum neceſſario, hac admiſſâ verborum tex- »tura?« — Vetus eſt menda σαμίτην, pro σησαμίτην, quam & *ms. A.* tenet, & ſuo in exemplo invenerat Epitomator. Caeterum ſuo arbitratu, ut ſaepe aliâs, ſic hoc loco idem Abbreviator ſtructuram mutavit verborum, & partim etiam ipſa Athenaei verba. Similiter vero in noſtro *cod. Ep.* ſic ſcribitur: καὶ σαμίτης, καὶ πυραμοῦς, διὰ σησάμων πεττόμενος. ὁ αὐτὸς τάχα τῷ σησαμίνῳ. σησαμίδες, dorice σασαμίδες, commemorantur in placentarum numero lib. XIV. pag. 646. f. & IV. 172. e. Con-

fer Hesych. in Σησαμίτης, & Σησαμόεντ' ἄρτον. Pro καὶ a τάχα ὁ αὐτὸς, est καὶ τάχει ὁ αὐτ. in ed. Cas. 2. & 3. operarum errore.

οὐδὲ τὸν ἀνάστατον καλούμενον. Desunt haec Epitomae. τὸν νάστον ed. Bas. & Cas. nescio an & *ms. A.* ex quo nihil discrepantiae adnotatum: ναστὸν ed. Ven. At νάστον panem nemo novit; de ναστῷ vero pag. 111. c. d. dictum est: hic autem exspectabas nomen in superioribus praetermissum. Illud esse ἀνάστατον, idque hoc loco reponendum, dubitare nos non sinit Suidas, in iusta literarum serie haec scribens: Ἀνάστατοι· πλακούντων εἶδος. οὗτοι δὲ αὐταῖς ταῖς ἀρρηφόροις ἐγίνοντο. Falli enim KÜSTERUM, cum ex vulgata hoc loco apud Athenaeum lectione corrigendum Suidam contendit, declarat & Hesychiana glossa, Ἀνάστατοι· πλακοῦντος γένος: & Eustathius qui ad Iliad. σ', pag. 1224, 31. idem nomen ex Pausaniae Lexico adnotavit: quem Eustathii locum si inspexeris, intelliges, quae Suidas l. c. habet, ea non (ut Küsterus existimavit) ex Athenaeo, sed ex eodem Pausania ducta esse. Restituendam Nostro illam vocem monuere PIERSON ad Moer. pag. 142. & VALCKENAR. ad Theocr. pag. 398. *Ibid.* ταῖς ἀρρηφόροις. Cum ταῖς ἀρνηφόροις vitiose esset editum, monuit CASAUB. »Scribendum ὃς ταῖς ἀρρηφόροις γίνεται. De *Arrephoriis* festo »[in Minervae honorem celebrato] & virginibus *arre*»*phoris*, Harpocration, Suidas, alii.« — Et Suidas quidem, cum in hac voce, tum in Ἀνάστατοι. Veram h. l. scripturam dedit noster *ms. A.* Vide Meursium in Graecia Feriata, voc. Ἀρρηφόρια.

πυραμοῦς. Rursus memoratur, XIV. 647. b. Conf. paulo b ante, ubi de σησαμίτῃ. Hesychius: Πυραμοῦς· εἶδος πλακοῦντος, ἐκ πυρῶν πεφυγμένων καὶ μέλιτι ἀναδεδευμένων. *Mox*, pro σησάμων, corrupte σησαμένων ed. Ven. & Bas.

τῶν Ϋιαγόνων. »Ϋιαγόνας explicat Hesychius, οἱ παρε»τίθεντο τοῖς θεοῖς.« CASAUB. — Inde, pro πεττόμενοι, quod mox sequitur apud Nostrum, παρατιθέμενος malles cum SOPINGIO. Sed ferendum vulgatum; pro quo paulo post (lit. c.) ubi eadem glossa ex Nicandro repetitur, γινομένους habemus. Ϋῖος (sive Ϋιὸς) pro θεὸς dicebant Cretenses, teste Hesychio: sic & Boeoti, ut docet Grammaticus ined. citatus a docto Hesychii editore. *Ibid.* ἄραξις. Forsi. ἀράξεις. Nominatus autem videri po-

b terit hic panis a legumine illo, cui ἄρακος vel ἄραξ nomen; de quo vide H. Steph. in Ind. Thes. Cui non repugnat, quod *legumina* in universum sic definit Galenus, ut *eos* esse dixerit *fructus Cereales, e quibus panis non conficiatur. Ibid.* παρ' Ἀθαμᾶσιν. Perperam παρ' Ἀθάμασιν edd. Et magis corrupte παρὰ Ϛαμασιν (sic) *ms. A. Mox*, in vulgato καὶ δηλοῦνται nil mutat idem *ms. A.* In Epit. desunt huius Capitis postrema.

AD CAP. LXXXI.

Ἄρατον δ' ὑπὸ Θεσσαλῶν. »Suspecta sunt καλούμενον δ' ἄρτον ὑπὸ Θεσσαλῶν. Panis δαράτου supra fa»cta mentio ex Nicandri Glossis.« CASAUB. — Vulgatum olim δ' ἄρτον tenet *ms. A.* omisit autem *Epit.* Ego vero Casauboni nutum sequi non dubitavi. vide p. 110. d. *Ibid.* Ἐτνίταν - - λεκιθίτην· ἐρικίταν τε καλεῖσθαι. »Scribe ἐτνίταν, [pro vulgato ἐνίταν,] & ἐρεικίταν. »Non est diversa ratio nominis: nam etiam ἔτνος est »ἐρεγμὸς, sive πυρὸς ἐρηρειγμένος.« CASAUB. — Non improbo ἐρεικίταν, quod etiam tuetur aliquatenus *ms. Ep.* in quo est ἐῤῥεικίτης. Sed & ἐρικίταν probum erat, quod tenet *ms. A.* cum edd. Nam perinde & ἐρίκω & ἐρείκω dicitur, *frango, contundo.* Vide H. Steph. Ind. & Hesych. in Ἐρείκει, ibique notata ab editore. Quare dein etiam
c ἐρηριγμένου teneri potuit, quod dabat idem *ms. A.* pro ἐρηρειγμένου, quod erat editum. Conf. Foesii Oecon. Hippocr. in Ἐρείκω. ἐῤῥηγμένου habet *ms. Ep.* quod ex interpretatione Epitomatoris est, a verbo ῥηγνύω: quemadmodum etiam apud Hesychium ἐρείκει per ῥηγνύει exponitur.

ξηροπυρίταν, τὸν αὐτόπυρον ἄρτον. αὐτόπυρος panis commemoratus est pag. 110. e. — »*Xeropyritam* alibi non memini »legere: memini *pseropyritam* adnotare apud Hesychium, »ubi suspicio mendae non habet locum. Eius verba sic »eduntur: Ψηροπυρίτας, ἀπόπυρος ἄρτος· οἱ δὲ, πυριεφθής· »οἱ δὲ, κακός. Dubitare non possumus, de eodem pane »utrumque loqui, imo eiusdem glossographi verba utrum»que describere. Hesychium, si quid iudico, sui codices »in errorem induxerunt: longe enim Athenaei lectionem »antepono.« CASAUB. — Fortasse dialecto nescio qua ψηρὸς olim dicebatur pro ξηρός. Sic certe apud eumdem Hesychium est etiam glossa, Μεσόψηρον· ἡμίξηρον. *Mox*,

quam ex NICANDRO adfert gloſſam, Διαγόνας ἄρτους, c eamdem paulo ante ex Tryphone prolatam vidimus.

Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον Κυλλάστιν καλοῦσιν. »Dalecampius interpretatur *ſubacidum panem.* Sic *acidas* »vel *acidulas aquas* vocant Latini, quae Graeci ὀξίζοντα »ὕδατα. Alio tamen nos rapit auctoritas Iulii Pollucis, »qui [VI. 73. ubi mendoſe καλλιστεῖς vulgo editur pa- »num illorum nomen] pro ὑποξίζοντας dixit, τοὺς εἰς ὀξὺ »ἀνηνεγμένους, *faſtigiatos* vel *turbinatos*, ad inſtar ſorbo- »rum. Heſychii locum, foede corruptum, non praeter »rem hîc correxero: Κυλλάστις ἄρτος τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ὑπὸ »ῥιζῶν ἐξ ὀλύρας. Cedo iſtas radices, ex quibus confit cyl- »laſtis. At enim, ſi fit ex radicibus, quomodo ex olyris? »De radicibus olyrae ſentit fortaſſe gloſſographus? Mi- »nime: nam & repugnant verba huic interpretationi, »& Herodotus, a quo & Hecataeo ſumſerunt omnes. »Ἀρτοφαγέουσι δὲ, inquit, [Herodot. II. 77.] ἐκ τῶν »ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κολλῆστις [hodie »κυλλῆστις edunt] ὀνομάζουσι. Quid plura! Scribendum »aio ex Athenaeo, ἄρτος τις ἐν Αἰγύπτῳ, ὑποξίζων, ἐξ »ὀλύρας. De *cyllaſte* infra iterum libro X. [pag. 418. e.] »Quam varie autem nomen hoc ſcriptum reperiatur, ante »nos aliis obſervatum eſt.« CASAUBONUS. — Vide Heſychii, Pollucis, & Herodoti Interpretes ad loca citata.

In *verſu* hexametro *ex* ARISTOPHANIS *Danaidibus* prolato, poſtremum vocabulum maiuſcula litera ab initio ſcribi debebat, Πετόσιριν. Eſt enim *Petoſiris* philoſophi nomen & aſtrologi Aegyptii; de quo vide Suidam & quos ibi laudavit Küſter.

Quod deinde ait, ὁ δὲ Θυατειρηνὸς Νίκανδρος, indicat, *Colophonium Nicandrum* fuiſſe quem paulo ante nominaverat; qui & aliàs ſemper intelligendus, ubi patriae nomen non adiectum. Vide quae paulo poſt notamus, ubi de Philemonis libris παντοδαπῶν Χρηστηρίων agimus. *Mox*, ALEXI- d DIS *verſus penult.* dimidiatus, ut a nobis editus eſt, ſic in ſuperioribus etiam editionibus ſcriptus erat: monuitque CASAUBONUS, partem illius omiſſam ab Athenaeo eſſe, quae ad inſtitutum nihil faciebat. In *primo verſu*, recte poſt μόλις particulam γ' fulciendo metro inſeruere editores, quae deſideratur in *msto A.*

Βλῆμα. »Scribo cum Heſychio βλῆθα, non βλῆμα.« CASAUB. — Nempe ſic Heſych. Βλῆθα, ἄρτος ἐντεθρυμ-

d μένος. Βλῆμα vero apud Noſtrum tuetur uterque noſter codex: & tenet H. Stephanus, Theſ. I. 666. conferens cum vocab. βλωμὸς, quod ab eodem verbo βάλλω derivat Euſtath. ad Odyſſ. α'. pag. 39, 15. a quo & vox βλῆμα ducta eſt. conf. Etymol. M. in Βλωμός.

Φιλήμων δ' ἐν πρώτῳ Παντοδαπῶν χρηστηρίων. *De omnigenis Oraculis* interpretatur Dalech. quem & alii ſecuti ſunt & Fabricius in Biblioth. Gr. T. I. pag. 110. Mihi vero longe diverſa notione accipiendus ille titulus operis, ad explicandas *gloſſas* ſpectantis, viſus eſt. χρηστήρια dicuntur omnis generis *commoditates ad vitae uſum pertinentes*, apud ipſum Noſtrum IV. 204. f. & ſigillatim *vaſa ad vitae uſum idonea*, *utenſilia*, & *ſupellectilia*, ut docet Pollux lib. X. ſect. 11. Scripſerit igitur ille Gloſſographus *Philemon*, praeter Ἀττικὰς λέξεις ἢ Γλώσσας, etiam ſeparatim libros, quibus vocabula & nomina *Rerum omnium ad vitae uſum pertinentium*, & ſigillatim *Vaſorum*, *Utenſilium* & *Supellectilium* expoſuerit. Neque aliud fuiſſe argumentum arbitror trium illorum librorum περὶ Χρηστηρίων πάντων, (fortaſſe & ibi παντοδαπῶν ſcriptum oportuerat) quos Nicandro Colophonio, qui non modo poëta, ſed & Grammaticus fuit & Gloſſographus, Suidas tribuit in Νίκανδρος. Vox πυρνὸς, de qua hic agitur, cum *panis quoddam genus* denotet, potuit a Philemone in eis libris exponi, qui de *Variis vitae Commoditatibus* agebant: quoniam vero, ut Heſychius docet, etiam *mactram* πυρνὸν dixerunt nonnulli, ſuus rurſus huic vocabulo locus erat in eiſdem Philemonis libris, ſi χρηστήρια ſigillatim de *Vaſis* & *Utenſilibus* accipias; ſic nempe cum πυρνὸν tamquam *vas domeſticum* in illo opere commemoraſſet Grammaticus, ſimul alias eiuſdem vocabuli acceptiones adnotaverit; in his eam, qua de *panis genere quodam* uſurpatur. Sed quoniam ibidem, ut mox docet Athenaeus, etiam de aliis panum generibus egit, vocabulum χρηστήρια notione magis generali de *Rebus quibuſque ad vitae uſum commoditatemque pertinentibus* accipere malui. Caeterum πυρνὸς, de *pane* uſurpatum, ex πύρινος abbreviatum nomen, idem valet ac αὐτόπυρος, de quo ſupra pag. 110. e. ubi vide notata.

e βλωμιλίους τε ἄρτους ὀνομάζεσθαι λέγει τοὺς ἔχοντας ἐντομὰς, οὓς Ῥωμαῖοι κοδράτους λέγουσι. »Βλω»μὸς eſt *buccea tenuis* ſive *parva*. Heſych. Βλωμὸς, ἰσχνὸς

»ψωμός. Inde βλωμίλιοι ἄρτοι, *qui inciſiones habent, & di-* e
»*viſi ſunt in parvas bucceas*: imo vero in *quadras*. Nam
»ideo ſubdit, Latinis *quadratos* dici hos panes. βλωμὸς igi-
»tur *quadra* eſt, non *buccea*: quod Heſiodi declarat ver-
»ſus, de alimento operarum ruſticarum, [Ἔργ. 440.]
»Ἄρτον δειπνήσας τετράγλυφον ὀκτάβλωμον. Ineptum eſt,
»arbitrari ruſtici hominis famem *octo buccellis* poſſe ex-
»pleri. At *quadrae*, maiores erant partes in formando pa-
»ne ſolitae notari. Virgilius in Moreto:

»— — *Iamque ſubactum*
»*formatopus, palmisque ſuis dilatat in orbem,*
»*& notat impreſſis aequo diſcrimine quadris.*«

CASAUBONUS. — Vide Heſychii Interpp. ad voc. βλωμός: ubi SALMASII adfertur coniectura, βλωμιαίους pro βλωμιλίους corrigentis, ad Vopiſci Tacitum pag. 614. Tenet vero βλωμιλίους *ms. A.* Mendoſe βωμίλιοι ἄρτοι habet *ms. Ep.*

βραττίμην — τὸν πιτυρίτην ἄρτον. Cum βρωτίμην eſſet editum, adnotavit CASAUBONUS: „Quod ſe-
»quitur, βρωτίμην τε &c. ſuſpectum eſt de mendo. Fal-
»luntur qui ex hoc loco vocem βρωτίμη referunt in cen-
»ſum *panum*: nam omnium panum nomina vel cognomi-
»na eiuſdem ſunt generis cum ἄρτος. Igitur rectum eſſet,
»βρωτίμης. Ne id quidem placet: eſt enim contra ana-
»logiam. Scribe βρωμίτης. Videntur βρῶμον non ſolum
»pro *graveolentia* uſurpaſſe, verum etiam pro *inſuavitate*
»& ἀντὶ ἀηδίας: ex eo *panis furfuraceus* appellatus βρω-
»μίτης.« — Coniecturas praecidit optimus noſter *cod. A.* in quo βραττίμην. Epitomator haec omiſit. Sed codici noſtro ſuffragatur HERMOLAUS BARBARUS, Coroll. 109. ad Dioſcor. fol. 32. col. 4. (edit. Colon. 1530.) ubi ſic: »*Brattimes* & *Pityrites* idem eſt qui *furfuraceus*, a quibus-
»dam *euconos* & *teuconos* appellatus.« Ductum eſt autem illud vocabulum a verbo βράττω, quod in verbis ad *tractationem panis* pertinentibus refertur apud Pollucem VII. 24. ubi *ebullio* interpretantur, parum recte. Ineſt quidem ei verbo *aeſtuandi, effervescendi*, notio: ſed maxime denotat *aeſtuando expellere, eiicere*; qua ratione ἔβρασεν apud Suidam exponitur ἐκ τῆς θαλάσσης εἰς τὴν γῆν ἔῤῥιψεν, & apud Heſychium, ἀνέπτυσεν, ἐξέχεεν. Sic & apud utrumque Grammaticum, Βράσσει· ζέει, ἀναβάλλει. Denique vero propriam poteſtatem huic verbo ineſſe *iactandi*, *qua-*

e *tiendi*, atque adeo *vanno* vel *cribro excutiendi*, docuit RUHNKENIUS ad illam Timaei gloſſam Platonicam: Βράττειν, ἀνακινεῖν, ὥσπερ οἱ τὸν σῖτον καθαίροντες. Hinc Ἀποβράσαι apud Heſych. & Etymol. τὸ διαστῆσαι ſive διαπτίσαι πυροὺς ἢ ἄλευρα: & τὰ Ἀποβράσματα, apud eoſdem, τὰ σκύβαλα πυρῶν, *purgamenta tritici*, ſive, ut Suidas habet, quod inprimis huic loco aptum eſt, τὰ πίτυρα, id eſt, *furfures*. Inde igitur βραττίμης ἄρτος, (niſi forte βράττιμον, pro βραττίμην, debuerat librarius) idem qui πιτυρίτης. Mox deinde, ubi εὔκονον ἢ τεύκονον editur, particulam ἢ ignorat noſter *ms. A.* caeterum nil mutat. Nuſquam alibi, quod ſciam, vocabula iſta occurrunt. Si quis coniecturae eſſet locus, hariolabar equidem, pro εὔκονον fortaſſe ἔγκονον ſcriptum oportuiſſe, id eſt, ἐσπευσμένον, *deproperatum*.

Φιλήτας ἐν τοῖς Ἀτάκτοις. Rectius Φιλητᾶς ſcribitur apud Suidam, & alibi. Ἄτακτα, *inordinata*, *indigeſta*, i. e. *Miſcellanea:* quem titulum plures auctores libris ſuis inſcripſerunt. Intelliguntur autem plerumque *miſcellae Hiſtoriae*, quemadmodum diſerte Suidas interpretatur in voc. Εὐφορίων; hoc loco vero *Gloſſae miſcellae:* nam adiecto illo ſubſtantivo nomine, Φιλητᾶς ἐν ἀτάκτοις Γλώσσαις, citatur a Scholiaſte Apollonii Rhod. ad IV. 989. Conf. Valeſ. ad Harpocr. voc. Παιανεῖς, & Menag. ad Laërt. V. 26. In σπολέα, quod ſequitur, nil mutant membranae. σπονλέα operarum vitio ſcriptum in ed. Caſ. 3. ne putes σπονδέα debuiſſe. Poteras σποδέα ſuſpicari, quod idem ſonaret ac σποδίτης panis, de quo p. 111. e. Sed mera ſuſpicio foret; eoque magis lubrica, quod videtur in Perſica lingua quaerenda illius nominis origo. Certe, quod adiicitur, ὑπὸ τῶν συγγενῶν μόνον καταναλίσκεσθαι, (ſi vera illa ſcriptura) non in univerſum de *cognatis* intelligi par eſt, ſed de illis *Regis Perſarum cognatis*, de quibus agitur lib. II. pag. 48. e. ubi etiam τὸ συγγενικὸν ἄριστον (*convivium cognatorum*) commemoratur. Suſpectam vocem συγγενῶν habet CORAY, corrigitque εὐγενῶν, recordatus verborum Antiphanis p. 112. c. πῶς γὰρ ἄν τις εὐγενὴς γεγὼς & quae ibi ſequuntur. »Iſtud igitur panis genus (inquit) adponebatur tan»tum ἐν ταῖς γεννικαῖς εὐωχίαις, (infra pag. 347. d.) *in* »*nobiliorum epulis.*«

AD CAP. LXXXII.

Καὶ μάζας. De *mazis* confer infra, XIV. 663. a. b. Μᾶζαν Hesychius interpretatur ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ: Suidas, τὴν τροφὴν τὴν ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου. Plura in compendio dabit H. Steph. Thes. T. II. col. 806. *Ibid.* » Auctore Athenaeo, φύστην vocarunt Athe- f
» nienses *mazam* τὴν μὴ ἀγαν τετριμμένην, *non multum subactam.* Hesychius ait, τὴν ἀτριπτον: & Hippocrates ἀτρίπτου μάζης saepius meminit, opponens ei τὴν τριπτήν. » Reperio etiam panes ἀτρίπτους apud Aristotelem, Pro» blem. sect. XXI. « Casaub. — conf. IV. 149. a. ibique not.

καρδαμάλην. » Mazae hoc nomen est in editis li» bris, itemque in Hesychianis. Literulâ tamen mutatâ » καρδαμύλην scribendum arguunt Eclogae auctor & » Eustathius. « Casaub. — Habet utique καρδαμύλην Eustath. ad Iliad. ι'. pag. 639 extr. & Od. α'. pag. 52, 13 sq. nempe ex ipsa Athenaei Epitoma: quare nullum per se momentum ad firmandam hanc scripturam adfert Eustathii adsensus; nisi quatenus testificatur, in suo Epitomes codice eum sic scriptam vocem reperisse. Et consentit etiam noster *ms. Ep.* Nec vero idcirco ista scriptura praeferenda vulgatae, quam & vetustae nostrae membranae cum Hesychio tuentur, eamdemque & Photius agnoscit in Lex. ms. citato ab Hesychii editore. Et Photius quidem, non *Atticum*, sed *Persicum* facit edulium: Καρδαμάλη· μάζα ἐκ καρδάμης μεμαγμένη, βρῶμα γινόμενον Περσικόν. οἱ δὲ, Παρδαμάλη λέγουσιν. Itaque verba παρ' Ἀθηναίοις, quae praecedunt, non ita accipienda, ut dicat, *apud Athenienses in usu esse ista mazarum genera:* sed *apud Atticos scriptores mentionem eorum fieri.* Iisdem verbis, παρ' Ἀθηναίοις, respondent deinde ista, αἱ δὲ παρ' Ἀλκμᾶνι &c. Quod autem καρδαμύλη pro καρδαμάλη scripsit Epitomator, docti viri error est, cui scilicet nomen istud ex Iliade (ι'. 150, & 292.) notum erat, ubi oppidum Messeniae sic nominatur.

βήρηκα. » βήραξ, *magnae mazae* nomen: sed de no» mine βάραξ sive βήραξ diximus lib. IV. cap. VII. « [nempe ad IV. 140. a.] Casaub. — βήρακα, quod erat editum, in Hesychio praesidium invenit, ubi Βήραξ· μάζα μεγάλη. Sed & idem Hesych. Βήρηκες· - - μάζας αἰνῶδεν

f κέρατα ἐχούσας : ex eademque ſcriptura apud eumdem, in Τολύπη, natum eſt corruptum βήρικες. Et βήρηκες unice Pollux agnoſcit VI. 77. Eâdemque formâ βήρηκα h. l. dedit *ms. A.* conſentiente *ms. Ep.* qui mutatâ quidem orationis ſtructurâ βήρηξ habet. Quod IV. 140. a. legitur βάρακες, Doricum eſt. *Ibid.* καὶ τολύπας. » *Tolypae* mazae a figu» ra ſic dictae. Lanam purgatam & carminatam in globos » componebant, qui poſtea colo aptabantur : id vocatur » τολύπη. Inde igitur *tolypae* placentae, vel liba potius, a » ſimilitudine formae nominantur & libro XIII. Clementi » Alexandrino [Admonit. ad Gentes p. 11. a. edit. Heinſ.] » inter orgiorum τὰ ἅγια numerantur σησαμᾶς πυραμίδες » τολύπαι καὶ πόπανα πολυόμφαλα. « CASAUB. — Vide H. Steph. Theſ. III. 1586. Apud Noſtrum lib. XIII. pag. 571. f. ἡ τολύπη denotat *pilam ſive globum lanarum carptarum*, & generatim *pilam*, *globum*, *glomerem*.

ἐξ Ἀχιλλείων κριθῶν. » De *hordeo Achilleo* conſule Theo» phraſtum, [Hiſt. Plant. VIII. 4. & ibi Bodaeum a Sta» pel p. 934.] Galenum in Lexico Hipp. & cum de hoc, » tum de *Achillea maza*, Euſtathium. « CASAUB. — Suidas : Ἀχιλλείων· (ex Ariſtoph. Equit. 816.) τουτέστι κριθῶν καθαρῶν καὶ εὐγενῶν : nempe, ὁποίας ἂν ἤσθιον οἱ Ἀχιλλέως ἵπποι, ut ait Euſtath. ad Iliad. β'. p. 259, 30. *Ibid.* Θριδακίνας τε. Vide Meurſium ad Hellad. pag. 51 ſq. & Nunneſ. & Pauw ad Phrynichum, pag. 52. *Ibid.* μελιτοῦτταν. Sic ſcripſit Epitomator, & cum eo Euſtathius ad Iliad. ο'. pag. 1022, 13. recte : eſt enim a μέλι, μέλιτος, μελιτόεις, μελιτόεσσα. *Ibid.* καὶ κρίνον, καλούμενον καὶ σχῆμά τι &c. Perperam olim diſtincta verba erant hoc modo, καὶ κρίνον καλούμενον, καὶ σχῆμά τι. Ubi ſic oportuiſſe, ut a nobis editum, ratio docebat : & ſic acceperat Epitomator, qui paulo planius expreſſit ſententiam, ita ſcribens : καὶ κρίνον· καλεῖται δὲ κρίνον καὶ σχῆμα τι &c. Conf. Euſtath. l. c.

παρ' Ἀπολλοφάνει ἐν Δαλίδι. Δαλνίδι edd. & Δαλνίδει *ms. A.* » *Dalnidem* Apollophanis fabulam nuſquam, » ſi ſatis memini, invenies. Legebam Δαυνίδι, ut alibi in » his libris : vel certe Δαυλὶς, [Δαυλίδι voluerat :] nam » Suidae nominatur inter huius poëtae dramata Δαλίς. « CASAUB. — Δαυνίδι nuſquam, quod ſciam, ſcriptum reperitur : Δαυλίδι legitur lib. XI. pag. 467. f. in ed. Baſ. & Caſ. ſed ibi Δαλίδι habet ed. Ven. conſentiente *ms. A.*

quod convenit cum Suida in Ἀπολλοφάνης, nisi quod f apud hunc Δάλις penacute scribatur. Est autem δαλὶς (sive δάλις) appellativum nomen, *desponsatam* significans. Hesychius: Δαλίδας· τὰς μεμνηστευμένας. Scribitur etiam per τ literam idem nomen. Sic apud eumdem Hesychium: Τάλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος καὶ κατωνομασμένη τινί. Ubi, quod a docto Editore e Photii Lex. ms. citatur, Τάλιδος, τῆς μελλογάμου· οὕτως Ἀριστοφάνης. fortasse Ἀπολλοφάνης debuerat librarius. Conf. Suidam in Τάλις.

In ALCMANIS verbis, perperam Ἰριδακίσκας τε erat editum. Recte Ἰριδακίσκα τε dedere *mss. A.* & *Ep.* quod etiam ex Epitome Hoeschel. commendavit Casaub.

Ὑγεία δὲ καλεῖται &c. »Moris fuit apud veteres, ut, a »qui Deorum templa adirent, domum inde aliquid re»ferrent bonae fcaevae gratia: puta, vel libi fruſtulum, »vel unguenti aliquid, vel denique frondem virentem. »*Valetudini conducere* illud quidquid eſſet, quod e loco »ſacro abſtuliſſent, publicus fuit populorum Graeciae er»ror: propterea decermini illi fecerunt nomen ὑγίεια, »*ſanitas*. Heſychius: Ὑγίεια· ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ πε»φυραμένα· καὶ πᾶν τὸ ἐκ θεοῦ φερόμενον, εἴτε μύρον, εἴ»τε θαλλός. De hac *hygiea* Athenaeus hîc loquitur: *Sani»tas appellatur maza, quae in ſacrificiis datur, ut deguſtetur.* »Non dicit, morem hunc fuiſſe, ut libum iſtud domum »referrent qui Deos venerati erant. Videtur fuiſſe libe»rum, vel ibi ſtatim abſumere, vel diutius ſervare apud »ſe. Etiam in ſacris populi Romani *ſanitas* aliquando da»batur praemii loco: ſed is ritus diverſus eſt. Adi ad Pli»nium libro XXVII. cap. VII. « CASAUBONUS. — Ὑγείας mazae meminit etiam Pollux VI. 76.

HESIODI *verſus* eſt ex Ἔργ. vſ. 508. *Mox*, τὴν ποιμενικὴν λέγων καὶ ἀκμαίαν bene edd. ubi caret καὶ *ms. A.* ſed agnoſcit *ms. Ep.*

καὶ δρᾶμα (ſic corrige, pro δράμα) ἐπιγράφεσθαι Φρυ- b νίχου Ἀπελευθέρους, Μέναν δρον δ' ἐν Ῥαπιζομένῳ καὶ ἀπελευθέραν εἰρηκέναι. Novem verba, Φρυνίχου – – εἰρηκέναι, cum in editionibus Ven. & Baſ. deeſſent, e codicibus Italicis adiecit Caſaubonus. Eadem verba video ipſius Caſauboni manu ex Aegii collatione margini libri adſcripta, qui olim Caſauboni fuerat: ibique recte ſcriptum Φρυνίχου Ἀπελευθέρους, quod eſt etiam in *ms. A.* Pro

b quo quum per operarum errorem in ed. Caſ. 1. Ἀπελευθέρος eſſet expreſſum; inde, qui ed. Caſ. 2. & 3. curarunt, Ἀτελεύθερος fecerunt. Titulus illius fabulae, Ἀπελεύθεροι, addiiciendus eſt albo fabularum Phrynichi, quem in Biblioth. Graec. exhibuere Fabricius & Harleſius: quo in albo praetermiſſa eius fabulae mentio eſt, quoniam in Dalecampii Indice Scriptorum ab Athenaeo citatorum, editionibus Caſaubonianis ſecundae & tertiae praefixo, commemorata illa fabula non erat. Menandreae fabulae titulum ἐν Ῥαπιζομένῳ, qualem ediderat Caſaubonus, agnoſcunt etiam (ni fallor) noſtrae membranae. Sed in foeminino genere Ῥαπιζομένη efferunt alii omnes auctores, qui magno numero fabulae huius faciunt mentionem. Vide Menandri Fragmenta a Clerico collecta pag. 160 ſq. & Fabricii Harleſiique Bibliothecam graecam.

καὶ ἐπισυνάπτοντος. Si vera & integra eſt haec ſcriptura, quam cum editis tenent noſtrae membranae, intelligendum καὶ ἐπισυνάπτοντος ἄλλα τινὰ, aut aliquid in eamdem ſententiam, ſcilicet, *quumque idem alia nonnulla adiiceret*, vel, *quum in eo eſſet ut alia nonnulla adiiceret*. Similiter, ſed magis perſpicua ratione, pag. 123. e. ait, μέλλοντος τούτοις ἐπισωρεύειν τινά. Placet vero Coraxi noſtri coniectura, pro εἰρηκέναι καὶ συνάπτοντος, ſic legentis, εἰρηκέναι, συνάπτων οὗτος (ſcil. ὁ Οὐλπιανὸς) πάλιν ἔφη. Omnia iſta, inde a verbis Παραιτητέον δὲ καταλέγειν, praetermiſit Epitomator.

AD CAP. LXXXIII.

c Ἄρτοι, φησὶν, οἱ ἐκ πυρῶν, κριθίνων εἰσὶ πολυτρ. Vide de h. l. Salmasium de Homonymis Hyles Iatr. ad calcem Exercitationum Plinianar. pag. 70. Nil vero mutant libri: & in tam brevi fragmento nil temere mutandum. Denique plures taceo dubitationes, quae & mihi & aliis, toto hoc capite paſſim obortae ſunt: & univerſum hunc locum viris in hoc genere doctioribus diſcutiendum relinquo. *Ibid.* οἱ συγκομιστοὶ ἐξ ἀσ. ἁλ. γινόμενοι. Sic *mss. A.* & *Ep.* γενόμενοι edd. De pane συγκομιστῷ cf. quae collegit Foes in Oecon. Hippocr. voc. Ἄρτος συγκομιστός.

d Φιλιστίων δ' ὁ Λοκρός. Huius Ὀψαρτυτικὰ laudantur XII. 516. d. *Mox*, novem verba, πάντες δὲ οἱ θερμοὶ ἄρτοι - - πολυτροφώτεροί τε, omiſſa in editionibus pri-

moribus, ex Epit. Hoeſch. & ex codd. Italicis adiecit *Ca-* d
ſaubonus, vocem ἄρτοι tamen temere omittens, quam cum caeteris verbis agnoſcunt *mssti A.* & *Ep.* eamdemque etiam ex Aegii collatione Romana ad oram ſui libri propria manu adſcripſerat idem Caſaub. In *ms. Ep.* vero omiſſa ſunt undecim verba praecedentia, οἱ δὲ ἐκ γύρεως - - ὀλιγοτροφώτεροι. Ibi perperam ὀλιγοτροφώτεροί τε ſcribitur in ed. Caſ. ubi τε recte ignorat *ms. A.* Nempe in ed. Ven. & Baſ. adhaeſerat illi vocabulo particula iſta τε, cuius proprius locus paulo inferius poſt πολυτροφώτεροι erat, proxime ante iſta καὶ εὐχυλότεροι. *Ibid.* εὐχυλότεροι, & paulo ante κακοχυλοτ. per ο breve, recte, ut alibi, dedit *ms. A.* *Ibid.* οἱ δὲ τελέως. Sic ed. Caſ. Commode vero τελείως ed. Ven. & Baſ. cum *mss. A.* & *Ep.* quod teneri poterat.

ὁ δὲ ἱπνίτης καὶ καμινίτης. ὁ δὲ ἱπνίτης καλούμενος e καὶ καμιν. edd. Sed vocem καλούμενος ignorat uterque codex noſter, quorum auctoritate eam delevi. *Mox*, δύσπεπτοι καὶ δυσοικονόμητοι ſcripſi cum *ms. A.* Sic erat etiam in aliis codicibus Italicis, ut ex notula msta Caſauboni in ora libri, qui illius olim fuerat, cognovi. δύσπεπτος καὶ δυσοικονόμητος ed. Caſ. cum Epit. Hoeſchel. & noſtro *ms. Ep.* δύσπεπτος ed. Ven. & Baſ. omiſſis duabus vocibus καὶ δυσοικονομ. *Ibid.* διὰ τὴν τοῦ ἐλαίου ἐπίμιξιν. ἐπιμιξίαν *ms. Ep.* Continuo *ibid.* εὐεκκριτώτεροι in plur. ſcripſi, quia ſequebatur κακοστομαχώτερει in plurali, quod cum editis tenet *ms. A.* Sed & ibi quoque ſingularem κακοστομαχώτερος habet *ms. Ep.* In hac voce autem finem huius ῥήσεως facit idem *ms. Ep.* & ignorat particulam γὰρ, quam in ipſo fine adiiciunt edd. cum *ms. A.* Eam particulam ex verbo γίνεται vel γίνονται, compendioſe ſcripto, ortam eſſe, acute ſuſpicatus erat Coray, monueratque iam in Notis ad Xenocrat. de Alimentis ex Aquatilib. pag. 168. Quod *ibidem*, proxime ante, κνισσὸν pro κνισὸν habet *ms. Ep.* id quidem perinde eſt. *Ibid.* οὔτε γὰρ ἱστάνει κοιλίαν, οὔτε παρατείνει. »Apud Medicos τῷ, τὴν κοιλίαν ἱστάνει oppo»nitur ταράττει.« Coray. — Nec tamen auſus ſum mutare vulgatum, quod uterque *cod. A.* & *Ep.* tuetur. Poterit παρατείνει id ipſum ſignificare, quod in verſione poſui, *alvum moratur*: quo denotatur fortaſſe mitior gradus conſtipationis.

f τριχορρυεῖν. τριχορρύειν ediderat Caſaub. ubi accentus fuit in ultimam deducendus. Poterat & τριχορρόειν corrigi. τριχορεύειν quidem, quod tenet tamen uterque noſter codex, Graecum non eſt: niſi ſtatuas, ANDREAM *medicum*, Syrum natione, ſoloece ſic ſcripſiſſe. Ac poterat fortaſſe utcumque ferri τριχορρεύειν, a ῥεύω, pro ῥέω, cuius futurum ῥεύσω formatur.

Μνησίθεός φησι. Commode Μνησίθεος δέ φησι *ms Ep.* *Ibid.* ἐκ τῆς τίφης. Corrige in verſione, *ex tipha*. Plinius XVIII. 8, 19. *Zea*, *olyra*, *tiphe*: ubi vide quae notavit Harduin. & conſule Bodaeum ad Theophr. cum alibi, tum praeſertim pag. 955 ſq. ad lib. VIII. cap. 9. *Mox*, πέττεσθαι ſcribe cum msstis, pro πέπτεσθαι, quod ex edd. irrepſit. Iidem quidem deinde cum editis in φασὶν conſentiunt: ſed tam frequenter confunduntur φασὶν & φησὶν, ut citra temeritatem, ubicumque res poſtulare videtur, licitum eſſe debeat editori, in locum alterius ſubſtituere alterum. *Ibid.* εἰδέναι δὲ ὑμᾶς δεῖ. Commodum erat ἡμᾶς, quod ex ed. Baſ. in ed. Caſ. propagatum. Sed nil opus erat, ſcriptam mutare lectionem: in ὑμᾶς autem conſentit *ms. A.* cum ed. Ven. Denique, quod ait a τριφθέντα σιτία, res ipſa declarat, σιτία hic non *cibos in univerſum* dici, ſed ſigillatim *cibos ἐκ τοῦ σίτου paratos*, *alimenta frumentacea*, *cibaria ex frugibus cerealibus*: de quo ſignificatu illius vocabuli vide Foeſii Oeconom. Hipp. in Σῖτος. Tum vero verbum τριφθέντα non de *exterendis* frugibus cum Dalecampio erat accipiendum, ſed de *ſubigenda maſſa farinacea*: quemadmodum ſupra p. 114. f. ubi τὴν μὴ ἀγαν τετριμμένην μάζαν dixit, ad quae verba conſule quae a Caſaub. adnotata ſunt. Eiuſdem uſus verbi huius plura exempla H. Stephanus in Theſ. T. III. col. 1325. ex Ariſtotele collegit. Igitur iſta, τὰ μὴ πυρωθέντα ἢ τριφθέντα σιτία, latine ſic reddenda erant, *frumentacea cibaria ignem non experta*, *aut quorum maſſa non probe ſubacta fuerit*. Perperam τρυφθέντα ſcriptum in *cod. Ep.* Poſtremo, κεφαλαλγίας ποιεῖ bene *mss. A.* & *Ep.* κεφαλαλγίαν edd.

AD CAP. LXXXIV.

Μετὰ τὰς τοιαύτας. τὰς dedit *ms. A.* Deeſt edd. *Ibid.* τοῦ καλ. ὥραίου. De *horaeo* quod vocabatur *ſalſamento*, diximus nonnihil ad I. 4. b. cf. mox ad hanc pag. lit. e.

Hoc loco adnotavit DALECAMPIUS: »Ὡραῖον, quasi οὖ- a
»ραῖον, salsamentum est, e pulpa thynni caudae proxima,
»& idcirco minime pingui.« — PALMERIUS vero: »He-
»sychius (inquit) ὡραῖον dictum vult τάριχος τὸ κατὰ
»τὸ ἔαρ συντιθέμενον. Potest tamen sic dictum intelligi, διὰ
»τὸ ἐκ πηλαμύδος πεποιῆσθαι ὡραίας καὶ εὐμεγέθους οὔσης.
»Ex verbis Strabonis id conicio lib. VII. [pag. 320. b.]
»de Pelamydum [i. e. thunnorum] captura: εἰς δὲ Σινώ-
»πην προϊοῦσα, ὡραιοτέρα πρός τε τὴν θήραν καὶ τὴν τα-
»ριχείαν ἐστί.« Exercit. in Auctores Graec. p. 495.

Ἡσίοδόν φησι περὶ πάντων τῶν ταριχευομένων τάδ' εἰρη-
κέναι. Ad haec, & quae sequuntur, ista adnotavit CA-
SAUBONUS: »Absoluto eo sermone, quem de *Panibus*
»convivae habuerunt, transit auctor ad *Salsamenta*. Initio
»proferuntur *versus XIII.* quos EUTHYDEMUS pro *Hesio-*
»*deis* in libro *de Salsamentis* protulerat. Sed nae fuit hic
»homo aut imperitus vehementer, aut impudens insigni-
»ter, qui putaverit reperiri posse tam fatuos lectores qui-
»bus id probaret. Stultitiam hominis sive fraudem docte
»hic Athenaeus coarguit, validissimisque rationibus con-
»futavit. Versus sunt neque docti, neque elegantes, ne-
»que πῖνον illum vetustatis ullo modo redolentes. Haec
»fuere illorum vitia iam olim: nunc isthoc amplius etiam
»mendis deformibus sunt inquinati. Quibus orii plus est
»quam nobis, & maior rei coquinariae peritia, iis nos
»emendationem huius μαγειρικῆς ῥήσεως non invidemus.
»Interpretes quid praestiterint, quid nos praestare valea-
»mus, ex istis lector cognoscat.« — *Archestrato* versus il-
los tribuit Gesner pag. 973. memor vocari illum τὸν τῶν
ὀψοφάγων Ἡσίοδον apud Athen. VII, 310. a.

»*Versus primus* & *secundus*, ab Eclogario pro deploratis
»habiti, nobis non sunt emendabiles.« [Ex omnibus istis
versibus non nisi perpauca verba protulit Epitomator.
Ὅτι Εὐθύδημος, inquit, ὁ Ἀθηναῖος, παρατίθεται Ἡσίοδον
λέγοντα ἄλλα τε καὶ ὅτι »θύννων ὡραίων βυζάντιον ἔπλετο
μητὴρ, καὶ σκόμβρων· καὶ Πάριον κολιῶν κυδνὴ τροφὸς ἔσκε
πολίχνη.« Οὗτος δὲ ὁ ῥήτωρ φησὶν, ὅτι μαγείρου ταῦτα
ἔπη μᾶλλον &c.] »Vir doctus, [Dalecampius,] quem
»nullae salebrae toto opere cogere potuerunt ut subsiste-
»ret, emendabat, πρῶτον μὲν φακοὺς καὶ κριθὴν, τὴν ἐπὶ
»θοίνην. [Nempe sic vertens:

Lenticulam primum ac ordeum in convivium apposita

a *maxillis pannosi piscatores diffregerunt.*]
» Quanto erat tutius tacere quam adeo absurda loqui?
» Nos verba auctoris praestare non possumus: mentem
» possumus, & loci totius sententiam. Loquitur enim de
» confectione salsamentorum: pendetque hic versus a vo-
» ce τμήσσοντες, initio quarti. Illo igitur continebantur
» necessario piscium & cetorum partes, ex quibus salsa-
» menta constabant: puta, caput, κλεῖδες, ἦτρον vel ἤτριον,
» ὑπογάστριον, & omnia intestina. Fuere etiam partes quas
» vocarent τραχήλους & ὤμους, etsi proprie neque col-
» lum neque armos habent pisces. Ita interpretor quae so-
» la supersunt recte scripta, ἄμφακες στόμα, de *ore* scom-
» bri aut thunni *utrinque acuto.* Cetera non possum emen-
» dare. Ex iis quae diximus, facile qui erunt acutiores
» emendabunt. Ita vice cotis fuerimus functi. « CASAUB.
— Qui emendare tentabunt, meminerint in vetustis membranis posterius hemistichium sic scribi, καὶ κριταιαντα (hoc quidem absque accentu) καὶ ϑιόην.

» In *vers.* 2. ὠδάξαντο pro ἠνδάξαντο placebat scri-
» bi: sed hoc quam universae sententiae conveniat, non
b » video. « [ἠδάξαντο scripsi, monente Pierson ad Moer. pag. 41.] » In *tertio* legendum, οἷς ὁ ταριχόπλεως
» ἄδε Βόσπορος. « [Recepi ταριχόπλεως, ut certam emendationem, pro vitioso ταριτόλεως. Non mutavi vulgatum ἄδε, quia sic multi codices apud Homerum: & Hesychius, Ἄδε, ἤρεσε: & de *spiritu* differte Eustathius monet ad Iliad. ν'. pag. 939, 8 sqq. perinde & *lenem* adhiberi posse a verbo ἀδεῖν, quod valet ἀρέσκειν, & *asperum*, a verbo ἥδειν i. q. ἡδὺ εἶναι.] » *Piscatores* & *cetarios Ponti-*
» *cos* intelligit. Pleraque salsamenta e Ponto afferebantur
» in Graeciam: ideo Bosporum vocat ταριχόπλεων, *ple-*
» *num salsamentorum.* Res clara: nec opus testimoniis,
» quae in his libris multa. [conf. Polyb. IV. 28, 4. &
» XXXI. 24.] Scribe etiam οἱ πιθόγαστροι, *quibus venter*
» *instar dolii est:* non πυθόγαστροι. *Gulae deditos* vocabant
» γάστρωνας, πίθους, ἀσκοὺς, & ϑυλάκους, ut ad Theo-
» phrastum dicebamus. Sic & Dalecampius scribit, sed
» aliter interpretatur: [nempe, *ventri obsequentes:*] quod
» non probo. « CASAUB.

» *Quartus versus* ita habet: τμήσσοντες, τετράγωνα
» τὰ χητρία τεκταίνονται. Ingeniose Dalecampius τὰ
» κύβια τεκταίνονται: nam *cybia* fuisse dicta quaedam sal-

» ſamenta certum; illis vero optime quadrat τὸ τετράγω- b
» να: ſic enim multa propter *quadratam* figuram a *cubo* ſunt
» denominata. Sed abit longe haec emendatio ab edita ſcri-
» ptura: etiam eo nomine ſuſpecta, quod τὸ υ in ea voce
» ſemper auctores corripiunt. Scribo τετράγωνα ταρίχη
» τεκταίνονται: vel τὰ ἤτρια, quamquam hoc non placet. « CASAUB. — Pro τμήσσοντες, quod erat editum, τμήγοντες dedit *ms. A.* quod non debui aſpernari. Inde ducuntur fut. 1. τμήξω, fut. 2. τμαγῶ: quorum thema τμήσσω ſtatuunt alii; ſed praeſens tempus ἀποτμήγουσι habet Homerus Iliad. π'. 390. Reliqua eiuſdem verſus verba in membranis ſic ſcribuntur, τε τρωαγονα ταχη τρια (omnia iſta abſque accentu) τεκταίνονται. In illis ταχη τρια ſuſpicatus ſum, ſed minime urgebo, nihil aliud latere niſi τάχ' ἢ τρία; ut τρία, poſt τετράγωνα poſitum, (ſive τρίτα fortaſſe oportuit) idem valeat ac τρίγωνα illa, i. e. *fruſtra triangularia*, quae dein rurſus verſ. penult. commemorantur.

Verſ. 5. » Ναὶ μὴν οὐκ ἀδαλὲς θνητοῖς γένος ὀξυορύγ- » χου. Putarunt ἀδαλὲς idem eſſe atque ἀνδὲς, *inſuave.* » [Sic Dalec.] Verte: *Certe quidem mortalibus non eſt innocuum genus oxyrynchi.* Heſychius: Ἀδαλές· ὑγιές. Quip- » pe δηλεῖν eſt *laedere:* unde δηλητήρια venena. « CASAUB. — Potuit, quem alii ὀξύρυγχον vocant piſcem, (quocumque ille de genere fuerit, de quo haud ſatis video conſtare) eumdem metri cauſſa ὀξυόρυγχον adpellare ille verſificator. Sed cur *non innocuum humano generi*, adeoque *noxium*, diceret piſcem, quem hoc uno conſilio commemorat, ut & integrum & in fruſta conciſum ſale condiri ſolere doceat? Nempe melioris veraeque lectionis veſtigium haud dubium in membranarum noſtrarum ſcriptura inveniſſe mihi viſus ſum. Sic illae habent, οὐ κακὰ ἐς θνητοις. Cogita ΟΥΚΑΚΑΕΣ: nec fere dubitabis, latere hîc ΟΥΚ ΑΚΛΕΕΣ. Mox, *verſ.* 6. ἀλεστρηχεις, fere ut editi, omiſſo modo accentu, habent *membr. A. Piſcatores* vertit Dalech. In eamdemque ſententiam CASAUBONUS: » Scribo, » inquit, ἀλιτρυχεῖς, *piſcatores:* ἀλὶ τρυχόμενοι. « — GESNERUS de Aquatilib. pag. 656. maiuſcula litera ſcribens Ἀλιστρηχεῖς, *neſcio quem populum* dici exiſtimaverat. Mihi nil aliud niſi duas voces, ἅλες τρηχεῖς, in unam hîc copulatas videre licuit. In fine verſus fidenter ἐκόμισσαν correxi.

c » *Octavum versum*, καὶ σκόμβρων βυθίων τε καὶ εὐχόρτου » λιβιβάττεω, quî concinnarem, multa veniebant in men- » tem: quod probarem, nihil succurrebat. Plus animi fuit » Dalecampio, qui de *raia* hîc agi divinavit: eam, puto, » intelligens, quae Graecis λειόβατος. Sed raiae isti quis » locus inter salsamenta? aut quomodo εὔχορτος dicetur » λειόβατος?« CASAUB. — De λειοβάτῳ vide Nostrum VII. 312. b. & Rondelet apud Gesner. de Aquat. p. 790 sq. Quo ex pisce, si praesertim adultior sit, cur non *salsamenta* confieri possint; aut quid vetet, quo minus εὔχορτος dicatur, nihil magnopere video; sive ea notione accipias hoc vocabulum, qua Dalecampius, *bene pastus* vertens, i. q. εὐχόρταστος; sive active, quasi εὖ χορτάζων, *bene satians*, quod vel de *grato sapore*, vel de vi *multum nutriendi* interpretari possis. Sed nihil equidem definire ausim. Gesnerus pag. 483. ex hoc ipso Athenaei loco, vulgatam tenens scripturam, *libibatten* piscis nomen statuit. Sed in verbis βυθίων τε, eodem versu, vitium inesse videtur. Certe, si βυθίων sit adiectivum ad καὶ σκόμβρων pertinens, quam in partem Dalecampius *in profundo latentium* vertit; perincommode hîc locata τε particula fuerit, quam tamen metri ratio hoc ipso loco desiderabat. Itaque nisi fortasse δὲ pro τε debuit librarius, ut καὶ -- δὲ valeat *atque etiam*, vel *& porro;* vide ne *piscis nomen* nescio cuius in ipsa voce βυθίων lateat.

Vers. 9. Cum κολίων penacute editum esset, monuit CASAUB. κολιῶν scribendum cum Dalech. qui *coliarum* in versione posuit. » κολίας enim, [inquit] non κόλιος dici- » tur.« Et κολιῶν recte scriptum in *ms. Ep.* cf. pag. 121. a. Mendose κωλιων *ms. A.* idque absque accentu. *Colias Parianus* laudatur apud Plin. XXXII. 11, 53. *Scomber ex Pario* apud Xenocr. de Alim. ex Aquatil. sect. 35. (olim 34.) *Ibid.* κυδρὴ cum edd. tenet *ms. A.* Fortasse recipiendum erat κυδνὴ ex *ms. Ep.* quae est forma paulo rarior. *Vers.* 10. φυγὼν recte edd. quod poscebat versus. φεύγων *ms. A. Vers.* 12. τρίγωνα sunt *frusta triangularia;* cum plerumque aliâs fierent *quadrata.* vide supra vs. 4. & ibi notata. τρίτομα vocat Xenocrates loco modo citato; ubi vide Notas editoris Neapolitani pag. 122. & Corayi Anim-adv. pag. 176. *Ibid.* Bene τὰ τ' ἐν στάμνοισι edd. Sic ἐν βίκοισι in fine huius paginae. Perperam τριγωνατα τ' στα- μνοισι *ms. A.* omissa vocula ἐν, & neglectis accentibus.

Verſ. ult. Sic edebatur, ἀμφάλλαξ * δείπνοισιν ὀπιδεῖ. c Ubi adnotavit CASAUB. »In lacuna deeſt μακάρων ἀνδρῶν, »aut alicuius ſalſamenti nomen, vel aliud quid ſimile. »Senſus eſt, *ſalſamenta ex orcynis & vetulis thunnis e Gadi-* »*bus* & freto Herculeo *deferri in Graeciam ab Italis mer-* »*catoribus, Brutiis, Campanis aut Tarentinis.* Salſamenta »multa nomen a figura habebant: ut melandrya, cybia, »tetragona, & *trigona*, quae hic nominantur. Pro ἀμφάλ- »λαξ neſcio quid legerit Dalec. qui vertit *hilares;* quaſi »eſſet ab ἀλαλάζω. Non eſt dubium, τεθέντα ἀμφάλ- »λαξ dici fruſta ſalſamentorum in arcis collocata, *aliud* »*ſuper aliud.* ἀμφάλλαξ valet ἐνάλλαξ. « — — Immo vero, ſicut ἐναλλὰξ acute ſcribitur, ſic & ἀμφαλλὰξ rectius acute ſcribetur. Caeterum explendae lacunae cauſſa non opus fuit nobis ad coniecturam confugere: duae voces ἐνὶ πρώτοισιν eo loco, quo poſuimus, peropportune dedere optimae noſtrae membranae.

Ταῦτα τὰ ἔπη. Recte τὰ, cum deeſſet impreſſis, dedit *ms. A.* ὑμῶν ἐστι κρίνειν τῶν δοκιμ. γραμματικῶν. d Cum ἡμῶν eſſet in ed. Baſ. & Caſ. 1. monuit CASAUBONUS: »Recte ὑμῶν legit Dalec. Nam *criticus* fuit *Leoni-* »*des*, quem alloquebatur Dionyſiocles profeſſione medi- »cus, quemadmodum cap. XVIII. dictum eſt.« — Vide Caſauboni notata ad III. 96. d. Animadv. pag. 149. qui ſi Venetam inſpexiſſet editionem, viſurus fuerat nonniſi operarum errore illud ἡμῶν in editionem Baſ. irrepſiſſe. Vera ſcriptura reſtituta in ed. Caſ. 2. & 3. *Proverbium*, Σαπρὸς τάριχος &c. repetitum habes pag. 119. e. σαπρὸν e nude *vetuſtum* intellige, cui opponitur νέον. Sic σαπρὸς οἶνος, ὁ παλαιός: vide Animadv. T. I. pag. 221 ſq. ad I. 29. c. *Ibid.* τὰ τῆς τέχνης: nempe ἐμῆς, ſcil. ἰατρικῆς.

AD CAP. LXXXV.

Τῶν ταρίχων, φησὶ, τῶν ἀπιμέλων κράτιστα εἶναι τὰ ὠραῖα· τῶν δὲ πιόνων, τὰ θύννεια. Poſteriora verba ſic vertit Dalecampius: *ex pinguibus vero* τὰ αὐχένια, *id eſt, cervici, faucibus, claviculis propinqua.* Ad quae CASAUBONUS: »Muſarum fidem! [inquit.] Unde haec inaudita »lectio? ad cuius interpretationem tot verba neceſſaria. »Omnes libri, etiam Eclogarii, etiam Natalis, θύννια, vel »θύννεια aut θυννάια. Cur mutavit? Eadem verba iterum

e » recitantur pag. 120. [f.] ubi conſtat ſibi Dalec. neglecto » librorum omnium conſenſu: quod eo magis mirum, quia » illo in loco poſt iſta verba ſtatim ſubiicit auctor expli- » cationem vocis θύννια. « — Audacior utique Dalecampius, qui conſentientem tamque ſaepe recurrentem librorum ſcripturam tam fidenter mutaverit. Cauſſa vero mutationis per ſe haud ita improbabilis, quam viſa Caſaubono erat: & ſententia haud ita male fortaſſe ab illo interprete expreſſa. Scilicet, quum ὠρᾶια quae vocantur ſalſamenta, quae *pinguedine carere* diſerte hoc loco docet Iceſius, & *pinguibus* opponit, rectius οὐρᾶια a *cauda* nominari perſuaſum habuiſſet Dalecampius, ut paulo ante ad hanc ipſam pag. 116. a. vidimus: (in quo nec Athenaei deſtitutus erat auctoritate, VIII. 303. f. & 327. e. VII. 277. b. & 294. d. & praeeuntem Plinium habuit, XXXII. 11, 53 extr. & ſuffragantem GESNERUM de Aquat. pag. 817. 819. & 973. cui adſentitur CORAY ad Xenocr. pag. 175 ſq.) conſequens erat ut ſuſpicaretur, quae illis opponuntur *ſalſamenta pinguia*, ab alia corporis parte nomen debuiſſe ſortiri: eaque cauſſa αὐχένια pro θύννια legendum conjectaverat. At plurimum ſane aberat, ut ſatis idonea ea cauſſa eſſet, cur a librorum ſcriptura diſcederetur. Poterant *ſalſamenta* ex thynnis *minus pinguia*, οὐρᾶια vocari, quia e fruſtis parata erant caudae proximis; poterant ὠρᾶια nominari, ut *vere* vel *initio aeſtatis* ſalita, quo tempore minus pinguis totus piſcis eſſet: tum potuerunt ex adultioribus pinguioribuſque thynnis vel ex pinguioribus thynnorum partibus parata ſalſamenta, ſigillatim θύννια, θύννεια vel θυννᾶια vocari, uſu ſermonis ſic volente: nam & ipſum *piſcem* ex thynnorum genere, cum *adultior* eſſet, & *anno natu maior*, tum demum proprie & ſignate θύννον vocari ſolitum reperimus. Omnino vero mirum nobis accidere non debet, ſi & in his vocabulis, & in aliis ſalſamentorum nominibus, quae vel mox apud Noſtrum, vel apud alios ſcriptores Graecos Latinoſque occurrunt, quae e ſermone inter piſcatores mercatoresque trito deſumta ſunt, multum ſubinde vel confuſionis aut diſſenſionis vel obſcuritatis deprehendimus; quibus explicandis non vacat nobis immorari. Conſule quae huc ſpectantia, poſt Geſnerum in cap. de Salſamentis, & in cap. de Thunnis, docte collegit, & quam fieri potuit aptiſſime digeſſit, breviterque diſcuſſit CAMUS in Notis ad Ari-

ſtotelis Hiſtor. Animal. voce *Thon.* Ad vocabuli ſcripturam quod adtinet, de quo hîc agebatur, poterat a ſubſtantivo θύννος adiectivum perinde & θύννειος & θυννεῖος formari; fortaſſe & θύννιος, quamquam non tam conſentaneum analogiae hoc quidem eſſe videtur; nam, ſi penultimam ſyllabam brevem velles, θύννινος potius fuerat dicendum. Quam medio loco poſui formam, tuentur ambo noſtri codices cum editis in Diphili verbis p. 120. f. Hoc loco, cum in Dioclis verbis, tum mox in Iceſii, poſtremam formam θύννια & θυννίων tenet *ms. A.* cum editis. Sed in Dioclis verbis, θύννεια dedit *ms. Ep.* quod recipiendum putavi; cum praeſertim & Ariſtophanes in eo vocabulo diphthongo ει uſus ſit, penultimam longam faciens, Equit. 354. ubi quidem θυννεῖα cum circumflexo accentu ſcribi ſolet, quod minus rectum iudicavi. Eâdem formâ θύννειον rurſus uſus eſt idem *ms. Ep.* pag. 120. f. ubi iterato occurrit illud vocabulum. τὸν αὐχένα, id eſt, *cervicem*, unde ſuum αὐχένιον deduxit Dalecampius, diſerte quidem in thunnorum partibus quae ſale condiuntur numerat Xenocr. ſect. 36. (olim 35.) ſed ſalſamentum inde paratum *carere pingui* ait.

In Iceſii verbis, εὐεκκρίτους κοιλίας recte dedere *mss. A.* & *Ep.* Corrupte εὐεκκ. κοιλίαις edd. Mox pro πηλαμίδας, quod erat editum, iidem mssti πηλαμύδας dedere: de cuius vocabuli varia ſcriptura vide Geſnerum de Aquat. pag. 964. ubi de ipſo etiam nomine, ex veterum teſtimoniis, docet, *Pelamydem* vocari *thunnum, qui ſex menſibus natu maior ſit, nec vero annuum exceſſerit tempus. Ibid.* τὰ δὲ νεώτερα τῶν θυννίων &c. Haec verba praetermiſit Epitomator: ubi ſcripturam θυννίων tenui, quam dabant quos habui libri. Rectius tamen & hîc fuerit θυννείων, niſi ad ſubſtantivum τὸ θυννίον, diminutivo τοῦ θύννος, poſſit referri. De re ac de ſententia huius loci, quam mihi non ſatis eſſe perſpicuam profiteor, confer pag. 118. b. & pag. 120. b. & praeter auctores iam ſupra laudatos, conſule Salmaſii Exercit. Plin. pag. 941. κύβια, quaſi *cubulos* dicas, proprie quaelibet ſunt fruſta quibus *quadrata ac fere cubica eſt figura;* ſed ſigillatim ſic vocantur *pelamydum fruſta ſale condita.* Graecum nomen tenuere Romani; ſic Plinius, cum ſaepe alibi, tum XXXII. 11, 55. ubi ait: *Cybium; ita vocatur conciſa pelamis, quae poſt XL dies a Ponto in Maeotin revertitur:* quibus gemina habes apud Xenocr.

de Alim. ex Aquatil. c. 35. ex docta Corayi emendatione.

f ARCHESTRATI *verſum primum* non eſſe integrum, ſatis adparebat: de quo & Caſaub. monuit. *Verſ.* 2. ὅτ' ἐν βίκοισι ταριχεύεσθαι ἔμελλεν. » Auctor Excerptorum ſcribit ἐν »κύβοισι: ſed *βίκοισι* confirmat Euſtathius: [Il. p. 1222, »13.] Βίκοι, inquit, κεῖνται καὶ ἐπὶ μειζόνων ὀστρακίνων »σκευῶν, ὡς ἐμφαίνεται ἐν τῷ, Σικελοῦ Ξύννου τέμαχος »τμηθὲν ὅτ' ἐν βίκοισι ταριχ. ἔμελλεν. « CASAUBONUS. Noſter codex Epitomes, haud ſecus atque is quo uſus Euſtathius erat, verum tenet. Idem vocab. βῖκος (ſic cum circumflexo ſcriptum) de *vini amphorâ*, iam ſupra, I. 29.

a d. uſurpatum vidimus. *Verſ.* 5. καὶ ἀκιδνὸν ἔδεσμα. καὶ ἀκιδνὸν κενεόν τε ἔδεσμα *ms. A.* & *Ep.* Duas voces ex interpretamento olim adiectas, merito omiſerunt editores. Heſychius, Ἀκιδνός· ἀσθενὴς, εὐτελής. *Verſ.* 6 *ſq.* πρὶν ἐς ἁλμυρὸν ὕδωρ ἐλθεῖν. Intellexeram, πρὶν ἐλθεῖν σε. Neſcio vero an rectius Dalecampius, αὐτόν: *priuſquam in ſalſam aquam abeat:* quod ego ſic acceperam, *priuſquam litora linquens, vaſta maria petat.* Villebrunius vero: *avant qu'ils ſe fonde tout en ſaumure.* Sic & Coray ad Xenocr. p. 180. *Verſ.* 7. ἠμιτάριχον. Vide infra ad p. 119. a. *Verſ.* 9.

b Pro πάλιν & ἔστι γὰρ, in *ms. Ep.* eſt πάνυ γάρ ἐστιν.

τὸ παρὰ Κράτητι τῷ κωμῳδιοποιῷ ἐν Σαμίοις λεγόμενον ἐλεφάντινον τάριχος. &c. » CRATETIS comoediam, *Samios*, »laudant Paroemiographi in proverbio, Ἵππῳ γηράσκοντι »τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε: & Pollux lib. VII. cap. 14. »Quae de *elephantino ſalſamento* afferuntur, griphi habent »ſpeciem. ἐλεφάντινον τάριχος interpretari licet, *durum* »*inſtar corii elephantini;* cuius durities vel ex ioco Plauti »nota: [Mil. Glor. II. 2, 80.] *Herus meus elephanti corio* »*circumtectus eſt.* Aut *ſiccum exſuccumque* ſalſamentum in»tellexit; *eburnum* vocans, quia ſplenderet ut cornua la»ternarum. Favet huic interpretationi vox λαμπρὸν in »ſubiecto Ariſtophanis loco. Poteſt etiam ita eſſe dictum »ceti fruſtum maximum ſalitum, ultra uſitatum modum. »Antiphanes, καταβεβρωκὼς σιτία ἴσως ἐλεφάντων τεττά»ρων, id eſt, *plurima.* σκυτίνη χύτρα, eſt *olla coriacea.* »ἤψε eſt ab ἕψω: vertendumque *coquebat.* Pro πευκίνοισι »κύμασι, ſuſpicor ſcribendum πυκίνοισι κυμ. Caetera non »aſſequimur: immo fortaſſe aſſequi ἀδύνατον, amiſſâ Cra»tetis fabulâ. « CASAUBONUS. — Κωμῳδιοποιῷ, pro edito κωμῳδοποιῷ, recte rurſus, ut alibi, dedit *ms. A.* In

CRATETIS *verbis* non griphus latere, ſed merus ineſſe ludus mihi videbatur. Verba illa iambicis ſenariis comprehenſa ſtatuit BRUNCKIUS, (in Notis ad Fragm. Ariſtoph. pag. 166.) quorum duos priores ex metri lege ſic ſcribendos ille cenſuit: b

— — — σκυτίνη ποτ' ἐν χύτρᾳ
τάριχος ἐλεφαντῖνον ἦλθε ποντιὰς

Nempe in voce ἐλεφαντινον penultimam voluerat eſſe longam, ſtatuens »*Elephantinum ſalſamentum* Cratetem, »& poſt eum Ariſtophanem appellaſſe, quod ex urbe Ae»gypti Elephantine adportaretur, aut cuius conficiendi ra»tio primum illic inventa fuiſſet, unde nomen ei indi»tum.« At, qui totus ludicrus eſt reliquarum omnium dictionum in his verſibus color, ſuadere is omnino videtur, ut & hîc non uſu ſermonis receptum aliquod nomen poſuiſſe poëram exiſtimemus, ſed ludicram quamdam vocabulorum copulationem eſſe ſecutum; utque adeo ἐλεφάντινον τάριχος, vel *elephantinum* vel (rectius fortaſſe) *eburneum* intelligamus *ſalſamentum*. Tum vero lubrica mihi ratio videtur, qua uſus eſt Vir doctiſſimus, cum ex praeſcripto verſuum Ariſtophanis, qui mox adponuntur, metrum conſtituere voluit, quod his Cratetis verſibus ineſſet. Nam de menſura verſuum Ariſtophanis etiam atque etiam dubitari poteſt: quinque autem Cratetis verſus, licet uno aut altero loco leviter laborantes, tales tamen mihi eſſe videntur, ut, qui illos libera mente necdum praeoccupata perlegerit, non poſſit non trochaicum in eorum unoquoque metrum agnoſcere. Illud ipſum vero metrum poſtulare videtur, ut (quemadmodum in notulis ſub contextu propoſueram) prima ſyllaba vocis ἐλεφάντινον producatur, ſive εἰλεφαντ. ſive ἑλλεφαντ. legendo; tum ut *verſ.* 4. ἄνδρεσσιν pro ἄνδρες legamus. Eadem vero metri ratio (*verſ.* 2.) tuetur ſcripturam πευκίνοισι, quam & uterque *ms. A.* & *Ep.* tenet cum editis. Caeterum nec ſententiam ludicris his verſibus comprehenſam enucleare equidem praeſumam; nec verbis nonnullis, quae *verss.* 4. & 5. corrupta ſunt, tentare medicinam nunc vacat. Epitomator *vſ.* 2. pro ποντιὰς ſuo arbitratu ποντιά ſcripſit, tres vero poſteriores verſus ſilentio praeteriit. Codex *A.* ab editis nil diſcedit, niſi quod *verſ. ult.* pro παῖε ἐκεῖνον, quod in edd. legebatur, παῖ' ἐκεῖνον ſcripſit, licet plerumque aliàs exſerre adponere

conſueverit vocales metri cauſſa elidendas, tum quod ἐγκαιῶτις (ſic) dedit, pro ἐγκαιῷ τις, quod erat editum.
c Ad ARISTOPHANIS *verba*, quae ſubiiciuntur, nil aliud niſi haec pauca notavit CASAUB. »In *verſ.* 2. *Ariſtoph.* ἢ »Κράτητι ſcribo, non ἦν: & ἐνόμιζεν, opinor melius quam »ἐνόμιζεν.« — In Epit. praetermiſſa omnia. Membranarum *A.* ſcripturam in contextu expreſſam dedi, cuius veritatem minime equidem praeſtabo. BRUNCKIUM vide in Fragm. Ariſtoph. p. 248. & in Notis ad eadem Fragm. pag. 166. & confer quae de vocabulo ἐλεφαντίνην paulo ante dicta ſunt. Cur vero de illis verbis, ἀπόνως παραβεβλημένον & quae ſequuntur, dubitemus cum eodem docto Viro, Ariſtophanis-ne an Athenaei ſint, non video. Nam quod metri ratio haud ſatis adparet; poterat quidem idcirco diſceptari, ſatis-ne integra aut emendata verba ſint; at non idonea ea cauſſa, cur ex Ariſtophane omnino deſumta eſſe illa verba neget aliquis. Et iſta quidem, ἀπόνως παραβεβλημένον, manifeſte cum ſuperioribus cohaerent. παραβάλλειν eſt *deponere*, *reponere* aliquid, ut *paratum ſit cum uſus tulerit*: cf. Lexic. Polyb. in Παραβάλλειν, num. 1. Hìc vero eâdem potiſſimum notione uſurpatur, qua vocabulum Παράθεσις apud eumdem Polyb. de quo vide Lexic. Polyb. in voc. Παράθεσις num. 4. & 5.

AD CAP. LXXXVI.

Ὠμοτάριχον. Cf. p. 121. b. Ex thynni *cervice* fieri ὠμοτάριχον ait Xenocr. ſect. 36. Unde ſuſpicari aliquis poſſit, non ab ὠμός, *crudus*, ut vulgo ſtatuunt, ſed ab ὁ ὦμος, *humerus*, derivatum eſſe illud nomen. Vide Geſn. pag. 973, 21.

Ἀλεξις ἐν Ἀπεγλαυκωμένῳ. »Drama Alexidis non ſe»mel ab Athenaeo citatum ſub nomine Ἀπευγλαυκωμέ»νου, in cuiuſdam contumeliam editum videtur, quem »poëta fingebat mutatum in γλαῦκον, id eſt, *piſcem glau»cum*, vel *marinum Deum*, ut erat *Glaucus*: aut in γλαῦ»κα, *noctuam*. Hoc Graeci dicunt una voce ἀπογλαυκοῦ»σθαι. Titulum igitur fabulae ſcribe cum Dalecampio ubi»que Ἀπεγλαυκωμένος: ut ἀπεγλυμμένος & ſimilia, de »quibus lib. II. cap. XV. [ad pag. 55. f.] Sic legit & in»terpretatur Galenus apud Hippocratem ἐγλευκισμένος, »pro quo eſt hodie ſcriptum in VII. Epidem. ἐκγεγλευ»κισμένος.« CASAUBONUS. — Corruptum Ἀπευγλαυκ.

& hîc & paulo poſt iterum tenet cum editis *ms. A.* Sed c VI. 224. f. & VII. 301. a. in veram ſcripturam conſentiunt omnes. *Caerulatum* commodiſſime interpretatus eſt Grotius in Excerpt. p. 558. Vide Velleium Paterculum II. 83. & ibi Interpp.

ὁ δ' αὐτὸς ποιητὴς ἐν Πονήρᾳ. Sic & hic & alibi (conſentiente, puto, msto *A.*) editur titulus huius fabulae, ſaepe noſtro citatae: i. e. *in Laborante*, ut interpretatur Grotius, vel *in Aerumnoſa*, ut Caſaubonus. Exiſtimaverat tamen idem Caſaub. poſſe etiam ἐν Πονηρᾷ legi, i. e. *in Improba*, ut reddidit Dalecampius. *Verſ.* 2. Duo verba d καθεζόμενος ἐνταῦθα om. Epit. *Verſ.* 3. Pro πρῶτον eſt πρώτιστον in *ms. Ep.* reclamante metro. *Verſ.* 4. ἐστί μοι. ἔστι μοι idem *ms. Ep.* *Verſ.* 5. Verbum ἐστὶ in *ms. Ep.* prorſus omiſſum: in *ms. A. poſt* πρῶτον poſitum: recte *ante* πρῶτον poſuere editores, poſtulante metro. *Verſ.* 6. Inter ὑβολοῦ & τοῦτ', ad metrum, utique deſiderabatur vox, quae ſecundum ſenarii pedem efficeret. μόνου ex coniectura, ſive ſua, ſive praeeuntis alicuius librarii, inſeruit editor Ven. Commodius μόνον ed. Caſ. *Verſ.* 7. Εἶτ' εἰς bene *ms. Ep.* cum edd. Corrupte εἰ τις *ms. A. Ibid.* τὸ λοπάδιον *ms. Ep.* ubi articulum non ferebat metrum, quem & ignorat *ms. A.* cum edd.

Verſ. 9 *ſq.* — — — εἶθ' ἕψων ποτὲ
μυελὸν, ἀφεῖλον ἐπιγανώσας σιλφίῳ.

»Vidit acute Dalec. nullum hîc eſſe locum voci μυελόν. »Scripſit igitur μαλακόν. Quae mutatio ſi cui alienior »videatur, ſtatuat ille de noſtra, ἕψων ποτ' ἐς πύελον »ἀφεῖλον: *coctum, exactumque in patinam conieci.* πύελον »Grammatici interpretantur λεκανίδα: *patinam grandiuſcu-*»*lam* intelligo. Sed, ut ne diſſimulem, parum mihi hîc »liquet. « Casaub. — At Dalecampius, vertens *coctura-*»*que mollitum*, non idcirco ſtatim putandus eſt graecum μυελὸν in μαλακὸν mutatum voluiſſe. Licuerat interpreti, iſtis latinis verbis ſententiam Graecorum, quae optimus noſter codex *A.* cum edd. tuetur, exprimere. ἕψων μυελὸν, intellige, εἰς μυελὸν vel ὡς μυελὸν, quo genere ellipſeos nihil uſitatius: *coquens in medullam*, i. e. *coquendo redigens in medullam; coquens ut ſit molle & tenerum veluti medulla.* Id ſi cui parum videtur commodum, legat cum *Epit.* εἶθ' ἕψων ποῶ (vel ποιῶ) μυελὸν, & nihil amplius deſiderabit. At mihi quidem, ut ſaepius alibi, ſic & hîc non

modo eclogarii, verum etiam interpretis vice fungi voluiſſe doctus ille homo videtur. πύελος, de quo hic cogitavit Caſaubonus, balneorum vas eſt, non culinae.

e ἐν δὲ τῷ Ἀπεγλαυκ. Vide paulo ante, ad lit. c. Totam hanc eclogam omiſit Epitomator.

συμβολάς τις ἀπαιτούμενος. σύμβολά τις ἀπαιτ. dabant editi omnes; quod Dalecampius ſic reddiderat, *quidam rationem pecuniae pro ſymbolis datae repoſcens.* Ac ſcio equidem, activa notione uſurpari nonnumquam verbum αἰτεῖσθαι: ſed hoc loco, cum incipiat loqui is *a quo poſcebatur* pecunia, manifeſte paſſiva notione accipiendum verbum ἀπαιτούμενος erat. At CASAUBONUS, cum ait, »Hîc vero Dalecampius οὐδὲν ὑγιές:« iſtum quidem obiter etiam arguit errorem: ſed illud praeſertim imperite ab hoc interprete factum intelligit, quod, pro vocabulo σύμβολα, quod hic legebatur, συμβολὰς in verſione expreſſerit, adeoque »nullum inter συμβολὴν & σύμβολον diſcrimen ſtatuerit.« Inde ſuper horum vocabulorum diſcrimine latam ingreditur diſputationem: qua nos quidem, quibus ipſam vocem συμβολὰς optimae noſtrae *membr. A.* commode obtulerunt, ſuperſedere poteramus; ſed aegre fortaſſe caruerint lectores, qui vel de varietate ſcripturae etiamnum dubitaverint, vel qui nihil eorum, quae ex infinita doctrinae ſuae copia ad Athenaeum commentatus eſt CASAUBONUS, ad quae paſſim alii deinde docti viri provocarunt, praetermittendum nobis in hiſce Animadverſionibus cenſuerint. Quare integram adponere non gravabor. »Atqui συμβολὴ, inquit, eſt *collatio eranistae ad convivium:* quiſque enim, quod ad manum erat, »conferebant. Eae partes dictae συμβολαί: & convivium »huiuſmodi ἔρανος, vel δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν.« [Conferebant autem ſive cibos, ſive, ut eo in convivio factum, de quo hîc agitur, pecuniam ad coëmendos parandosque cibos.] »Mutato vero genere, σύμβολον vocabant *anulum* vel quidvis aliud *arrae loco ſolitum dari* ei ſodalium qui »iubebatur coenam parare. Terentius: [Eunuch. III. 4.]

»*Heri aliquot adoleſcentuli coïmus in Piraeeo,*
»*in hunc diem ut de ſymbolis eſſemus: Chaeream ei rei*
»*praefecimus: dati anuli: locus, tempus conſtitutum eſt.*

»Apud Lucianum mater obiurgans filiam, quod amaſium »ſuum nimis amaret, nimisque ei fideret: διὰ τοῦτο, ait, »πρφην οὐκ ἔχοντι αὐτῷ καταβεῖναι συμβολὴν, τὸν δακτύ-

» λιον δέδωκας, ἀγνοούσης ἐμοῦ· ὁ δὲ ἀποδόμενος κατέπιε. e
» De hoc *anuli* usu loquitur Plinius lib. XXXII. *Celebratior*
» *anuli usus cum foenore coepisse debet: argumento est consue-*
» *tudo vulgi, ad sponsiones etiam anulo exiliente, tracta ab eo*
» *tempore quo nondum erat arra velocior.* Plinii opinionem fir-
» mant vetustiores scriptores. Theophrastus in fragmento
» quodam, ubi disputat de forma & iure contractuum:
» Τάττουσι δέ τινες καὶ τὸν ἀραβῶνα πόσον δεῖ διδόναι,
» πρὸς τὸ πλῆθος τῆς τιμῆς μερίζοντες. ἄτοπον γὰρ ἐὰν
» δακτύλιον δῷ τῶν δέκα ταλάντων. Non solum autem
» *anuli* continentur appellatione συμβόλου, sed generaliter
» quidquid *arrae* loco datur. Lysias in Oratione de Ari-
» stophanis pecuniis: λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ βα-
» σιλέως τοῦ μεγάλου φιάλης χρυσῆς, ὡς Ἀριστοφάνην λα-
» βεῖν ἑκκαίδεκα μνᾶς ἐπ' αὐτῇ. Quin & *tesserae* illae, qua-
» rum olim in contractibus usus loco praesentis pecuniae,
» σύμβολα dicebantur. Sic apud Theophrastum in Chara-
» cteribus, ab eo qui lucar pendere debuit, pro pecunia
» exhibetur σύμβολον. De his symbolis accipiendum quod
» scribit Isidorus lib. V. *Veteres quando aliquid sibi promit-*
» *tebant, stipulam tenentes frangebant: quam iterum iungentes,*
» *sponsiones suas agnoscebant.* Describit Isidorus tesseram
» ligneam, qualis olim fuit interdum qua utebantur qui
» ius hospitalitatis inter se colebant, ut ex Euripidis scho-
» liaste aliisque discimus. Plautus imaginem cerae impres-
» sam, & in similem usum relictam, vocat *symbolum*, sed
» genere masculino:

» *Eâ caussâ miles hîc reliquit symbolum,*
» *expressam in cera ex anulo suam imaginem:*
» *ut, qui huc afferret eius similem symbolum,*
» *cum eo simul me mitteret.*

» Idem poëta in Bacchidibus:

» *Eo praesente homine, ostendit symbolum,*
» *quem tute dederas, ad eum ut ferret filio.*

» Postea *symbola* dicta sunt pacta inter diversos populos,
» quibus totum ius commercii inter ipsos continebatur.
» Hac notione usurpat illam vocem auctor orationis περὶ
» Ἀλονήσου, ubi multa de iis. Inde dicta ἡ ἀπὸ συμβόλων
» κοινωνία: cuius meminit Aristoteles initio tertii Politico-
» rum, & alibi. Caeterum quia olim in frequentissimo
» usu positum, ut anulum darent pro symbolo, veteres
» Grammatici ἁπλῶς σύμβολον exposuerunt *anulum*: qui-

e »bus accedit Plinius libro iam dicto. *De nomine*, ait, *anu-*
»*li ambigi video: Graeci a digitis appellavere: apud nos pri-*
»*sci ungulam vocabant: poſtea & Graeci & noſtri ſymbolum.*
»Haec quia vulgo parum cognita eſſe animadvertimus,
»viſum explicare paulo diligentius. Sed noſtris hominі-
»bus facile ignoſco, cum videam harum rerum inobſer-
»vantia doctiſſimum Pollucem erraſſe errorem craſſiſſi-
»mum. Scribit ille libro IX. Ἐρῇ δ' ἂν καὶ σύμβολον, βρα-
»χὺ νομισμάτιον ἢ ἡμίτομόν τι νομίσματος. Putat ſymbo-
»lum pecuniae certae nomen eſſe: eamque fuiſſe ἡμίτο-
»μον & ſemicirculo ſimilem ſuſpicatur. Affert deinde ſuae
»utriuſque ſententiae argumenta. Priorem elicit ex his
»Hermippi verbis in Phormophoris, (ita enim emendan-
»dum) παρὰ τῶν καπήλων λήψομαι τὸ σύμβολον: poſte-
»riorem ex iſtis eiuſdem, εἴ μοι τί δράσω σύμβολον κεκαρ-
»μένος; Vide vero quam facile ſit in hoc genere litera-
»rum errare ac decipi. Nam, falſam eſſe Pollucis opinio-
»nem, ex iis quae iam diximus patet. Priorem Hermippi
»verſum pronunciabat aliquis, a caupone anulum ſimul
»repetiturus & pecuniam daturus. Ita enim fieri ſolitum:
»& ita interpretanda iſto loco Athenaei verba, σύμβολά
»τις ἀπαιτούμενος φησί: quae ineptiſſime ab interpreti-
»bus verſa, ſic exponi debent, *quidam a quo ſymbola repe-*
»*tebantur ſic ait.* Ex verbis poëtae apparet, cauponem il-
»lum fuiſſe, qui pro anulo rationes afferebat ſuas, ex
»quibus probabat, amplius ſe in convivium impendiſſe
»quam quanti erat datum ſymbolum. Atque ita ratio-
»nes quidem parent, ſed anulus οἴχεται. Iure enim ſuo
»utitur qui datum arrabonem vendit non ſoluta pecunia
»ἐν τῷ ὡρισμένῳ χρόνῳ, ut ait Theophraſtus: neque du-
»bium eſt, caupones, genus hominum ſceleſtiſſimum &
»fraudulentiſſimum, incautos adoleſcentes hac fraude ſo-
»litos ſaepe afficere. Quare alterum Hermippi locum,
»cuius adeo mirabilem interpretationem commentus eſt
»Pollux, horſum traho, & verto, *Hei mihi, quid faciam*
»*ſymbolo emunctus?* κεκάρθαι eleganti translatione dicitur
»qui aliqua re *ſpoliatus* eſt & *emunctus*. Notum illud,
»Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν.
»quod vertit Tullius, [Tuſc. V. 17. cf. Pauſ. IX. 15. p. 741.]
»*Conſiliis noſtris, laus eſt attonſa Laconum.*
»Neque tamen nego, loco ſymboli vel teſſerae fuiſſe ali-
»quando uſurpatos dimidiatos nummos, & ut appellat

» Pollux ἡμιτόμους. Scio enim illustre eius rei exemplum e
» extare in nostris etiam historiis, quum res gestas ex-
» plicant Childerici Francorum regis. Sed hoc nihil ad
» versum Hermippi. Quoniam autem symbolum non da-
» batur, nisi ab iis qui praesente pecunia deficiebantur:
» ex eo natum proverbium de homine paupere, *Ne sym-*
» *bolum quidem habet.* Archippus in fabula Ἡρακλῆς γαμῶν:
» Ἀνδρῶν ἄριστος καὶ μάλιστ' ἐμοὶ ξένος· ἀτὰρ παρ' ἐμοί
» γ' ὤν, εἶχεν οὐδὲ σύμβολον. Laudat hunc quoque Pol-
» lux, & cum aliis male interpretatur. Ex his clarum, quid
» sibi velit Heraclitus in eximia illa ad Hermodorum epi-
» stola, cum ait, Γελάσω τοὺς ἐν ξυνδείπνοις γενομένους διὰ
» δακτύλων πλείονας; Sensus est, *non risurum se, verum fle-*
» *turum potius stultitiam eorum, qui in tenui re cum sint, atque*
» *etiam fortasse egestate, nedum paupertate, convivia tamen assi-*
» *due datis anulis celebrant.*«

Vers. 1 *sq.* »Alexidis *verba*, uti diximus, ab eo profe-
» rebantur, qui, accepto symbolo pignoris loco, convi-
» vii sumtus fecerat: sive ille caupo fuit, sive unus soda-
» lium. Is igitur symbolum repetenti his verbis respondet:

» Παρ' ἐμοῦ δ' ἐὰν μὴ καθ' ἓν ἕκαστον πάντα δῶς,
» χαλκοῦ μέρος δωδέκατον οὐκ ἂν ἀπολάβοις.

» *Falleris*, inquit, *si speras te recipere a me vel tantillum pos-*
» *se eius quod pro symbolo mihi tradidisti; nisi omnia prius*
» *sigillatim solveris, quae in epulas a te imperatas insumsi.* Ait
» χαλκοῦ μέρος δωδέκατον, *chalci duodecimam partem*, pro
» eo quod est, *ullam* vel *minimam partem.* χαλκοῦς, *aereus*
» fuit *nummus pretii minimi.* [Notum est, octonis chalcis
» constitisse obolum.] Videtur iste pro symbolo accepisse
» aureum aliquem vel argenteum nummum magni pretii.«
Casaubonus. — Mihi vero, ut supra significavi, ex codicis nostri scriptura perspicuum videbatur, loqui hic eum *a quo poscebatur symbola*, id est, *pecunia quam ille pro sua in convivio parte debebat*; sive pluralis numerus συμβολὰς stricto sensu accipiendus est, loqui eum *a quo poscebantur symbolae*, scilicet quas ille a sodalium unoquoque acceperat, ut nomine omnium solveret pretium quo constarent communes epulae. Is igitur cum caupone vel coquo, qui epulas paraverat, & pretium pro eis nimis grande postulare videbatur, expostulat. Itaque illa verba ἐὰν μὴ καθ ἓν ἕκαστον πάντα δῶς ita intellexi, *nisi omnia sigillatim mihi edideris, elocuturus fueris*, id est, ut commo-

e de Dalecampius interpretatus est, *nisi omnium sigillatim rationem reddideris.* Plenius dixisset, ἐὰν μὴ καθ' ἓν ἑκάστου πάντων λόγον δῷς.

Vers. 3. Posterius hemistichium vulgo, nulla interpositā distinctione, sic scribebatur, ἀβάκιον ψῆφον λέγε. Ibi CASAUB. »Corrigo (inquit) ἄβακίου ψῆφον λάβε.« Qua correctione quid promoveatur difficile dictu fuerit. Paulo commodius PALMERIUS, Exercitat. p. 496. »Mallem, ait, ἀβάκιον ψήφων λάβε, *loculum calculorum accipe;* »ut scilicet computaret & rationes subduceret.« — At non modo otiose, sed & languide sic ad ἀβάκιον adiecta vox ψήφων videri debebat. Si quid mutato opus esset, satis fuerat, ἀβάκιον, ψῆφον λάβε, i. e. ἀβάκιον καὶ ψῆφον: & ψῆφον quidem collective pro ψήφους. Sic Dalecampius, haud absurde: *tabulam sume & calculos.* At verbum λέγε recte & suo loco hīc stare, arguit id quod mox sequitur λέγ' ἕτερον: & mox iterum, λέγε: rursusque deinde λέγ' ἕτερον. Igitur elliptice exclamata statuebam ista verba: ἀβάκιον, ψῆφον, scil. δότω τις, φερέτω τις! *Abacum, calculos adferat aliquis e famulis!* vel φέρε, *adfer, da, famule!* Tum, admotā tabulā cum calculis, rursus ad coquum vel cauponem dirigit orationem: *Dic! Enumera!* Nec vero dissimulare debeo, ipsum illud verbum λέγε non sic in vetustis nostris membranis legi, sed duas voces, λέγε, & ἔστ' initio versus sequentis, in unum verbum λέγεσθαι imperite esse contractas. Sed veram haud dubie scripturam perspecte Venetus editor, cum metri, tum ipsius sententiae habita ratione, restituit. Personarum diversas partes in superioribus editionibus, nedum in membranis nostris, nusquam certis quibusdam signis distinctas esse, iam aliās docuimus.

f *Vers.* 5. Μῦς ἑπτὰ χαλκῶν. »*Mus septem chalcis.* Dalec. »*marina testudo.* Quid audio? An ignorabat piscem esse »qui *mus* appelletur? & quoties eius mentio in hoc au»ctore?« CASAUB. — Quod μῦν *testudinem marinam* intellexit Dalecampius, ex Plinio sumserat, IX. 19, 35. & cap. 51, 76. sed id quidem lubrica ratione, de qua vide Gesnerum de Aquatil. pag. 946 sq. Μῦς *piscis* qui vocatur, idem est qui aliās *capriscus*, si vera scriptura apud Nostrum VIII. 355. f. & 330. a. ubi sunt quidem doctissimi viri, qui ὗς vel σῦς pro μῦς legendum censeant; sed eamdem scripturam Oppianus etiam tuetur. cf. Ges-

ner. pag. 181. At illud utut sit, mihi hoc loco vocabulum f
μῦς visum erat in nominativo plurali accipiendum, idem valente ac *μύες*, *musculi* vel *mytuli*. cf. III. 85. d. & 86. d. & f. *Vers.* 6. Post λέγε interpungendam esse orationem monuit Casaub. Idque mihi satis esse videbatur; quamquam non sum nescius, doctissimum VALCKENARIUM sic refingendum censuisse prius huius versus hemistichium: Θὲς τῶν ἐχίνων (vel potius τοῖς ἐχίνοις) ὀβολόν. in Adnot. ad Theocriti Adoniazus. pag. 241. *Ibid.* Recte *ἀγνεύεις ms. A.* Perperam *ἀγνεύεις* editt. vett. & Cas. 1. Bene vero ἔτι edd. Male ὅτι *ms. A.*

Verss. 7 & 8. sic editi legebantur:

Ἀρ' ἦν μετὰ ταῦθ' ἡ ῥάφανος, ἦν ἐβόα χρηστὴ ἦν, οὐ γὰρ ἦν· ἔδωκα ταύτης δύ' ὀβολούς.

Ubi haud mirum est, profiteri Casaubonum, se in his parum sibi facere satis. Plana omnia membranae nostrae fecerunt, in quibus ἦν ἐβοᾶτ' εἶναι χρηστὴ γὰρ ἦν, prorsus sicut nos edidimus, nisi quod interpunctionem adiecimus, & personarum partes distinximus. Adparet dicere personam *B.* voluisse, ἦν ἐβοᾶτ' εἶναι χρηστοτάτην, aut aliquid simile: sed alter interpellans, dictionem ipse absolvit suppletque.

Vers. 10. »Ita editur, 'Ωνεῖν κεχειρῶν γε ἐπράξατο οὐδὲ a
»ἕν. mendosissime. Scribebam Τῶν γοῦν κιχορείων οὐκ ἔπρα»ξά σ' οὐδὲ ἕν. *Qui de caritate ceterorum quereris, ea saltem* »*quae levia sunt, ut cichorea, gratis habuisti.* Quae subii»ciuntur de *olerum caritate*, favent huic sententiae. *κιχό»ρεια* ciborum in censu ponit Iulius Pollux. Horatius: *Me* »*pascunt olivae; me cichoreae, levesque malvae.* Quo autem »modo pararentur a coquis, habes apud Galenum ex »Erasistrato, in libello DE Sectione Venae ad Erasistra»teos.« CASAUB. — In ed. Ven. & Bas. scribitur, 'Ονεῖν * κεχειρῶν γε οὐκ ἐπράξατ' οὐδὲ ἕν. In ed. Cas. sic, 'Ωνεῖν † κεχειρῶν γε οὐκ ἐπραξ. In *ms. A.* vero, quemadmodum edidimus, σονεῖν κεχειρῶν γε οὐκ ἐπράξατ' &c. Unde sic olim scriptum fuisse suspicatus sum:

A. Σὺ νῦν ἐκέχειρόν γ' οὐκ ἔπραξας; *B.* Οὐδὲ ἕν.

Id est: *At nunc saltem tu nihil lucri fecisti?* Cui respondet alter: *Nihil quidquam.* Apud Hesychium glossa est: 'Εκέχειρον· τὸ ἀργύριον. Rarissimi illius vocabuli, cuius nullum exemplum compertum erat doctis Hesychii interpretibus, supereſt fortasse hoc loco vestigium. Ac fuerit for-

a ſan in familiari ſermone uſurpata vox, ſignificans *pecuniam quam quis intercipit* aut *ſubripit*; quaſi dicas, *quae manibus adhaeret*. Sed haec utique mera coniectura eſt, de qua penes doctos iudicium eſto: a quibus ſi quid certius aut probabilius fuerit prolatum, quam vel hoc quod a nobis tentatum eſt, vel iſtud quod a Caſaubono, lubens id gratusque accipiam.

Verſ. 11. Operarum errato, μαράκιε, pro μακάρις, veniam dabit aequus lector. *Verſ.* 13. Διὰ τοῦτο τὸ τάριχος. Et uſus loquendi & metri ratio articulum τὸ inſerendum clamabat. τὸ τάριχος, quod dicit, eſt illud τὸ κύβιον, quod *tribus obolis* conſtare dixerat alter. *Verſ.* 17. »Antepenultimus eſt:

»ὥσπερ πυρετὸς ἀνῆκεν, εἶτ' ἐν ἐπιτέλει.

»Scribo, ἔτεινέν τ' ἐπὶ τέλει.« CASAUB. — Nihil hîc praeſidii in membranis, quae nil ab editis diſcedunt. Mihi vero in eamdem cum Caſaubono ſententiam commodior viſa eſt ea, quam recepi, emendatio:

ὡς πυρετὸς ἀνῆκεν, εἶτ' ἐπέτεινεν ἐπὶ τέλει.

Verbum ἐπιτείνειν ſic neutraliter, pro *intendi*, *augeri*, minime infrequens. Vide Lexic. Polyb. pag. 268. Sigillatim vero apud Medicos, cum de *febribus* agitur, opponuntur ἡ ἄνεσις & ἡ ἐπίτασις, *remiſſio*, & *intentio* vel *nova acceſſio*. Vide Foeſii Oecon. Hippocr. voce Ἐπίτασις. Rurſus vero in eamdem ſententiam, ac minori etiam mutatione, verſum hunc curandum CORAY cenſuit. »Lege, inquit,

»ὥσπερ πυρετὸς ἀνῆκεν, εἶτ' αὖ ἐπὶ τέλει . . .

»dein pone puncta, ſignum orationis abruptae ab eo qui »convivii ſumtus fecerat. Symbolum repetens addere »voluit ἐπέλαβεν (ſcil. ὁ πυρετὸς, poſtquam ſe remiſiſſet) »vel aliquid ſimile, ut ſenſus eſſet: *Tuae rationes, quaſi* »*febris, remiſerant ſe, dum gongrum decem obolis emiſſe te* »*aiebas:* (nam hoc erat οὐχὶ πολλοῦ.) *aſt in fine redierunt* »*in priſtinum ſtatum, cum aſſum piſcem drachmâ mihi compu-*»*tas.* Sed qui ſymbolum acceperat, comice illud ἐπὶ τέ-»λει arripiens, orationem interlocutoris abrumpit, dicen-»do πρόσθες τὸν οἶνον. Ita loqui amant Medici, cum de »febre, dolore, vel quovis morbi ſymptomate ſermo eſt. »Hippocrates De Internis Affectionib. T. II. p. 217. ed. »van der Lind. ἔπειτα ἀνῆκεν ὁ πόνος, καὶ αὖθις ἐπέλα-»βεν ὀξὺς δι' ὀλίγου.« —

Verſ. 18. τὸν οἶνον, ὃν μεθυόντων προσέλαβον ὑμῶν. Verbum λαμβάνειν ea notione accepi, quam ex Ariſtophane (cum ait ὀβολοῦ τι λαμβάνειν, λαμβάνειν δραχμῆς) adnotavit H. Stephanus Theſ. T. II. col. 555. f. Compoſitum προσέλαβον, valet *inſuper ſumſi* (*pro vobis,*) *inſuper emi*, ſcilicet praeter illud vinum quod veſtrûm quiſque contulerat, aut, de quo ante inter nos convenerat. a

AD CAP. LXXXVII.

Ἰκέσιος δ' ἐν δευτέρῳ περὶ Ὕλης, πηλαμύδας &c. Eumdem Icesii *locum* ſupra reſpexerat Noſter pag. 116. e. f. ubi vide notata. Huc autem ſpectat quod monuit Salmasius Exercit. Plin. pag. 941. »Moris habent Graeci, »partes ſalſamentorum magnorum eodem nomine appel»lare quo piſcem, unde ſumtae ſunt. Sic Iceſius κύβια, »quae fruſta ſunt quadrata pelamidis, vocavit *pelamidas*.« — Rurſus vero h. l. πηλαμύδας dedere mssti, pro πηλαμίδας quod erat editum. *Mox*, pro Ποσείδιππος eſt Ποσίδιππος in *ms. A.* ut alibi. cf. ad III. 87. f. b

ἀπὸ Δέλκωνος τοῦ ποταμοῦ. »*Delcanus* piſcis, auctore »Euthydemo, *a Delcone fluvio* nomen invenit: vel, quod »ego probem magis, a *Delco lacu*, cuius reperio mentio»nem apud Heſych. qui etiam ἰχθυοφόρον, *piſcoſum* vo»cat.« Casaub. — Heſychius: Δέλκος, λίμνη ἰχθυοφόρος περὶ τὴν Θράκην.

τὸν λεπτινὸν λεβιανὸν ὀνομάζων. »Poſtremae vocis »primas literas temere repetitas cenſeo, errore translati»tio: nam λεβίαν ὀνομάζων ſcripſerat auctor, ut puto. »*Lebiae* piſcis alibi mentio; *lebiani* nuſquam. Lebiam di»ctum fuiſſe & *leptinum*, ſcriptum alibi non eſt. *Hepatum* »& *lebiam*, eiuſdem piſcis diverſa nomina inveniri ſciunt »eruditi: quos velim de hoc loco ſtatuere.« Casaubonus. — Nil mutat *ms. A.* Epitomator, poſtquam de *delcano* dixit, ſic pergit: ᾧ τὸν αὐτὸν φασιν εἶναι τὸν λεβιανὸν καλούμενον. omittens nomen λεπτινὸν, ſed in λεβιανὸν conſentiens. Ἧπατος ἢ λεβίας commemoratur a Noſtro, VII, 301. c. Λέβια, ſive λεβίαι, ut legendum cenſent viri docti, apud Heſychium ſunt ἰχθῦς λιμναῖοι. Apud Pollux. VI. 48. ſimul recenſentur, ξύννοι, κολίαι, σαπέρδαι, λέβιαι, μυλλοί: ubi pro λεβιαι, λεβίαι ex Athen. VII. 301. c. ſcribendum monuere interpretes, ſive po-

tius λέβιοι ex ARISTOPHANIS *verbis*, quae paulo poſt a Noſtro hac ipſa pagina lit. d. adferuntur; quae verba haud dubie ob oculos habuerat Pollux. Terminatio vocis λεβιανὸν hoc loco ortum trahere potuit ex duabus diverſis ſcripturis λεβίαν & λέβιον in unam confuſis, cum terminatio ον voci λεβίαν in vetuſtiore aliquo codice fuiſſet ſuperſcripta. *Ibid.* τὸν τε κορακῖνον - - σαπέρδην. conf. VII. 308. e. f.

c μεθ' οὓς τοὺς περὶ Σινώπην. Articulum τοὺς, perperam in ed. Baſ. & Caſ. omiſſum, reſtituimus ex *ms. A.* & *ed. Ven.* de quo etiam velut ex coniectura monuit Caſaub. in Animadv. *Ibid.* καλεῖσθαι ἀγνωτίδια. Sic recte h. l. *ms. Ep.* & ſic paulo inferius libri omnes. *Mox*, καὶ ὀνίσκον καὶ χελλάριν. Cum paulo ante in χελλάριν cum editis conſenſiſſet *ms. A.*, idem h. l. χελλαρίνην habet: ſimiliterque Epitomator, alia quidem utens ſtructura orationis, cum ſupra χελλάρης ſcripſiſſet, hîc χελλαρίας ſcripſit in nominat. ſing.

AD CAP. LXXXVIII.

d Ἐπὶ τούτοις σιωπήσαντος τοῦ Διονυσιοκλέους. Oblitus videtur auctor, poſt DIONYSIOCLEM, quem pag. 116. d. nominaverat, verba facientem a ſe inductum eſſe DAPHNUM medicum. Vide pag. 116. f.

Οὔαρος. »Grammaticus ille, qui in libris editis vo»catur inſolenti nomine *Uder*, Οὖδρος, in quibuſdam ma»nu exaratis, claro nomine Οὔαρος, *Varus*. Ita literulae »unius mutatione, labore inſanum magno liberamur, »quaerendi cuiâs hic *Uder* fuerit. Qua de re ſuo loco »dicendum eſt.« CASAUBONUS. — Dicturus de ea re vir doctus erat in Prolegomenis ad Athenaeum, quae lucem numquam viderunt. Nos pauca ad hunc locum ſpectantia adnotavimus ad Athenaei Praefationem, Animadv. T. I, pag. 24. ubi etiam docuimus, in vetuſtiſſimis noſtris *membr. A.* perſpicue Οὔαρον ſcriptum eſſe. Epitomatoris teſtimonium in neutram partem invocari poteſt; quoniam ab illo perſonarum nomina, quas loquentes inducit auctor, ſicut plerumque aliâs, ſic & hîc ſilentio ſunt praeterita.

Τάριχος ἀνταιαῖον εἴ τις βούλετ' ἢ. Sic ſcribendum hunc verſum monebat metri ratio. βούλεται ἢ dabant mssti: unde primus verſus in verbo βούλεται finiebatur

in edd. ſecundus autem ab ἢ Γαδειρ. incipiebat. Cf. KOPPIERS Obſerv. Philolog. pag. 36. Ad rem quod ſpectat: »*Antacaei*, vaſtae magnitudinis piſces in Maeotide & Bo»ryſthene, e quibus *ſalſamenta* fiunt.« DALECH. — Vide Herodot. IV. 53. & ibi Valck. & Weſſel. Adde Noſtrum VII. 315. d. & Strabon. VII. 307. denique Aelian. de Natur. Anim. XIV. 23 & 26. laudatos ab Heſychii Interpp. ad vocem Ἀνταικεοί. *Verſ.* 3. Ante verba ὀσμαῖσι χαίρει, vocabulum εὐφροσύναις interſerit *ms. A.* quod ex voce ὀσφρασίαις corruptum videri poteſt, idem valente ac ὀσμαῖσι. Merito omiſit Venetus editor cum Epitomatore. Eamdem vero vocem in aliis Italicis codd. hoc loco inſertam fuiſſe, ex collatione Aegiana adnotatum a Cafaubono in ora libri, qui eius olim fuerat, reperio.

καὶ ἐν Παρασίτῳ &c. Verba ex ANTIPHANIS *Paraſito* prolata, cum veluti metro ſoluta vulgo ſcripta eſſent, ita digeſſi ut praeiverat KOPPIERS in Obſerv. Philol. p. 52.

In NICOSTRATI aut PHILETAERI *verſ.* 1. particulam τε e inter voces Βυζάντιον & τέμαχος interſertam deſiderabat metri ratio. Epitomator iſtos verſus & multa alia ex hoc capite vel prorſus praeteriit, vel in breve admodum contraxit. *Verſ.* 2. Γαδειρικὸν δ' ὑπογάστριον. Laudavit τὸ Γαδειρικὸν τάριχος etiam Eupolis apud Steph. Byz. in Γάδειρα. ὑπογάστριον eſt quam alibi τὴν ὑτριαίαν dixit: vide Animadv. ad I. 4. c. T. I. pag. 55. *Verſ.* 3. παρ' ἀνδρὸς. Plene παρὰ ἀνδρὸς *ms. A.* Tum *verſ.* 4. idem codex καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ, rectius quam in noſtro exemplo cum ſuperioribus editionibus expreſſum eſt κ' ἀγαθοῦ, ubi κἀγαθοῦ (ſic) ſcriptum oportebat, ut per craſin prima ſyllaba longa fieret.

Verſ. 5. τιλτὸν μέγιστον. τίλιτον ed. Ven. & Baſ. τιλιτον (abſque accentu) *ms. A.* τίλτον ed. Caſ. ubi monuit CASAUBONUS: »Suſtulimus ridiculam lectionem »τίλιτον. Nam quae comminiſcuntur interpretes ad illius »interpretationem« [*Tilones* Herodoto lib. V. Praſiadis paludis piſces. Inde fortaſſis *Tiliton* ſalſamentum. *Dalech.*] »lectu ſunt indigna. τίλτον μέγιστον, eſt *fruſtum maximum* »*ſalſamenti*, quod τίλτον vocabant. Heſychio & Polluce »teſtibus, τίλτον appellarunt εἶδος ταριχίου λεπιδωτόν: »quod interpretor, *ſpeciem ſalſamenti facti e ſquammoſis pi»ſcibus*; nam τίλαι vel ἀποτίλαι eſt *deſquamare*. Ariſto»phanes, [apud Polluc. VI. 49.] τὸν σαπέρδην ἀποτίλαι

e »χρὴ καὶ ἀποπλύναι. Eſt autem ſaperda vel coracinus de »genere ſquammoſorum. Plato comicus, [ibid.] καὶ περιῶν »ἅμα τίλτον τάριχος ἐπριάμην τοῖς οἰκέταις.« — Rectius nobis viſum erat τ ι λ τ ὸ ν acute ſcriptum, ut apud Pollucem l. c. quam ſcripturam etiam doctus Heſychii editor praeferendam cenſuit.

Verſ. 6. Pro ὃν, quod cum editis habet *ms. A.*, ὅ γ' ſcribi iuſſit CASAUB. Cui parui, quoniam non modo apud Polluc. & Heſych. nonniſi in neutro genere uſurpatum videtur vocabulum τιλτὸν, nempe τάριχος vel τέμαχος, ſed mox hic apud Noſtrum ὑπερμέγεθες in neutro genere ſequitur. *Verſ.* 7. Vox τριῶν in edd. imperite ſuperiori verſui erat adiecta; tum in unum extremum verſum haec omnia erant coacta, ἤδη κατεσθίοντες, οὐ δώδεκά γ' ὑπερμέγεθες γάρ ἐστιν. Ea igitur in hunc modum digerenda diſtinguendaque & emendanda CASAUBONUS cenſuit:

τριῶν, ἀεὶ κατεσθίοντες. οὐ δυώ-
δεκά γε. ὑπερμέγεθες γάρ ἐστι.

Particulam ἤδη, quae nec metro, nec ſententiae ſatis conveniebat, prorſus abiiciendam putavi, quamquam cum editis membranae noſtrae eamdem tuentur. Pro οὐ δώδεκα vero percommode οὐδὲ δώδεκα eaedem dedere membranae: unde penultimus verſus ſic conſtituendus mihi viſus erat:

τριῶν, κατεσθίοντες, οὐδὲ δώδεκά γ'.

Sin particulam ἤδη, ne prorſus pereat, in ἀεὶ cum Caſaubono velles mutatam, poſſes ſic legere,

τριῶν, ἀεὶ ἔσθοντες, οὐδὲ δώδεκά γ'.

f Μή ποτ' οὔ τις ἐν τούτοις &c. Percommode ſic *ms. A.* cum edd. Ironica quadam ratione dictum: *vide ne nemo* (nempe ex omnibus poëtis aliisve auctoribus) *in his* (nempe in ſalſamentorum numero, quae commemorari mereantur) *Mendeſios illos recenſuerit:* aut, ut in verſione poſuimus, *nemo, ut videtur*, &c. Sua auctoritate, citra neceſſitatem, Μή ποτ' οὖν τις edidit Caſaub. qui quidem & de neceſſitate & de veritate huius emendationis ita perſuaſus fuiſſe videtur, ut ne mentionem quidem vulgatae ante ipſum ſcripturae, vel adlatae a ſe mutationis, facere in Animadverſionibus ſuis dignatus ſit. *Mox* vero recte idem Caſaub. τοὺς παρ' ὑμῖν correxit, ubi pro τοὺς perperam τὶς erat in ed. Ven. & Baſ. τοῖς vero in *ms. A.* quod ortum debuerat librario, qui putaret ad τοῖς Ἀλεξ-

ανδρεῦσι referendum esse illum articulum ; nec videret, f ad Μενδησίους eum pertinere. De *Mendesiis* autem confer Xenocratem sect. 37. (olim 36.)

ἢ τῶν καλῶν σου ἡμινήρων. Tractavit hunc locum Gesner de Aquatil. pag. 297. Pronomen σου, quod deerat editis, opportune dedit *ms. A.* Idemque pro ἡμινίρων, & mox dein pro ἡμίνιρος & ἡμίνιρον, quae in editis legebantur, constanter ἡμινήρων, ἡμίνηρος, & ἡμίνηρον dedit. Sic infra pag. 121. c. recte ἡμίνηρον editum etiam erat: quam scripturam praeferendam esse ei quae hic obtinebat, docuerat CORAY ad Xenocrat. pag. 181. ac de corrigenda huius loci scriptura diserte rursus monuit idem vir doctus in Notulis msstis in Athenaeum, nobiscum communicatis. Et ἡμίνηροι scribitur etiam apud Xenocr. sect. 37. (olim 36.) quod *salsamentum recens*, & *quasi semihumidum* interpretatur CORAY l. c. scilicet *quod nondum penitus sale* (nescio an *sole* scripserit vir doctus) *arefactum & induratum sit.* Possis fortasse etiam *semirecens* intelligere, a voce νηρὸς synonyma τοῦ νεαρὸς, de qua diximus in Animadv. T. I. p. 411. ad II. 61. d. cum quo convenit quod Archestratus supra pag. 117. a. νέον ἡμιτάριχον dixit; cui opponitur τάριχος τέλειος pag. 120. d. Nihil autem differre Alexandrinorum ἡμίνηρον ab eo salsamento quod ἡμιτάριχον vocabant alii, docet noster verbis proxime sequentibus. Quibus in verbis, pro προκατειλεγμένου, quod erat editum, προκαταλελεγμένου scripsi cum *ms. A.* Tum post ἡμιταρίχου, voculam οὖ monente CASAUBONO inserui: quae olim non modo in edd. sed & in msstis »omissa, quia geminare eam diphthon»gum (ut ait *Casaub.*) improbus γραφεὺς noluerat, to»tam sententiam obscuraverat, quae nunc clarissima est. « ARCHESTRATI locus, quem hic respicit auctor, is ipse est, quem modo indicavi.

ὁ Πάφιος Σώπατρος, ἐν Μυστάκου Ἐπιτίῳ. »SOPATER a »*Paphius*, is est qui alibi φλυακογράφος [sive φλυακογρά»φος] appellatur, ut dictum est capite nono: [ad III. 86. »a.] neque alium puto esse ab illo qui *Parodus* passim »nominatur, quique libro IV. [pag. 158. d.] φάκιος παρ»ῳδός. Huius poëtae fabula hic laudatur Μυστακοῦ Ἐπι»τίου. Qui meminissem horum verborum sub finem libri »IV. [pag. 183. b.] Σώπατρος ὁ παρῳδὸς ἐν τῷ ἐπιγρα»φομένῳ Μύστᾳ, suspicabar hîc quoque eandem fabulam

a »intelligi, & ſcribebam, ἐν Μύσταις, ἢ Θύτῃ. Sed in eo»dem libro IV. [pag. 175. c.] leges haec verba, καὶ ἐν »Μυστακοῦ δὲ Ξυτίῳ φησίν. Itaque nihil audendum.» CASAUBONUS. — Hoc loco Μυστάκου penacute ſcribunt omnes; ſed Μυστακοῦ, IV. 175. c. Utrum rectius, non definiam. *Samuel* PETITUS, Miſcell. lib. V. cap. 9. ἐν Μύστᾳ Κοτυτίῳ legendum cenſuerat, ubi tractavit fragmentum, quod IV. 175. c. ex iſta fabula adfertur.

Μενδήσιός γ' ὠραῖος ἀκρόπαστος εὖ. Vocabulo ἀκρόπαστος in eadem re uſus eſt etiam Xenocrates de Alim. ex Aquatil. ſect. 37. (olim 36.) ubi docuit CORAY in Notis pag. 180. eſſe ἀκρόπαστα ſalſamenta eadem quae ἡμίπαστα aut ἡμιτάριχα aut νεαλῆ: quae »comedebantur (in»quit) recentia, antequam inſperſum ſal totam piſcis ſub»ſtantiam penetraſſet, ac penitus maceraſſet.« Collegit ibidem vir doctus alia nomina ex ἄκρος compoſita, eamdem vim habentia atque ea quae ex ἥμι compoſita ſunt: in his ex Athenaeo noſtro vocem ἀκροθώραξ, X. 421. e. quae, interprete Heſychio in Ἀκροχάλιξ, idem valet ac ἡμιμέθυσος.

»Cum ait *Plutarchus*, convivarum unus: Ταῦτα δὲ τὰ
b »βρώματα ὅτι πολλῷ ἥδίω ἐστὶ τῶν παρά σοι περισπου»δάστων κοττάνων καὶ λεπιδίων, οἱ πειραθέντες »ἴσασι: *Ulpianum* intelligit, hominem *Tyrium*, & cibos »Tyriis familiares, *coctana* & *lepidium*. Hoc ita eſſe, ipſe »Ulpianus docet nos: de quo Athenaeus libro IX. [pag. »385. a.] ὀξυλίπαρον δὲ τί ἐστι; πλὴν εἰ μὴ καὶ κότ»ταναι ὑμεῖς καὶ λεπίδιον, τὰ πάτρια μου νόμιμα βρώ»ματα ὀνομάζειν μέλλετε. Cum ſit nullum ovum ovo ſi»milius quam hi duo loci, Dalecampius tamen diverſe »interpretatur hic & libro IX.« [Nempe ibi *coctana*, *ficus exiguas* interpretatur: hic vero ad oram haec adſcripſit: »τὰ κοττάρια, *milii paniculae*: αἱ κοττοὶ & κοττίδες, *an»teriora capitis*, *ſynciput*, *caput*.«] »Sed quaecunque ab illo »ſcripta ſunt ad hunc locum, ſunto per me indicta: ni»mis enim dat ſe ridicule. *Cottana* proprie Syris *ficus*, »Plinii etiam teſtimonio, lib. XIII. cap. 5. [ſect. 10.] »*Syria praeter hanc peculiares habet arbores: in ficorum genere,* »*caricas; & minores eius generis, quae cottana vocantur.*« CASAUB. — Pariter Heſychius: Κόττανα, εἶδος συκῶν μικρῶν. Et ab ipſa *parvitate* nomen habere facile intelligit quiſquis linguarum Orientis aliquam notitiam habet. Con-

fer Bochart. in Chanaan, lib. II. cap. 6. &, quem ille b citavit, Martial. lib. IV. epigr. 89. & lib. XIII. epigr. 28. ubi perperam *coctana* vulgo editur, pro *cottana*. Nec vero κοττάνων, quod edidit Casaubonus, hoc loco vel in edd. vett. vel in msstis legebatur. In *ms. A.* sic scribitur, κοττα. sequente puncto: in ed. Ven. & Bas. vero κότται, sequente commate: quae qui correxit Casaubonus debuerat tamen superiorum editionum & librorum manu exaratorum scripturam commemorare. — »De *lepidio* (ait »idem CASAUBONUS) consulendi sunt rei herbariae au»ctores: sed hoc discamus ex istis duobus Athenaei lo»cis, peculiarem fuisse Tyriis, aut certe Syris herbae »istius inter ea quibus vescimur, usum.« — Atqui *lepidium* quod vocant graeci latinique scriptores, cuius foliis vim inesse tradunt maxime urentem atque etiam exulcerantem, (Plin. XX. 17, 70. & Dioscorid. II. 165.) *medicorum* quidem usui inserviebat, atque etiam in culinis *condimenti* vice fungebatur, ut ex Plin. XIX. 8, 51. intelligitur: sed in *ciborum* numero haberi non posse videtur. Quare videndum, ne aliud quid hic lateat. Nec vero ipsum λεπιδίων, quod rursus tacite hic edendum curavit Casaubonus, hoc loco legebatur; nec lib. IX. p. 385. a. λεπίδιον dederant libri: sed ibi λέπιδιν habebant editiones veteres, consentientibus nostris membranis: hîc vero editio Ven. & Bas. sic habent, καὶ λεπίδιον πειραθέντες ἴσασι: *ms. A.* autem, καὶ λεπιδίοι πειραθέντες &c. Casaubonus suo arbitratu sic edidit, καὶ λεπιδίων, πειραθέντες ἴσασι: in Animadversionibus autem, cum vidisset ad participium πειραθέντες desiderari articulum, οἱ πειραθέντες scripsit. Atqui eiusdem articuli clarum vestigium in illa, quam dixi, scriptura nostrarum membranarum, λεπιδίοι, cernebatur. Caeterum utrum λεπιδίων εἰ πειρ. scripserit Athenaeus, ut terminatio nominis per librariorum errorem fuerit omissa; an fortasse, tenens exoticam vocabuli formam, nude λεπιδι aut alio quo modo scripserit, id quidem in aliorum vetustiorum codicum iactura, aliorumque auctorum silentio, quis definiet? Certe scriptura λέπιδιν, quam pag. 385. exhibent libri, exoticum quemdam habet colorem. Mihi vero mirum accidebat, cum viderem doctissimum Bochartum, loco supra citato, contentum fuisse graeca nominis λεπίδιον derivatione, nec in orientalium linguarum penu aliquid

b circumſpexiſſe quod huc trahi poſſet, ubi de cibi genere agitur, quo ſolos maxime Syros uſos eſſe ſatis perſpicue ſignificat Deipnoſophiſta. Nec ego quidem rem confectam dare praeſumam: ſed quum in Hebraeorum idiomate reperiatur nomen a radice *lapad* (eiſdem literis conſtante quibus haec ipſa vox de qua quaerimus) deductum, quo deſignatur *edulium aliquod e ficis paratum*; donec certius aliquid proferatur, coniectare licebit, reſpexiſſe Athenaeum illud ipſum vocabulum, (quodcumque illud fuerit) quo uſi ſint Tyrii, aut omnino Syri, ad tale aliquod edulium, quo illi vulgo uterentur, ſignificandum. Vide Buxtorſii Lexicon Chaldaicum, Talmudicum & Rabbinicum, col. 1152. ſub finem.

AD CAP. LXXXIX.

Κρατῖνος ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ. »Videtur ſcripta fabula »in tyrannum *Alexandrum*, qui pro *Baccho* voluit coli.« CASAUB. — *Ibid.* ἐν σαργανοῖς. Terminationem σιν reſpuebat metrum; niſi penultimam ſyllabam vocis τάρμχος brevem uſurpavit ille poëta, quam alii omnes longam faciunt. Mireris tamen, & *ms. A.* & *Ep.* eamdem terminationem tenere: & *ms. A.* quidem (quod ſciam) σαργανοῖσιν habet cum editis; *ms. Ep.* vero σαργάνοισιν. Sed nec ipſa forma maſculina aut neutrius generis uſquam alibi in hoc nomine reperitur: nec aliud apud Grammaticos (Heſychium, Suidam, Etymologum, Euſtathium) adnotatum legitur, niſi ἡ σαργάνη, quod Etymologus interpretatur πλεγμάτιον ἀπὸ σχοινίου γινόμενον εἰς ὑποδοχὴν ἰχθύων. conf. Wetſten. ad II. Corinth. 11, 33. Itaque σαργανοῖσιν illud vel σαργάνοισιν proxime ex σαργάνησιν corruptum videtur; hoc ipſum vero neglecta metri ratione, invectum pro σαργάναις, quae vera fuerit poëtae ſcriptura.

Πλάτων, Διῒ κακουμένῳ. »Laudo hanc ſcripturam κα»κουμένῳ: non, ut alibi invenias, καλουμένῳ, & in his »libris, & apud Pollucem lib. VII. cap. 29. Hinc igitur »emendabis.« CASAUB.

Ἀριστοφάνης, Δαιταλεῦσιν. »Δαιταλεῖς *Ariſtophanis*, »non recte vertunt *Epulones*: nam, quod docuit me unus »Galenus, ei fabulae nomen ab Atticae populo qui ſic »appellabatur. Adſcribam verba Galeni, quia plurimum »faciunt ad cognoſcendum eius comoediae argumentum.

»Sic igitur ille, in praefatione Lexici Hippocratei, de b
»γλῶττα voce diſputans: Νομίζω δή σοι τὰ ὑπ' Ἀριστο-
»φάνους ἀρκέσειν, τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων, ὧδέ πως ἔχον-
»τα· πρὸς ταῦτά σοι λέξω Ὄμηρε, γλώττῃ τίνι καλοῦσι
»κόρυκα. προβάλλει μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι ὁ ἐκ
»τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης τῷ ἀκολάστῳ υἱεῖ,
»πρῶτον μὲν τὰ κόρυκα τί ποτ' ἔστιν ἐξηγήσασθαι· μετὰ
»δὲ τοῦτο, τί καλοῦσιν ἀμέννηνα κάρηνα. κἀκεῖνος μέντοι
»ἀντιπροβάλλει τῶν ἐν τοῖς Σόλωνος ἄξοσι γλωττῶν τὰς
»εἰς δίκας διαφερούσας. Sequentia ibi legant ſtudioſi: mul-
»ta enim ex eo dramate deſcribuntur. Scholiaſtes illius
»poëtae ſcribit ad Nebulas, [vſ. 529.] Dicaeſīs fabu-
»lam omnium primam ab Ariſtophane fuiſſe commiſſam:
»in qua, ait, σῶφρον μειράκιον εἰσάγει, καὶ ἕτερον ἄχρη-
»στον. εὐδοκίμησε δὲ σφόδρα ἐν τούτῳ τῷ δράματι. « Ca-
SAUB. — Totum Galeni locum transſcripſit BRUNCK in
Fragm. Ariſtoph. pag. 236. monuitque ibid. pag. ſq. nul-
lum adhucdum innotuiſſe Atticae pagum, cui nomen
Δαιταλεῖς; & τὸν ἐκ τοῦ δήμου πρεσβύτην intelligendum
eſſe *hominem de plebe;* recte autem τοὺς Δαιταλεῖς intelli-
gi *convivas* vel *epulones:* quod ipſum etiam diſerte Etymo-
logus in Δαιταλεὺς docuit.

Οὐκ αἰσχυνοῦμαι τὸν τάριχον τουτονὶ πλύνων &c. »Ho- c
»rum verſuum maior eſt elegantia, quam exiſtimaverint
»viri eruditi. Nam τάριχος hic *virum nequam aut ſceleſtum*
»ſignificat; non quod ea vox proprie ſonat. Obſervaba-
»mus ad Theophraſtum, ſalſamenta inter viliſſimos cibos
»eſſe habita: unde proverbium manarit, ταρίχους ἀξιώ-
»τερος, apud Ariſtophanem. Ex eo ταρίχους appellarunt
»*ſordidos homines & improbos.* Ita accipitur in paroemia,
»quae paullo poſt [lit. e.] recitatur ab Athenaeo, Οὐκ
»ἂν πάθοι τάριχος ὥνπερ ἄξιος: etſi poteſt iſte verſicu-
»lus etiam ſimpliciter accipi de ſalſamentis quae *plagis*
»*contunduntur*, ut duritiem remittant: quo in genere prin-
»cipatum obtinet Germanorum *Stockfiſch*, & ſalpa: *qui*
»*piſcis*, ait Plinius, *nusquam percoqui poteſt niſi ferula verbe-*
»*ratus.* - - [Eodem pertinet ille verſus, paulo inferius,
»lit. e. Ἐπὶ τῷ ταρίχει τῷδε &c.] Etiam in voce πλύνειν
»venuſta eſt ἀμφιβολία. Nam in propria ſignificatione id
»verbi convenit ſalſamentis: ut cum ait idem poëta, τὸν
»σαπέρδην ἀποτίλαι χρὴ καὶ καταπλύναι, καὶ κατεκπλύ-
»ναι, καὶ διαπλύναι; & Athenaeus ipſe hoc libro, πάν-

c »τας δεῖ τοὺς ταρίχους πλύνειν: at in hominem τάριχον »alia notione competit, pro *maledicere* & *probris onerare*. »Ariſtophanes, [Acharn. 380.] Ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου, »κἀκυκλοβόρει, κἄπλυνεν: & Demoſthenes non ſemel. « CASAUBONUS. — Vide Reiskii Ind. Graec. Demoſth. voce πλύνειν; tum Suidam in Πλύνεσθαι, Küſterum ad Ariſtoph. Acharn. 380. & Toup. in Curis Noviſſ. pag. 227. Poſt vocem πλύνων, imperite in *ms. Ep.* inſertum eſt verbum εἰπεῖν: quae videtur fuiſſe pars ſcholii olim inter lineas ſcripti, quod ad verbum πλύνων ſpectaſſet.

Κράτης, Θηρίοις. »CRATES Comicus ſuorum dramatum »uni fecerat nomen Θηρία, *Ferae*. « [Non Θήριοι, ut erat in Dalecampii Indice Auctorum.] »Suſpicor fuiſſe ſcri»ptum in guloſos & helluones, quos θηρία vocavit. Ita»que pleraque omnia genera ciborum hac fabula nomi»nabantur, ut ex ſuperſtitibus reliquiis licet intelligere: »quidam etiam aliis omnibus indicti & innominati prae»ter Cratetem; ut τάκωνες, de quibus Pollux lib. VI. cap. »9. Eiuſdem fabulae meminit Athenaeus lib. VI. [p. 267. »e. f.] ubi multi ex illa verſus. « CASAUB. — Verſus ex Cratetis Θηρίοις & hîc & pag. 267. citati, anapaeſtici ſunt Ariſtophanei. τῶν ῥαφάνων eſſe genitivum partitivum, vel tironibus notum fuerit.

Ἰδίως δ' ἐσχημάτισται παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Ἀρτοπώλισι· Καὶ τάριχος πίονα. »HERMIPPI Ἀρτοπωλίδων etiam »Pollux facit mentionem lib. VII. [ſect. 198 & 202.] imo »ipſe Ariſtophanes, cum ait in Nebulis, [vſ. 557.] Εἶθ' »Ἕρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον. Nam de Arto»polidibus Hermippi ſentire Ariſtophanem docent ſcholia. »Sed obſervemus verba Athenaei: Ἰδίως δ' ἐσχημάτι»σται -- Καὶ τάριχος πίονα. Iubemur a doctis ſcri»bere, τάριχον πίονα. « [Dalecampium dicit, qui in verſione ſic poſuerat, *Et tarichon pinguem.*] »Non repugnabo, »ſi docuerint me quid ſit hac lectione admiſſa illud ἴδιον & »Hermippi peculiare, quod in illis verbis admonemur ab »Athenaeo obſervare: nam τάριχον dici maſculino ge»nere, quot iam exemplis probatum eſt? In vulgata le»ctione ineſt elegans generis metalepſis, in iſta quidem »voce Hermippo peculiaris, in aliis vero familiaris mul»tis poëtis. Nam τάριχος πίονα, ſimile eſt illis Nicandri, »Ψολόεις ἐχίδνη, & καταψυχθέντος ἀκάνθης: item νιφόεν»τι δειφῇ, & μορόεντος ἐλαίης. Sic apud ſummum vatem

» ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον, [Iliad. β'. 561.] de quo etiam c
» Hermolaus Byzantius; [in Epit. Stephani Byzant. voce
» Ἐπίδαυρος.] & Ἅλυς ἑέρση, Ἅλυς αὐτμή: itemque που-
» λὺν ἐφ' ὕγρην.« CASAUB. — Mihi in ista generis enal-
lage, apud comicum praesertim poëtam, nullam videre
elegantiam contigit. Apud alios licentiam rectius, quam
elegantiam, puto, dixeris: apud comicum mulier quae-
dam aut alia persona de infima plebe, consulto inducta
fuerit soloece & improprie loquens.

Σοφοκλῆς τ' ἐν Φινεῖ ἔφη· Νεκρὸς τάριχος εἰσορᾷν Αἰ-
γύπτιος. » SOPHOCLIS versum non aliter omnes codices
» scriptum exhibent: neque laudo emendantes Νεαρὸς
» ταρ. Puto nanque alludum ad veterum Aegyptiorum
» ταριχεύσεις, & *cadaverum condituras*, de quibus Hero-
» dotus lib. II.« [c. 86.] CASAUBONUS. — In νεκρὸς recte
cum msstis consentiunt editt. Ven. Bas. & Cas. 1. & 2.
Dalecampius vero *recens tarichos* interpretatus erat: inde
in ed. Cas. 3. imperito consilio eius qui illam editionem
curavit, Νεαρὸς τάριχος positum est. Mireris vero, non
monuisse Casaubonum, verba ista Σοφοκλῆς - - ἔφη, cum
deessent superioribus editionibus, a se e msstis libris esse
adiecta. Agnoscunt sane eadem verba nostrae *membr. A.*
Epitomator vero, suo more, nonnisi poëtae nomen, Σο-
φοκλῆς, adposuit.

Ἀριστοφάνης, ἐν Εἰρήνῃ. Vide ARISTOPH. *Pac.* 563.

Κηφισόδωρος ἐν Τί. »De CEPHISODORI comici *Suc* d
» vide lib. VIII. [ad pag. 345. f.]« CASAUBONUS. — Sci-
licet, pro υἱοῦ δ' ὀψοφάγος, VIII. 345. f. oportebat Τί-
οὐδ' ὀψοφ. Pariter XV. 701. b. pro ἐν Τγιεῖ, lege ἐν Τί:
ibi nostrae *membr. A.* ἐν Τεῖ, propius ad verum accedentes quam vulgo editur.

Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις· - - λέκιθον ἐλούσῃ φακῆν - -
ὀπτῶσ' ὀρφανὸν ταρίχιον. » In testimonio PHERECRATIS e
» *Fugitivis*, pro λέκιθον, *vitellum ovi*, legit Dalecampius λή-
» κυθον; [*olearium guttum* vertens:] &, pro ὀρφανὸν τα-
» ρίχιον, ὄρφνιον. [*paululum nigri tarichii.*] Quae emen-
» dationes plurimum habent probabilitatis: nisi est comi-
» cae licentiae dictum, ὀρφανὸν *falsamentum*, pro *solum*, &
» *ab omnibus aliis rebus destitutum.*« CASAUB. — Pherecratis
verba vulgo scripta erant veluti metro soluta. Sunt autem
manifeste versus trochaici: quorum ratio non patitur, ut
in impari sede dactylus λήκυθον, pro tribrachy λέκιθον,

d ponatur. Caeterum de iſta interpretatione, qua uſus Dalecampius eſt, vide H. Stephanum in Theſ. Ling. Graec. T. II. 675. d. Nec vero ſolicitanda ullo modo vox λέκιθον erat, quae perbene habet; ſed non ea notione accipienda, qua Caſaubonus accepit, *vitellum ovi* intelligens. Monent Grammatici, τὴν λέκιθον in foem. gen. ſonare *ovi vitellum*; ſed τὸν λέκιθον, in maſculino, *piſum* legumen. Vide, praeter alios, Euſtathium ad Od. ν'. pag. 275, 8. ubi Athenaei locum tractat, qui legitur IV. 157. b. Sed & *lenticulam, cui cortex detracta*, atque etiam *farinam e lenticula*, λέκιθον Graeci dixerunt, quemadmodum ex Hippocrate & Galeno docuere Gorraeus in Definitionibus Medicis, Foeſius in Oecon. Hippocr. & H. Stephanus in Theſ. ſub ipſa voce Λέκιθος. Poſteriori ſignificatu, *farinae e lenticula*, habes etiam apud ipſum Noſtrum, X. 432. c. d. ubi ἐπιπάττοντας λέκιθον praeeuntibus mſstis legendum, pro ἐπιτάττοντα λέκυθον, conferenduſque ſimillimus Hippocratis locus a Foeſio laudatus. Denique & *pultem ex piſis vel lenticula coctam*, λέκιθον dixere. Sed hoc quidem loco perinde eſt, *farinam*, an *pulmentum* intelligas; quoniam adiectum verbum ἑψούσῃ ſatis indicat quid ſit de quo agatur. Iam, ſi nonniſi in maſculino genere hac notione, ubi de *legumine* agitur, uſurpatum fuiſſet illud vocabulum; ſtatuendum foret φακῶν pro φακῆν ſcriptum oportuiſſe, quemadmodum apud Hippocr. & Galenum λέκιθος φακῶν legitur. Sed de genere quidem unus eſt Euſtathius qui diſerte praecipiat, τὸν λέκιθον in maſculino uſurpari, cum *piſum* ſignificat: alii, ubi de duplici ſignificatu vocis λέκιθος (*ovi vitellus*, & *piſum*,) monent, tacent de generis differentia. Vide Schol. ad Ariſtoph. Plut. vſ. 427. Sed eſto, *piſum* maſculino genere τὸν λέκιθον dici ſolitum eſſe: *farinam* certe aut *pultem* ex piſis vel ex lenticula, aut etiam ex quocumque legumine, etiam foeminino genere τὴν λέκιθον nominatam fuiſſe, ex illa dictione κυαμίνη λέκιθος diſcimus, quam ex Hippocrate aut libris Hippocrati adſcriptis Gorraeus & Foeſius protulerunt. Quare vox φακῆν adiective accipienda fuerit, & ad ſubſtantivum λέκιθον referenda, ut idem valeat λέκιθον φακῆν ac λέκιθον φακίνην: *Mulier* (vel, *uxor mea*) *nos exſpectat, unicuique noſtrûm pulmentum ex lenticula coquens.* Pro ἑψούσῃ exſpectabas ἑψουσα; ſed id metro non erat aptum: itaque forma Ionica uſus eſt poëta, quae fortaſſe etiam a plebe

Attica ſubinde frequentabatur. De voce ὀρφανὸν Caſaubono adſentior, non eſſe ſolicitandam, ſed ea fere notione, quae ab illo explicata eſt, accipiendam. Poſſis vero etiam *vile*, *tenue ſalſamentum* intelligere; aut *ad quod parandum nulla adhibita fuerint exquiſitiora condimenta.*

Ἡρόδοτος δ' ἐν ἐννάτῃ. Herodot. IX. 120. Ex *Proverbiis*, quae mox adferuntur, alterum iam ſupra pag. 116. e e. prolatum erat. De tertio, οὐκ ἂν πάθοι τάριχος, &c. vide paulo ante ad lit. c. notata.

Χιωνίδης, Πτωχοῖς. »CHIONIDAE comici nomen Χιο»νίδης ſcribendum per ο parvum, ut ſemper apud Sui»dam; non per ω, ut hic. *Mendicos* eius poëtae fabu»lam laudat hic Athenaeus: ſed apparet ex lib. IV. [pag. »137. e. tum ex XIV. 638. d.] dubitatum eſſe ab antiquis »criticis de ea fabula. Obſcurus plane poëta & lucifuga: »cuius tamen Heroas invenio laudatos apud Pollucem X. »8. [43.] & Suidam in Ἄγνος.« CASAUB. — Scripturam per ω conſtanter tribus locis apud Athenaeum noſtrae *membr. A.* tenent: eodemque modo apud Pollucem editur conſentientibus msstis. Sic & apud Suidam, in ipſa voce Χιωνίδης, ex optimo ms. Pariſienſi edidit Küſterus, cuius ibi vide Notata.

Ἐπὶ τῷ ταρίχει τῷδε τοίνυν κόπτετον. Sic uterque *ms. A.* & *Ep.* κοπτέον edd. Videtur in hoc verſu, cuius auctorem non nominavit Noſter, τὸ τάριχος eodem ſenſu accipiendum, de quo paulo ſuperius Caſaubonus monuit ad lit. c. Pro τῷδε τοίνυν, mutata verborum ſerie in *ms. Ep.* τοίνυν τῷδε ſcribitur: quod magis placeret, niſi reclamaret metrum. Caeterum haud dubie turbata in his, quae hunc verſum vel praecedebant vel ſequebantur, ſcriptura erat. Nempe poſt illum Chionidae verſum, Ἆρ' ἂν - - ὦ θεοί. ſic ſcribebatur: Καὶ ἐπὶ δοτικῆς,

Ἐπὶ τῷ ταρίχει τῷδε τοίνυν κοπτέον.

ἢ δὲ δοτικὴ, ταρίχει, ὡς ξίφει. Μένανδρος &c. Quam confuſionem miror ſilentio praeteritam a Caſaubono. Mihi neceſſario, primum, iſta verba ἢ δὲ δοτικὴ, ταρίχει, ὡς ξίφει, in locum iſtorum καὶ ἐπὶ δοτικῆς reponenda viſa erant: tum vero, pro iſtis Καὶ ἐπὶ δοτικῆς, ſcribendum καὶ ἐπὶ αἰτιατικῆς, & haec poſt eumdem quem modo dixi verſum reiicienda. Quod ſi quis audacius a nobis factum iudicaverit; meliora certioraque doceat, & lubens accipiam.

e Μέναδρος, Ἐπιτρέπουσιν. Τρέπουσιν edd. omnes. Itaque CASAUBONUS: »Non fero aequo animo haec ita »scribi, Μέναδρος Τρέπουσιν. Imbutus enim sum per»suasione legi debere Ἐπιτρέπουσιν. Equidem poëtae huius »fabulam novi nullam cuius esset index Τρέποντες: atque »adeo fuisse nullam censeo. Ἐπιτρέποντες vero Menandri »laudantur libro XIV. [pag. 659. b.] & apud Stobaeum »Serm. XXX. nec non apud Harpocrationem in Ματρύ»λειον & Ἔχῖνον; suntque de ea comoedia haec illius ver»ba: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου πρώτῳ οὕτως ἤρξατο· »Εἰ μὲν ἐβούλετο Ἄφοβος, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, δίκαια »ποιεῖν περὶ ὧν διαφερόμεθα, τοῖς τε οἰκείοις ἐπιτρέπειν. »ἀντὶ τοῦ, δικαιτητὰς αὐτοὺς αἱρεῖσθαι. ὅθεν καὶ Μενάνδρου »δρᾶμα, Ἐπιτρέποντες. Priscianus lib. XVIII. citat Me»nandrum ἐν Ἐπιτρίτοις: legendum suspicor Ἐπιτρέπουσι, »vel Ἐπιτρόποις. Sidonius Apollinaris, lib. IV. Epist. 12. »*Nuper ego filiusque communis Terentianae Haecyrae fales ru»minabamus: studenti assistebam, naturae meminens, & profes»sionis oblitus. Quoque absolutius rhythmos comicos incitata do»cilitate sequeretur, ipse etiam fabulam similis argumenti, id est, »Epitrepontes Menandri, in manibus habebam.*« — Vocabulum, a superioribus librariis truncatum, quod ex docta coniectura corrigendum monuit Casaubonus, vetustae nostrae *membr. A.* integrum tenuere. MENANDRI *ver*f *sus*, qui adponitur, Ἐπέπασ' ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας, ἂν οὕτω τύχῃ, quo metro constet, non video. Nihil in eo mutant mssti nostri, nisi quod ἐπέπασα plene scribunt; quam scripturam & Eustathius ex Epit. tenuit, ad Il. α'. p. 55, 36. Et Eustathius quidem desinit in voce ἅλας; codex vero *Ep.* integrum versum exhibet cum edd. & *ms. A.* Inseruit eumdem Fragmentis Menandri Clericus pag. 68. quem ad locum miror nihil a Bentleio esse adnotatum. Demta voce ἅλας, legitimus fuerit senarius; in quo syllaba ἂν, ob asperum spiritum, a quo incipit sequens vox οὕτω, producta esse poterit. Itaque eamdem vocem ἅλας uncis inclusi: non quod eam temere a librariis adiectam putem, quippe quae ad sententiam necessaria erat; sed quod extra versus modulum ab Athenaeo hîc posita videbatur, quae apud ipsum poëtam superiorem versum clausisset. Nam cum alioquin in edendo vetere scriptore satis bene secum agi arbitrari debeat editor, si scripturam, qualis a scriptoris manu prodierit, talem maxime restituere repraesentareque va-

lear; in huiusmodi opere, quale hoc Athenaei, quod to- f
tum ex aliorum auctorum, & poëtarum maxime, eclo-
gis compositum & consarcinatum est, etiam ultra aliqua-
tenus tendere licet iuvatque; ut ex his, quae e vetustio-
ribus auctoribus sic descripsit Noster, ut nonnulla inter-
dum transposuerit, alia omiserit, alia vel adiecerit vel le-
viter mutarit, de ipsius vetustioris auctoris vera & in-
corrupta scriptura iudicium facere conemur.

AD CAP. XC.

Τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς Ἀθηναίους ὅτι εἰσήγαγε τάριχος. Et ad sermonis usum commodus, & ad metrum neces- a
sarius videtur articulus τὸ, quem ante τάριχος inferen-
dum dixi in Notula contextui subiecta. Quod ad senten-
tiam, tractavit hunc locum PETITUS, Miscell. lib. V. c.
6. p. 92 sqq. ubi, postquam monuit, ex legibus Athenien-
sium civitate non fuisse donatos nisi τοὺς εὐεργετοῦντας
τὴν πόλιν, in verbis illis εἰσήγαγε τάριχος iocum ait inesse
elegantem. »Loquitur (inquit) Alexis de Chaerephili li-
»beris, quasi patre nati essent falsamento. – – Parentes
»dicuntur εἰσάγειν τοὺς υἱοὺς εἰς τοὺς φράτορας καὶ εἰς
»τοὺς ἄνδρας, quando iurati apud tribules & populares
»profitentur, se & matre civibus Athenienfibus liberos il-
»los, quorum nomina ad acta profitebantur, esse natos,
»aut secundum leges adoptatos. – – Igitur quod a patre
»liberis praestabatur, his a falsamento praestitum esse io-
»catur Alexis.«

Verba proxime sequentia quum praeeuntibus superiori-
bus editoribus pro continuatione versuum Alexidis (quod
equidem mihi persuadere non potui) haberet CASAUBO-
NUS, haec ad hunc locum adnotavit: »*Versus Alexidis*
»de duobus Chaerephili falsamentarii filiis,

»Ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων, δύο σκόμβρους ἔφη
»ἐν τοῖς σατύροις εἶναι:

»intelligo de equitum transvectione. Huic intererant duo
»isti adolescentes equis, sicut alii, vehentes, cum dixit
»Timocles, *duos scombros inter satyros versari.* Cur equites
»appellet *satyros*, quaestionis est: at, filios Chaerephili
»*scombros* fuisse dictos, ex libro VIII. [pag. 339. d.] cer-
»tum. « — Ad eadem verba PETITUS l. c. monuit »in-
telligi hinc, equitum ordini adscriptos fuisse Chaerephili

a filios: carpi autem ab Alexide equites Athenienſes, cum *ſatyros* adpellat, quaſi ſalaces & in venerem pronos: *ſatyros* autem dixiſſe, quod Theſſali eſſent Satyri, & Centauris progeniti, qui equites peritiſſimi habiti ſint. « — Pariter vero *ſcombros* a laſcivia adpellatos eſſe Chaerephili filios, intelligi ex eis videtur, quae ſub voce σκομβρίζειν apud Heſychium & Suidam leguntur. coll. VIII. 339. d. Damaſum quemdam, Trallenſium oratorem, pariter *Scombrum* cognominatum memorat Strabo lib. XIV. pag. 649. TIMOCLEM intelligo Comicum, ſaepe aliàs a Noſtro laudatum.

μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ. Horum mentionem fortaſſe HYPERIDES fecit in Oratione contra Ariſtogitonem, qua defendit decretum illud populi Athenienſis, ipſo rogante factum, τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους, Ἀθηναίους, τοὺς δ' ἀτίμους ἐντίμους εἶναι: de qua oratione vide Ruhnkenium ad Rutil. pag. 64. & in Reiskii Oratorib. Graec. vol. VIII. pag. 188.

Quae de *Euthyno ſalſamentario* ex ANTIPHANIS *Curide* adferuntur, prorſus praetermiſit Epitomator, quod fere facere conſuevit, ubi nimis corruptus locus ei viſus eſſet. Sunt autem haud dubie multis modis corrupta iſta:

— — — κἂν [ſic oportebat pro κἄν] οὕτω τύχῃ
Εὔθυνος, ἀπολογίζων αὐτόθι
χρηστόν τι, περίμεινον, κέλευσον μὴ τεμεῖν.

quibus nullam membranae noſtrae offerunt medicinam. CASAUBONUS, poſtquam monuit, medium verſum uno pede claudum eſſe, ſic corrigi iuſſit, praeeunte Dalecampio in latina verſione:

— — — κἂν οὕτω τύχῃ
παρὼν Εὔθυνος ἀπολογίζων αὐτόθι.

» Trochaeus, inquit, in ſecunda ſede, iambi loco, ex li- » centia comica: quamquam id apud Graecos rariſſimum.« — At trochaeum in ſecunda ſenarii ſede quis feret? Ne ſpondeum quidem: cui ſi hîc eſſet locus, ſtare Εὔθυνος poſſet, quae vox penultimam longam habet, ut monuit vir doctus, cuius Coniectanea in aliquot Athenaei loca exhibentur in ed. Caſ. 3. pag. 703. Nec tamen commodius aliquid, ſanando huic loco, vel eidem viro docto occurrebat, vel nobis occurrit. Caeterum ipſum etiam verbum ἀπολογίζων videndum ſatis-ne ſanum ſit. Nam activâ quidem formâ vix usquam, niſi apud Suidam, occurrit;

qui duplicem ei notionem tribuit, alteram *repudiandi*, al- a
teram *supputandi*. Eà notione, quam cum Dalecampio in verſione expreſſimus, quae & eadem Caſaubono probata fuiſſe videtur, non niſi in medio genere ἀπολογίζομαι frequentatur: cuius uſus plurima exempla in Lexico noſtro Polybiano collecta reperiet ſtudioſus lector. Poſtremo verſu, niſi χριστόν τι ad verbum ἀπολογίζων aut ἀπολογιζόμενος pertinere videretur, ſuſpicatus eſſem μοι τεμεῖν fortaſſe pro μὴ τεμεῖν debuiſſe librarium; quo naturalis ordo verborum hic eſſet, περιμένων κέλευσον τεμεῖν μοι χριστόν τι.

Φειδίππου. Sic recte ed. Ven. Perperam Φειδιπποῦ ed. b
Baſ. & Caſ. quae tamen mox recte in nominativo Φείδιπποος ſcribunt, conſentiente *ms. Ep.* *Mox*, imperite Ἀλεξις δ' ἐν Ἱππίσκῳ editum erat; ubi importunam particulam δ' delevi auctoritate *msti A.* Titulos dramatum laudatorum commode interpretatur DALECH. »Ἱππίσκος, *equu-* »*leus.* Σώρακος, *vas quo reconditur hiſtrionum ſupellex.* « — Conſer Polluc. X. 130. & ibi Interpp.

AD CAP. XCI.

ὁρμὴν ἐχόντων ἐπὶ τὸ πίνειν. Sic recte edd. Corrupte ἐπὶ τὸ ποιεῖν *ms. A.* Epitomator vero introitum huius capitis praetermiſit. *Mox*, ἐπὶ τῷ ἐπιγρ. συμποσίῳ habet idem *ms. A.* cum ed. Ven. quod commode in ἐν τῷ ἐπ. συμπ. mutavit editor Baſ. & hoc tenuit Caſ.

»Quae alibi toties appellavit *propomata*, pluribus ver- »bis circumloquitur, cum ait ex HERACLIDA *Tarentino*: »λεπτέον σύμμετρον τροφὴν πρὸ τοῦ πίνειν, καὶ μάλιστα »τὰς εἰθισμένας προπαρατίθεσθαι περιφοράς. *Mediocris ci-* c
»*bus, priusquam bibas, ſumi debet: ii maxime qui ſolent ante* »*alia appoſiti circumferri. Guſtationem*, inquam, intelli- »git: quae, ut libro ſuperiore dicebamus, nihil eſt aliud »niſi αἱ εἰθισμέναι προπαρατίθεσθαι περιφοραί. [Vide ad »II. 58. b. c. Animadv. T. I. pag. 390 ſq.] Guſtationum »ὕλην, duobus ferme libris Athenaeo deſcriptam, duo- »bus verbis complectitur Heraclides, addens, λέγω δὴ »λαχάνων καὶ ταρίχων γένη. *Olera* enim & *res ſalitae* prae- »cipua fuerunt antecoenii materia. Plutarchus docte ge- »nus utrumque eſt complexus, λεπτὰ καὶ τομὰ nomi- »nans. [Quaeſtion. Convival. lib. VIII. cap. 9. ſub fin.]

c » Solebant autem in veterum conviviis appositae lances » *circumferri*, ut singulis convivarum carpendi fieret pote- » stas. Epictetus in Enchiridio: [cap. 15. olim 21.] Μέ- » μνησο ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφε- » ρόμενον γέγονέ τι κατά σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα κοσμίως » μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπί- » βαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε μέχρις ἂν γέννη- » ται κατά σε. Praeclare ista explicant *circumferendi* con- » suetudinem. Infra libro IV. [p. 128. d.] ἀλλα δ' ἐσθίειν » περιεφέρετο πολλά: & statim, [pag. 130. b.] σύαγροι » κατὰ πινάκων περιεφέροντο ἑκάστῳ: quamquam isto loco » περιφέρεσθαι potius significat *in circuitu cuique apponere.* « CASAUBONUS.

δηγμῶν αἴτια. δηγμοὺς apud Medicos sigillatim vocari *oris ventriculi ab humorum acrimonia & malignitate morsus*, docuit Foesius in Oecon. Hippocr. hac voce. *Ibid.* Οἴον- ται δέ τινες ταῦτα εἶναι καὶ κακοστόμαχα. Abundare diceres ac fortasse deletam malles καὶ particulam: quae tantum abest ut redundet, ut potius emphasin addat ser- moni, hancque fere vim habeat, *non modo non conducere, verum etiam incommodare stomacho.* Mox, quatuor verba εὐλύτους ἐκ τῶν ἐναντίων, cum deessent veteribus editio- nibus, adiicienda ex suo cod. Epit. monuerat Hoeschelius, & adiecit Cas. suffragantibus nostris codicibus.

ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ σίσαρον &c. Cum prava distinctione laboraret hic locus, quae ne in ipsa quidem ed. Cas. cor- recta erat, cum post Ἀγρωστίνῳ nude ἐν Γῇ καὶ θαλάσσῃ legeretur, haec monuit in Animadversionibus CASAU- BONUS: » Obscuratum prava distinctione locum illustra, » & scribe: ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ σίσαρον καλούμενον (οὗ μνη- d » μονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Ἀγρωστίνῳ κ᾽ ἐν Γῇ καὶ θαλάσσῃ, » καὶ Διοκλῆς ἐν πρώτῳ Ὑγιεινῶν) ἀσπάραγος, τεῦτλον τὸ » λευκόν. Erat enim continuandus catalogus, ab auctore » institutus, rerum quae simul laxant & stomachum iu- » vant. *Dioclis* auctoritas pertinet ad *siser*, non ad sequen- » tia. Eumdem locum Dioclis habuit ante oculos Plinius, » scribens lib. XX. cap. 5. [sect. 17.] *Siser erraticum sativo* » *simile est & effectu: stomachum excitat, fastidium absterget.* » *Ex aceto laserpitiato sumtum, aut ex pipere & mulso, vel* » *ex garo, urinam ciet, ut Ophion credit, & Venerem. In ea-* » *dem sententia est & Diocles.* De *sativo sisere* vide eumdem » libro XIX. cap. 5. [sect. 28.] EPICHARMI *Agrostinum*

»laudat Hesychius in Κόλαφος. Syracusanae dialecti est d
»vocabulum ἀγρωστῖνος, pro ἀγροῖκος, *rusticus*. Ἀγροῖ-
»κον autem multi comici docuerunt, ut Antiphanes,
»Philemon, Anaxandrides, alii.«

καθεκτικόν ἐστιν ἐκκρίσεων. ἐκκρίσεως edd. Tum CASAUB. »Scribe cum antiquis ἐκκρίσεων. Eodem nume-
»ro paulo ante, τῶν τὰς ἐκκρίσεις ποιούντων.« In veram script. consentiunt *codd. A.* & *Ep.*

»Quid appellatur τάριχος τέλειος καὶ μὴ βρομώδης?
»*Salsamenta perfecta* interpretor *probe macerata, indurata &*
»*siccata*. Talia evadunt quae rite salita sunt: contra quae
»non satis diu in muria servaveris, *viro*sa fiunt, & facile
»corrumpuntur. βρομώδης scriptum in membranis pro βρω-
»μώδης: sic alibi ἄβρομος, pro ἄβρωμος: quam scriptu-
»ram etiam in libris Dioscoridis invenias.« CASAUB. — Τάριχος τέλειος opponitur τῷ ἡμιταρίχῳ, cuius mentio facta pag. 117. a. & 119. a. quod & ἡμίνηρον & ἀκρόπαστον τάριχος vocabatur. conf. Animadv. ad pag. 118. f. & 119. a. In scripturam βρομώδης per o breve in prima syllaba consentiunt h. l. editi cum msstis, qui constanter eamdem scripturam, & recte quidem, tenent; de qua scriptura vide notata ad III. 88. a. Animadv. pag. 94. *Mox*, ubi in edd. scribitur προπαρατίθεσθαι δ' ἐστὶν, ibi accentus in *ms. Ep.* sic ponitur δ' ἔστιν.

τὴν λεγομένην φυλλίδα. »φυλλίδα quid appellet dixi-
»mus libro superiore cap. XXV.« CASAUB. — Vide ad II. 66. d. Animadv. T. I. pag. 444. — »Corrupta sunt
»quae subiiciuntur, ἔτι δὲ τάριχος, εἰς τὰς ὁρμὰς εἰς
»ταῦτα μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν. Nullam ex
»his sententiam ullis fidiculis elicias. Sine dubio deest
»aliquid. Attende diligenter auctoris menti; videbis, non
»aliud eum velle quam hoc: *utile esse si coenae principium*
»*ducatur a parum nutrientibus*, qualia sunt quae modo
»enumeravit; *ut primo edendi impetu per ista sedato, caete-*
»*rorum quae multum alunt, tanto minus comedatur.* Lego,
»ἔτι δὲ τάριχος· εἰς τὸ τὰς ὁρμὰς εἰς ταῦτα ἀπο-
»παύειν, καὶ μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν.
»Affinitas vocum ἀποπαύειν & ἀπολαύειν fraudi fuit lo-
»co isti, ut aliis μυρίοις ὅσοις.« IDEM. — Ingeniosa sane emendatio: cui tamen ad plenam sui fidem faciendam nescio quid lucis & evidentiae deesse videtur. In eamdem fere sententiam Dalecampius istum locum sic interpreta-

d tus erat: *nec, cum urget ciborum appetentia, iis affatim ſeſe, quae multum nutriunt, implere.* Inde PURSANUS, qui perſuaſum habuiſſe videtur, meliorem aliquem codicem mstum in conficienda latina verſione ſecutum eſſe Dalecampium, Graeca ita conſtituenda cenſuit: *μήτε κατὰ τὰς εἰς σιτίον ὁρμὰς ἀφνείως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν.* VILLEBRUNIUS perſpicua omnia eſſe ait, ſi modo ὥστε pro εἰς legas: adiicit tamen, commode deinde ὁρμῶντας pro ὁρμὰς legiſſe ADAMUM, qui Gallicam Athenaei verſionem manuſcriptam reliquit, qua uſus ipſe Villebrunius eſt. Quibus iunctis duabus emendationibus, ſic fortaſſe refingi minima molitione locus iſte poterit: ὥστε ὁρμῶντας εἰς ταῦτα, μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρ. ἀπολαύειν. Sed certiorem rationem adhuc deſidero. Corruptum locum, pro ſuo more, praetermiſit Epitomator.

δύσκλητοι γὰρ εἰς τὴν πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφοράν. *δύσκλητον* erat in edd. & aberat *τὴν* articulus. Itaque CASAUBONUS: »Negotium, (ait) iſta faceſſunt, *δύσκλη-*»*τον γὰρ* &c. Quid enim eſt *δύσκλητον*? mihi plane hic »aqua haeret. Aſſentiebar doctis, legentibus *δύσχρηστον* »*τὴν πλείονα τ. ὑγ. πρ.* Sed Excerpta aſſenſum meum »ſufflaminant, in quibus ſcriptum *δύσκλητοι γὰρ* (nempe »*αἱ πόσεις*) *εἰς τὴν πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφοράν.* Cogi»temus amplius.« — Et *τὴν* articulum, & *δύσκλητοι* in nominat. plur. uterque nobis dedit *cod. A.* & *Ep.* quam ſcripturam cur non fidenter ampleƈteretur Caſaubonus, non ſatis fuiſſe cauſſae videtur. Quamquam enim aliâs nusquam occurrat vox *δύσκλητος*, & a Lexicographis non ſit adnotata; nihil tamen ea habet quod analogiae repugnat, & perſpicue idem ſonare videri debet ac *δυσκλεὴς* aut *δύσφημος*, *male audiens, inauſpicatus, infamis.* Apud Heſychium legimus Δύσκλυτος· ἄδοξος, ἄτιμος: quod vocabulum quum & ipſum nusquam alibi occurrat, vide ne ex *δύσκλητος* ſit corruptum, quod ibidem pariter admittebat literarum ſeries. Poſſes vero etiam, ſi ſatis cauſſae eſſet cur ſuſpectam hoc loco vocem *δύσκλητοι* haberemus, conieƈtare, eſſe hanc ex *δύσκλυτοι* ortam. Equidem in ſequentibus verbis haerebam, haud ſatis percipiens, quamnam hic auƈtor dixerit *πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφοράν.* Parum promovebat Dalecampius, licentius vertens: *Humorem enim qui copioſior eſt, natura vix tolerat.* Praepoſitio *εἰς*, ex Graeci ſermonis uſu, inſervit

indicandae ei rei *cuius causſa* δυσκλήτους esſe τὰς ἀθρόους d πόσεις dicat auctor. (Sic εἰς ὑωδίαν κωμωδουμένους, III. 96. f. & ſexcenta id genus alia. conf. Lexic. Polyb. pag. 183. col. 2.) Itaque quum ipſis illis verbis, εἰς τὴν πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφορὰν, *triſtem* aliquem *effectum largioris potationis* indicari iudicaſſem; de *nimia humorum ſub cute collectione*, &, ut verbo dicam, de *hydrope* cogitaveram. Sed lubens nunc meliorem certioremque rationem amplector, qua doctiſſimus noſter CORAY in Notulis msstis hunc locum expedivit: qui, probans nobiscum ſcripturam δύσκλητοι, quam ex Epitome Hoeſcheliana protulerat Caſaubonus: »Senſus, inquit, huius loci eſt: *Largior* »*potus in principio ſumtus, impedit quo minus deinceps bibere* »*poſſis.*« Rectiſſime: nec enim de moleſto effectu agitur, quem habeat in univerſum *nimia potatio;* ſed de eo quem habeat *nimius in convivii initio potus:* nam τὰς ἀθρόους ἐν ἀρχῇ πόσεις dicit: & vocabulum προσφορὰ, ſicut verbum προσφέρεσθαι, cum de *cibo*, tum de *potu ſumendo* uſurpatum iam aliàs adnotavimus: (vide ad II. 45. f. Animadv. T. I. pag. 324. conf. lib. I. p. 34. b. III. 79. f.) denique ad ipſam illam efficiendam ſententiam percommodus eſt τὴν articulus, quem codices noſtri nobis obtulerunt. Poſt haec vix opus fuerit, ut rationis a VILLEBRUNIO initae faciam mentionem. Is, quamquam ipſe docuerit, codicem Pariſienſem *B.* (Hermolai Barbari manu conſcriptum) δύσκλητοι dare, ſicut noſtri, alium vero codicem minoris auctoritatis vulgatum δύσκλητον tenere, tamen neutram harum lectionum ſecutus eſt; ſed in hunc modum refingenda verba cenſuit, δύσκρητον (vel δύσκρατον) γὰρ εἶναι τὴν πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφοράν: quo ſenſus exſisteret, quem his verbis expreſſit, *car trop de boiſſon s'oppoſe à la coction des alimens.*

οὐκ ἠπίσταντο πίνειν. οὐκ ἤδεισαν πιν. *ms. Ep. Ibid.* e μὴ δύνασθαι τῶν σιτίων ἀπολαύειν. Poſſis conſueto ſignificatu verbum ἀπολαύειν accipere, *ut cibo frui non poſſint:* nec opus videtur, ut maiorem aliquam vim h. l. in illo verbo quaeramus, de qua vi dictum eſt ad III. 87. e. Animadv. p. 91. conf. VIII. 358. a.

AD CAP. XCII.

Τὰ ταρίχη - - γινόμενα ἐστὶν ὀλιγότροφα. Com-

modius cum *ms. Ep.* ſic diſtingue, & accentum pone γινόμενα, ἔστιν ὀλιγ. Ad rem & verba quod adtinet conf.
f pag. 116. e. ibique notata; item pag. 118. b. In τὰ θυννάια h. l. conſentiunt mss. cum edd. Mox vero, pro τὸ θύννιον, eſt θύννειον in *ms. Ep.* Paulo ante, pro κρείσσονα, κρείττω ſcribit idem *ms. Ep.* In κορδύλη conſentiunt omnes. *Cordyla* Plinio IX, 15, 18. & XXXII. 11, 53. σκορδύλη Ariſtoteli, Hiſt. Anim. VI. 17. Sunt autem *Cordylae*, thynni minores; qui, ubi maiores evaſerunt, *Pelamydes;* ad extremum *Thynni* proprio nomine adpellantur: itemque *orcyni*, & *antacaei.* conf. Geſnerum pag. 963 ſq. & H. Steph. in Theſ. T. III. voce Πηλαμίς. A cordyla autem diverſus eſt ὁ κόρδυλος, amphibium animal, cuius meminit Noſter VII. 10. Scripturam πηλαμύδα per υ, ut ſupra, ſic & hìc conſtanter tenent noſtri codices, pro πηλαμίδα, quod erat editum. *Mox*, pro σάρδα, perperam σάρκα habet *ms. Ep.* vide Xenocr. c. 35. (olim 34.) & Plinium XXXII. 11, 53. ibique Harduin. T. II. p. 595. not. 78.

a ὁ δὲ σκόμβρος, κοῦφος. Sic ex Epit. corrigi iuſſit Caſaub. cui ſuffragatur noſter *ms. Ep.* Perperam κούφως edd. cum *ms. A.*

ὁ κολίας δὲ, κολλώδης, σκιλλωδέστερος. Cum κολλοσκιλλωδέστερος eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Scribendum ex Epitoma & membranis σκιλλωδέστε»ρος, ut ex coniectura olim emendabat doctiſſ. Conr. »Geſnerus. Antiqui medici Graeci appellare ſolent σκιλ»λώδη, quae volunt intelligi *palato* eſſe *ingrata*, aut *flo»macho parum conducibilia.* Sic dicebat Hiceſius, [III. 87. »c.] quoſdam eſſe μύας σκιλλώδεις & κακοχύλους καὶ »πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς. Scilla non omnis eſt edulis, ut »ait Theophraſtus: & illius quae editur, acrimonia parum grata, ſaepe etiam noxia.« — Conf. Animadv. ad III. 87. c. In σκιλλωδέστερος cum Epitome Hoeſcheliana noſter *ms. Ep.* conſentit: quod vero pro eadem ſcriptura aliarum etiam membranarum auctoritatem invocat Caſaubonus, fuerint illae (niſi plane fucum ſibi fieri paſſus eſt vir doctus, & coniecturam aliquam pro codicis ſcriptura accepit) iuniores noſtris membranis; nam noſtrae quidem *membr. A.* cum editis monſtrum illud vocis κολλωσκιλλωδέστερος tenent, ita tamen ut in ſecunda ſyllaba ω magnum ponant, non ο breve, quod erat in edi-

tis. κολλωδέστερος corrigendum cenſuerat Rondelet a apud Geſn. pag. 256. lin. 52. GESNERUS vero: »Ego, »inquit, vel σκιλλωδέστερος tantum, vel κολλώδης (aut »κολλωδέστερος) καὶ σκιλλωδέστερος pariter legerim: ut »colias Sexitano non ſolum *mordacior amariorque* ſit, ſed »etiam *glutinoſior.*« Lege ibi reliqua, quae cum ad tuendum utrumque ſimul vocabulum κολλώδης & σκιλλωδέστερος, tum omnino ad illuſtrandum hunc locum valent. Eam rationem equidem certiſſimam ratus, quam Dalecampius quoque inierat, κολλώδης, σκιλλωδέστερος, ſcripſi. *Mox*, pro δηκτικωτ. perperam eſt δεικτικ. in una ed. Ven. Deinde, poſt eamdem vocem *omitti* poterat καὶ particula cum Epit. Denique, pro Ἀμύκλανος malueram Ἀμυκλαῖος, ut eſt apud Steph. Byz. ſed legitur etiam apud Plinium *Amyclanus ſinus*, T. I. pag. 715, 22. ed. Hard. & apud Tacit. Annal. IV. 59. ubi quidem non de Laconicis Amyclis agitur, ſed de Italicis.

ὁ Σαξιτανὸς λεγόμενος. Sic h. l. *ms. A.* In *ms. Ep.* deſunt haec, inde a verbis κρείσσων δὲ, uſque γλυκύτερος. Paulo poſt vero *ms. A.* quidem cum editis in Σεξιτανίαν conſentit; ſed *ms. Ep.* Ἀξιτανίαν habet, primâ quidem vocis literâ deficiente, ſed ſervata α vocali in prima ſyllaba. Apud STRABONEM lib. III. p. 156. legitur ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, nec ibi diverſa ſcriptura ex Italicis codicibus in nupera Siebenkeeſii editione adfertur. Apud Melam nude *Ex* nominatur idem oppidum, lib. II. cap. 6. apud Ptolemaeum Σέξ. Apud Plinium *Sexti Firmum* vel *Sexifirmum*, III. 1, 3. tum vero apud eumdem memoratur *colias Sexitanus*, XXXII. 11, 53. ſed ibi in aliis libris *Saxitanus* ſcribitur. (Caeterum alia ibidem apud Plinium reperiet lector ad illuſtrandum hunc Athenaei locum ſpectantia.) Similiter apud Martialem *Saxetanus lazertus*, lib. VII. epigr. 77. Pariter apud Galenum de Alim. Facult. lib. III. ſub fin. τὰ Σαξατίνα, nempe ταρίχη: ubi Σαξιτανὰ debuiſſe videtur librarius. Denique in Antonini Itinerario pag. 405. plane *Saxetanum* oppidum ſcribitur conſentientibus libris. Quae cum reperiatur in illo nomine varietas, tenendam utrobique vetuſtiorum noſtrarum membranarum ſcripturam iudicavi, priori loco Σαξιτανὸς, in DIPHILI verbis: poſteriori loco, ubi STRABONIS invocatur auctoritas, Σεξιτανίαν. Potuit apud Strabonem iam olim prima vocis litera intercidiſſe: potuit etiam ſuo

a arbitratu eam adiicere Athenaeus; fortaſſe vero etiam Σαξιτανίαν ſcripſerit, qua ex voce vocalis α in prima ſyllaba ſupereſſe videtur in noſtro *ms. Ep.* Strabonis teſtimonium non ad verbum recitatum eſſe ab Athenaeo, iam CASAUBONUS ad hunc locum monuit; ſimulque ea tetigit quae ex Martiale & Galeno a nobis citata ſunt.

Σκομβραρίαν. Σκομβροναρίαν *ms. Ep.* Σκομβραρίαν ſcribitur apud Strabonem, lib. III. pag. 159. quem locum hîc reſpexit Deipnoſophiſta.

b οἱ δὲ λεγόμενοι μελανδρύαι. Poſſis intelligere οἱ δ' εἰσὶ λεγ. μελ. hoc ſenſu, *Sunt autem alii, melandryae dicti.* At cum toto hoc capite *vires quaedam* cuiuſque generis ſalſamentorum recenſeantur, videtur h. l. aliquid excidiſſe, quod ad ſignificandam *vim* aliquam, *quae ineſſet melandryis*, pertinebat; aut aliud quidlibet, quod ad declarandam τῶν μελανδρυῶν naturam aut rationem ſpectabat. Xenocrates, de viribus aut qualitatibus ſalſamentorum agens cap. 36. τὰ δὲ λοιπὰ, inquit, μέρη (τοῦ θύννου) μελάνδρυα, (ſive μελανδρίαι, ut habent alii codd.) – – παρορμητικὰ ὀρέξεων νάπυος παραπλοκῇ. Sunt autem οἱ μελανδρύαι (ſcil. τόμοι) vel τὰ μελάνδρυα (nempe τεμάχη) *fruſta ſalita ex maiore thynno*, vel *maiore thynni genere*; qui piſcis, ut mox ex Pamphilo docet noſter, μέλανδρυς vocabatur. Aliàs quidem maximis thynnis, vel maximo thynnorum generi, e quo confiebant *melandrya ſalſamenta*, nomen erat ὄρκυνος, *orcynus*; ut docet Noſter VII. pag. 303. b. coll. cum pag. 315. d. e. *Melandrya* autem vel *melandryae* nomen invenerant, ut quidem Xenocrates l. c. ait, διὰ τὴν ἐμφέρειαν πρὸς τὰς μελαινούσας τῆς δρυὸς ῥίζας: id eſt, *ob ſimilitudinem quam cum nigricantibus quercus radicibus habent:* ſive, ut apertius Plinius, IX. 15, 18. *melandrya vocantur, caeſis quercus* (al. *quernis*) *aſſulis ſimillima.* Conf. Heſych. in Τὸ μελάνδρυος.

In EPICHARMI *verſu*, cum duabus vocibus ποτὶ φόριμον eſſet ſcriptum in editis, (in *ms. A.* plane deſunt hîc accentus) monuit CASAUBONUS, una voce ποτιφόριμον oportuiſſe, id eſt, *eſui aptum.* »Nam ποτιφέρεσθαι (inquit) »Dores, quod alii προσφέρεσθαι, *cibum ſumere.* »Alioquin Heſychius φόριμον exponit λυσιτελὲς, *utile:* pro »quo dicunt Dores ποτίφορος; ut in Nemeonicis Pinda»ri, ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗτος.« — *Ibid.* Pro ἦν, quod erat editum, commode Doricum ἦς obtulere *membr.*

A. In Epit. vero desideratur hic versus. *Ibid.* Articulum b τὸ, quem ignorant libri omnes, desiderare videbatur cum grammatica ratio, tum metrica. Subiectum (quod dicunt) orationis est, τὸ τέμαχος τὸ ὑπομελανδρυῶδες, quae verba idem valent ac τὸ μελάνδρυον τέμαχος. Metrum, si quid video, iambicum est: & est versus tetrameter brachycatalectus, cuius hi sunt pedes;

ποτιφό | ριμον | τὸ τέμα | χος ἧς || τὸ ὑπὸ | μελαν | δρυῶ | δες.

AD CAP. XCIII.

Τὸ δὲ ὠμοτάριχον. τὸ δὲ ὠμοτάριχος *ms. Ep.* Et ὠμοτάριχος dixit etiam Xenocr. cap. 36. sed ita ut nescias, neutrius-ne, an masculini generis faciat id nomen. In masculino vero ὠμοτάριχόν τινα ex Alexide adtulit nostr III. 117. c. Vide ibi not. & conf. Gesn. pag. 973. lin. 21 sqq. *Mox*, κήτημα τινὲς scripsi cum editis omnibus: videndum vero an satis emendata illa scriptura sit, nam *ms. A.* quidem κητεμετινες (sic) habet; Epitomator vero verba φησὶν ὁ Διφ. usque καὶ ἔστι omisit.

Ὁ δὲ ποτάμιος καρακῖνος, — — ὁ ἀπὸ τοῦ Νείλου. Sic omnino scribendum censui; non οἱ ἀπὸ, ut est in edd. & *ms. A.* Conf. VII. 309. a. 312. a. & VIII. 356. a. & Strab. XVII. 823. b. c. De corrigenda huius loci scriptura nobiscum consentientem in Notulis msstis doctissimum Dutheil reperio; qui de *Nilotico & Alexandrino coracino* etiam Iosephum laudavit, Bell. Iud. lib. III. cap. 9. T. II. pag. 258. ed. Haverc. (p. 1155. ed. Hudson.) Attamen Epitomator quoque in suo Athenaei codice οἱ reperisse videtur; nam sic ille scribit: Ὁ δὲ ποτάμιος καρακῖνος, ὃν οἱ ἀπὸ Νείλου πέλτην καλοῦσιν, οἱ δὲ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἰδίως ἡμίνηρον. *Fluviatilem* autem *coracinum* dicit auctor, ut distinguat a *marino*, de quo VII. 308. d. De nomine ἡμίνηρος conf. pag. 118. f. & 119. a.

τῶν ταρίχων ὠὰ πάντα. »Scio fuisse viros doctissimos c »qui scriberent τῶν ταρίχων ὠραῖα πάντα. Sed placet ni»mis edita scriptura ὠὰ πάντα, quam & Epitoma tuetur »& omnes mssti. *Horaea piscium* nusquam legi; sed ὠραῖα »solum ταρίχη.« Casaub. In ὠὰ consentiunt etiam nostri codices: & in *ms. A.* quidem, ut constanter alias sic & hic ᾠὰ vel ᾠὰ scribitur, subiecto vel ad latus posito

c iota. *Ibid.* μετὰ ἁλῶν σβεσθέντα. Vitioſe μετὰ ἄλων editi omnes. μετὰ ἀλλων *ms. A.* Equidem ex coniect. praeeunte Dalecampio μετὰ ἁλῶν corrigendum iudicaveram: quod ipſum nunc perſpicue ſic ſcriptum in *ms. Ep.* reperio. Quid ſit vero quod *ſale exſtincta* (σβεσθέντα) dicit *piſcium ova*, velim doceri. Suo arbitratu Dalecampius *cum ſale reposita* ſcripſit: quod verbum ſuo more graece reddens PURSANUS ἀποτεθέντα corrigendum cenſuit; adiecit tamen, *vel* ἐπιπασθέντα, i. e. *conſperſa.* Ego conſtantem librorum ſcripturam, quamquam vim verbi minus percipiam, tamen ſolicitare non auſim. Vide an idem fere dixerit hîc Diphilus, quod PLATINA apud Geſner. pag. 559. cum ait: *Ova cephali* (piſcis de *mugilum* genere) *ſale trito conſperges.* - - *Poſt diem a ſalitura inter duas tabulas per diem & noctem opprimes:* &c. Suaviſſimum illum cibum eſſe teſtatur ibidem idem Platina. Laudat etiam mugilum ova ſalita & exſiccata Rondelet apud eumdem Geſnerum pag. 550.

Πάντας δὲ χρὴ τοὺς ταρ. Sic ed. Ven. & Baſ. cum *ms. A.* Pro χρὴ, caſu-ne, neſcio, an conſilio, verbum δεῖ ſubſtitutum eſt in ed. Baſ. Poſuit quidem h. l. verbum δεῖ Epitomator, multa ſubinde pro ſuo vel iudicio vel lubitu mutans: nihil vero opus erat, ut id Athenaeo obtruderetur. Sic idem continuo deinde ἕως ſcripſit, pro ἄχρι; & γλυκὺς, pro γλυκύτερος. Pro ἄχρι ἂν, quod ex *ms. A.* reſtitui, ἄχρις ἂν ſuo arbitratu poſuerat primus editor, puto ob ſequentem vocalem: at ſequente etiam vocali optimos ſcriptores ἄχρι & μέχρι (non ἄχρις & μέχρις) uſurpaſſe, diſerte monent veteres Grammatici. Vide Thomam Mag. pag. 135 ſq. aliosque qui ibi ab d Interpp. laudantur. Paulo poſt, pro ἁλυκοὶ, habet ἁλικοὶ *ms. Ep.* minus recte. Saepius id vocabulum ſupra occurrebat, II. 42. a. c. III. 79. b. c. d. *Mox*, ὑπάγουσι τὴν κοιλίαν idem *ms. Ep.* pro τὰς κοιλίας: ſed paulo poſt, in καὶ τὰς κοιλίας conſentit cum edd. & *ms. A.*

οἱ δὲ στρυφνοὶ τὰς ἐκκρίσεις ἰσχουσι. Cum deeſſet iam olim verbum, quod & vetuſtae noſtrae membr. cum edd. ignorant, mendoſum locum praetermiſit ſuo more Epitomator. Perſpecte vero Dalecampius, *acerbas vero excretiones sistere.* Inde CASAUBONUS: »Lego cum viris »doctis, οἱ δὲ στρυφνοὶ τὰς ἐκκρίσεις ἴσχουσι. Acerbos »ſuccos adſtringere adeo verum eſt, ut στρυφνὸν quaſi

»στυφνὸν conſtet appellatum a verbo στύφω.« — De vocab. στρυφνὸς conſule quae ad Timaei Lexic. Plat. collegit Ruhnken. pag. 237 ſq. ed. ſec. PURSANUS, non minus commode, κατέχουσι ſupplevit, reſpiciens quae leguntur p. 120. d. τὸ δὲ μέλαν καθεκτικόν ἐστιν ἐκκρίσεων. Subierat vero nobis ſuſpicari, ſic fortaſſe olim ſcriptum fuiſſe, οἱ δὲ στρυφνοὶ ποιοῦσι στρυφνὰς τὰς ἐκκρίσεις. Sic quidem ουρα στρυφνὰ (monente Foeſio in Oecon. Hipp. p. 472.) dixerat Hippocrates *urinas acerbas quae plurimam crudi humoris copiam continent.* Sed de hoc penes doctos Medicos iudicium eſto.

Continuo deinde, ubi laudatur XENOPHONTIS *Hieron*, perperam διαβάλλειν legitur in una ed. Caſ. 3. Superiores omnes recte διαβάλλων cum msstis. Ipſa Xenophontis verba leguntur pag. 714. ed. Leuncl. Baſ. 1569. Ibi in Xenophontis editionibus commode καταγνόντας e in ſing. legitur, quod inde apud Athenaeum in ed. Baſ. & Caſ. receptum eſt. At potuerat etiam plurali numero utentem h. l. Hieronem inducere Xenophon, quod & alibi ſubinde in eodem ſcripto fecit: quare καταγνοήκατε ex *ms. A.* & ed. Ven. reſtituendum putavi. Ex eisdem libris ἀνθρώπῳ revocavi. Paulo poſt, cum ἢ μὴ μαλακῆς praeeunte ed. Baſ. temere edidiſſet CASAUBONUS, monuit idem in Animadv. »Legunt veteres, ἢ κακῆς καὶ ἀσθεν. »Sane quidem τὸ μὴ afuerit melius.« — At non ἢ κακῆς dabat ed. Ven. & *ms. A.* ſed ἢ μὴ διὰ κακῆς: quo ſatis perſpicue vera ſcriptura ἢ νὴ Δία κακῆς indicabatur; quae non modo Athenaeo a nobis reſtitui debuit, ſed & Xenophonti reſtituenda videtur. Denique & ἔσθοντες, quod cum ed. Ven. idem *ms. A.* dedit, nil opus erat ut in ἐσθίοντες ab editore Baſ. mutaretur, quamvis vulgo apud Xenophontem ſic ſcriptum legeretur. Totum iſtum locum haud ſane inſcite in hunc modum contraxit Epitomator: Ὅτι Ξενοφῶν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἱέρωνι περὶ τῶν ποικίλων ἐδεσμάτων, καὶ ὀξέων καὶ δριμέων καὶ στρυφνῶν, φησὶν, ὅτι κακῆς εἰσι καὶ ἀσθενοῦς ψυχῆς ἐπιθυμήματα. ἐπεὶ οἵ γε ἡδέως ἔσθοντες, (corrupte quidem ἕψοντες noſter *ms. Ep.*) οὐδὲν προσδέονται τούτων τῶν σοφισμάτων.

AD CAP. XCIV.

Νικήκταν. Sic *ms. A.* cum edd. In *ms. Ep.* Νικόκταν

e (ſic) ſcribitur. Romanis, *decocta*. Vide Sueton. Neron. c. 48. & Plin. XXXI. 3, 23. ibique Harduin. not. 7. *Ibid.* ἀλμυρούς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασιν. Temere γλυκέσσιν ed. Caſ. ſed γλυκέσιν editt. vett. cum msstis. In exemplo Athenaei, quod olim Ludolfi Küſteri fuerat, adnotavit h. l. KÜSTERUS: »Alludit ad illud Platonis, τοτίμῳ λόγῳ ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλυζόμενος. « — Eadem Platonis verba H. Stephanus protulit in Theſ. T. III. p. 303. d. quae quanam ex parte ſcriptorum Philoſophi ducta ſint, iam non in promtu habeo docere. Ad manus ſunt ex *Timaeo* verba, aliquatenus huc facientia: τὸ δὲ λόγων νᾶμα, ἔξω ῥέον, καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει, κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων. pag. 400. Tom. IX. edit. Bip.

f Ἕως ἂν καταλιπὼν τὸ συμπόσιον οἴχωμαι. Sic recte *ms. A.* cum edd. Perperam ἄχθομαι *ms. Ep.* Continuo deinde vero, recte idem *ms. Ep.* cum *ms. A.* πέττειν ὑμῶν τοὺς λόγους dedit, pro φέρειν τοιούτους λόγους, quod erat editum. πέπτειν ὑμῶν τοιούτους λόγους ex Hoeſcheliana Epitoma laudavit Caſaub.

a τοὺς παρασάγγας, καὶ τοὺς ἀστάνδας, καὶ τοὺς ἀγγάρους. »Pro exemplo vocum alienigenarum, qui»bus olim uſi Graeciae ſcriptores, affert, τοὺς παρασάγ»γας καὶ τοὺς ἀστάρους. Scribendum vero τοὺς ἀγ»γάρους; vel τοὺς ἀστάνδας, quod tamen probo »minus. Utraque vox Perſica: utraque optimis auctori»bus Graecis uſurpata. Multa Euſtathius ad Odyſſ. τ'. »[pag. 680. ſub fin.] de barbaris hisce vocabulis. « CASAUBONUS. — Mendoſam vocem ἀστάρους tenent cum edd. ambo *codd. A.* & *Ep.* Ex duabus vocibus temere & imperite contractam eſſe intelliget, quisquis, quae habet Heſychius, aut alii Gloſſographi, in Ἀστάνδης & in Ἄγγαρος, conſideraverit: ad quas voces videſis quae adnotarunt Heſychii Interpretes. Iuvabit adpoſuiſſe dumtaxat, quae apud Suidam huc facientia leguntur: Ἀστάνδαι· οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἄγγαροι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Probabile admodum mihi viſum erat, utramque vocem ab Athenaeo fuiſſe adpoſitam, vetuſtiorem vero librarium, cuius ex exemplo noſtri derivati ſunt codices, a prioris initio ad extremitatem alterius fugitivo oculo aberraſſe. Itaque tutiſſimum putavi, utramque integram adponere.

βέλτιον δ' ἦν μοι αἷμα ταύρειον πιεῖν &c. Sunt duo ver- a
ſus Ariſtophanis ex Equit. 83 ſq. apud ipſum Comicum ſic ſonantes:

Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν·
ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος.

conf. extremam hanc pag. 122. & conſule BRUNCKIUM in Fragm. ex Sophoclis Aegeo num. 2. Totum hunc locum omiſit Epitomator.

παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ, τὸ, πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν. b
» Iure merito CEPHISODORUS, *Iſocratis diſcipulus*, inter
» *veterum dicta improba*, ARCHILOCHI iſtud ponit, *πάντα*
» *ἄνδρα ἀποσκολύπτειν*. Eſt enim illi Neronis ſimile, quod
» refert Suetonius: [c. 29.] *Ex nonnullis*, inquit, *comperi*
» *perſuaſiſſimum habuiſſe eum, neminem hominem pudicum aut*
» *ulla corporis parte purum eſſe.*« CASAUB. — Perperam *ἀποσκολόπτειν ms. A.* rectę vero *ἀποσκολύπτειν ms. Ep.* cum edd. Verbum iſtud, quod proprie *decorticare*, *pelle detracta nudare* denotat, ſigillatim obſcoeno ſenſu de eo qui *glandem penis nudat* dicitur, adeoque de omni impuritatis & impudicitiae genere uſurpatur. Praeter Heſychii plura loca, vide praeſertim Etymolog. M. in Ἀπεσκολυμμένος, pag. 20. & in Ἀπεσκόλυπτε, pag. 25. Aliter atque Caſaubonus, Archilochi iſta verba accepit IACOBS in Animadv. in Anthol. vol. I. part. I. pag. 169. ubi *ἀποσκολύπτει* legendum ſuſpicatur, confertque illud Catulli, ex Carm. LVIII. *Nunc in quadriviis & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.*

Θεοδώρῳ δὲ. Poſſis e ſuperioribus ſupplere *παρὰ Θεοδώρῳ*: poſſis etiam nude in dativo caſu *εἰρημένα Θεοδώρῳ*, pro *ὑπὸ Θεοδώρου*, intelligere. » Quod ex THEODORO
» neſcio quo affertur, *πλέον μὲν ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον*,
» ante illum dixerat Heſiodus: [Ἔργ. 641.]

» Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτίᾳ ἥσθαι.
» Qui verſiculus a Plutarcho exponitur in libello DE AU-
» diendis Poëtis.« CASAUB.

Εὐριπίδῃ τε. Terminationem vocis Εὐριπιδ. non expreſſit ſcriba *codicis Ep.* Haud dubie vero in tertio caſu poni debuit id nomen, quemadmodum ſupra Θεοδώρῳ & Ἀρχιλόχῳ, rurſuſque infra Σοφοκλεῖ & Ὁμήρῳ. Perperam Εὐριπίδην *ms. A.* cum edd. Perperam quidem item Σοφοκλῆς δὲ habet *ms. Ep.* ubi Σοφοκλεῖ *ms. A.* cum edd. ſed mox dein Ὁμήρῳ perſpicue tenet idem *ms. Ep.* cum *A.* &

edd. Notus EURIPIDIS verſiculus, ex Hippol. 612. ἡ γλῶσσ' ὀμωμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

c In SOPHOCLIS *verſ.* 1. *ex Aethiopibus*, vitioſe Τοιαῦτα τοῖσι πρὸς χαρ. erat editum: pro quo BRUNCK in Fragm. Sophoclis Τοιαῦτα τοίνυν ex conject. ſcripſit. Veram ſcripturam, Τοιαῦτά τοι σοι dedere noſtrae *membr. A.* Primum illum verſum omiſit Epitomator, a verbis σὺ δ' αὖτὸς incipiens: quare & Euſtathius praecedentia verba proferre non potuit, ad Iliad. ι'. pag. 655, 40. ubi & Sophoclis illud dictum, & alia quae hîc adferuntur, ex Athenaei Epitoma, qua ſola uſus eſt, recitavit; monuitque, benigniorem interpretationem nonnulla certe ex his admittere. Poſteriora eiuſdem SOPHOCLIS verba, μηδὲν εἶναι ῥῆμα σὺν κέρδει κακὸν, ſunt ex Electr. vſ. 61. Vocabulum ῥῆμα cum deeſſet editt. Ven. & Baſ. adiiciendum ex Epitoma monuerat Hoeſchelius, recepitque Caſaub. conſentientibus noſtris mſstis.

AD CAP. XCV.

d TIMOTHEI lepidi *verſiculi*, ni prorſus fallor, anapaeſtici dimetri ſunt: & quidem *primus*, ſi voculam γὰρ ſuppleas, & *quartus*, ſunt acatalecti; verſus 3. & 5. brachycatalecti; *ſecundus*, catalecticus in ſyllabam. In *vſ.* 2. pro καινὰ, perperam καὶ τὰ habet *ms. A.* Recte καινὰ *ms. Ep.* cum edd. In *eod. vſ.* particula ἅμα abeſt *msto Ep.* unde fit mononeter: ſed recte eam voculam agnoſcit *ms. A.* cum edd.

In conſtituendis *duobus prioribus* ANTIPHANIS *verſibus*, obſecutus ſum CASAUBONO, monenti, Ἐπεὶ (quod cum edd. habet etiam noſter *ms. A.*) in ἐπὶ mutandum, & poſt ἐκεῖνος interpungendam orationem: hac adiecta interpretatione: » *Tibi nova inventa placent? Etiam illi: qui quidem* » *eſt perſuaſus* &c. « — Maiori molimine, quo uſus Grotius eſt, (in Excerptis ex Trag. & Comoed. Graec. pag. 601.) ſuperſederi poſſe iudicavi. Epitomator, omiſſis duobus prioribus verſibus, iſta tantum verba Ἓν καινὸν ἐγχ. &c. adpoſuit. In *verſ.* 4. πολλῶν παλαιῶν ἐστι &c. recte primus Editor ſeriem verborum mutavit, ut deſiderabat metri ratio. Nam inconcinne uterque noſter cod. ms. πολλῶν ἐστι παλαιῶν habet.

e Εἴποι τις ἂν τῶν πάνυ δοκησιδεξίων. Verba iſta in ſuperioribus editionibus tamquam metro ſoluta & a Cynul-

co etiamnum ſuo nomine pronunciata adponebantur; ut e PHERECRATIS *verſus* non niſi duo eſſent, ab illis verbis Ἐγὼ δ' ἂν incipientes. At eadem iſta Εἴποι τις &c. pro *primo Pherecratis verſu* accepit Dalecampius, & Grotius in Exc. pag. 515. quos ego ſecutus ſum. Id ipſum vero male factum iudicavit PIERSON ad Moerid. pag. 16. *caſu fortuito iambum facere illa verba* cenſens: at hoc quidem cum ipſum per ſe perſuadere mihi aegre potui, tum, ne aſſentirer viro docto, plane vetuit vox haud dubie poëtica δοκησιδεξίων. Illud vocab. Grotius vertit, *docti qui famam obtinet:* mihi rectius videbatur, *doctus qui ſibi videtur, qui docti famam adfectat:* in eamdem certe ſententiam Heſychius vocem Δοκησίσοφος interpretatur, ὁ οἰηματίας ἐπὶ σοφίᾳ.

προπίνω σοι, ἔφη, φιλοτησίαν, &c. Cum perincommoda orationis diſtinctione obſcuratus olim eſſet hic locus, perſpecte CASAUBONUS monuit: »Reſtitue prava diſtinf »ctione depravatum locum, ac ſcribe, Ἀλλὰ προπίνω σοι »ἔφη φιλοτησίαν (διφᾶς γὰρ λόγων) παρ' Ἀλέξιδος λαβὼν »ἐκ Πυθαγοριζούσης. De ſe dixit Cynulcus λαβών: non de »Ulpiano, ut male arbitratur Dalecampius. Senſus eſt: »*Quandoquidem tenet te, non vini, ſed verborum ſitis, propino* »*tibi in teſtimonium amicitiae locum hunc Alexidis, in quo* »*decoctae ſit mentio: quod tu avebas ſcire.* Ita accipitur »verbum ἀντιπροπίνειν initio libri IV, [pag. 128. a.] « — Feſtive vero mixta ſunt verba ex loquendi formula propria & translata: immo pleraque ex propria loquendi formula ducta, ſed translato ſenſu accepta. Propria loquendi formula erat: προπίνω σοι φιλοτησίαν, λαβὼν τὸν κύαθον (ſcil. ἐν ᾧ ἔνεστι ὁ οἶνος) παρ' ἐκείνου. Iam Cynulcus dicit, παρ' Ἀλέξιδος λαβὼν τὸν κύαθον, nempe ἐν ᾧ ὁ λόγος οὗ σὺ διφᾷς, ſcilicet dicto illa ὕδωρ ἄπεφθον, quae idem valet ac ἢ δικόκτα. Totum hunc iocum omiſit Epitomator. ALEXIDIS Πυθαγορίζουσα rurſus laudatur IV. 161. c. Aulus Gellius IV. 11. ait: *Alexis in comoedia quae Pythagoraе vita inſcribitur.* In *Verſ.* 1. ſic olim ſcribebatur ἂν δ' ὠμὸν πίῃ. Pro quo GROTIUS in Excerpt. pag. 585. πίῃς ſcripſit, citra neceſſitatem activam verbi formam invehens, cum medio genere in hoc verbo uti ament Attici. Haud dubie verum erat πίῃ cum ſubſcripto iota: ſecunda perſona aoriſti ſec. coniunctivi medii. πίνῃ, quod *ms. A.* dabat, non ferebat metri ratio, ob

f primam ſyllabam longam. De re haec inſuper adnotavit CASAUBONUS: »*Decoctam* vetuſtis temporibus fuiſſe co»gnitam, probat Deipnoſophiſta teſtimonio ALEXIDIS, ubi »ſunt haec, ὕδατος ἀπέφθου κύαθος: *aquae decoctae cyathus.* »Recte hoc quidem Athenaeus: caeterum *decoctam Nero»nianam*, cuius erat illis temporibus promiſcuus uſus, an»tiquioribus Graecis fuiſſe incognitam non dubitamus. »*Vulgaris decoctae* meminit Hippocrates, Popularium libro »VI. Ὕδωρ ἀφεψηθὲν τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἥπερ· τὸ δὲ »μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίθημα ἔχειν.«

Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ. »Ad propoſitam quaeſtionem, »ubi extaret in ſcriptis veterum Ταυρείου ὕδατος mentio, »reſpondet Cynulcus, Τὸ δὲ Ταύρειον ὕδωρ ὠνόμασεν, ὦ φίλε, »Σοφοκλῆς ἐν γαι... ἀπὸ τοῦ περὶ Τροιζῆνα π. Τ. παρ' ᾧ καὶ »κρήνη τις Ὑόεσσα καλεῖται. Tolle laceri codicis indicium, »& ſcribe, ἐν Αἰγεῖ. Eius fabulae argumentum divinare »licet ex Plutarchi Theſeo.« [Fuit enim *Aegeus*, parvo *Troezeniorum* oppido oriundus, pater Theſei.] »Coniectu»ram autem fecimus ex verbis Heſychii, cuius locum tur»piſſime deformatum adſcribam ut emendem. Vulgo edi»tum, Ταύρειον πόμα, ἀπὸ Αἰγειταύρου ποταμοῦ Σοφο»κλῆς τροιζῆνα πάρα καὶ κρήνη ὑόεσσα. Lego, Ταύρειον »πόμα, Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ, ἀπὸ Ταύρου ποταμοῦ περὶ »Τροιζῆνα, παρ' ᾧ καὶ κρήνη Ὑόεσσα. Absque dubio ex »eodem fonte ſuos rivos derivarunt Athenaeus & Heſy»chius. Itaque eadem ambiguitas ſententiae apud utrum»que. παρ' ᾧ enim vel ad *Sophoclem* poteſt referri; *in cuius »fabulis etiam Hyoeis fons nominatur:* vel ad *Taurum* flu»vium; *prope quem fons etiam eſt Hyoeis*, ſive *Hyoeſſa*. To»tidem literis haec leges apud Euſtathium Ἰλιαδ. λ'. « CA-SAUBONUS. — Euſtathius (ut ab hoc incipiam) ad Iliad. λ'. pag. 832. l. 41. haec habet: Ἦν δὲ καὶ ποταμοῦ ὄνομα Τροιζηνίου, Ταῦρος. ἐξ οὗ καὶ ὕδωρ ταύριον παρὰ Σοφοκλεῖ. παρ' ᾧ φασι καὶ κρήνη τις Ὑόεσσα καλεῖται. Unde adparet, illud παρ' ᾧ non ad *Sophoclem* retuliſſe Euſtathium, ſed ad *Taurum fluvium*. Deſumſit autem iſta doctus Praeſul ex Athenaei Epitoma; in qua proxime poſt Antiphanis verſus ſupra relatos, omiſſis aliis, haec leguntur: Ὅτι Ταύριον ὕδωρ φησὶ Σοφοκλῆς ἀπὸ τοῦ περὶ Τροιζῆνα ποταμοῦ Ταύρου· παρ' ᾧ καὶ κρήνη τις Ὑόεσσα καλεῖται. Τοιούτων φωνῶν ἐγὼ διψῶ· τοιαύτην μοι φιλοτησίαν πρόπινε. Vides, Epitomatorem pariter absque ambiguitate il-

lud παρ' ᾧ ad *Taurum fluvium* referre. Quae verba in fine adiecit idem Abbreviator, Τοιούτων φωνῶν &c. non leguntur quidem ea hoc loco in pleniore opere, ac ne in superioribus quidem eadem prorsus verba apud Athenaeum vel hodie leguntur vel olim legebantur. Sed vide viri institutum moremque. Cum superiora Athenaei verba (quibus continebatur transitus, ac veluti via sternebatur ad tractandam quaestionem de dictione Ταύρειον ὕδωρ, quae initio huius pag. 122. commemorata erat) suo loco praetermisisset Epitomator; nunc, ne tamen prorsus silentio premeret flosculos nonnullos orationis, quos ibi sparserat Athenaeus, verba ista Τοιούτων φωνῶν ἐγὼ διῶ hoc loco posuit, eisque ista Ἀλλὰ προπίνω σοι &c. ita iunxit, ut nonnihil mutaret, hisque adaptaret. Verba ista Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ sic adoptavi, ut a Casaubono partim in ipso contextu posita, partim in Animadversionibus commendata erant. Recte enim Σοφοκλῆς iam ipse Casaub. in contextu posuit, pro mendoso Σοφόκλεις, quod cum *ms. A.* habebant editt. Ven. & Bas. quasi cohaererent ista ὦ φίλε Σοφόκλεις. Idem *ms. A.* dein absque lacunae indicio sic scribit ἐν γαι ἀπὸ τοῦ &c. Ex quo fit probabile, non ἐν Αἰγεῖ scripsisse Athenaeum, sed nude Σοφοκλῆς Αἰγεῖ, eamdemque vocem Αἰγεῖ ab imperito aliquo librario in ἐν γαι fuisse corruptam. Nec enim opus erat adiecta ἐν praepositione, quae frequenter etiam omitti in huiusmodi citationibus solet. Sic eadem ipsa fabula apud Steph. Byz. in Χάρα non aliter citatur, nisi Σοφοκλῆς Αἰγεῖ. Caeterum consule omnino BRUNCKIUM, in Fragmentis ex Sophoclis Αἰγεῖ, num. 2. Tetigit etiam hunc locum PALMERIUS in Exercit. pag. 496. ubi monuit, apud Pausaniam II. pag. 188. Ταύριον nomen edi fluvii illius, de quo hic agitur.

AD CAP. XCVI.

Ἐπίστανται δ' οἱ παλαιοὶ καὶ τὸ πάνυ ψυχρὸν ὕδωρ &c. »An *calidam* & veteres biberint in conviviis, (de »quo hic aliquid Athenaeus) disputat multis Iulius Pollux »lib. IX « [sect. 69.] CASAUB. *Ibid.* εἰ γὰρ οἱ κρατῆρες ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τῆς ὀνομασίας ἔτυχον. Nempe, ἀπὸ τοῦ κεράσαι, a *miscendo.*

Εὔπολις μὲν &c. Olim continuo tenore haec ita scripta

a legebantur, Εὔπολις μὲν ἐν Δήμοις παρίστησιν, τὸ χαλκίειον (χαλκεῖον *ms. A.*) Θέρμαινέ θ' ἡμῖν (temere Θερμαίνεθ' ἡμῖν ed. Caſ.) καὶ Θύη τινὰ Πέττειν κέλευ' ἵνα (κέλευε· ἵνα *ms. A.*) σπλάγχνοισι συγγενώμεθα. Quibus de verbis nonniſi haec habet Epitome: Θύη τινὰ πέττε· ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα, φησὶν Εὔπολις. Ad iſta adnotavit haec CASAUBONUS: »Eupolidis verſus ita digere & »ſcribe:

»— — — — Τὸ χαλκίον
»Θέρμαινέ θ' ἡμῖν, καὶ Θύη πέπτειν τινὰ
»κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.
»*Calefacito nobis miliarium, & victimas cura coquendas; ut* »*ex viſceribus una ſimus & epulemur.* Mos erat veterum, »invitare amicos ad ſacrificiorum epulas. Lynceus Sa»mius, [apud. Athen. IV. 131. f.] Μάγειρ' ὁ Θύων ἐστὶν, »ὁ δειπνίζων τ' ἐμὲ. Accipe σπλάγχνα, ut in Suetonio »*viſcus*, de victimae parte quae non adolebatur, ſed con»vivis apponebatur. Sic ille de Vitellio: [c. 13.] *Ne in* »*ſacrificio quidem aut itinere ullo temperavit, quin inter alia*»*ria ibidem ſtatim viſcus & farra pene rapta e foco manderet.* »Nicomachus, vetus poëta:

»Ὁμοῦ δὲ ταῖς σπονδαῖσι διαλογίζεται
»τοῖς συμπλέουσιν ὅποταν [ὁπόσον] ἐπιβάλλει μέρος·
»τιθεὶς τὰ θ' αὐτοῦ σπλάγχν' ἕκαστος ἑσθίει.«

[Non *Nicomachi* ſunt iſti verſus, ſed *Diphili*, apud Athen. VII. 292. b.] »Συγγίνεσθαι σπλάγχνοις dixit pro ἐπὶ »σπλάγχνοις, *ex viſceribus epulari:* paullo aliter libro ſe»cundo [ad II. 56. d.] explicabamus ξυγγίνεσθαι δρυπέ»πεσιν, pro *comedere.* Hic ξυγγίνεσθαι id potius eſt quod »Latinis *una eſſe.* Iuvenalis: [V. 17.] *Tertia ne vacuo* »*ceſſaret culcitra lecto, Una ſimus, ait.* De iſtis, τὸ χαλ»κίον Θέρμαινέ τε, praetermittenda non ſunt quae ſcribit »Pollux: [IX. 69.] Ἐγὼ δὲ τὸ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζού»σαις Ἀριστοφάνους εἰρημένον, τὸ χαλκίον θερμαίνεται, »οὕτω πως ἤκουον, ὡς εἰς πότον εὐτρεπιζομένων τῶν γυ»ναικῶν. ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Δήμοις »ἐστὶν εἰρημένον: vide quae ſequuntur.« — Imprudentibus nobis exciderat, ut χάλκιον antepenacute in contextu ſcriberemus: χαλκίον corriget ſtudioſus lector, penacute. πέττειν nil opus erat, ut in πέπτειν mutaret Caſaub. Quin potius conſtanter fere, ubi per ττ ſcriptum id verbum in edd. legitur, ττ dare meliores libros

iam saepius vidimus. Ut autem verborum τινὰ & πέττειν inter se sedes permutarentur, metri ratio utique postulabat. Potest vero pronomen τινὰ vel ad substantivum δύη referri, vel pro accusativo sing. masc. accipi, ut hoc dicat poëta, κέλευέ τινα πέττειν δύη: sed priorem equidem rationem praeferam.

In ANTIPHANIS *vers.* 1. pro δέ μοι commodius δ' b ἐμοὶ scribetur cum BRUNCKIO, in Notis ad Aristoph. Plut. vs. 884. In *vers.* 2. perperam μηδὲν ὄψομαι habent ed. Ven. Bas. & Cas. 2. 3. Recte μηδέν' ὄψομαι ed. Cas. 1. In *ms. A.* plene etiam μηδένα scribitur; sic & *vers.* 3. ἔχοιμι: quorum utrumque teneri etiam poterat. *Vers.* 3. ἐὰν δ' ἁρπαστρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρα. Galenus, in Lexico Hippocratico, verbum στρέφει interpretatur στρόφον παρέχει, id est, *tormina adfert, torquet.* Eam rationem si sequamur, nominativus hîc intelligendus fuerit τὸ ὕδωρ, nempe *frigida aqua;* quia *calidam nolle se* dicit is qui loquitur. Fortasse vero impersonaliter etiam accipi poterit id verbum, intelligendo ἐὰν στρόφος τις στρέφῃ με, *si me tormen quodpiam invadit.*

Vers. 5. παρὰ φερτάτου δακτύλιος ἔστι μοι δραχμῆς. CASAUBONUS, Φερτάτου initiali literâ maiusculâ, ut nomen proprium scribens: »Errant, inquit, qui ANTIPHA»NIS hunc *versum*,

»παρὰ Φερτάτου δακτύλιος ἔστι μοι δραχμῆς,

»putant emendationis egere. *Anulum* intelligit de genere »eorum, quos *Physicos* vocabant. His putabant inesse »vim sanandi, aut potius avertendi morbi. Aristophanes, »[Plut. 884.]

»— — φορῶ γὰρ πριάμενος
»τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου δραχμῆς. «

— Quibus ex Aristophanis verbis probabile utique videri poterat, sicut ibi Εὐδάμου, sic & hîc apud Antiphanem Φερτάτου, pro proprio nomine esse accipiendum: in quo praeivere Casaubono cum alii, tum Dalecampius, & ante hunc Erasmus, in Adagio, *Non inest remedium adversus sycophantae morsum;* suffragatusque, cum aliis, Bruncksius est, in Notis ad Comici Plut. l. c. At quum nusquam, quod sciam Φέρτατος ut proprium viri nomen occurrat; malui cum viro docto DUTHEIL, in Notis msstis, pro communi & adpellativo, quod aiunt, accipere, & *praestantissimum annulorum* eius generis *artificem* intelligere;

perinde ac si φερτάτου δακτυλιουργοῦ vel δακτυλιογλύφου dixisset poëta.

Ἐν δὲ Ἀλειπτρίᾳ. Perperam Ἀλιπτρίᾳ ed. Ven. & Bas. cum *ms. A.* Ἀλεπτρίᾳ ed. Cas. Dein, cum post eam vocem nulla prorsus distinctio in vett. editt. esset posita, commode ista verba φέρεται – – Ἀλέξιδος in ed. Cas. 1. parentheseos signis erant inclusa; quae signa in ed. Cas. 2. & 3. temere rursus sublata sunt Utique vero φέρεται δ' ἐ τὸ δρ. malim cum KOPPIERS in Observ. Philolog. pag. 26 sq. De *versibus*, qui sequuntur, Ἐὰν δὲ τούργαστήριον &c. sic praecepit CASAUBONUS: »In iis trochaicis, » qui afferuntur ex ALEXIDIS *Aleiptria*, sive *Unctrice*, in» terpretes nihil viderunt. Sensus est: *Si officinam nostram* » *infamaveritis, hauriens ferventem aquam de medio lebete, ma*» *ximam trullarum in vos effundam.* Distinctiones aliquot alie» nis locis positas ita restitues: Ἐὰν δὲ τούργαστήριον ποιῆτε » περιβόητον, κατασκεδῶ, νὴ τὴν φίλην Δήμητρα, τὴν με» γίστην ἀρύταιναν ὑμῶν, ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος » ζέοντος ὕδατος. In malam partem debet accipi τὸ, πε» ριβόητον ποιεῖν. Haec dicebat ancilla aliptae, adolescen» tium, qui comessabundi fores pulsabant, petulantiam » castigans, propriae infamiae metu. βάψαι ἀρύταιναν quid » sit, [nempe idem ac βάψαντα τὴν ἀρύταιναν ἀρύειν, *im*» *mersa trulla aquam haurire*] ad Theophrastum satis expo» suimus. [p. 225 sq. ad cap. 9. περὶ Ἀναισχυντίας.] Iunge » ὑμῶν cum κατασκεδῶ. Deinde scribe: εἰ δὲ μὴ, μηδέποθ' » ὕδωρ πίοιμ' ἐλευθέριον, id est, *nisi id fecero, ne fiam un*» *quam libertatis compos.* Etsi verum est quod dixit Plautus: » *hoc poëtae faciunt in comoedüs; omnes res gestas esse Athenis* » *autumant:* interdum tamen aliter se habet, & fingitur ἡ » σκηνὴ τοῦ δράματος esse non Athenis Atticis, sed in alia » urbe Graeciae. Videtur id factum ab eo poëta, cuius » haec sunt. Allusit enim istis verbis ad morem *Argis* ser» vatum, ut manumissi hausturn biberent aquae e fonte Cy» nadra. Eustathius: [ad Odyss. ν'. pag. 525. l. 4.] Ἐν » Ἄργει κυνάδρα κρήνη, ἐξ ἧς ἔπινον οἱ ἐλευθερούμενοι. ὅθεν τὸ » ἐν Κυνάδρᾳ ἐλευθέριον ὕδωρ παροιμιακῶς ἐπὶ τῆς κατ' » ἐλευθερίαν ζωῆς. *Liberae aquae* meminit & Pausanias in Co» rinthiacis. [ὕδωρ Ἐλευθέριον καλούμενον. Pausan. II. 17. » p. 147.] Sed fuisse videntur inter servos & servas usitata » olim genera loquendi, εἴθε πίοιμι τὸ ἐλευθέριον ὕδωρ: & » contra, μηδέ ποτε πίοιμι ὕδωρ ἐλευθέριον, nisi hoc aut

» illud fecero. Alludebat horſum mulier illa, quam Xe- c
» narchus poëta faciebat iurare τὸν φρικτότατον ὅρκον, ut
» narrat auctor lib. X. [pag. 440. e.]

» — Ἐμοὶ γένοιτο, σοῦ ζώσης, τέκνον,
» ἐλεύθερον πιοῦσαν οἶνον, ἀποθανεῖν.

» Serva erat quae loquebatur: voluit dicere, *Utinam*, » *priuſquam moriar, libertatem poſſim conſequi!* ſed prae amo- » re vini temulenta anus *vinum* ἐλευθέριον dixit, cum *aquam* » deberet. Caeterum *de Fabulae* iſtius, cui index Ἀλείπτρια, » *auctore*, ne veteribus quidem conſtabat. Athenaeus, *vel* » *Antiphanem* ait eſſe, *vel Alexidem*: Iulius Pollux Amphi- » di attribuit. Sic ille ſcribit lib. VII. c. 3. [ſect. 17.] » Τοῦ δ' ἀλείπτου οὐκ ὄντος ἐν χρήσει, ἀλείπτριαν εἰρήκα- » σιν οἱ μέσοι κωμικοὶ, καὶ Λυσίας ἐν τῷ Διοφάντου περὶ » χωρίου. Ἄμφιδος δὲ καὶ δρᾶμα ἐστὶν, Ἀλείπτρια. Sic » ſcribendus hic Pollucis locus. α — Poëtae verba, quum veluti nullo metro adſtricta vulgo adpoſita eſſent, per iuſtos verſus diſtributa dedi: quos non eſſe *trochaicos* verſus, ut neſcio quo pacto Caſaubonus ſibi perſuaſerat, ſed perfectiſſimos iambicos octonarios, pridem monuerat PIERSON ad Moerid. pag. 216. & poſt hunc KOPPIERS in Obſerv. Philol. pag. 27. Nec vero ullum verbum, ac ne litera quidem fuit mutanda: niſi quod *verſ.* 4. adiiciendam μὴ particulam non minus metri, quam ſententiae, ratio clamaverit. De uſu verbi βάπτειν, quem notavit Caſaubonus, confer quae docuit Valckenar. ad Euripid. Hippol. vſ. 123. & Heſychii Interpp. voc. βαπτάν. Totum iſtum Athenaei locum, itemque quae ex Platone mox adferuntur, omiſit Epitomator.

Πλάτων δ' ἐν τετάρτῳ Πολιτείας. Vide Plat. de Repub. lib. IV. pag. 296 ſq. ed. Maſſey. Quod ἐν πρώτῳ Πολ. legebatur in edd. & *ms. A.* (id eſt, ἐν Α'. pro ἐν Δ'.) eius erroris fons in aprico eſt. Monuerat etiam CASAUB. » Vel » Athenaei error eſt memorialis, vel librariorum qui iſta » ſcripſerunt: nam locus eſt libro quarto. Non ſemel ob- » ſervavimus, α & δ ſedes invicem permutaſſe in manu » exaratis libris. α — *Ibid.* ἢ καὶ ἑνὶ λόγῳ. Pro vulgato ἐν ὀλίγῳ, iſtud ἑνὶ λόγῳ, quod ex Platonis codicibus non- nullis adfertur, eo minus dubitavi recipere, quo facilius iſta inter ſe permutari potuerunt; hoc potiſſimum loco, ubi vox ὀλίγου, quae modo praecefferat, animo & oculis librariorum obverſabatur. Apud Polybium corrupte παρ'

c ὀλίγον ſcriptum vulgo vidimus, pro παρὰ λόγον, XII. 22, 4. & κατ' ὀλίγον, pro κατὰ λόγον, VIII. 2, 6. & IX. 20, 3. Sic οἱ ὀλίγοι, pro οἱ λόγοι, in codicibus nonnullis Epicteti, Diſſert. I. 3, 4. & ἐν ὀλίγοις, pro ἐν λόγοις, in Simplicii Comment. in Enchirid. pag. 208. b. edit. Heinſ. Viciſſim vero παρὰ λόγον corrupte etiamnum legitur apud Polyb. II. 70, 2. pro παρ' ὀλίγον: qui error cum obſervationem noſtram olim effugiſſet, de eo corrigendo dehinc monui in Notis ad locum modo citatum ex Simplicii Comment. in Enchiridium, in Epicteteae Philoſophiae Monument. Tom. V. pag. 392 ſq. *Mox*, πώματος per ω ſcripſi cum ed. Ven. & Baſ. & *ms. A.* & paulo poſt iterum cum eodem *ms. A.* Quamquam & probum erat πόματος, quod utrobique apud Plat. editur, & apud Athen. in ed. Caſ. & poſteriori quoque loco in ed. Ven. & Baſ. *Dein*, προσῇ ex ed. Ven. & Baſ. & *ms. A.* reſtitui, ubi praeter rem προσεῖη poſuerat Caſaub. quod apud Plat. vuld go editur. Sed πολλὴ ἡ δίψα recte ed. Caſ. ubi vitioſe πολλὴν δίψα editt. vett. cum *ms. A.* Tum vero, poſt δίψα interſerto *commate*, ſic pergebant edd. cum *ms. A.* ἢ ὅτι τὴν πολλ. ubi ἢ ex editt. Platonis in ᾗ mutavi, & cum δίψα iunxi; ὅτι vero tenui, quamquam in Platonis editionibus non compareat. Denique & καὶ αὖ τὸ πεινῆν ex Plat. correxi.

Σῆμος δὲ ὁ Δήλιος. Saepius laudatus Noſtro ſcriptor SEMUS: cuius nomen h. l. in *ms. Ep.* ex Σήμος in Σήλιος corruptum eſt, tam in contextu, quam in ora libri, ubi auctorum citatorum nomina rubro ſcripta repetuntur. Et vetus quidem ille error erat, nam & ex *ms. A.* eamdem ſcripturam adnotatam video. Eadem erroris cauſſa, ex qua viciſſim etiam μ literam ſubinde pro λυ perperam poſitam vidimus; de qua permutatione ad III. 95. b. & 106. f. dictum eſt. vide pag. 232 ſq. harum Animadv. Recte Σῆμος h. l. correxerunt editores.

ψυχεῖα κατεσκευάσθαι. ψυχία edd. cum *ms. A.* ψυχεῖα autem membranas (neſcio quas) dare ait Caſaub. Recte id quidem: & ſic noſter *ms. Ep.* indeque Euſtathius Iliad. λ'. pag. 812, 14. quemadmodum ſcribendum monuerat etiam H. Steph. in Theſ. T. IV. 740. d. *Ibid.* χλιεροῦ ὕδατος. χλιαροῦ edd. ſed χλιεροῦ h. l. dedere *mss. A.* & *Ep.* itemque Caſauboni codices: qui quidem libri omnes continuo deinde in χλιαρὸν conſentiunt; ne id qui-

dem male, nam perinde utrâque formâ efferebatur nomen: (vide III. 110. f. not. coll. cum III. 96. e. d.) & potuit praesertim unus scriptor hac forma uti, alius illâ. Scripturam quidem per ε solam adnotavit Hesychius: apud Etymologum utraque occurrit, sed frequentius, & unice ex professo, ista per α. *Ibid.* ὕστερον κομίζονται. Nisi prorsus deletam malueris vocem ὕδατος, quam temere hic repetitam cum editis habet *ms. A.* sed ignorat Epitome; admodum utique probabile videri debebat, esse eam ex ὕστερον ortam. Prorsus inducendam vocem censuerat Casaub. in Animadv. suffragante Corayo. Pro καταθέντες, idem vir doctus Coray καθέντας malebat, a καθίημι; provocans ad id quod pag. 124. e. vulgo legebatur, εἰς τὸ φρεῖαρ -- τὸν οἶνον τοῦ ψέρους καθεικέναι. At huius quidem scripturae aliam ibi esse rationem, hîc vero satis commode ferri posse vulgatam scripturam, quam tenet uterque noster codex, visum mihi erat. — »κομίζονται, est *referunt domum*: non, *hauriunt*. Observandum est quod ait, *aquam iniici in haec frigidaria quae fit tepens*. Potest intelligi, quae propter anni tempus intepuerit: potest etiam accipi de quaesito tepore admota ad ignem aqua. Nam, ut quam frigidissima fiat aqua, calefacienda prius est quam in specum demittatur aut puteum. Caussam explicat Alexander eo problemate cuius initium, Διὰ τί τὸ θερμαινόμενον καὶ εἰς φρέαρ χαλώμενον ψυχρότατον ποιεῖται. Similis ratio frigefaciendae aquae est, quam ex *Protagorida* mox describit auctor: sole enim prius calefaciebant. « Casaub.

De *Attico* vocabulo μετάκερας conf. II. 41. d. & ibi notata.

Sophili nomen, recte Σώφιλος in edd. & *ms. A.* Perperam Σόφιλος scribitur in *Ep.* Huic poëtae in *ms. Ep.* tribuuntur verba illa, quae Alexidis esse docet plenius opus. Ibi in *vers.* 2. cum ad Grammaticam rationem commodus, tum ad fulciendum labans metrum necessarius erat articulus τὸ, quem ante μετάκερας inseruimus, praeeunte Bentlei in Emend. ad Philemonis Reliq. pag. 113. Temere verba ista Philemoni auctori adscripserat Clericus, in Philemonis Fragm. pag. 308.

AD CAP. XCVII.

Οἴδασιν. Ὅτι ᾔδεισαν *ms. Ep.* Alexidis testimonium

c ex *Paraſito* deeſt Epit. Quum *verſ.* 2. vulgo μέτα legeretur, & *vſ.* 3. ἀραρότος minuſcula ſcriberetur initiali litera, μετὰ pro μέτα legebat CASAUBONUS, haec adnotans: » Nae male de nobis meriti ſunt, qui iſtud ALEXIDIS e Paraſito teſtimonium primi ſic ſcripſerunt, Καὶ γὰρ βούλομαι Ὕδατός σε γεῦσαι· πρᾶγμα δ' ἐστὶ [μοι] μετὰ φρέατος ἔνδον ψυχρότερον ἀραρότος. Quid ſignificant poſtrema verba? aut quid eſt φρέαρ ἀραρός? Lege ψυχροτέρου Ἀραρότος. *Volo*, ait, *aquam tibi propinare: mihi autem res eſt cum puteo*, id eſt, *puteum habeo, frigidiorem Ararote.* Araros, [Ariſtophanis filius,] poëta comicus, non inter primos, ac ne ſecundos quidem. Inde occaſio venuſtiſſimi ioci. Simillime Gnathaena Diphilum poëtam riſit, cum coenanti apud ſe, & frigidam laudanti, *Non mirum*, inquit: *ego enim aquam frigefacio iniectis in lacum comoediarum tuarum prologis.* Vide lib. XIII. [pag. 580. a.] De Ararote dictum nobis cap. IX. « — Quae ibi (ad III. 86. d.) de hoc Poëta dixit Caſaubonus, in Indice Auctorum referemus. De quo quae hîc adnotavit doctus Animadverſor, perſpecte illa quidem monita ſunt: at ſic nondum perſanatum fuiſſe locum TOUPIUS docuit, Emend. in Suid. P. III. pag. 403. μέγα pro μέτα vel μετὰ legendum monens, ut ſit πρᾶγμα δ' ἐστί μοι μέγα φρέατος, *eſt autem mihi puteus egregius.* Sic de muliere loquens Eubulus, apud Noſtrum XIII. 559. c. μέγα πρᾶγμα, i. e. *excellentem mulierem* dixit. Eamdem emendationem, ignorans Toupium, ſuo etiam nomine propoſuit CORAY. »Idiotiſmus, inquit, nemini non notus: »φρέατος μέγα πρᾶγμα, ut συὸς μέγα χρῆμα.« Conf. Xenoph. Cyrop. I. 4, 8, & Viger. de Idioſm. III. 13, 1. Mihi vero vel ſic etiamnum *tertio verſui* medela adferenda viſa erat, pro φρέατος, vel φρεατίου ſcribendo vel φρεάτός τι: cum penultimam in φρέατος neceſſario brevem eſſe exiſtimarem, ut apud Homer. Iliad. φ'. 197. & in Strattidis vſ. 3. apud Noſtrum III. 124. d. Sed nulla opus eſſe novatione intelligo: nam & φρέατος *penultimâ ſyllabâ longâ* (quaſi ex φρεάατος contracta) perinde uſurparunt auctores omni exceptione maiores. Sic certe non modo Apollodorus Gelous apud eumdem Noſtrum pag. 125. a. ſed & Ariſtoph. in Pac. 578. & in Eccleſ. 1004.

f Ὀνομάζει δὲ - - φρεατιαῖον ὕδωρ οὗτος. Putes fortaſſe, vocem οὗτος referri ad teſtimonium *Hermippi*, quod hîc

adpositum olim ab Athenaeo, praetermissum esset librariorum negligentiâ. Qua in persuasione fuisse video Editorem Basileensem, *defectus signum* post οὕτως ponentem, quod & in ed. Cas. supereſt. At nihil desideratur. οὕτως ad praecedens verbum ὀνομάζει refertur. cf. III. 76. a. & notata ad III. 92. e. pag. 122 sq. harum Animadv.

Alexidis *versiculos* ex *Mandragorizomena* Excerptis suis inseruit Grotius pag. 577 sq. cuius versionem Graecis nostris subiecimus, in uno versu quinto paululum ab ea discedentes. *Vers.* 1. » *Hominum genus* vocat φυτὸν poëta; »cum ait, Εἶτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτόν; Plato»nis vox est, ἄνθρωπος φυτὸν οὐράνιον, οὐκ ἔγγειον. « Casaub. — Platonis dictum illud ridet alius poëta in Anthol. Brunck. T. II. pag. 432. num. 22. ad quem locum consule quae adnotavit Iacobs Animadv. Vol. II. Part. III. pag. 257. *Vers.* 4. Iungunt συγγενεῖς ἔχοντες *ms. A.* & ed. Ven. post ἔχοντες interpungentes orationem. Et a vetus is error fuit: itaque & *ms. Ep.* desinens in συγγενεῖς ἔχοντες, praetermissis nonnullis versibus dein sic pergit, πάλιν γλιχόμεθα &c. Sed in eo errore latens verum nunc demum video. Post συγγενεῖς *vers.* 3. utique interpungi oratio debuit; in quarto versu vero sic distinguenda verba:

Ἔχοντες, οὐδὲν εὐπορούμεν τοῖς πέλας.

Hac sententiâ, *Utut* (*divitias*) *possideamus, aliis tamen non sumus divites*, i. e. *nihil impertimus.*

Vers. 5. Grotius, pro οὐ φέρομεν, citra necessitatem κοὐ φέρομεν scripsit. Tum κακῶς in κακοῖς mutans, sic interpretatus est illum versum: *Conferimus quippe, sed conferimus pessimis.*

Vers. 6. »Ita [in edd.] scribitur, Ἀκτῆς τροφῆς δὲ τῆς »καθ' ἡμέραν. Mendose: neque ad rem facit, quod ἀκτὴ »apud Homerum de *farina* dicitur. Scribe, Κἀκ τῆς τρο»φῆς: vel, Κἀν τῇ τροφῇ δὲ τῇ καθ' ἡμ. « Casaub. — Perspecte id quidem vir doctissimus: sed ad coniecturas confugere nil opus fuit nobis, quibus commodissimam scripturam Τἀκ τῆς obtulere optimae nostrae *membr. A.* Τὲκ τῆς τροφῆς (abundante ἐκ praepositione) idem valet ac τὰ τῆς τροφῆς, & τὰ valet κατὰ τὰ, ut sensus sit, *Quod adtinet ad quotidianum victum.* Editorum tamen scripturam hactenus defendit Toup in Cur. Novissi. in Suid.

a pag. 209. ut Ἀκτῆς quidem teneat, ſed alia multa mutet, ſic legens:

Ἀκτῆς τροφῆς δεῖ; τῆς καθ' ἡμέραν πάλιν
γλιχόμεθα τῆς μάζης ἐὰν λευκὴ παρῇ, &c.

Quae quidem poſt id, quod nobis codex noſter largitus eſt, nemo facile deſideraverit.

Verſ. 8. De ζωμῷ μέλανι conf. IX. 379. e. Nec vero ſolis Lacedaemoniis proprium fuiſſe *ius nigrum*, vel ex hoc loco intelligitur. Monuit hîc CASAUB. » Mazam candidam » in ius nigrum intingebant, cuius & M. Tullius [Tuſc. » V. 34.] meminit. Sed mirum iuri nigro aliud potius » opponi quam ius album. Nam de *maza* item *ſequens* » *verſiculus* eſt exponendus: niſi referre volumus ad ocu» lorum ὑπογραφάς: nigro enim inficiebant ſibi eam par» tem quam formoſam volebant videri. Notabis δευσοποιὸν » χρῶμα *nigrum* dici hoc *verſu* [9.] τὸ καλὸν δὲ χρῶμα » δευσοποιῷ χρώζομεν: cum proprie omnis *ſuaſus* color, » ut Latini loquuntur, δευσοποιὸς appelletur.« — Quod dicat poëta, *albae mazae* aptari *ius nigrum*, nihil in eo incommodi video equidem. Quod vero *verſ.* 9. τὸ καλὸν δὲ &c. ſcribitur, habet id utique eam ſpeciem, ac ſi ibi de alia re, atque ſuperiori verſu, ageretur. Et, per ſe ſi ſpectes, recte interpretatum dicas Dalecampium, *ſpecioſum colorem indelebili nos alio tingimus*. Nam ea eſt notio vocabuli δευσοποιὸς, *plane imbutus*, *indelebilis* color, *qui elui nequit*. cf. Suid. & Heſych. Sed quod ſi cum ad praecedentia tum ad ſequentia attendas, videtur & hîc utique de re ad *victum* pertinente agi; quam in partem Grotius accepit: in eam vero partem commodius videri debebat τὸ καλόν τε. Ita vero τὸ δευσοποιὸν de *nigro* colore fuerit accipiendum.

Verſ. 11. τὸ δ' ὄψον ἐὰν μὴ θερμὸν ᾖ, διασύρομεν. » Scri» pſimus ut erat in membranis, τὸ δ' ὄψον &c. *Opſonium* » *niſi calidum apponatur*, *vituperamus*: ſic etiam in Epitome. » Vulgo, τὸ δ' ὅλον: unde fecit Dalec. τὸν δοῦλον; non » ineptâ quidem coniecturâ, ſed quae veritati non de» beat facere praeiudicium. Quantopere *ferventes* cibos ex» petierint veteres, admonuimus lib. I. cap. VI. [ad I. 6. » c. Animadv. T. I. p. 75.] Si ὄψον velis *piſcem* interpretari, » non pugnabo.« — Commodiſſima ſane & optima ſcriptura, τὸ δ' ὄψον: ſed, quod & *membranas* (i. e. Italicos codices, quorum Excerptis uſus eſt) & *Epitomen* eamdem

dediſſe Caſaubonus ait, etiam atque etiam mireris. Nam a & noſtrae vetuſtiſſimae omnium *membr. A.* & optimus noſter *cod. Ep.* in ſuſpectum atque etiam plane mendoſum ὅλον cum editis conſentiunt; nec vetus interpres Natalis Comes in Florentinis codicibus aliud invenerat, nec ex Vaticano codice in Aegianis Excerptis adnotatum quidquam hic reperio. Quare prope abſum, ut Caſauboni h. l. non fidem quidem, ſed ἀκριβείαν habeam ſuſpectam, accidiſſeque ei exiſtimem, quod iam aliàs ſubinde obſervavimus, ut, quam e neſcio cuius docti viri coniectura adnotatam alicubi ſcripturam reperiſſet, & in contextu poſuiſſet, eamdem deinde, cum Animadverſiones ſuas ſcriberet, immemor unde eam accepiſſet, msstis codicibus acceptam tulerit.

Verſ. 12. τὸν μὲν ὀξὺν οἶνον ἐκπυτίζομεν. ἐκπιτίζομεν edebatur: quod verbum ex uno hoc Athenaei loco citans H. Stephanus in Indice Theſauri, *pitiſſando exhaurire* interpretatus eſt: quod ipſum verbum *pitiſſare* tenens Dalecampius, cum ſentiret quam eſſet incommodum, negationem adiecit, *ne pitiſſamus quidem.* (vide mox Animadv. ad vſ. ſq.) Grotius, *bibimus cum faſtidio;* coniectura uſus, perinde atque Dalecampius, non certa ratione. Percommode vero ἐκπυτίζομεν dedit uterque noſter codex, i. e. *exſpuimus, exſputamus.* Apud Suidam legitur Πυτίζω, πταίω, ubi πτύω oportuiſſe recte H. Steph. in Ind. Theſ. monuit, praeeunte Etymologico M. col. 697 ſq.

Verſ. 13. ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ' ἐκβακχεύομεν. » *Abyr-*
» *taca* Perſici inventi cibus erat, quem acrimonia com-
» mendabat. « [cf. II. 68. a. & ibi Animadv. T. I. p. 456.]
» Theopompus, [apud Suid. in 'Αβυρτ.]

» Ἥξει δὲ Μήδων γαίαν, ἔνθα καρδάμων
» πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

» Huic affinis fuit alius cibus, quem νεοδάρτην vocabant:
» Heſychius ſcribit eſſe ἔδεσμά τι ἀβυρτακῶδες. Nec ἀβυρ-
» τάκη ſolum legas, ſed etiam ἀβύρτακος, ut apud Po-
» lyaenum lib. IV. Ἐκβακχεύειν ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαις dixit
» comicus, pro ἐπιμαίνεσθαι ταῖς ἀβυρτ. quod uſitatius
» eſt; *perdite amare, & cum furore expetere.* Contrarium
» eſt in ſuperiore verſu, ἐκπιτίζομεν: quod mutant male
» in οὐ πιτίζομεν. Ἐκπιτίζομεν eſt, *lente & cum faſtidio bi-*
» *bimus quaſi pitiſſantes:* vel *deguſtare experiundi gratia vix*
» *ſuſtinemus:* hoc enim eſt *pitiſſare*, ut notum ex Teren-

» tio. « CASAUB. — Interpretatio ista versus superioris ferri posset, si simplex adesset verbum πιτίζομεν, non ἐκπιτίζομεν. Sed haud dubie recte ibi a nobis codicum restituta est scriptura.

b Δεξικράτης δ', ἐν τῷ ἐπιγραφ. &c. Citat ex h. l. titulum illius dramatis Suidas, in Δεξικράτης, diserte nominans *tertium librum* τῶν Δειπνοσοφιστῶν *Athenaei*. Poëtae illius verba olim nullâ habitâ metri lege continuo tenore scripta legebantur: nec ego, quod genus sit metri, certo confirmare ausim: suspicatus autem eram, esse iambicos versus octonarios, quorum priori deessent tres pedes cum dimidio, posteriori vero pes postremus. Refragari tamen huic rationi intelligo prioris versus verbum postremum πίνω, penultimam longam habens. Denique, verum si quaeris, fuerint plane duo senarii, sic digerendi:

Εἰ δὲ μεθύω, καὶ χιόνα πίνω, καὶ μύρον
ἐπὶ στόματος, κράτιστον Αἴγυπτος ποιεῖ.

Quorum in priore, primus & tertius pes dactyli sunt; in posteriore, secundus est anapaestus, quem in ea sede non respuit Comoedia. Vocab. στόματος *vs.* 2. pro κεφαλῆς, aut προσώπου accepi. De more potantium, caput unguentis delibuendi, vide infra, lib. XV. pag. 691 extr. & sq. Caeterum, quum haud satis integra videri potuerit oratio, sic fortasse scriptum oportuisse suspicatus est CORAY: καὶ μύρον ἐπὶ στόματος φέρω (vel ἔχω) κράτιστον ὢν Αἴγυπτος ποιεῖ. Haec, & quae ex Euthycle & Xenoph. sequuntur, omisit Epitomator.

Εὐθυκλῆς δ' ἐν Ἀσώτοις ἢ Ἐπιστολῇ. » Ita scribi recte, pro» bat Suidas, [in Εὐθυκλῆς] qui huius loci meminit. Pau» cissimas ediderat fabulas: unicam invenio praeter istam. » Laudatur enim in *Atalanta* a Paroemiographis, in prover» bio Βοῦς ἕβδομος. Apud Pollucem lib. VI. cap. 37. [sect. » 161.] fortasse scribendum, καὶ ἡμίκαλον δὲ Εὐθυκλῆς » λέγει καὶ Σοφοκλῆς. Nam quis ille *Euclides*, quem no» minat vulgata eius loci lectio? *Asotum*, vel *Asotos*, » plures Graeci Comici docuerant: etiam e Latinis En» nius atque Caecilius; cuius poëtae itemque Afranii *Epi» stolam* quoque laudant Festus, Priscianus, Nonius. « CASAUB.

c Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημ. Nempe Prodicus Sophista apud XENOPH. *Memorab.* II. 1, 30. Paulo post, corrige operarum errorem, quae perperam Ἱστορίας posuere pro Ἱστορίαις.

AD CAP. XCVIII.

Ἔψυχον. Sic recte mss. Perperam ἔψυχρον olim edd. quod corrigi iussit Casaub. In STRATTIDIS *vers.* 1. pro d Οἶνον γὰρ πιεῖν, transpositis verbis, Οἶνον πιεῖν γὰρ scribendum monuerat metrica ratio: ibidem vero, pro οὐκ ἂν, quod erat editum, οὐδ' ἂν dedit *ms. A.* (In *Epit.* desunt Strattidis verba.) Dein εἰς recte ed. Cas. Perperam εἰς ed. Ven. & iunctis duabus vocibus εἰσδέξαιτο ed. Bas.

Καὶ ὁ Λύσιππος ἐν Βάκχαις. Sic recte ed. Cas. 2. 3. Vitiose Βάκχοις edd. vett. cum *ms. A.* quod corrigi iussit CASAUB. »LYSIPPI *Bacchas* (inquit) ex Athenaei »lib. III. & VIII. nominat Suidas. Pollux quoque memi»nit lib. VII. cap. XVII. & cap. XI. « — (sect. 77. & 89. item lib. X. sect. 50. & 154.) Alia quae de LYSIPPO h. l. monuit idem Casaubonus, in Indice Auctorum exhibebimus. Quod Suidas, in Λύσιππος, poëtae huius Βάκχας citari ait ab *Athenaeo* ἐν γ'. Δειπνοσοφιστῶν & ἐν η'., adiici id debet illis Suidae testimoniis, quae in Praefat. ad Athen. T. I. pag. XIV sq. not. *x.* protuli: reperitur enim etiam nunc *Baccharum* LYSIPPI mentio apud Nostrum (praeter hunc locum) lib. VIII. p. 344. e. vel f. In *Vers.* 2. ἐς τὸ φρέαρ habent *mss. A. & Ep.* quod metri caussa recte in ἐς τὸ φρεῖαρ mutavit primus Editor. Dein vero *ibid.* μοὶ δοκεῖν opportune dedit *ms. A.* quae ipsa scriptura manifeste etiam indicabat, quod iam alioqui probabile mihi visum erat, *versu tertio* pro καθεικέναι, quod tenent ibi libri omnes, καθεῖκεν ἑ, i. e. *demisit se*, scriptum oportuisse. Quamquam enim verbum καθιέναι etiam reciproce haud raro usurpatur, intelligendo ἑαυτὸν; (vide Lexic. Polyb. pag. 313.) tamen hoc loco, ubi καθεικέναι simul ad τὸν οἶνον, simul ad *ipsum qui sese in puteum coniecit*, pertinet, necessario pronomen reciprocum diserte erat adiiciendum.

Ψύξον τὸν οἶνον, Δῶρι. Quod tacite hîc edi curavit Casaubonus Δωρίων, id ex Epitoma Hoescheliana sumsisse videtur; noster quidem sic habet *codex Ep.* Quod non improbo quidem: sed tenendam *codicis A.* scripturam putavi; e quo tamen accentum in hoc nomine non video notatum. Δωριὰς, ancillae nomen est, VIII. 338. e. f. ut apud Terentium in Eunucho, ubi quidem perperam *Do-*

ryas vulgo editur : sed & Δῶρις, sive (ut apud Suidam scribitur) Δωρὶς, Δωρίδος, ᾧ Δωρί: ubi tamen Δῶρις, Δώριδος, ᾧ Δῶρι, malebam; nam Δωρὶς regionis nomen est.

e Πρωταγορίδης δ' ἐν δευτέρῳ τῶν Κωμικῶν Ἱστοριῶν, τὸν Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως κατὰ τὸν ποταμὸν διηγούμενος πλοῦν. PROTAGORIDES, *Cyzicenus*, (Athen. IV. 176. a.) non aliunde nisi ex Athenaeo nobis cognitus est, qui & alia nonnulla eiusdem scripta laudavit. Quanam vero maxime aetate vixerit; aut quis fuerit *Antiochus* rex, quem dicit, quisve *fluvius*, (Nilus, an Euphrates, an quis alius) incertum. Conf. Schneiderum ad Nicandri Alexiph. pag. 78. Δι' ὅλης τε τῆς νυκτὸς. τε particulam, quae aberat editis, commode dedit uterque noster codex mstus.

f In ANAXILAE *verbis*, quae continuo olim tenore scripta, pro metri ratione nunc distribuimus, *vers.* 2. νόμιζ' ὑπάρχειν scripsimus, praeeunte *ms. A.* in quo pro more plene scriptum νόμιζε ὑπάρχειν. Temere & imperite γένοιθ' ὑπάρχειν erat editum. Deest hic locus Epitomae. In a sequente eiusdem *Anaxilae* versiculo, in quo cum editis consentiunt ambo nostri codices, desideratur extrema syllaba. Forsan ἀπόλωλέ μοι scripserat auctor.

Ὁ Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Γελῷος καὶ τοῦ λάκκου αὐτοῦ, ὥσπερ ἡμεῖς λέγομεν, μνημονεύει ἐν Ἀπολιπούσῃ. For» tasse scribendum est ἐν Ἀπολιποῦσι. Reperio namque »laudari hunc poëtam in Καρυστίοις ἀπολιποῦσι. Exem» plum habes apud Suidam in Ἐγκομβώσασθαι. « CASAUB. — At apud Suidam (quod ex Gatakero Küsterus docuit) haud dubie Ἀπολλόδωρος Καρύστιος Ἀπολιπούσῃ legendum: ut, quam fabulam *Geloo* APOLLODORO tribuit Athenaeus, eamdem Suidas *Carystio* APOLLODORO tribuerit; quemadmodum alibi quoque duos istos Apollodoros inter se permutatos videbimus ad Athen. VII. 480. e. Ἀπολιποῦσαν autem non cum Dalecampio *Animo defectam* interpretatus sum, sed *Desertricem*, nempe *quae maritum deseruit*; sic enim mulierem eiusmodi dicebant Attici, ἀπολελοιπυῖαν vel ἀπολιποῦσαν γυναῖκα, ut ex Demosth. & Andocide adnotavit H. Steph. Thes. II. 664. g. Simillimo titulo, Ἀπολείπουσα, exstiterat etiam Diphili fabula, item Hegesippi, cognomine Crobyli. *Deficiente* interpretatus est Grotius, in Excerpt. pag. 782. nescio quo sensu. Quod ait Athenaeus, λάκκου ὥσπερ ἡμεῖς λέγομεν, eo videtur spectare, quod, cum Attici & alii Graeci (ut Suidas docet) olim

λάκκον dixiſſent *cellam vinariam* & *oleariam*, Apollodorus a *ciſternam* dixerit *in qua aqua colligitur*; qua notione vocab. illud Athenaei aetate vulgo uſurpatum fuiſſe videtur.

Ἀγωνιῶσα &c. Quid *timuerit* mulier quae loquitur, aut cuius rei cauſſa fuerit *anxia*, neſcio: nec magis adparet, cuius rei cauſſa *funes paratos eſſe* illa voluerit; fortaſſe conficiendae *ſcalae* cauſſa, ut vir doctus DUTHEIL in Notis msstis coniectaverat. In πεποίηκας, *verſ.* 3. conſentit cum editis *ms. A.* (*ms. Ep.* non habet.) Ego vero in verſione praetuli Dalecampii rationem.

AD CAP. XCIX.

παρ' Ἀντιφάνει. Sic *ms. A.* παρ' Ἀντιφάνῃ edd. Deeſt *Ep.*

Ἄλεξις δ' ἐν Γυναικοκρατίᾳ. ἐν Γυναικοστρατίᾳ edd. b id eſt, *in Expeditione Mulierum*: quod merito ſuſpectum fuit CASAUBONO, monenti Γυναικοκρατείᾳ ſcribi apud Polluc. IX. 44. id eſt, *in Mulierum Imperio*. Veriſſimam ſcripturam optimae noſtrae *membr. A.* dederunt. conf. VIII. 236. c. ubi eodem titulo fabula Amphidi auctori tribuitur. Hoc loco VILLEBRUNIUS, & ipſe veram ſcripturam in contextu verſionis Gallicae tenens, Adnotationem ſubiecit huiusmodi: *C'eſt la leçon des Manuſcrits, comme Caſaubon l'a auſſi trouvée dans la collation d'Aegius, qu'il avoit intérêt de ne pas nommer, voulant s'approprier ſa dépouille.* — Ego vero, ne quid amplius dicam, ſancte confirmare oculatus teſtis poſſum, in ipſo illo libro, cuius ad oras Caſaubonus ex Aegiana collatione Emendationes ſparſim nonnullas & Supplementa ad Athenaeum adſcripſit, hoc loco ad vocem Γυναικοστρατίᾳ, quae in ed. Baſ. exſtat, nihil prorſus eſſe adnotatum: eumdem ipſum librum dico, quem Villebrunius in Praefatione tamquam fundum ſuarum adverſus Caſaubonum hoc in genere criminationum indicaverat.

κνισολοῖχος edd. & *ms. A.* & hic & paulo poſt conſtanter cum ſimpl. σ. & properiſpomenοις ſcripta voce; & ſic rurſus *ms. A.* lib. IX. pag. 386. e. Conſtanter vero κνισσολοιχὸς, per σσ, & voce acuta, *ms. Ep.* Neutrum male, ut videtur: nam perinde & ἡ κνίσσα cum duplici σσ, & κνίσα ſimplici σ litera ſcriptum, at nihilominus primâ ſyllabâ longâ, paſſim reperitur; tum vero acute ſcribitur vox apud Heſych. & apud Euſtath. ad

b Od. σ'. p. 656, 23. Et κνισολοιχὸς ſcribi iuſſit Caſaub. in Animadv.

καὶ, κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον, τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον, κνισοκόλαξ. Deſunt iſta *Epit.* Particulam καὶ, quae in edd. & *ms. A.* proxime ante κνισοκόλαξ ponebatur, retrahendam eſſe, & ante κατὰ τὸν Σαμ. ponendam, recte monuit CASAUBONUS: »Edita lectio, inquit, facit »auctorem vocis κνισολοιχὸς *Aſium* poëtam, de quo »Strabo & Pauſanias: falſo, ut ex ſubiectis illius verbis »liquet.« — Vide paulo poſt, lit. d. & e. De ASIO illo, genere *Samio*, vetere Poëta epico, conſule Valckenar. in c Diatrib. ad Eurip. pag. 58 ſqq. not. 1. *Ibid.* καύματος ὥρᾳ recte mssti. ὥραν edd.

SIMONIDIS *Epigramma* ſic a ſe ὁδοῦ πάρεργον, ut ait, latine converſum recitavit CASAUBONUS:

Pierii coſtas quâ circumtexit Olympi
e regno Thracum flans vehemens boreas;
quaeque inopes laenae afflixit; verum eſſe moleſta
deſiit, in tumulo viva repoſta diu:
huius partem aliquis dato mi. Ferventia amico
turpe nimis fuerit pocula porrigere.

Graeca ex Athenaeo in Anthologiam adoptavit H. Stephanus pag. 512. itemque Brunck in Analect. T. I. pag. 146. num. 105. cuius conf. Notas T. III. pag. 24. & Iacobs Animadv. Vol. I. Part. I. pag. 266 ſq.

Verſ. 1. Τὴν ῥά ποτ' Οὐλύμποιο περὶ πλευρὰς ἐκάλυψεν - - βορέης. »Scribo Τῇ, non τήν:« ait CASAUB. Quae mihi novatio parum neceſſaria viſa erat. Simillima etiam ratione verbum καλύπτω cum accuſativo eius *rei*, *quae alteri obtenditur* aut *circumfunditur*, ſive *quâ tegitur altera*, conſtruit Homerus, Iliad. ε'. 315. χ', 313. & alibi: ubi ſicut nomen eius rei quae tegitur alterâ, ſeu cui illa obtenditur aut circumfunditur, conſtruitur cum praepoſitione πρόσθεν, ſic hoc loco cum περὶ praepoſitione. Quod ſi dativus caſus deſideraretur, non τὴν in τῇ erat mutandum, ſed pro πλευρὰς oportebat πλευραῖς, praepoſitionem περὶ cum verbo ἐκάλυψεν iungendo; ut Iliad. ξ'. 359.

Verſ. 2. ὀξὺς, quod adoptavit BRUNCK, primus propoſuerat VALCKENAR. ad Herodot. VIII. pag. 675, 5. quo boreae *penetrabile frigus* indicaretur. Quae quamvis praeclara videatur emendatio; tamen mutare vulgatum ὠκὺς, quod tenent ambo noſtri codices, non ſum auſus, cum

praesertim cognata vocabula esse ὠκὺς & ὀξὺς statuerint veteres Grammatici: apud Hesychium certe ὠκύπετα, verbi gratia, per ὀξέως πετόμενα expositum videas; & ipsam vocem ὠκὺς ab ἡ ἀκὴ derivat Etymologus, ἡ δηλοῖ (inquit) τὴν ὀξύτητα.

Vers. 3 *sq.* αὐτὰρ ἐκάμφθη, ζωὴ Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη. »Γῆν ἐπιέσσασθαι dicuntur *mortui*, quando sunt »*sepulti*, ac *terra ceu veste amicti*: id enim est ἐπιέσσασθαι »[vel ἐπιέσασθαι.] At h. l. festivissime dicitur de *nive in* »*terram defossa* ut servaretur ea ratione ut ante descripsit »auctor, aut simili. Ideo ait, *nivem terra obrutam fuisse vi-* »*vam*: imo ut viva servaretur nec periret. *Olympi* mon- »tes dicti olim quam plurimi: de *Pierio*, qui in Pieria »Macedoniae, poëram loqui, certum est ex hoc versu. »Elegans est antithesis in verbis ἔδακε φρένας, *mordebat*, »sive *urebat*, hyemis videlicet tempore: & ἐκάμφθη, *mol-* »*lita est*; nam aestate nix est gratissima. Dalecampius ta- »men rescribebat ἐπέμφθη: absurdâ multis modis conie- »cturâ. « Casaub. — Verbum ἐκάμφθη cum edd. tuentur nostrae *membr. A.* quod cur in ἐκρύφθη cum Brunckio mutarem, nullam satis idoneam caussam equidem videram. ἐκάμφθη ἡ χιὼν, *fiexa*, *mollita est nix; mutata eius vis*; cum antea acris effet & ingrata, nunc grata suavisque facta est. Quo cum verbo collatum alterum ἐκρύφθη, ut dicam quod sentio, languidum mihi in ista verborum connexione visum erat. In *Epit.* desunt octo verba, αὐτὰρ ἐκάμφθη - - Ἔν τις. d

Vers. 5. Ἔ ν τις ἐμοὶ καὶ τῆς χεέτω μέρος. Perspecte ἔ ν τις, pro vulgato ἔν τις, correxit Brunck. Ad verbum χεέτω pertinere hanc voculam adparet, quo fiat compositum ἐγχεέτω τις. Ἐμοί γ' αὐτῆς ex edd. tenuit idem Brunck, non nisi accentum mutans, ἔμοι γ'. Nos consentientem utriusque codicis nostri scripturam, ἐμοὶ καὶ τῆς, tenere debuimus. τῆς valet τῆσδε, ταύτης vel αὐτῆς, ut saepe apud Homer. Vide Iliad. δ'. 138. ε'. 538.

In Asii *vers.* 2. pro ἦλθεν ὁ κνισοκόλαξ, quod tuetur *ms. A.* cum editis, ἦλθε κνισσοκόλαξ habet *ms. Ep.* haud absurde. In eodem *ms. Ep.* κνισσολοιχὸς (sic) scribi, pro κνισολοῖχος, paulo ante monui. *Vers.* 3. ἄκλητος, ζωμοῦ κεχρημένος. »*Invocatus*, *iusculi egens*. Nescio quid legerit vir doctus, »[Dalecamp.] qui vertit *iusculum sorpsit*. Nostra lectio »verissima est. Homerus, κρειῶν κεχρημένος. [Od. ξ.

»124.] Ac videtur mendici descriptionem Homericam »Ὀδυσσ. ρ'. esse imitatus: Homero enim iuniorem puto *Asium* cum Eustathio.« CASAUB.

e SOPHILI *versus* ex fabula Συντρέχοντες itemque reliqua huius capitis desunt *Epit.* In *vers.* 1. Ὁ πορνοβοσκὸς γάρ μ', abundat με pronomen personale, quandoquidem *vs.* 3. rursus diserte adiicitur ἐμέ. Ferendus fortasse pleonasmus: in quo nihil differentionis ex *ms. A.* adnotatum est. Suspicari vero licet, deberi insertam vs. 1. literam μ' docti cuiusdam librarii sedulitati, qui opus ibi illa fuisse existimasset, quo syllaba γὰρ longa fieret: at in caesura versus, praesertim ante vocem ab aspero spiritu incipiente, non opus erat illo fulcimine. *Vers.* 2. χορδήν τιν' αἱματῖτιν. Pro τινα αἱματιάτιν, quod erat in editis, τινα αἱματίτιν scribit *cod. A.* quod in τιν' αἱματῖτιν mutavi. *Vers.* 3. ταυτηνὶ scripsi, vestigia secutus scripturae quae in editt. vett. & *ms. A.* obtinet, in quibus ταυτὶνν scribitur, mendose id quidem; quod in ταύτην mutaverat Casaub.

f Ἀντιφάνης μνημονεύει ἐν Βομβυλίῳ. »*Bombylium* vocabant genus poculi, de quo diximus alio loco. [Vide »ad VI. 262. b.] Inde huic fabulae nomen videtur indi»tum ob frequentem *bombylii* in ea mentionem. Pollux »tamen lib. X. cap. XLVI. [sect. 179.] ANTIPHANEM »laudat ἐν Βομβυλίοις. Utrum id sit diversae fabulae no»men, an huius nostrae, pronuntiare non ausim.« CASAUBONUS. — Apud Athenaeum nostrum IV. 161. e. rursus laudatur *Antiphanes* ἐν Θομβυλίωνι, qua sub mendosa scripturâ eadem fabula, de qua hîc agitur, latere videtur. Itaque, haud improbabili sane ratione, KOPPIERS in Observatis Philolog. pag. 29. accipiens ex hac posteriore scriptura terminationem, eamque cum priore parte eius vocabuli quod hîc legitur, coniungens, utrobique ἐν Βομβυλίωνι oportuisse censuit, ut verus titulus fabulae Βομβυλίων fuerit. »Quod iocosum, inquit, »forte fuerit nomen, ductum ab usitato βομβυλιός; quo »modo, a sono liquoris erumpentis, *vas angusta cervice* »dicebatur: de quo satis multa notantur apud Hesy»chium.« —

In ALEXIDIS, ex *Dropide*, *versu* 2. corrupte ποτηρίῳ πενταδράχμῳ τινὶ edebatur. Itaque CASAUBONUS: »Emenda, inquit, & scribe πεντάχνῳ τινί. Vulgatam

» ſcripturam lex metri clamat corruptam. Noſtrae emen-f
» dationis auctor & fundus Athenaeus ipſe, qui libro XI.
» [pag. 496. a.] nos huc reiicit, & ſic ſcripſiſſe affirmat.
» Media in hac voce corripitur, ut prior in τέχνη. α —
Ad verum proxime accedebant noſtrae *membr. A.* πετάχμῳ exhibentes: ſic & alii duo codicis Pariſienſes, teſte Villebrunio. In *ms. A.* paulo ante, pro Δρωπίδη, Δρωπείδη ſcribitur. *Verſ.* 4. perperam μετεῖχ' ἀμφοῖν erat editum; ubi recte μετεῖχε δ' ἀμφοῖν dedit *ms. A.*

AD CAP. C.

πλακοῦς ἐκ γάλακτος ἰτρίων τε καὶ μέλιτος. Pro ἰτρίων Dalecampius σησάμου legebat, *ſeſamo* vertens, invitis quidem & noſtris & Caſauboni msstis; nec tamen ita abſurde: eſt enim ἰτρίον proprie *piſtorium opus tenue*, vel *cruſtula, ex ſeſamo & melle confecta*; ut docet Noſter XIV. 646. c. Eiusdem mentio iam facta eſt lib. II. pag. 58. a. conf. XIV. 648. a. Ex illis placentulis comminutis, ac denuo melle & lacte mixtis, aliud placentarum genus confici ſolitum videtur, de quo hic agitur.

χθωροδλάϕου. Cum χεβροδλάϕου eſſet editum; a
haec adnotavit CASAUB. » Χεβρόδλαϕος quodnam edu-
» lium in idiomate Syrorum appellaretur, vellem Athe-
» naeus explicuiſſet. Vox eſt ex pluribus compoſita.
» Olim ſcribebam χεβροδάλου ὄϕου πατρίου: ut *minutalis*
» aut *farciminis* genus ea voce ſignificetur. Tale quid Syri
» intelligunt vocabulo *tachbera*, cuius origo eſt a *chebar*.
» Hebraeorum magiſtri volunt eſſe ὑπότριμμα quoddam
» *ex carnibus & ovis*. *Dal* autem λεπτὸν ſignificat. Sed hoc
» divinare eſt; quo non aſpiramus nos: neque unquam
» pudebit fateri ea neſcire quae neſcimus. α — Nil mutandum BOCHARTUS cenſuit, in Chanaan lib. II. cap. 7. pag. m. 806. niſi quod χεβροθλ. forte pro χεβροδλ. oportuerit: quod quo pacto interpretatus ſit vir doctus, penes ipſum videat cui lubet vacatque. Parum certa iſta ſunt omnia; cum praeſertim diverſam ab edita ſcripturam dederint noſtrae membranae, quam debui repraeſentare. In *Epit.* haec deſiderantur. Cum *msto A.* vero alius etiam cod. Pariſ. teſte Villebrunio conſentit: unde utrumque ſeparatim vocabulum tenendum ille putavit, & explicare interpretarique utrumque conatus eſt; cuius rationem nunc discu-

a tere non vacat nobis. Patefactâ librorum scripturâ, viris linguarum Orientis peritis integrum permittimus de vi aut origine vocis iudicium.

τοῖς τὰ Φοινικικὰ (sic recte *ms. A.* ut emendari iussit CASAUB. pro τὰ Φοινικὰ, quod erat editum) συγγεγραφόσι, Σουνιαίθωνι καὶ Μωχῷ, τοῖς σοῖς πολίταις. »Quinam sunt isti *Historiae Phoeniciae Scriptores*, genere »Tyrii, de quibus Cynulcus Ulpianum compellans, ait, »πλὴν εἰ μὴ παρὰ τοῖς &c.? Enimvero peregrinus sit in »repub. literarum oportet, qui neget pro Σουνιαίθωνι scri»bendum esse Σαγχωνιάθωνι. Huius antiquissimi Hi»storici meminerunt multis locis Philo, Iosephus, Euse»bius, Porphyrius, alii. Berytium quidam illum appel»lant, ut Porphyrius: alii Tyrium, ut Athenaeus. Sui»das: Σαγχωνιάθων Τύριος φιλόσοφος (ἔγραψε) Πάτρια Τυ»ρίων τῇ Φοινίκων διαλέκτῳ. SANCHONIATHON, *Tyrius »philosophus, scripsit Tyriorum Origines lingua Phoenicum.* »MOCHUM alibi invenire non memini: & fortasse Μῶχος »aut Μόσχος alicuius Tyrii nomen est, qui apud suos »vocabatur *Mosche*, vel, ut scribi obtinuit, *Moses*. Est »& *Malchus* proprium viri nomen, in Syria frequens. « CASAUBONUS. — *Sanchoniathonis* vel *Sanchuniathonis* satis notum nomen: quem non dubito quidem respexisse hic Athenaeum, sed quis nobis certa ratione docebit, quo pacto nomen illius viri scripserit Noster? Equidem, tenens librorum scripturam, (nam silet quidem *Epit.* sed consentit *ms. A.* cum editis) satis habere debui, istud nomen, quo alii utuntur auctores, sub contextu adnotasse. MOCHI, Sidonii, adeoque Phoenicii, praeter Nostrum, multi meminere auctores, quorum testimonia collegit Fabricius ad Sextum Empir. pag. 621.

ὦ κυνάμυια. Quod editum erat, κυνόμυια, debetur puto sequioris alicuius librarii aut primi Editoris sedulitati, qui membranarum scripturam κυνάμυια praeter necessitatem mutavit. Vide Eustath. ad Iliad. φ'. vs. 394. & 421. item Hesych. & Apollonii Lexic. Homer. in Κυνάμυια. Adde Nostrum, IV. 157. a. *Ibid.* τῶν ὀστρακίδων ἢ τῶν κοκκάλων. Vide II. 57. b. & ibi notata. *Ibid.* μυστίλην scripsi cum *ms. A.* cf. VI. 268. f. Vitiose μυστιλήνου· οὐ γὰρ &c. ed. Ven. & Bas. tum μυστιλλὴν ed. Cas. de quo corrigendo monuit etiam CASAUBONUS. »Utebantur, in»quit, interdum veteres *cavo pane ad iusculi hausturn aut*

»*pultis*. μυστίλην vocabant & panem illum, & alia in »similem usum parata instrumenta. Lege Pollux. lib. VI. »cap. 12. [sect. 87.] & Scholia Aristoph. in Equit. [vs. »1165.] nam inde dixit Comicus μυστιλλᾶσθαι ἀμφοῖν »χεροῖν, *hzurire ambabus manibus*. « — Desunt ista Epitomae. *Mox*, παρ' οὐδενί γε tenui, quod commode (ex coniectura quidem) edidit Casaub.

ὡς τὸ πεπέριον ὀνομάσαντα παρέθου. »Ecce iterum b »similem errorem ex eadem caussa quae μυστιλήνου pepe- »rerat nobis. Scribendum πέπερι, inductâ syllabâ quae »perperam geminata est. « Casaub. — Potuerat suo arbitratu Athenaeus, licet II. 66. e. quo nunc respicit, consuetâ vocis formâ πέπερι usum esse Nicandrum viderimus, tamen h. l. exotico nomini Graecam adiicere terminationem. At multo probabilius, immo vero certum videtur, syllabam ον ex fatali librariorum errore, quem Casaub. notavit, adhaesisse. Quare utique πέπερι rescriptum malim. *Ibid.* οὗτος τοίνυν αὐτὸς &c. Sic recte edd. vett. cum *ms. A. Hic igitur ipse*. Temere οὕτως ed. Cas.

In Nicandri *vers.* 2. ex *Georgicis*, utique ἢ αὖ του (i. e. τινος) ὄρνιθος legendum putem. *Ibid.* Ad infinitivum ἐφοπλίζεσθαι (*parare, instruere*) intellige finitum verbum χρέοι, a coniunctione ὁπότε pendens. Metri nullam habens rationem Epitomator, ac ne Grammaticae quidem, quae optativum desiderabat, ἐφοπλίζειαι scripsit: sic certe noster *ms. Ep.* Si verbum finitum velles, ἐφοπλίζοιο oportebat: sed ne id ipsum quidem metro conveniebat, quia ο vocalis ob sequens ε elidenda erat. *Vers.* 3. χίδρα μὲν ἐκτρίψειας. χύδρα edebatur. Sed Casaubonus: »Malo (inquit) scribi χίδρα. Quid sit χίδρον, disputa- »mus libro XIV. [ad pag. 648. b.] Per ι autem scribi »semper debere hoc nomen, non per υ ψιλὸν, districte »admonent nos Γραμματικῶν παῖδες. « — Ipsum vero χίδρα nobis dedere nostri libri. Tradunt vulgo grammatici, esse χίδρα *novella tritici grana*: sed & *hordei grana decorticata* sic dicta esse intelligitur ex iis quae mox sequuntur. Pro ἐκτρίψειας, est εἰστρίψειας in *ms. Ep.* *Vers.* 4. μιγῆ videtur adverbium esse, idem valens ac μίγα aut μίγδην: nisi malueris pro accus. plur. neutrius generis accipere, idem valente ac συμμιγῆ. *Vers.* 6. πνῖγε δέ. conf. c II. 65. c. & ibi Animadv. T. I. pag. 438. med. Vulgo vero omissa erant extrema verba *versus quinti*, cum prio-

c ribus *sexti*, & duo versus in hunc unum erant confusi: ζωμὸν δὲ βρομέοντα καταντλὰς, πνῖγε δὲ πῶμα. Ubi praecepit CASAUBONUS: »Scribe, ac versum unum ex »membranis adiice:

»ζωμὸν δὲ βρομέοντα κατάντλασον αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ
»ἀρνύμενος, ἵνα μηδὲν ὑπερζῇ· πνῖγε δὲ πῶμα
»ἀμφιβαλών· &c.

»Horum verborum interpretationem Athenaeus in erudita »paraphrasi Nicandri versuum, quae statim sequitur, non »praetermisit. « — Quas *membranas* dixit Casaubonus, e quibus supplendum versum commendavit, non sunt eae membranae plenius Athenaei opus exhibentes: nam nostrae quidem vetustissimae, aliarum omnium parentes, nihil hîc ab edita scriptura discedunt. Quae supplenda verba commendavit ille, ducta ea ex *Epitoma* sunt, sed parum mutata. Scilicet sic hoc loco scripsit Epitomator: ζωμὸν δὲ βρομέοντα κατάντλασον αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ ἀρυόμενος· ἵνα μηδὲν ὑπερζέσῃ τοῦ πιμελώδους· πνίγε (sic, penacute) δὲ, πῶμα ἀμφιβαλών. Quorum verborum pars quidem manifeste ex ea, quae in pleniore opere sequitur, paraphrasi versuum Nicandri, quam deinde praetermisit idem Epitomator, desumta est. Sed quemadmodum ex versibus, quales vulgo in edd. & in *membr. A.* legebantur, satis adparebat, intercidisse ibi verba nonnulla; sic ex subiecta Athenaei paraphrasi perspicue intelligebatur, quaenam fere essent verba quae intercidissent. Igitur de duabus rebus una (nescio utra) hîc obtinuit: aut in suo pariter Athenaei exemplo deesse nonnihil intelligens Epitomator, vir nec indoctus sane, nec absurdus, supplere illud ex sequente Athenaei paraphrasi conatus est, ita quidem ut suo arbitratu verba paululum immutaret, nec tamen metri rationem (cuius nec aliâs admodum studiosus fuit) haberet: aut in suo operis plenioris exemplo verba ista, quae in nostris membranis interciderant, (quaeque adeo in omnibus libris, qui ex his derivati sunt, desiderantur) integra ille invenerat, & quidem talia fere qualia posteriori versu praeeunte Casaubono scripsimus; sed illa ipsa verba ex sequentibus Athenaei verbis paululum mutavit supplevitque.

Postremus NICANDRI *versus* in edd. & *membr. A.* sic scribitur: ἠρέμα δ' ἐν χλιαον (in *ms. A.* accentu caret ista

vox: temere vero in ed. Caſ. 2. & 3. χλιάων poſitum c
eſt) κοίλοις ἐκδαίνεο μύστροις. Quae verba conferri cum Athenaei paraphraſi & ſic corrigi iuſſit CASAUB. »Ἡρέμα »δὲ χλιαρὸν (vel λιαρὸν, ut in Epit.) κοίλοις ἐξαί»ρεο μύστροις. « — Et ego quidem, pro δ' ἐν χλ. lubens δὲ χλιαρὸν accepi, quod noſter *ms. Ep.* ſic dedit: quamquam ἐν voculam, quam *cod. A.* cum editis habet, poteras etiam ex αὖ corruptam ſuſpicari; aut etiam ipſam ferendam iudicare, pleonaſtice (ut haud infrequenter aliàs) cum dativo inſtrumenti poſitam; ut ἐν μύστροις idem valeat atque nudum μύστροις. Cogitari etiam poterat de iungenda vocula ἐν cum voce χλιαρὸν, ut eſſet una vox ἐγχλίαρον, idem fere ſonans ac ὑποχλίαρον, *ſubtepidum*; de quo ſignificatu adiectivorum a vocula ἐν incipientium, conſule ad I. 26. a. Animadv. Tom. I. p. 192 ſq. Tum vero χλιάρὸν corrigendum putavi; licet vocem χλιάων totidem literis ſcriptam, cum accentu in penultima, noſter *ms. Ep.* teneat, ſicuti olim editum erat, non λιαρὸν, quod in Hoeſcheliano libro Caſaubonus invenerat. Pro ἐκδαίνεο habet quidem ἐξαίρεο noſter etiam *ms. Ep.* quod ex Hoeſcheliano codice idem Caſaub. commendavit: ſed id haud dubie ſuo arbitratu (ut ſaepe ſolet Athenaei verba ſuis mutare) poſuit Epitomator. Tenendum equidem id iudicavi, quod cum editis vetuſtae noſtrae *membr. A.* tuentur, ἐκδαίνεο, idem valens ac ἐκδαίνυσο, *comede ex* (*patina.*) Quamquam enim apud neminem Grammaticorum verbum δαίνομαι pro δαίνυμαι adnotatum reperio, tamen nihil vetat, quo minus iſtâ quoque formâ uti potuiſſe Nicandrum exiſtimemus: uſum autem ibi eſſe poëtam verbo quod *comedere* vel *epulari* ſignificaret, docet Athenaei paraphraſis, in qua verbum, quod h. l. poëta poſuerat, per προσφέρου, id eſt, *comede*, exponitur. cf. IV. 152. a. III. 79. e.

ὑπογράφει ὁ Νίκ. τὴν χρείαν. Perperam τὴν χρόαν *ms. Ep.* *Paulo poſt*, τὸν δ' ἐκ τῆς τοιᾶσδε. Particulam δὲ ex d
coniectura adiiciendam putavi: niſi forte poſt ἀναφύρασον interpungenda fuerat oratio, ac dein ſic pergendum: ἤνίκα δ' ἂν ἕψηται, τὸν ἐκ τῆς &c. Similiter, paulo inferius, γὰρ particulam ex coniectura inſerui. *Ibidem* κριμνὸν tenui acute ſcriptum, ut editum inveni, conſentiente puto *ms. A.* Sic κριμνοῦ in genit. editur apud Heſych. in Ζάκτι: & apud eumdem, Κριμνός· ἡ κριθή. At aliàs qui-

dem conſtanter τὸ κρίμνον ſcriptum reperitur, aut κρῖμνον, ut paulo ante in Nicandri verſu penult. conf. XIV. 646. a. Ἱππόλοχος ὁ Μακεδὼν, ἐν τῇ πρὸς Λυγκέα ἐπιστολῇ. Vide pag. 127. e. & IV. 128. a. tum pag. 129. c. quem
e locum maxime hîc reſpicit Noſter. *Ibid.* ὑπερβάλλον ſcripſi cum *ms. A.* ὑπερβαλὸν edd. Epitomator, ſuo more iſta contrahens, ἐν δείπνῳ τινὶ πολυτελεστάτῳ ſcripſit.

τί ἐστιν ὃ (ſic ſcribe, pro ὁ, quod perperam hîc poſuit typotheta) λέγει Νικοφῶν, ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν τοῖς Χειρογάστορσιν. » Sic & lib. IX. [389. a.] » ac lib. XIII. [645. e.] fabulae illius auctor NICOPHON » Athenaeo nominatur. Etiam Harpocration in Κορδακισ-» μὸς, & Pollux lib. IV. cap. VII. [ſect. 56.] atque aliis » locis, *Nicophontem* veteris comoediae poëtam agnoſcunt » auctorem. Ariſtophanis Scholiaſtes ipſum *Nicophontem;* » at fabulam illius Χειρογαστόρων γένναν nuncupat. [Schol. » ad Aves, vſ. 1550.] Suidae tamen Νικόφρων dicitur hic » Comicus, non ſolum in ea voce, ſed & aliis in locis: » drama vero Ἐγχειρογάστορες. Similiter Πανὸς [immo » Ἀφροδίτης] γονὰς & Pandoram *Nicophroni* tribuit idem » non ſemel: Athenaeus, Comici interpres ad Aves, Pol-» lux VII. x. [ſect. 33.] & X. XXXIV. [ſect. 156.] Ni-» cophonti. Scribit autem Suidas, *Nicocharem*, alium co-» micum, & ipſum Χειρογάστορας edidiſſe: quod confir-» mat Noſter, qui libro XIV. [pag. 645. b.] & Nico-» charem & hanc illius fabulam nominat. « CASAUBONUS.
f In NICOPHONTIS *verſ.* 5. ἐγκριδοπώλαις. Sic recte ed. Caſ. Corrupte ἐγνιδοπώλαις ed. Ven. & Baſ. » Reſtitui-» mus ex Epitoma ἐγκριδοπώλαις. Ἐγκρίδες de genere » ſunt placentarum. « CASAUB. — Vide III. 110. c. In veram ſcripturam cum *ms. Ep.* conſentit *ms. A.* Nicophontis verba, continuo tenore vulgo deſcripta, in verſiculos diſpoſui anapaeſticos dimetros. Si octonarios malueris, deerit unum hemiſtichium ſive primo verſui, ſive poſtremo.

ἀκικύς εἰμι καὶ ὀλιγοδρανέω. Verba ducta ex Odyſſ. ι'. 515. tum ex Iliad. ο'. 246. π'. 843. χ'. 337. Quibus ex tribus poſterioribus Poëtae locis probabile fit, ὀλιγοδρανέων ſcripſiſſe Athenaeum. » Alicam refectionis gratia » dari notum eſt ex Hippocrate DE Affectionib. Tom. II. » pag. 185. δίδοναι δὲ πτισάνην μὲν καὶ κέγχρον, ὡς κοῦ-

» φα ἑόντα· καὶ ἄλητον, ὡς ἰσχυρότερον τούτων· χόνδρον δὲ, » ὡς ἰσχυρότατον πάντων. « CORAY.

AD CAP. CI.

ἢ Θετταλικός; ὅθεν καὶ Μυρτίλος ἐστίν. Genere *Theſſa-* a
lum fingi ab Athenaeo *Myrtilum* monuimus ad Praefatio-
nem Auctoris, Animadv. T. I. pag. 12. conf. lib. XIII.
pag. 568. d.

κορύξασθαι. » Cenſeo ſcribendum eſſe κοκκύξασθαι, ca-
» nere: at κορύξασθαι eſt *certare*, quod parum convenit
» huic loco. De gallo gallinaceo fere uſurpant Attici ver-
» bum ᾄδειν, aut κοκκύζειν: quod ab interprete Comici
» alibi exponitur δίκην ἀλεκτρυόνος βοᾷν, hic ſimpliciter
» pro λέγειν capitur, ut declarant ſequentia, καὶ διδά-
» σκειν ἡμᾶς. « CASAUBONUS. « — Mihi, ſicut ſatis com-
moda vulgata ſcriptura, ſic frigida viſa erat docti com-
mentatoris emendatio. κορύξασθαι non tam *certare* ſignifi-
cat, quam *impoſitâ capiti galeâ ad certamen ſeſe comparare*;
&, de gallo dictum, *erectâ cretâ ad pugnam ſeſe comparare.*
Quaelibet autem diſputatio conferri cum *certamine* ſolet.

Πόθεν σοι καὶ τὰ ἐδέσματα; Sic tacite (e mſstis
puto Italicis) correxit Caſaub. conſentiente noſtro *ms. A.*
Corruptiſſime, & mutila prorſus oratione, pro iſtis ver-
bis in ed. Ven. & Baſ. nil aliud niſi hoc eſt, πόθεν σοι αἱ
τῷ. De vocabulo ἐδέσματα vide mox lit. d.

Ἀντιφάνους παρατιθέμενος ἐξ Ἀντείας. » Libro XII. [p. b
» 544. f.] laudatur ANTIPHANES ἐν Ἀνταίῳ. Suſpicor non
» aliter etiam hic eſſe ſcribendum: nihil ſtatuo tamen. «
CASAUB. — At XV. 690. a. rurſus conſentiente (ut hoc
loco) *msto A.* Ἀντιφάνης ἐν Ἀντείᾳ legitur. Quare alte-
ra potius ſcriptura ſuſpecta videri poterat.

In ANTIPHANIS *ex Antea verſ.* 3. in fine, nullium olim
erat diſtinctionis ſignum, perinde ac ſi verba φασὶ δὲ ad
ſequentia referrentur. Ibi monuit CASAUBONUS ſic ſcri-
bendum eſſe, φασὶ δέ; » Duorum, inquit, qui loquun-
» tur, dixerat alter, *ſe habere chondrum Megaricum:* alter
» ſubiicit, *mirari ſe quod non Theſſalicum potius emerit, qui*
» *optimus cluat.* « —

Verſ. 4. *&* *ſq.* Τῆς Φοινίκης σεμίδαλις ἐκ πολλῆς σφόδρα
ἐφημένη. c

Poſtremum verbum in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. ſic ſcri-

ctum erat, ἐξηττημένη. Ibi CASAUB. »Sententia, inquit, »est imperfecta. Ea autem, nisi menda subest gravior, »ita scribenda:

»Τῆς Φοινίκης σεμίδαλις ἐκ πολλῆς σφοδρ' ἐξ-
»ηττημένη. «

In ed. Cas. 2. & 3. dein ἐξηττημένη (sic) editum est. ἐξηθημένη, i. e. *percribratum*, corrigendum censuit Villebr. Ego in expedita Casauboni emendatione adquievi. Ex *ms. A.* nullus ab ed. Cas. 1. dissensus adnotatus. In Epitoma haec desunt. Agitur in istis verbis de farina, quae in reliquis sportulis (praeter tres paulo ante nominatas) inerat. ἐκ πολλῆς, intelligebam ἐκ πολλῆς ὥρας. In eamdem sententiam ἐκ πολλοῦ (scil. χρόνου) legendum suspicatus erat CORAY.

χόνδρον δὲ εἰρηκε τὸ ῥόφημα Ἀριστοφάνης. »Testimo-»nio Aristophanis, quo probatur χόνδρον veteres posuis-»se pro *sorbitione*, addi potest ex Hippocratis περὶ Παθῶν »libro: [loco paulo superius citato:] Ῥοφήματα δὲ ἐν »τοῖσι νόσοισιν ἅπασι διδόναι, ἢ πτισάνην, ἢ κέγχρον, ἢ »ἅλητον, ἢ χόνδρον. Idem sapiens alibi χόνδρου ῥοφητοῦ »mentionem facit. Dixerunt autem Graeci ῥοφήματα, quae »nostri hodie *potages épais*. Theophrastus in libro DE Igne, »ab aquis separat ῥοφήματα hoc discrimine, quod sint σω-»ματωδέστερα καὶ παχύτερα.« CASAUB.

Καὶ σεμιδάλεως δὲ μέμνηται &c. De forma genitivi casus σεμιδάλεως agi exiitimaverat Villebrune: at, si de solâ formâ nominis locutus hic esset Athenaeus, εἰρηκε dicturus erat, non μέμνηται. Verbum hoc μέμνηται ad *rei ipsius* mentionem pertinet, non ad *nominis* aut certae cuiusdam *formae nominis* usum. Eodem pertinent particulae Καὶ & δὲ, quarum haec vis est: *Similaginis vero etiam* (nempe, praeter Antiphanem, modo nominatum) *mentionem fecerunt* &c.

Στράττις ἐν Ἀνθρωποπρέστῃ. In illa fabula risisse STRATTIDEM Euripidis *Orestem* discimus ex Schol. ad Euripid. Orest. vs. 278. ubi titulus huius fabulae Strattidis Ἀνθρωποραίστης vel Ἀνθρωποῤῥαίστης scribitur, id est, *hominum corruptor*, vel *hominum perditor:* (vide Hesych. in Ῥαίει, ibique Interpp. & Henr. Steph. Thes. III. 666. c. e.) quae mihi haud dubie vera scriptura esse videtur, per iocum adludente poëta ad Euripideae fabulae titulum. Ἀνθρωποπρέστης quidem, quod aliud nihil sonat nisi *Orestes homo*, absurdus fuerit fabulae titulus.

In verſu ex STRATTIDIS *Anthroporeſte*, ἔκγονοι σεμιδάλιδος ſunt *panes*, ut ſupra, III. 112. b. In ANTIPHANIS, ex *Geminis*, *verſ.* 3. σιτία ἴσως ἐλεφάντων τεττάρων, ſunt, *tantum ciborum quantum vel edant vel portent quatuor fere elephanti.* Epitomator ſcripſit σιτία ἴσως ἐλεφάντινα τετταρα. Ἐχέτω τέλος &c. »Libro huic ita finem imponit au»ctor: Ἐχέτω τέλος ἥδε ἡ βίβλος· ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς »περὶ τῶν ἐδεσμάτων ἔχουσα τὴν καταστροφήν. *Deſinat* »*hic liber iſte, finem nactus in ſermone de cibis.* Sic loquitur, »quaſi abſolverit omnem *ciborum* hiſtoriam & enarratio»nem: quod falſum eſt; tantum enim de iis egit qui ad »*guſtationes* pertinent. Itaque lege περὶ τῶν δὲ τῶν ἐδεσ»μάτων: *in ſermone de cibis huius generis;* ex queis vide»licet antecoenia conſtare ſolent.« CASAUB. — Pro τοῖς περὶ τῶν ἐδεσμάτων, legendum CORAY cenſuit τοῖς περὶ τῶν περιττῶν ἐδεσμάτων &c. »ἐδέσματα περιτ»τὰ, inquit, ſunt *antecoenia* illa (Gallis *hors d'oeuvres*) de »quibus maxime egit hucuſque.« — Iſta concluſio libri, quam totam praetermiſit Epitomator, habet utique nonnihil, quod & nos turbaverat. Primum, cum ita abrupte, abſque coniunctiva particula, dicat, Ἐχέτω τέλος, ſuſpicatus eram Ἐχέτω δὲ τέλος ſcripſiſſe auctorem: quemadmodum, verbi cauſſa, in fine libri II. ait, Ἡμεῖς δὲ &c. aut extremo libro VII. Ἐμφορηθεὶς δὲ καὶ τούτων &c. At rurſus proximum librum IV. haud fere alio modo, atque hunc ipſum, concludit absque coniunctione: Ἐπὶ τούτοις τέλος ἐχέτω καὶ ἥδε ἡ βίβλος &c. Nam καὶ particula (quod quidem ſatis adparet) non iungendae orationi ibi inſervit, ſed ad ſolum nomen ἥδε ἡ βίβλος pertinet. Quam eamdem καὶ particulam hoc pariter loco, ubi deſiderabatur in editis, obtulere nobis noſtrae *membr. A.* Ut autem illam, quam dixi, δὲ particulam minus nunc hic deſiderem, facit, quod totam hanc concluſionem ita ſcriptam videam, quaſi per ſe ſtaret, nec ullo modo partem conſtitueret ſuperioris diſputationis. Nam, quum hucusque diſputantes inter ſe inducti fuiſſent Deipnoſophiſtae, concludit nunc librum pro reliquo ſuo inſtituto Athenaeus brevi colloquio, quod ſibi cum ſuo Timocrate intercedere fingit. (Vide initium & finem Praefationis, lib. I. cap. 1. & 2. pag. 1. a. & f. tum initium ipſius tractationis, cap. 3. lib. I. pag. 2. a. Et confer aliorum librorum partim initium, partim exitum.) Vocabulum καταστροφὴν, &

ipsum verbum καταστρέφειν, eadem ratione, qua hîc Athenaeus utitur, Polybio frequentatum saepe observavimus: de quibus videsis Lexicon nostrum Polybianum p. 339. De illis verbis, περὶ τῶν ἐδεσμάτων, lubens CORAYI nostri amplecterer coniecturam, si vel apud Athenaeum vel apud alium auctorem usquam illa dictio τὰ περιττὰ ἐδέσματα ea notione, quam hîc obtinere statuit Vir doctus, posita reperiretur. VILLEBRUNIUS vocem ἐδέσματα ipsam per se illud eduliorum genus, quod Gallis *entrées* vocatur, quae sunt fere eadem de quibus adhuc agebatur, designare hoc loco suspicatus erat: sed huiusmodi strictioris acceptionis usus vocabuli illius vereor ne nullum aliud proferri exemplum possit: atque in ipsa illa extrema Deipnosophistarum disputatione, ubi primum prolatum est vocabulum ἐδέσματα, (hac pag. 127. a.) pertinebat illud non tam ad eos cibos, de quibus adhuc agebatur, quam ad alios deinceps commemorandos. Quare, si merito suspectum hoc loco esse debet vocabulum ἐδεσμάτων, coniectare licebat, προπομάτων scripsisse Athenaeum (conf. II. 48. c. ibique notata:) eamque vocem ab imperito aliquo homine, qui eius vim non percepisset, in ἐδεσμάτων esse mutatam. Sed nihil magnopere impedire videtur, quo minus statuamus, ista verba τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐδεσμάτων nonnisi ad brevem illam disputationem, quae de usu vocabuli ἐδέσματα proxime praecedebat, quaeque adeo ipsa totius libri huius extremum argumentum erat, pertinere.

De HIPPOLOCHI *convivio*, conf. III. 126. d. e. & praesertim vide quarti libri initium. In ipso fine, παρασκευαζώμεθα in coniunctivo modo scripsi cum *membr. A.* ubi παρασκευαζόμεθα in indicativo erat editum.

ANIMADVERSIONES IN ATHENAEUM.

IN LIBRUM QUARTUM.

De Argumento haec monuit Casaubonus: »Exhausta materia universa *Gustationum*, supererat ut ad *Coenam* ipsam nos deduceret convivator. Quod tamen ab eo factum non est: nam ad *Ciborum historiam* non est redituros ante librum septimum, ubi *Pisces* enumerantur; qui fuerunt coenae legitimae caput. Liber ille ita incipit, Ἐπιτελουμένου δ' ἤδη τοῦ δείπνου. Conferri debent cum istis verbis quae scripta sunt extremo libro III. Ἐχέτω τέλος ἥδε ἡ βίβλος ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἑδεσμάτων ἔχουσα τὴν καταστροφήν· ἀρχὴν γὰρ τοῦ δείπνου ἀπὸ τῶν ἑξῆς ποιησόμεθα. Quartus liber, quintus, & sextus, *varios Sermones* continent, *habitos a convivis dum post gustationem exspectatur coena.* Initio istius narrat Deipnosophista, *qua magnificentia Caranus Macedo nuptiarum suarum solemnia celebrarit.*«

AD CAP. I.

Ἱππόλοχος - - τοῖς χρόνοις μὲν γέγονε κατὰ Λυγκέα p
καὶ Δοῦριν, τοὺς Σαμίους, Θεοφράστου δὲ τοῦ Ἐρεσίου μα- 12
θητάς· συνθήκας δ' εἶχε ταύτας &c. Vulgata ad hunc a
diem scriptura μαθητὴς, quam cum editis libris tenet uterque noster codex, *Theophrasti discipulum* faciebat *Hippolochum;* quod nusquam alibi memoriae proditum est. Ac fieri quidem potest, adiisse illum hominem olim Athenis Philosophi Eresii scholam, & in ea cum Lynceo familia-

a ritatem contraxiſſe: ſed id hoc loco voluiſſe Athenaeus non videtur. Ex verbis illis, τοῖς χρόνοις μὲν γέγονε, perſpicue adparet, primum declarare voluiſſe Deipnoſophiſtam, *qua aetate vixerit Hippolochus:* quem ſi dixiſſet *Theophraſti fuiſſe diſcipulum*, ſatis hoc ipſo declarata aetas hominis fuerat, & abſurde facturus erat ſcriptor, ab eo incipiens, ut diceret nobis, *vixiſſe* illum *Lyncei & Duridis aetate.* Sed poſito hoc, vixiſſe Hippolochum horum aetate, commode utique factum erat, ſi doceret lectores Athenaeus, aut in memoriam eis revocaret, quo tempore vixerint illi Samii fratres; quod fecit ille, monens fuiſſe *Theophraſti Ereſii* philoſophi *diſcipulos.* Et de *Lynceo* quidem id ipſum iam ante obiter docuerat, III. 100. e. rurſusque diſerte docet paulo poſt, IV. 130. d. & inferius, VIII. 337. d. De *Duride* quidem, Lyncei fratre, Hiſtoriarum libris & aliis ſcriptis claro, nusquam alibi diſerte memoratum reperio, fuiſſe & ipſum Theophraſti diſcipulum: ſed facile credi poteſt, eodem praeceptore cum fratre uſum fuiſſe. Quibus rationibus commotus, non dubitavi CORAYO noſtro, doctiſſimo viro, obtemperare, ad vulgatam ſcripturam, μαθητὴς in Notis manuſcriptis haec monenti: »Immo μαθητάς. Hi enim »ambo, non Hippolochus, fuere Theophraſti diſcipuli; »ut iam notavi in Prooemio pag. IV. editionis meae Cha»racterum Theophraſti.« Qui an iſtam emendationem aliis etiam argumentis, quae me praeterierint, ſtabiliverit, cum libellum, quem dicit, nondum mihi contigerit oculis uſurpare, neſcio. De *Lynceo* & *Duride* in Indice Auctorum plura dicentur: interim conſuli poſſunt Voſſius DE Hiſtoricis Graec. lib. I. cap. 15. & Ionſius DE Scriptorib. Hiſt. Phil. lib. II. cap. 2. ſect. 3 ſq.

ὃς ἐκ τῶν αὐτοῦ μαθεῖν ἐστιν Ἐπιστολῶν. *Lyncei* intellige *Epiſtolas;* quarum collectio Athenaei adhuc aetate exſtabat. μαθεῖν ἐστιν dedit *ms. A.* ἐστὶ μαθεῖν edd. Verba iſta non habet *Ep.*

εἴ τινι συμπεριενεχθείη δείπνῳ πολυτελεῖ. Imperite εἰ τίνι (ſic) editum erat. Mendoſe prorſus εἴ τι συμπ. eſt in *ms. Ep.* συμπεριφέρεσθαι δείπνῳ hoc loco eſt *intereſſe convivio:* eâdem notione accepto verbo, qua nomen συμπεριφορὰ (ut in Lexico Polybiano & in Indice Graecit. Epictet. docuimus) interdum *converſationem, conſuetudinem cum hominibus* ſignificat. De illo verbi uſu monuit Caſaub.

ad IV. 177. d. alieno loco; cum ibi (ut mihi quidem a videtur) aliâ notione illud usurpetur.

τὰ ὅμοια κἀκείνου ἀντιπροπίνοντος αὐτῷ. »Προπίνειν »proprie est *praebibere & alteri calicem porrigere.* Sed poni »solet ἁπλῶς pro *tradere, praebere;* &, ut scribit Pindari »Scholiastes ad VII. Oden Olympicam, ἀντὶ τοῦ χαρί»ζεσθαι. [i. e. *donare.*] Iohannes Chrysostomus, in Περὶ »Ἡτιότητος oratione: τοῖς ἀξίοις ἀπωλείας σωτηρίαν ἐπι»προπίνει. Hinc apud Demosth. προπίνειν τὴν Ἑλλάδα, »& προπίνειν τὴν ἐλευθερίαν, *tradere per proditionem.* Libro »superiore [III. 122. f.] dicebat Cynulcus, se Ulpiano »προπίνειν φιλοτησίαν, cum illi veterum testimonia fug»gereter, quorum erat cupidissimus. Similiter ait hoc lo»co, ἀντιπροπίνειν τὰ ὅμοια Lynceum Hippolocho, cum »eiusdem argumenti literas ad eum daret.« Casaub. — De Demosthenis usu illius verbi, quem etiam Suidas in Προπίνει adnotavit, vide Reiskii Indicem Graec. Demosth. Ad generaliorem eiusdem verbi usum planius intelligendum valebunt haec exempla apud Nostrum occurrentia: προέπινον ἀλλήλοις (οἱ ἀρχαῖοι) μεστὸν τὸν σκύφον· οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς, τοῦτο γὰρ προεκπιεῖν ἐστι. V. 192. a. Προπίνω σοι, καὶ τὸν ἵππον τοῦτον δωροῦμαι. — Ἄλλος παῖδα εἰσαγαγὼν, οὕτως ἐδωρήσατο προπίνων· &c. IV. 151. c.

τὸ Λαμίας - - δεῖπνον Ἀθήνησι γενόμενον Δημητρίῳ b &c. γενόμενον recte dedit cod. uterque. γινόμενον edd. De *Lamia* tibicina, *Demetrii Poliorcetis amasia*, conf. VI. 252 extr. & sq. & XIII. 577. & Plutarch. in Demetr. p. 901. Mox, quod ait καὶ τὸ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, epistolae Lynceï, qua illud convivium exponitur, meminerat Noster lib. III. pag. 100. e. f.

AD CAP. II.

τοῦ Καράνου γάμους ἑστιῶντος. Primo olim Macedonum c regi, *Carano* nomen fuisse proditur; ad quem convivium illud, contra quod patitur temporum ratio, a nonnullis recentioris memoriae scriptoribus relatum video. Caeterum is, de quo hîc agitur, aliâ-ne etiam re praeterquam opulentiâ fuerit insignis nescio.

οἱ μὲν συγκεκλημένοι ἄνδρες ἦσαν εἴκοσιν. *convivae erant numero viginti.* »Miror, si hoc recte habet, quâ ratio»ne, quove iure inter πολυανθρώπους εὐωχίας censeatur

c » infra [pag. 130. b.] hoc convivium. Suſpicio nobis eſt, » excidiſſe literam unam, neceſſario reſtituendam, hoc » modo, ρ' καὶ εἴκοσι. *C. & viginti.* Certe non eſt nume» rus editus pro caetera magnificentia. Et erat Caranus » ſponſus nec tenuis cenſus, nec plebeii ſanguinis: ſponſa » vero *Proteae* illius filia fuit, ut arbitror, cuius originem » & nobilitatem commemorat aliquanto poſt Hippolo» chus. Nam quorſus illa de *Protea*, ſi ad ſponſae genus in» dicandum non pertineant? [vide ad pag. 129. a.] Hip» polochi narrationem non integram huc transtulit au» ctor; ſed ſumma tantum, ut ait, illius capita. « Casaub. — Utique, pro tam magnifico epulo nuptiali, exiguus videri debebat numerus, *viginti convivae.* Rurſus vero ipſa donorum magnificentia, ſingulis convivis diſtributorum, facit ut vix credibile ſit, tantum fuiſſe numerum, quantus foret ſi *centenarium* numerum intercidiſſe ſtatuamus. Quare hanc quidem quaeſtionem in medio relinquimus. Confer quae rurſus ab eodem Caſaub. paulo poſt ad pag. 130. a. b. notata ſunt.

οἷς καὶ καταικλιθεῖσιν. Vitioſe κατακληθεῖσιν ed. Caſ. *Ibid.* ἐδόθησαν φιάλαι ἀργυραῖ ἑκάστῳ μία δωρεά. δωρεὰν eſſe in mſstis ait Caſaub. quod ille vulgato melius eſſe iudicavit. Mihi haud paulo commodior, atque etiam unice vera viſa erat vulgata ſcriptura, quam eamdem uterque etiam firmat codex noſter. Non abſimili conſtructione, per adpoſitionem, quam vocant, infra pag. 129. f. ait, ἔχε τὸν σκύφον δῶρον.

προεστεφανώκει δὲ καὶ ἕκαστον. Sic commode *ms. A.* & ed. Ven. & Baſ. προεστεφανώθη δὲ καὶ ἕκαστος *ms. Ep.* quod ex Epit. Hoeſch. tacite recepit Caſaub. citra neceſſitatem. *Ibid.* στλεγγίδι χρυσῇ. » Quodnam fuerit » coronamenti genus στλεγγὶς, explicamus libro XV. « [ad pag. 574. a. b. ubi editam quidem ſcripturam στελεγγίδι defendit Caſ. ſed recte στλεγγίδι habet *ms. A.*] » Hip» polochus στέφανον appellat non multo poſt: [extr. hac » pag.] ἐπὶ πᾶσί τε χρυσαῖ στλεγγίδες ὁλκὴν ἴσαι τῷ » πρώτῳ στεφάνῳ. » Casaub. — Proprie *ſtrigilem* denotat ea vox; ſed & *bracteam qua caput redimiunt mulieres*, ut cum Schol. ad Ariſtoph. Eq. 577. docet Suidas. Adde Polluc. VII. 179. Vide etiam mox rurſus Noſtrum pag. 129. e. *Ibid.* πέντε χρυσῶν ἑκάστη δ' ἦν. Sic edd. vett. cum *ms. A.* πέντε δ' ἦν χρυσῶν ἑκάστη ed. Caſ. ex Epit. In no-

ſtro tamen *ms. Ep.* vitioſe πέντε δ' εἶναι χρυσῶν ἑκάστῃ. ἐπεὶ δ' ἐξεπίον. Sic recte ed. Caſ. cum *ms. A.* & *Ep.* Perperam ἐπεὶ δ' ἐξέπινον ed. Ven. & Baſ. *Ibid.* ἄρτος ἑκάστῳ ἰσόπλατος ἐδόθη. »ἄρτος ἰσόπλατος eſt *panis, aequalis magnitudinis cum diſco in quo portabatur.* Ita infra pag. 147. b. ἰσοτράπεζος συνόδων. « CORAY. *Ibid.* »ἀφθονία σεσωρευμένη Hippolocho eſt, quae Plauto *ſtruices patinarum.*» CASAUB. d

τοῖς κατόπιν διεδίδου παισίν. Sic & edidit CASAUB. & in Animadv. monuit: »Sic ſcribendum, non πᾶσι: »ſicut paulo poſt, ἐπεδώκαμεν καὶ ταῦτα τοῖς δούλοις. De »hoc more veterum multa olim ad Theophraſtum dixi»mus.« — Vide ad Theophr. Charact. cap. περὶ Ἀναισχυντίας, pag. 219. ed. Caſaub. Sic rurſus Noſter pag. 129. e. τοῖς θεράπουσιν ἐπιδεδ. & pag. 130. b. ἔναττον οὖν οἱ παῖδες. Hoc loco loco nude τοῖς κατόπιν διεδίδου habet *ms. Ep.* *Ibid.* ὡς ἀδὴν εἴχομεν. Vitioſe ἔχομεν ed. Caſ. e 3. De dictione vide Valcken. ad Herodot. IX. 39.

Πρωτέως, ἀπόγονος ἐκείνου Πρωτέου, Λανίκης υἱοῦ. a *Proteam* iſtum, qui in convivarum numero commemoratur, patrem ſponſae fuiſſe coniectaverat Caſaub. (vide ad pag. 128. c.) quod quidem parum probabile fieri videtur ex eo quod de eodem paulo inferius (hac pag. e. f.) narratur. De huius avo, *Protea*, vide infra, X. 434. a. b. Eiusdem meminit Aelian. Var. Hiſt. VII. 26. Quae de Protea (cum nepote, tum avo) hîc habet Noſter, omnia praeteriit Epitomator. Pro Λανίκης, Λακυίκυης (ſic) habet *ms. A.* & eodem modo editt. Ven. Baſ. & Caſ. 1. quod in Λακίννης mutatum in ed. Caſ. 2. 3. Equidem Λανίκης ſcribendum cenſui, ob Aeliani l. c. cum Arriano de Rebus Alex. IV. 9. conſenſum. Apud Curtium VIII. 1, 21. editur, *Hellanice, quae Alexandrum educaverat.* Vides eamdem nominis formam, *Lanice*, a male ſedulo homine auctam ab initio ſyllabâ, cui non erat hic locus. Pro υἱοῦ, temere σοῦ ſcriptum in ed. Ven.

Paulo poſt, mire turbata vulgo erat oratio. Ante ἦν γὰρ πολυπότης, quod habent cum *ms. A.* editiones omnes, interpungebatur oratio in edd. vett. & *ms. A.* ut vox ἐπιπλεῖστον ad ſuperiora referretur. Eam diſtinctionem delevit Caſaub. & in ed. Caſ. 2. 3. comma poſitum poſt βασιλέως. In Animadv. vero monuit idem CASAUB. »Lego, ἐπὶ πλεῖστον ἔπινεν. ἦν γὰρ πολυπότης. vel, ἔπινε

a »πλεῖστον. ἦν γὰρ &c. restitutâ in suum locum voce »ἔπινεν, quae non abesse potest sine pernicie sententiae; »etsi ne in membranis quidem aliter.« — Sane, si recte habet ἦν γὰρ, verbum ἔπινεν in superioribus erat adiiciendum. *Deletâ* vero (ut a nobis *e coniect.* factum) γὰρ *particulâ*, nihil desiderabatur, & cohaerebat ἐπιπλεῖστον ἦν πολυπότης. Quae vero sequebantur vulgo, καὶ ὡς ὁ πάππος, ea miror intacta reliquisse doctum Commentatorem: quae mihi quidem haud dubie in ὡς καὶ ὁ πάππος (*quemadmodum etiam avus illius*, nempe πολυπότης ἐγεγόνει) mutanda visa sunt. Conf. XV. 34. a. & Aelian. V. H. XII. 26. *Paulo post*, non minus vitiose in edd. vett. & *ms. A.* καὶ ὅτι πᾶσι προυπιεῖν legebatur, ubi merito προὔπιεν edendum curavit Casaubonus.

AD CAP. III.

Ἤδη δὲ ἡμῶν ἡδέως ἀπηλλοτριωμένων τοῦ σωφρονεῖν. »*Cum iam esset bona mens a nobis alienata.* Non damno edi»tam lectionem; sed neque manu exaratam improbo, »ἀπηλλαγμένων τοῦ σωφρονεῖν: quasi esset istis strenuis po»toribus oneri ac molestiae mens recta, vel potius pu»dori.« Casaub. — Quam Casaub. msstorum esse lectionem ait, ea Epitomatoris propria est, suo arbitrio saepe dictionem scriptoris nonnihil immutantis. Vulgatam tenent veteres membranae.

ἐμοὶ μὲν γυμναὶ δοκῶ. »Duriuscula transpositio in istis: «mollius sonat scripta lectio, ἐμοὶ μὲν δοκῶ, γυμναί.« Casaub. — Etiam hic a vulgata lectione stat *ms. A.* Mihi vero non tam transpositio duriuscula visa erat, quam insolens in tali connexione dictio illa, ἐμοὶ δοκῶ: cuius tamen aliud iam exemplum observavimus lib. I. 28. e. Vide Animadv. T. I. pag. 213. Mox, αὐτὰς ἔχειν dedere mssti *A.* & *Ep.* cum αὐτὰς deesset editis. Dein, re-
b cte κοτυλιαίας ed. Bas. & Cas. Mendose κοτυλίαις ed. Ven. cum *ms. A.*

πίναξ ἀργυροῦς ἐπὶ πάχος οὐκ ὀλίγον περίχρυσος, ὅσος ὥστε δέξασθαι &c. »Videtur scribendum περίχρυσος »ὅλος, τοσοῦτος ὥστε δέξασθαι.« Casaub. — At parum idonea vox ὅλος foret, ubi de *deaurata* lance, non *aurea*, agitur. ὅσος vero idem valet ac τοσοῦτος ὅσος. Unde commodum foret ὅσος δέξασθαι, absque ὥστε,

intelligendo ὅσος ἱκανὸς ἦν vel ἐξήρκει δέξασθαι. conf. b
Hoogev. Adnot. ad Viger. de Idiot. pag. 102. Et id ipsum nunc in *ms. Ep.* sic scriptum reperio: quod rectius videri poterat. Nec tamen ausim delendam utique pronunciare particulam ὥστε, quam cum editis agnoscit *ms. A.* quae fortasse pleonastica quadam ratione adiici potuit: quamquam ea particula potius vocabulum τοσοῦτος, quam ὅσος, ante se desiderabat. Pro ἐπὶ τάχος, perperam ἐπίπαχος (sic) una voce scriptum est in utroque codice.

συκαλλίδων πλῆθος ἄπειρον. Sic recte edd. vett. cum msstis. Temere ἀπείρων ed. Cas. *Mox*, πεπυρωμένος com- c
mode ex Epit. adscivit Casaub. quod ad χοῖρον refertur. πεπυρωμένα, intelligere possis *ista omnia*: sed terminationem ος cum α, ut passim alibi, sic & h. l. temere in membranis permutatam puto. ᾠῶν cum subscripto iota, ut alibi, dedit *cod. A.* ὠῶν edd. Paulo post, σὺν μύστροις χρυσοῖς recte ed. Cas. cum msstis. Aberat σὺν ed. Ven. & Bas.

κελεύει σπυρίδας ἡμῖν καὶ ἀρτοφόρα διὰ ἱμάντων ἐλεφαντίνων πεπλεγμένα δοθῆναι. » Alibi docebamus, [ad Theo-
» phrast. Char. pag. 297. ed. Cas.] *panaria* veterum &
» Graecorum & Romanorum *reticulato opere* solita fieri:
» quare etiam Horatio & Iuvenali *reticulum* appellari vas
» illud, in quo venales panes ad mercatum deferebantur;
» Theophrasto aliisque Graecis, γυργάθους. Hoc nunc re-
» petimus, ut explicemus ista Hippolochi, *dari iussit pa-*
» *naria plexa e loris elephantinis.* Reticulati operis clarum
» argumentum vox πεπλεγμένα. *Lora elephantina* fortasse
» aliquis capiat de *corio elephanti*: sed ἱμάντας arbitror ap-
» pellare Hippolochum *virgas* [quidni, *lamellas?*] *subtiles*
» *ex ebore*, quibus ceu vimine utebantur in contexendis
» panariis istis. — Atque haec sunt quae postea [p. 130.
» c.] vocantur πλεκτὰ ἐλεφάντινα. « Casaub.

ὡς καὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν ἀνασεσωσμένων. Monstrose ἀνασεσηχμένων ed. Ven. & ἀνεσεσεγμένων ed. Bas. Veram scripturam, quam dabant mssti omnes, restitutam voluerat Casaubonus, ἀνασεσωσμ. id est, (ut recte idem in Animadv. interpretatur) *quod nobis servarentur quae mensae fuerant appositа.* »Ideo enim (inquit) sportu-
»las afferri iusserat Caranus, ut in eas convivae conge-
»rerent quicquid domum ad se vellent conferri. « — Sed perperam ἀνεσεσωσμένων expressérant operae, idque ex ed. Cas. 1. in ed. 2. & 3. propagatum.

c ἔπειτα στέφανοι πάλιν. Sic uterque noſter codex. *Ibid.* καὶ διλήκυθον μύρου χρυσοῦν. »Immo ΚΑΙ ΛΗΚΥΘΟΝ. Spu»rium illud ΔΙ natum eſt ex coniunctione ΚΑΙ. « CORAY. Tum rurſus IDEM, ad illa verba (hac pag. lit. e.) καὶ ἄλλο διλήκυθον: »Malim καὶ ἄλλην λήκυθον, aut καὶ ἄλλο »ληκύθιον. Semel natus error alterum peperit. « — At immerito utique vocabulum διλήκυθον diſplicuiſſe viro doctiſſimo videtur; quo quidem perapte *duplex vaſculum unguentarium*, ſive *duo vaſcula inter ſe connexa* deſignantur, de quibus diſerte paulo ſuperius (lit. b.) dixerat auctor huius epiſtolae; quo refertur quod nunc dicit ἰσόσταθμον τοῖς προτέροις: ubi quod τοῦ προτέρου in ſing. num. ſcripſit Epitomator, perinde fecit, ac ſi ſupra pro ληκύθους δύο pariter una voce διλήκυθον dixiſſet auctor.

d ἐπεισβάλλουσιν ἡμῖν οἱ κἀν τοῖς Χύτροις τοῖς Ἀθήνησι λειτουργήσαντες. »Praeſtantiam hiſtrionum, ſive τῶν Διονύ»σου τεχνιτῶν, his verbis ſignificari non eſt obſcurum. »Quare ita verte: *ingrediuntur noſtrum triclinium hiſtriones, »digni qui vel Athenis per Chytrorum ſolemnia producerentur.* »Non eſt dubium, feſtum Athenienſium *Chytros* per mul»tos ſcenicos artifices ſolitum celebrari: ideo inter prae»cipua oblectamenta, quibus fruerentur qui in ea urbe »viverent, ponit mox Hippolochus Λήναια καὶ Χύτρους »θεωρεῖν. [pag. 130. d.] Eſt vero nota ambitio eorum »qui publicos ludos Athenis ſuo ſumtu edebant: nullis »enim parcebant impenſis, quo poſſent hiſtriones peri»tiſſimos coëmere, & ſumtuoſiſſimo choragio inſtructos »in ſcenam producere. Non ſemel mirati ſumus, λειτουρ»γεῖν uſurpaſſe Hippolochum de hiſtrionibus: quibus pro»prie id verbum minime convenit; ſed eis potius quo»rum ſumtibus ludi curabantur & hiſtriones inſtruebantur: nemo oratores Graecos legit, quin hoc ſciat. Iſtud »igitur obſervandum. « CASAUB. — At verbum λειτουργεῖν non modo de *munere publico* & de *expenſis reipublicae cauſſa factis*, verum etiam de quovis genere *miniſterii*, ne *ſervili* quidem *operâ* exceptâ, uſurpatum fuiſſe, ſatis notum eſt, & ab omnibus veteribus Grammaticis obſervatum. Cuius uſus exemplum habemus apud Athen. XII. 538. e. Quid quod ſigillatim etiam de *artificibus ſcenicis* adnotavit Pollux lib. III. ſect. 143. artis eorum exercitium a Demoſthene quoque dictum eſſe τὸ λειτουργεῖν τῷ θεῷ. Nam quos ibi μυσικοὺς dicit Pollux, *artifices ſcenicos* in-

telligit, ut ipse paulo post docet sect. 144. De Χύτροις, d qui fuit tertius dies Anthesteriorum, quo die comicorum poëtarum certamen erat, consulendus prae caeteris Meursius in Graecia Feriata, sub voce Ἀνθεστήρια, p. 30 sq.

ἰθύφαλλοι καὶ σκληροπαῖκται. »Quaeramus quinam sint σκληροπαῖκται, inter ludicrarum artium artifices Hippolocho nominati. Nam quod Dalecampius σκληροπήκται emendabat, ad theatralia pegmata referens, »verisimile non est, nedum verum. Sed legendum profecto ψηφοπαῖκται, scripta lectione nonnihil adstipulante, quae τὸ λ non agnoscit. Potest legi & σφαιροπαῖκται, quod tamen non probem: nam rectum & verum »est ψηφοπαῖκται. De eo genere hominum & ludicro dictum est lib. I. cap. XV. [ad I, 19. b. T. I. Animadv. p. »154.] Praestigias isto loco descriptas, similium multarum historiarum collatione illustravimus in libro De Venatione Theatrali.« Casaub. — Aliam rationem iniens Toupius (in Notis ad Theocriti Scholia pag. 212.) σκιροπαῖκται scribendum contendit: conferensque superiora verba, τοῖς Χύτροις, & ἰθύφαλλοι »manifestam hoc »loco esse allusionem, ait, ad Athenienſium Χυτροφορίαν, »Φαλλοφορίαν, & Σκιροφορίαν; de quibus consulendi Meursius & Petrus Castellanus De Festis Graecorum.« — Cui emendationi speciem praesertim conciliare aliquam poterat id, quod Casaubonus dixerat, scriptam lectionem τὸ λ ignorare, id est, σκιροπαῖκται in msstis legi. Sed ludionibus, de quibus hic agitur, quid commune fuerit cum σκιροφορία, id est, *umbellarum gestatione* in Minervae festo, (de qua, cui Meursii liber non est manus, videat Harpocr. ad Suidam in Σκίρον, aut Comici Scholiasten ad Eccles. 18.) id quidem difficile fuerit dictu. Quod si vera sit scriptura a viro docto proposita, cogitaverit potius aliquis de loco illo Athenis, τὸ σκίρον nominato, in quo (ut Stephanus Byz. docet, voce Σκίρος, & Pollux IX. 96.) sedebant meretrices, & aleatores conveniebant aliudque genus hominum ἀκολάστων. At ne id quidem satis convenire videtur: ibi enim sunt homines suo genio indulgentes & perditas voluptates sectantes; hic agitur de ludionibus, qui quaestus causſa alios homines ludicris quibusdam ac saepe etiam periculosis artibus oblectant. Villebrunius, quid suis in msstis repererit non promens, σκιροπαῖκται tamquam unice veram ac nulli controver-

d siae obnoxiam lectionem obtrudere nobis conatur, contenditque σκέρος aut σκέρον graece *convicia* dici; esseque adeo σκεροπαίκτας, *homines qui mutuis in sese coniiciendis conviciis spectatores auditoresque oblectent.* Quem quidem virum supra quam par est doctissimum, nos de trivio homines, donec vocabuli illius σκέρος vel σκέρον, apud ullum Scriptorem aut Grammaticum Graecum, vestigium aliquod deprehendere nobis contigerit, cum suis σκεροπαίκταις plurimum valere iubebimus. Nostri codices ambo σκληροπέκται perspicue exhibent, non omissa λ litera, sed cum vocali ε in penultima syllaba pro αι, quem errorem merito primus editor correxit. Hoc ipsum igitur vocabulum σκληροπαῖκται, donec falsi fuerit convictum, tenere consultum duximus; intelligentes *periculosos ludiones, dura* i. e. *difficilia & periculosa ludicra peragentes.* Eodem de genere sunt *mulieres*, quas mox dicit, εἰς ξίφη κυβιστῶσαι, i. e. *gladios saltu rotatorio superantes, ita ut caput deorsum spectans gladiis immineret, & in eos ruiturum videretur;* ut bene interpretatur Olearius ad Philostr. Vit. Apoll. II. 28. p. 80. Confer Xenoph. Conviv. p. 692.

AD CAP. IV.

ζωρότερος ποτὸς . . . Καὶ μετὰ τὸν πότον. Tenui accentuum rationem, qua commode usi sunt superiores editores. Sic diserte distinxit Suidas: cuius ex praescripto ὁ ποτὸς est τὸ πινόμενον, *potus, id quod bibitur;* (pro quo aliàs quidem frequentius etiam τὸ ποτὸν, ut IV. 152. b. & 153. c. Alibi vero pro edita scriptura τὸ ποτὸν, masculinum τὸν ποτὸν agnoscunt mssti, veluti IV. 152. a.) ὁ πότος vero, τὸ συμπόσιον, *compotatio*, vel, ut Hesychius ait, αὐτὸ τὸ πιεῖν, *ipsa actio bibendi, potatio.* Hoc loco, parum recte, oxytonam utrobique vocem fecit *ms. A.* ποτὸς & ποτὸν: paroxytonam vero *ms. Ep.* πότος & πότον.

e ἐν Σήκῃ κατακείμενος ἀργυρᾷ. »Nemo dubitabit verum »esse Σήκη. Mirum tamen unde manarit edita lectio, quae »in multis etiam antiquis habetur, Σήβη. Antiquissimi »Graeci eam vocem a Syris mutuati (*thebà* enim illis) »videntur usurpasse pro sua. Hesychius certe agnoscit, »& interpretatur κιβώτιον. *Thebas* inde esse nuncupatas a »Cadmo Phoenice, non ignorant qui alia multa tractus

»illius nomina ad ſuam originem facile revocari animad- e »verterint.« CASAUB. — At tam parum felix, quam ab hoc loco aliena, videtur iſta viri doctiſſimi obſervatio. De originatione nominis, quod urbi a ſe conditae Cadmus impoſuit, nihil certi haberi, intelligitur ex his quae ſuper ea quaeſtione a Bocharto in Chanaan lib. I. cap. 16. prolata ſunt. Vocabuli Θήβη pro κιβωτίῳ uſurpati apud neminem ex omni Graecorum ſcriptorum numero, qui *profani* vulgo vocantur, veſtigium ullum, quod ſciam, reperitur. Quae in hanc partem ab Heſychio (ſub voce Θήβη, & Θίβη) aliisque Grammaticis adnotata ſunt, ea unice ad Exod. cap. 2. vſ. 3 & 5. ſpectant, ubi Alexandrini interpretes Hebraicum nomen tenuerunt. (Hoc, quod de Heſychio dico, ipſe etiam CASAUBONUS poſtmodo animadverſiſſe videtur. Nam in *Animadverſionum* eius *Editione tertia*, poſt iſta verba »interpretatur κιβώτιον.« haec inſerta video: »Graeci interpretes Exodi »cap. 2. Θίβιν vel Θίβιν dixerunt; quae vox fuit B. Au»guſtino incognita, ut ipſe ſcribit: puto alluſiſſe eo He»ſychium.« Quae verba, cum non legantur in *Edit.* I. ne in *Addendis* quidem, fortaſſe ad oram exempli, quo olim uſus Caſaubonus erat, reperta ſunt ipſius manu adſcripta.) Apud Athenaeum hoc loco a vera ſcriptura Θήκη nil deflectunt noſtri codices. conf. pag. 130. d. In ed. Ven. & Baſ. non Θήβη, ut ait Caſaubonus, ſed Θίβη ſcribitur, duplicato errore. Θήβη ſcriptum eſſe in cod. Par. manu Hermolai Barbari exarato, ex Villebrunii ad hunc locum adnotatione (T. II. pag. 6.) diſco. Eam ſcripturam haud dubie Hermolaus in alio codice, ab imperito librario deſcripto, repererat. Eſt autem ex vulgatiſſimis librariorum erroribus illa literarum β & κ imperita permutatio; cuius ratio a nobis explicata eſt in Notis ad Polyb. I. 37, 9. Nec rara in Athenaei codicibus confuſionis eiusdem exempla, quorum nonnulla a nobis indicata ſunt in Animadv. ad II. 71. a. T. I. pag. 475. Confer quae paulo poſt ad pag. 130. b. de vocabulo σιβύνη notabimus.

ἄρτων Καππαδοκίων. *Cappadocium panem* iam ſupra laudatum vidimus, III. 113. b. *Ibid.* τοῖς Περάπουσιν ἐπιδεδώκαμεν. Cum ἀπεδεδωκ. eſſet editum, monuit CASAUB. »Malim ἐπιδεδωκ. Nam ἀποδοῦναι ſententiae non convenit. »Iam dixit [p. 128. e.] ἐπεδώκαμεν οὖν καὶ ταῦτα τοῖς δού»λοις. Paulo ante verbo διαδοῦναι uſus eſt in eadem ſen-

e » tentia. « Quam ſcripturam ex coniect. emendaverat vir doctus, eamdem nobis uterque codex dedit. Caeterum ἐπιδεδώκαμεν habet etiam cod. ms. Hermol. ſed ἀπεδεδωκ. tenet alius cod. Pariſ. teſte Villebr.

αἰτεῖ σκύφον χοαῖον. » *Scyphum poſcit qui congium ca-* » *peret.* Haec priſcorum msstorum, haec Euſtathii lectio: » non, quod viſum interpretibus, χρυσοῦν. « CASAUB. — Corrupte χυαῖον edd. vett. nec aliter *ms. A.* quod in χρυσοῦν mutandum cenſuerat Dalech. Recte vero χοαῖον Epit. & f inde Euſtathius. *Mox dein*, verbis iſtis, Ὁ πλεῖστα πίνων &c. quae veluti proſaica vulgo ſcripta erant, legitimum contineri ſenarium adparet: cuius autem ſint poëtae, non habeo compertum.

οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν. » Eleganter Homeri verba » ſententiae ſuae accommodat, Iliad. ν'. [vſ. 161.]

» Ὡς νείκεσσ' ὁ γέρων· οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσταν.

» Si verum eſt convivas non fuiſſe plures viginti, putem » ſcripſiſſe Athenaeum, οἱ δ' ἐννέα καὶ δέκα πάντες ἀνέ- » σταν. Iam enim unus ex eo numero exemtus erat, Pro- » teas, de quo dictum eſt. « CASAUB. — At vox πάντες non ſpectat ad *omnes praeſentes*, ſed ad eos, *qui ſimul ſurrexerunt*, *haud pauciores quam novem.* Conf. Clark. ad Iliad. l. c. Rotundo quodam numero, ex veterum mente, *novem* nominantur, pro magno numero, qui *cuncti ſimul* poculum, quod ſecundo loco offerebatur, arripere conati ſunt, *alter alterum praevenire ſtudentes.* Rurſus in Odyſſ. θ'. 158. ſimiliter, ἐννέα πάντες ἀνέσταν.

a διεσκευασμέναι τρόπον Νηρηΐδων. » Hoeſchelii Epitome, » τύπον Νηρηΐδων: fortaſſean non male. « CASAUB. — Commodior haud dubie vulgata ſcriptura, quam cum edd. & *ms. A.* tenet etiam noſter *cod. Ep.*

AD CAP. V.

Τοῦ πότου δὲ προϊόντος. Vulgo ποτοῦ edd. & mssti, cum h. l. tum paulo poſt lit. c. Recte vero CASAUB. monuit, utrobique πότου ſcribendum: » nam aliud, inquit, » ποτός: aliud, πότος. « Conf. ad pag. 129. d. Particulam δὲ commode ex *Epit.* adſcivit primus editor. δὴ προϊόντος habet *ms. A.* *Mox*, ἀναπεταννύουσι τὸν οἶκον. » Ver- » te, *explicant coenationem*, vel *aperiunt.* οἶκος eſt *triclinium* » *ipſum*, ubi coenabant; vel in ea coenatione ſeparata

» pars quaedam inſtar cellae. Etiam latinis *oeci*, ut ad a
» Theophraſtum [ad Charact. cap. περὶ Ἀναισχυντίας, p.
» 224.] obſervabamus. « CASAUB.

καὶ ἀναπεταθεισῶν, δᾷδες ἐφάνησαν, λάθρα κατὰ μη-
χανὰς σχασθέντων τῶν φραγμάτων, καὶ Ἔρωτες, καὶ Ἀρ-
τέμιδες &c. » Vetus inventum eſt mechanicorum, parva
» molitione varias rerum ſpecies exhibere in loco eodem,
» aut ſubiecto, &, ut loquitur auctor libri De Mundo,
» [cap. 6. ſect. 6. pag. 82. ed. Batteux.] παντοδαπὰς ἀπο-
» τελεῖν ἰδέας. Id totum peragebatur ope illius quam Grae-
» ci σχαστηρίαν μηχανὴν appellant, deſignatam Hippolo-
» cho voce σχασθέντων. Auctor libri De Mundo [ibid.]
» inter artis illius mirabilia cum neuroſpaſtarum ſolertiam
» refert, tum eorum induſtriam, qui διὰ μιᾶς ὀργάνου
» σχαστηρίας πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦσιν:
» *qui aſtutia unius converſionis multa & varia pariter admini-*
» *ſtrant.* Sic interpretatur Apuleius. Sed non habent, opi-
» nor, Latini propriam vocem qua exprimant Graecam
» σχαστηρία, quae & χαστηρία Heſychio dicitur. *Vertibu-*
» *las* tamen Auſonius latine nominat vel σχαστηρίαν, vel
» ſimile quid, in eleganti oſcillorum deſcriptione. *Harum,*
» inquit, *vertibularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mil-*
» *le formarum: elephantus belluae, aut aper beſtia; anſer vo-*
» *lans*, &c. Petronius: *Larvam argenteam attulit ſervus, ſic*
» *aptam ut articuli eius vertebraeque in omnem partem flecte-*
» *rentur.* Eſt autem, niſi fallor, σχαστηρία mechanicis
» Graecis, quod nobis *un reſort.* Huic etiam optime
» quadrat quod tribuunt Graeci τῇ σχαστηρίᾳ, continen-
» di vim, & impellendi aut laxandi: hoc eſt, motus &
» quietis quaſi principium & incentivum. Ergo haec ver-
» ba, σχασθέντων τῶν φραγμάτων λάθρα κατὰ μηχανὰς,
» hoc ſignificant: *tabulata illa ſive pluteos, qui obiecti erant*
» *fabrefactis candelabris, quae poſtea apparuerunt, artificio in-*
» *genioſo & mechanico fuiſſe remotos.* φράγματα appellat Hip-
» polochus, quae Plato aptius in non diſſimili narratione
» (initio lib. VII. De Republica) παραφράγματα. *Erotes,*
» *Panes, Dianae,* & *Mercurii*, ſunt lucernae vel candela-
» bra ad ſimilitudinem Cupidinis, Panis, Dianae & Mer-
» curii elaborata. Etſi autem quod hic commemoratur ar-
» tificium, mirabile admodum nihil habuit; aliis tamen in-
» ventis ſubtilioribus anſam praebuit. Non enim dubium
» eſt, quin ab hoc principio ventum ſit ad *coenationes* il-

a »las *versatiles*, quarum Seneca, Suetonius & Lampridius »meminerunt. Porro autem fieri solitum olim, ut in no»cturni luminis instrumentis artis suae peritiam ostende»rent mechanici: cuius rei nobile exemplum suppedi»tat historia coenae illius quam in Cilicia exhibuit Cleo»patra Antonio, ut narrat Plutarchus. Huc etiam perti»net machinosa illa lucerna, quae ipsa sibi oleum mini»strabat, teste Sozomeno lib. I. Sigillis *Cupidinum* & *Pa»num*, quae ait Hippolochus *lucernarum usum praebuisse*, »respondent simulacra iuvenum heroicis temporibus, ru»di adhuc seculo, & incognitis lucernis, in angulis coe»nationum destitui solita, ut facem tenentes lucerent. Ho»merus de Phaeacibus canit: [Odyss. ν'. 100 sqq.]

»Χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν
»ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,
»φαίνοντες νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι.

»Lucretius, in opulentae domus descriptione, poëtae lo»cum non tam imitatus est, quam expressit prope ver»baliter: [lib. II. vs. 24 sqq.]

— *Aurea sunt iuvenum simulacra per aedeis*
lampades igniferas manibus retinentia dextris,
lumina nocturnis epulis ut suppeditentur. «

CASAUBONUS. — De σχαστηρίᾳ quam dicunt Graeci, conferri potest Polyb. VIII. 7, 10. & VIII. 8, 3. & quae ibi ad priorem locum a nobis adnotata sunt.

b σύαγροι - - - σιβύναις ἀργυραῖς διατετερομμένοι. σιγύναις edidit CASAUBONUS: dein in *Animadv.* »Ni»hil intereſt, inquit, sive σιγύναις scribas, sive σιβύναις, »ut in Epitoma. *Venabulum* ita vocant, telum ὁλοσίδηρον, »aprorum venationibus aptum. De eo multa in com»mentario nostro DE Venatione Amphitheatri. Caeterum »hic locus superiorem nostram de convivarum numero »coniecturam [vide ad pag. 128. c.] labefactare nonni»hil videtur. Nam ut cuique convivarum suus aper ap»poneretur, quod scribitur esse factum, CXX apros in »triclinium illatos oportuerit, si stat illa nostra emenda»tio. Lector igitur eruditus statuat, utrum duorum simi»lius vero debeat videri: aut convivarum celebris adeo »convivii tantam fuisse paucitatem; aut, tantam aprorum »copiam potuisse reperiri. « — Diceres, scripturam σιγύ»ναις in superioribus editionibus reperisse Casaubonum, eamdemque auctoritate codicum msstorum, qui plenius

Athenaei opus continent, confirmatam vidiſſe. Quod ſi b ita eſſet, teneri fortaſſe ea ſcriptura potuiſſet: quamquam nusquam alibi (quod ſciam) iſta vocis forma, ἡ σιγύνη, certo occurrit. Nam quod apud Suidam legitur, Σιγύνη, id quidem vitioſum eſſe ex ipſo ſubiecto exemplo intelligitur: in quo cum τόνδε τὸν σιγύνην legatur, rectus caſus illius nominis non ἡ σιγύνη, ſed ὁ σιγύνης fuerit: caeterum in ipſo etiam exemplo illo perperam σιγύνην pro σιβύνην ſcriptum docuit Brunck ad Antipatri Epigr. XIII. (Vide Iacobs Animadv. Vol. II. Part. I. pag. 23.) Apud Oppianum vero Cyneg. I. 152. obliquus caſus σιγύνην, ſit-ne ad rectum ἡ σιγύνη referendus, an ad ὁ σιγύνης, incertum eſt. Diverſa terminatione ὁ σίγυνος, vel σίγυννος, ex Apollon. Rhod. II. 99. a Grammaticis adnotatum eſt; aliudque eiusdem formae exemplum a Suida citatur. Euſtathius ad Iliad. β'. pag. 260, 34. & γ'. pag. 288, 38. neutro genere τὸ σίγυννον dixit: quâ formâ, ſed ſimplici ν litera, Ariſtoteles uſus eſt in Poët. cap. 21. Caeterum vulgatiſſima nominis forma, & ubivis occurrens, ἡ σιβύνη eſt. Ut alios taceam auctores, vide Noſtrum V. 201. b. & XII. 537. e. Quodſi docuiſſet lectores ſuos Caſaubonus, σιγύναις iſtud hoc loco nonniſi ex ipſius emendatione eſſe poſitum, cum σικύναις dediſſent ſuperiores editiones; (ſic enim habent ed. Ven. & Baſ.) multo probabiliori ratione ſuſpicari licebat, ac paene fidenter pronunciare, mendoſam iſtam lectionem non ex σιγύναις eſſe ortam, ſed ex σιβύναις, per eamdem literarum β & κ confuſionem, de qua paulo ante (ad vocem Σίκη, pag. 129. e.) monuimus. Neque ſane aliter res habet: nam in σιβύναις cum *Ep.* conſentiunt vetuſtae *membr. A.*

Quod paulo ante ait κατὰ πινάκων, *in lancibus*, vel *per lances diſtributi apri*, paulo inſolentior videri poterat iſta praepoſitionis κατὰ conſtructio; quae quidem eiusdem eſt generis cum ea, cuius exempla haud pauca in Lexico Polyb. p. 322. num. 2. a nobis collecta ſunt. Conf. Not. ad Polyb. III. 19, 7.

Πάντες ἐξενήφομεν. Eâdem ſententiâ verbum ἀνανήφειν habes III. 109. e. *Mox*, ἔναττον recte dedere mssti. Corrupte ἔνατον ed. Ven. & Baſ. ἔνασον ed. Caſ. *Ibid.* εἰς τὰς εὐτυχεῖς σπυρίδας. » Forſ. εὐτευχεῖς, *affabre factas*; ad inſtar τοῦ νεοτευχεῖς, quod habet Theocritus I. 28. « Coray. — At equidem feſtivum εὐτυχεῖς aegre cum iſto

c commutem. De vocabulo πότου, quod sequitur, paulo ante dictum. *Ibid.* περισοβεῖν ἐκέλευε. Conf. XI. 504. a. Μανδρογένης, ἐκείνου Στράτωνος τοῦ Ἀττικοῦ - - ἀπόγονος. »De *Mandrogene*, urbicario mimo, adi librum XIV. « CASAUB. — At ibi (nempe XIV. 614. d.) non nisi duobus verbis ad hunc ipsum locum ablegatur lector. *Ibid.* πολλοὺς κατέρρηξεν ἡμῶν γέλωτας. »*Multa ridicula in nos* »*effudit.* Sic melius quam ut interpretes. « CASAUB. — Dalecampius: *effusum risum nobis excussit.* De πλεκτοῖς ἐλεφαντίνοις dictum ad pag. 129. c. *Mox*, pro πλακοῦντες, πλακούντων malles, ob sequentes genitivos Κρητικῶν &c.

d Σὺ δὲ, μόνον ἐν Ἀθήναις μένων, εὐδαιμονίζεις τὰς Θεοφράστου θέσεις ἀκούων &c. »Mallem ἑαυτὸν εὐδαιμονίζεις. »*Tu hoc uno te censes beatum, quod Athenis manens Theo-*»*phrasti disputationes de proposita thesi audias.* Mos summo»rum virorum fuit Aristotelis & Theophrasti, discipulos »exercere proposita ad defendendum aut oppugnandum »quaestione aliqua, quae dicebatur e re θέσις. Constat au»tem, fuisse in illis disputationibus non minus facundiae »certamen, quam acuminis & εὑρεσιλογίας. Ideo dicebat »Strabo lib. XIII. [pag. 609. b.] solitos Theophrasti dis»cipulos θέσεις λαγχάνειν, hoc est, *de re proposita ora*»*torio more disputare.* « CASAUB. — Vocem μόνον praetermisit *Epit.* εὐδαιμονίζεις ἀκούων valet εὐδαιμονίζεις σε ἀκούοντα. Quae ex Strabone adfert Casaubonus, parum huc faciunt: pertinent enim ad eos ex Peripateticis, qui aliquanto post Theophrasti obitum scholae praefuerunt. θέσεις hoc loco simpliciter intelligenda sunt *praecepta*, *placita* philosophi, quemadmodum VII. 280. a. Ac ne aliter quidem apud Strab. l. c. ubi hoc dicit: veteres Peripatetici, qui post Theophrasti obitum, priusquam e latebris suis producti essent Aristotelis & Theophrasti libri, cum carerent magistrorum scriptis, nesciebant quo pacto illi placita sua, ita ut decet philosophos, apta quadam ratione connexioneque e suis principiis causisque derivassent: quare eo erant redacti, ut, quae praecepta principum illorum philosophorum ex scholis eorum olim esotericis iam non amplius nisi nuda per se cognita essent, vel quae in exotericis eorumdem libris exposita exstarent, ea nunc in scholis, quas ipsi habebant, oratoria magis arte exornarent, quam ratione philosophica explicarent.

Ὑμα καὶ εὔζωμα καὶ τοὺς καλοὺς ἐσθίων στρεπτούς.

» Membranae, καὶ εὔζωμον. *Erucae* olim inter tenuiorum d » lautitias, aliquanto etiam in beatiorum menſas admiſſae; » ut in Naſidieni coena apud Horatium. Στρεπτοὶ & στρέμ- » ματα, operis piſtorii nomina ſunt, a figura ſic dicti, » qua fingebantur. Eadem nominis ratio eſt in ea quam la- » tini *ſpiram* vocant, cuius fingendae modum habes apud » Catonem cap. 77.« CASAUB. — Noſtrae *membr. A.* nil mutant. Sed in membr. *Ep.* eſt θύμον καὶ εὔζωμον. De *eruca* herba Plinius XX. 12, 49. » *In condiendis obſoniis*, in- » quit, *tanta eſt ſuavitas, ut Graeci euzomon appellaverint.* « στρεπτοὶ in panibus vel placentis rurſus nominantur XIV. 645. b. auctore Demoſthene; unde etiam Harpocration: πλακοῦντος εἶδός εἰσιν οἱ στρεπτοί.

Λήναια καὶ Χύτρους θεωρῶν. De *Chytris* ſupra dictum ad pag. 129. d. quibus ſicut Comicorum poëtarum certamina agebantur; ſic *Lenaeis*, poëtarum Tragicorum. De utroque feſto, ſed praecipue de Lenaeis conſulenda quae diſputavit Ruhnkenius in Auctario ad Heſychii Tomum I. pag. 999. ubi etiam Athenaei hunc locum tetigit.

AD CAP. VI.

In ANTIPHANIS *verſ.* 1. φιλοτρῶγες habebant ed. Ven. e & Baſ. quod CASAUBONUS, auctoribus libris chirographis, (ut ait ipſe) in φυλλοτρῶγες mutavit, id eſt, *oleribus foliisque herbarum victitantes.* Eamdem ſcripturam firmant noſtri mssti. *Verſ.* 2. μικρ' ὀβολοῦ per apoſtrophum ſcripſi, ubi exſerte μικρὰ ὀβολοῦ vulgo in edd. & mssstis legebatur. *Verſ.* 5. »Pro τέρας (inquit CASAUB.) ſcri- f » ptum inveni τέτταρας: quod non concoquo.« — Veram ſcripturam τέρας noſtri tenent libri. Poſtremi verſus ſpectant ad id, quod ex Herodot. I. 133. adfertur infra, IV. 142 extr. & 143. a. Sunt autem verſus manifeſte anapaeſtici; quos ita digeſſi, ut primi quatuor eſſent trimetri, quintus dimeter, ſextus paroemiacus. Rectius vero me facturum fuiſſe intelligo, ſi quatuor trimetros in ſex dimetros diſtribuiſſem, hoc modo:

Τί δ' ἂν Ἕλληνες, μικροτράπεζοι,
φυλλοτρῶγες, δράσειαν; ὅπου
τέτταρα λήψῃ κρέα μικρ' ὀβολοῦ.
παρὰ δ' ἡμετέροις προγόνοισιν ὅλους
βοῦς ὀπτῶσιν, ἐλάφους, ἄρνας·

f τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὅλον
τέρας ὀπτήσας μεγάλῳ βασιλεῖ,
θερμὸν, παρέθηκε κάμηλον.

Casaubonus sic distribuerat:

Τί δ' ἂν Ἕλληνες μι-
κροτράπεζοι φυλλοτρῶγες δράσειαν; ὅπου τέτταρα λήψη
κρέα μικρὰ ὀβολοῦ. παρὰ δ' ἡμετέροις προγόνοισιν ὅλους βοῦς
ὀπτῶσιν, ἐλάφους, ἄρνας. τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὅλον
τέρας ὀπτήσας μεγάλῳ βασιλεῖ, θερμὸν παρέθηκε κάμηλον.

Ibid. Ὁ Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἀχαρνεῦσι. Articulum Ὁ, qui deerat editis, adieci ex *ms. A.* Aristophanis versus leguntur in praedicta fabula, num. 85 sqq.

a De IPHICRATIS *cum Thracum regis filia connubio*, conf. Cornel. Nep. XI. 3.

AD CAP. VII.

ANAXANDRIDAE versus *de Nuptiis Iphicratis*, pro *tetrametris* habuerat Casaubonus, praeeunte fere Editore Venero: sed distributio versuum partim nonnisi confuse indicata erat, maiori vero ex parte prorsus neglecta. Nos totum ludicrum carmen per dimetros anapaesticos, quoad fieri potuit, distinximus. *Vers.* 2. δέχεθ' ὑμᾶς erat editum. Ibi CASAUB. »Scribendum δέξεθ' ὑμᾶς, ut in »membranis; vel fortasse ἡμᾶς. *Si haec feceris quae dixi* »*tibi, splendido convivio excipiemur.*« — Et δέξεθ' ὑμᾶς dedit nobis etiam *ms. A.* cum quo consentit codex Hermol. quem notâ *B.* subinde designare consuevi. Alius codex Paris. deterioris notae, quem *C.* insignivimus, ἡμᾶς habet, ut docet Villebrunius: quod & Casaub. maluerat, & Villebr. probavit. Sed, probum esse ὑμᾶς, intelligi videtur ex vs. 31 sqq. quo ex loco cum hoc collato colligitur, loqui hic garrulum & petulantem servum cum aliquo parasito, ut videtur, qui ab ipsius hero coena excipi cupit. Metri caussa δέξεται plene scriptum malueram, quo esset pes dactylus. Sed quoniam optimus etiam codex *A.* quamvis raro aliàs elisione utens, δέξεθ' cum apostropho tuetur, nil mutare ausus sum: ac potuerit in verbo δέξεθ' ultima syllaba longa haberi ob vocem sequentem ab aspero spiritu incipientem. In *Epit.* deest primus versus cum priori hemistychio secundi: atque etiam mox deinde plura praetermissa.

Verſ. 4. καίτοι φασὶν. Sic *ms. A.* non φασὶ, ut edd.

Verſ. 5. βύβακας αὐτὰ γενέσθαι. Sic plane *ms. A.* b Quam ſcripturam, quamvis & ob dictionis inſolentiam, & ob verſum iuſto minorem, ſuſpecta eſſe debeat, tamen reſtituendam potius, quam tenendam editam lectionem iudicavi, quae nec ipſa metro conveniebat, nec niſi ex primi Editoris ingenio erat profecta. Vocabulum quidem βύβαξ, a quo formari βύβακας poſſet, nuſquam reperitur; at potuit nihilo minus olim in uſu eſſe, ut multa alia, quorum memoria periit. Interim ſervarunt nobis Grammatici vocem, quae aut ipſa olim hic obtinuerat, aut cum ea quam hoc loco poſuerat poëta, cognata fuit. Etymologus pag. 216 extr. καὶ Σώφρων, inquit, βύβα, ἀντὶ τοῦ μεστὰ καὶ πλήρη καὶ μεγάλα. (Quod ibi adiicitur βύζειν, id puncto ſeparari debuit a μεγάλα, & ad ſequentia verba referri; nempe ait auctor, de uſu verbi βύζειν videndum eſſe infra ſub voce Νῆμα.) Eamdemque vocem Βύβα Heſychio reſtituendam eſſe, ubi vitioſe vulgo Βαβαὶ ſcribitur, iam pridem a viris doctis monitum eſt. Verſus noſter integer foret, ſi ſic legeretur,

βύβα τε καὶ λαμπρ' αὐτὰ γενέσθαι,

aut aliquid in eam ſententiam. Venetus editor unde ſuum φιλοκάλως effinxerit, obiter ex Villebrunio didici, qui docet in codd. Par. *B.* & *C.* βυβακάλους ſcriptum eſſe. Quod ſi noſtrae membranae tale quid dediſſent, haud cunctanter equidem βύβα τε (vel rectius fortaſſe βῦβα τε) καὶ καλ' reſcripſiſſem. Hunc verſum, ut ſolet eiusmodi ſalebroſa, praeteriit Epitomator.

Verſ. 7. στρώμαθ' ἁλουργῆ μέχρι τῆς ἄρκτου. Quod conſentientibus vetuſtis membranis editum erat, στρώματα μὲν ἁλουργὰ, id metri ratio omnino reſpuebat; ut taceam μὲν particulam, cum modo praeceſſiſſet, perimportune repetitam. Neque vero aut expeditior ulla aut certior huic verſui medicina adferri potuiſſe videtur, quam quae a nobis adlata eſt. Quod ait poëta, μέχρι τῆς ἄρκτου, id quo ſpectet haud ſatis perſpicuum. Dalecampius, *Urſae adusque exortum*, reddidit; ad temporis diuturnitatem referens, quo manſere conſtrati tapetes. Quam interpretationem meriro improbans Casaubonus: »Quemadmodum, inquit, οὐρανομήκη illa »dicimus, & *coelos tangere ac ferire vertice*, quae ſunt prae»alta; ſic Anaxandrides, ut ſignificaret *ingens* illud *vi*-

b »*ſpatium* quod fuerit tapetibus conſtratum, eos ad *Urſam* »*uſque pertinuiſſe* dixit.« *Verſ.* 8. δειπνεῖν δ' ἄνδρας βούτυρόν φασ'. Perperam βουκόλους legebat Dalech. »Planiſſime proba eſt lectio edi»ta. Thracas poëta facit *butyrophagos*, cum in Graecia »vix butyri adhuc eſſet uſus cognitus, ut docemus alibi.« CASAUB. — Vide Caſaub. Animadv. ad Athen. lib. X. (cap. XIV.) pag. 447. d. ad illa verba ἀλείφονται ἐλαίῳ ἀπὸ γάλακτος.

Verſ. 11. λέβητας - - μείζους λάκκων δωδεκακλίνων. »Veteres cum alicuius cubiculi [immo, coenaculi] vel»lent magnitudinem indicare, dicebant, *tot lectos capit*: »unde eſt appellatio *triclinium*, & οἴκων τετρακλίνων, »ἑπτακλίνων, atque etiam εἰκοσακλίνων, & τριακοντακλί»νων. Eo hîc alluſit Anaxandrides. Proprie non λάκκοι, »ſed *oeci*, dicuntur δωδεκάκλινοι, *lectos duodecim capere*.« CASAUB.

Verſ. 12. αὐτὸν δὲ Κότυν περιεζῶσθαι. »Moris erat, ut, »qui in conviviis miniſtrarent, alte cingerentur, quo eſ»ſent expeditiores. Horatius: *Puer alte cinctus acernam gau»ſape purpureo menſam perterſit.*« CASAUB. — Κόττυν h. l. *ms. Ep.* duplicatâ mediâ literâ, contra quod & uſus & metrum ferebat.

Verſ. 16. αὐλεῖν δ' αὐτοῖς Ἀντιγενείδαν. Memoratur rurſus Ἀντιγενίδας tibicen XIV. 631. f. Et recte ibi, ut aliâs, cum ſimplici vocali iota in penult. ſcribitur illud nomen: ſed h. l. *diphthongum* poſtulabat metri ratio, ut in Leonidae Epigr. 1. T. I. Analect. Brunckii p. 220. De ipſo viro vide quae poſt BURETTE in *Mem. de l'Acad. des Inſcript.* T. XIX. pag. 470 ſqq. docuit IACOBS. in Animadv. ad Anthol. Vol. I. Part. II. p. 57 ſq.

c *Verſ.* 19 *ſqq.* μέλπειν δ' ᾠδαῖς τοτὲ μὲν Σπάρτην τὴν εὐρύχορον, τοτὲ δ' αὖ Θήβας - - τὰς ἁρμονίας μεταβάλλειν. »Repetendum ſemper τὸ φασίν. Senſus eſt: »*Aiunt, Antigenidam tibicinem, Argan cantatorem, & Cephi»ſodotum citharam pulſantem, ei convivio interfuiſſe, & ceci»niſſe modo quidem Spartam amplis florentem choreis, modo »Thebas ſeptem portarum, mutato harmoniae genere.* Errat »Dalech. qui εὐρύχορον Σπάρτην mutat in εὐρύχωρον: quo »etiam modo ſcriptum reperimus in Epitoma Hoeſchelia»na: perperam. Homericum eſt eius urbis epithetum: »ut, ἣ δ' εἰς εὐρύχορον Λακεδαίμονα Παλλὰς Ἀθήνη ᾤχε-

»το. [Odyſſ. ο'. 1.] De ea voce multa poëtae interpre- c
»tes: de Spartanis choreis Plutarchus in Apophthegma-
»tibus. Apollo fatidicus in oraculo quod refert Herodo-
»tus, Ὑμῖν δ' ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχοροῖο. Lectio,
»quam edidimus, eſt promta e membranis.« [Nempe in ed. Ven. & Baſ. perperam omiſſa erant duo verba, τὰς ἁρμονίας, quae e mſstis Italicis, quibus noſter *cod. A.* praeiverat, adiecit Caſaubonus. Epitomator tria verba τὰς ἁρμονίας μεταβάλλειν praetermiſit.] »Si libeat mini-
»mum ab eius veſtigiis recedere, ſcribam, τότ' αὖ ἐπὶ
»Θήβας τὰς ἁρμονίας μεταβάλλειν. Non cenſeo dubitan-
»dum hanc eſſe veram lectionem.« CASAUB. — Sicut ad ſententiam commoda videri poterat haec emendatio; ſic metro manifeſte repugnat: cuius qui rationem habere voluerit, ſi parum commoda vulgata ſcriptura fuerit viſa, eam fortaſſe probaverit coniecturam, quam ſub contextu indicavimus. Vulgata ſcriptura, mutans ſubito orationis ſtructuram, audaciorem quemdam colorem habet, & tragico magis cothurno aut epico carmine dignum, quam familiari huic ſermoni convenientem. Verumtamen cum de cantu & muſica agatur, ferendus fortaſſe paulo etiam grandior in hoc argumento ſermo. Fuerit igitur inverſio quaedam orationis: ut, pro eo quod ſimpliciori ratione ſic dictum foret, *cantor cantum ſuum Thebas transtulit*, nunc dicat hic homo, *urbs Thebana melodias cantoris immutavit, & in ſe convertit.* Ad vocab. εὐρύχορον quod ſpectat, Graecam ſcripturam non ſolicitaverat Dalecampius, ſed latine *Spartam agri ſpatioſi dominam* reddiderat; in quo multos & veterum & recentiorum interpretes conſentientes habet. Vide Euſtath. ad Odyſſ. μ'. pag. 465, 15. Caeterum de vi huius epitheti haud poenitebit conſuluiſſe Dammii Lexic. Etymol. p. 2638 & ſeq.

Verſ. 24. ἵππων ἀγέλας, αἰγῶν τ' ἀγέλην. Poſterius hemiſtychium, cum deeſſet editis, adieci praeeunte utroque codice noſtro. In priori hemiſtychio nil mutant libri, niſi quod ἵππων ἀγέλην habet *ms. A.* quod ob praecedens δύο ferri nullo pacto poteſt. Sed aegre mihi perſuadeo, bis in eodem verſu vocem ἀγέλη poſuiſſe poëtam; quae, ut alia taceam illius lectionis incommoda, ſonum utique ingratum adferebat orationi. Praeterea non diffiteor, omiſſo eodem hemiſtychio, quod e codicibus noſtris adiecimus, paulo commodius fluxuros reli-

c quos verſus, ita ut deinde ante paroemiacum, καὶ πουλυτόδων ἑκατόμβην, (verſ. 28.) ſtet monometer δωδεκάπηχυν, eâdem prorſus ratione quae vſ. 21 ſq. obtinet.

Verſ. 25. φιάλην τε λεπαστήν. »Cum & *phiala* & »*lepaſta* fui generis diverſa pocula ſint, ut didicimus ex »libro undecimo, [vide XI. 484 extr. & ſeq. tum p. 500 »extr. & ſq.] probem ſcribi φιάλην τε καὶ λεπαστήν.« CASAUB. — At, qui iam ante copiâ laborabat verſus, ſic magis etiam oneraretur. TOUPIUS, in Notis ad Longinum pag. 230. voculam τε eiiciens, non video quo pacto ſatis idoneam adfecto verſui medicinam ſibi viſus fuerit adtuliſſe. Nam, quo pacto duo haec verba φιάλην λεπαστὴν hemiſtychium dimetri anapaeſtici efficere poſſint, non exputo. Quod niſi (quemadmodum in ſimilis terminationis vocibus ſubinde factum, apud poëtas praeſertim, videmus) σ literam ante τ extrudere licet; alia quaerenda fuerit medendi ratio. Caeterum me non magis, quam Toupium, turbavit illa obſervatio, quae Caſaubonum commoverat ut ſuam iſtam emendationem proponeret: quamquam enim ex vulgari ſermonis uſu *ſubſtantivum* nomen eſt λεπαστὴ, tamen ſua origine vim *adiectivi* habet: adeoque nihil magnopere impedire videtur, quo minus cum ſubſtantivo φιάλη iungatur. Denique neſcio an adnotari mereatur, quod in φιάλην τε *ms. Ep.* quidem conſentiat cum editis, *ms. A.* vero φίλην τε habeat.

Verſ. 26. κέγχρων τε χύτραν. Sic *ms. Ep.* cum edd. Eâdem notione etiam κέρχνων dici poterat, quod habet *ms. A.* Confer quae notavimus ad II. 55. d. & conſule quos ibi laudavimus viros doctos, in his Valcken. ad Phoen. 1395. *Verſ.* 27. βολβῶν τε σιρὸν. »Coniicieba»mus ſcribendum βολβῶν σειρὰν, quod interpretamur *li»neam bulborum*; ſicut dicitur a Iuriſconſultis linea mar»garitarum. Sic & hodie cepas in forum deferunt ad in»ſtar catenae nexas invicem more ſertorum; non autem »transfixas, ut fit in unionibus. - - Sed nobis nunc »perplacet quod eſt editum, & in omnibus codd. [pari»terque in noſtris] ſcriptum, σιρόν. Σιρὸς eſt *fovea in uſum* »*granarii vel apothecae cavata.* Heſychius etiam πίθον inter»pretatur; quia in *doliis*, praeter vinum, etiam alia ſer»vabant. *Siros* vocant auctores Rei ruſticae Varro & Co»lumella. Varro, hoc amplius, *ſirorum in Thracia pluri»mum fuiſſe uſum* ſcribit.« CASAUB. — Vide Varr. I. 57.

Conf. Curt. VII. 4, 24. & quos ibi laudat Raderus; quibus alios etiam auctores adiunxit Wesseling. ad Diodor. T. II. pag. 351. Pro δωδεκάπηχυν, in *ms. Ep.* est δωδεκάπηχεων: male, si quid video: agitur enim de *fovea* sive *apotheca*, *duodecim cubitos quaquaversum patente.* *Versu seq.* scripturam πουλυπόδων, quam flagitabat metrum, pro eo quod vulgatum erat πολυπόδων, praeivit Toup *ad Longin.* l. c. ubi simul monuit: »*Bulbi* & »*polypi* ad venerem iuvant, & νεογάμοις prosunt. Hinc »iocus Comici.« — Conf. l. 5. c. II. 64. b. VIII. 356. e. f. c

Vers. 31 *sq.* Τούτων δ' ἔσται πολὺ σεμνότερον καὶ λαμπρότερον &c. »Praecedit γάμος· itaque fortasse scribendum »σεμνότερος & λαμπρότερος. Nisi malumus πρὸς τὸ σημαι»νόμενον referre, nempe δεῖπνον: quod verum censeo.« Casaub. — Satis (puto) erat, generatim τι vel πρᾶγμα intelligere. Verumtamen ipsa etiam λαμπρὰ δεῖπνα, ad quae hic respicitur, iam initio (vs. 2.) commemorata sunt. »δεσπόσυνοι sunt *heriles filii*, non *heri.* Scio, Gram»maticos veteres [Eustath. ad Il. λ'. pag. 784, 15.] δεσπο»σύνους & δεσποτίους interpretari *vernas.* Sed, pro *herili* »*filio* accipi, non obscuro testimonio docemus. Appia»nus lib. IV. Bellor. Civil. [cap. 44. nostrae edit.] Ἔτε»ρος ἀπελεύθερος, τάφον δεσπότου φύλασσων, τὸν δεσπό»συνον προγραφέντα ἐφύλασσεν ἐν τῷ τάφῳ μετὰ τοῦ πα»τρός.« Casaub. — Istius interpretationis, quam Eustathius adnotavit, nusquam alibi superest vestigium. Suidas: Δεσπόσυνος, παῖς τοῦ δεσπότου ἐστίν: quod nil aliud sonat, nisi *filius heri.* Similiter apud Plutarch. in Lycurg. (citatum ab H. Steph. in Thes.) αἱ δεσπόσυναι sunt *heriles filiae.*

Vers. 35. οὐ σμύρνης καὶ Συρίας ὀδμαί. »Scribe cum Epi- d »tome, σμύρνης Συρίας.« Casaub. — Percommodum id quidem ad sententiam foret, *myrrhae Syriacae:* at non aptum ad metrum. Igitur intellige, *non myrrhae odores, nec alii e Syria odores*, verbi caussa, calami odorati, & quae sunt eiusdem generis. Nisi fortasse de industria imperite & ridicule garrientem servum induxit poëta, ut qui *Smyrnam* urbem cum *myrrha* confundat, & *Smyrnae & Syriae odores* dicat, cum debuisset *Syriacae myrrhae odores.*

Vers. 38. πουλυποδείων. Primam syllabam longam desiderabat metrum; sicut paullo superius πουλυπόδων. Eadem metri ratio penultimam pariter longam hoc loco fla-

d gitabat; quam ſic etiam dedit *ms. A.* cum edd. Ita vero prodibat nomen adiectivum, ad quod intelligi, ni fallor, debet ſubſtantivum κρεῶν.

Verſ. 41. ἐνθρυμματίδων. ἐνθρυμματὶς, ut docere videtur Heſychius, idem valet ac θρυμματὶς, quod *placentae* genus eſt, paulo inferius memoratum apud Noſtrum p. 132. a. 133. c. rurſusque p. 147. b. Panis quidam ἐνθρυπτόμενος & ἐντεθρυμμένος, id eſt *intritus*, nominatur III. 109. e. & 114. d. haud ſatis ſcio qua notione. *Verſ.* 42. ὠχρῶν erat in ed. Ven. & Baſ. pariterque in *ms. A.* Peius etiam, λαθύρων ὠχρῶν in ed. Caſ. absque diſtinctione ante ὠχρῶν. Monuit vero in Animadv. CASAUBONUS, λαθύρων, ὠχρων, ſcribi debuiſſe. Et ſic recte ſcriptum in noſtro *ms. Ep.* ὠχρὸς *pallidum* denotat; ὦχρος, *ervilia* legumen. De vocab. χορίων, *verſ.* 43. vide notata ad III. 104. f.

e *Verſ.* 51. ῥίννης. ἡ ῥίνη, *ſquatina*, conſtanter aliâs, cum apud Noſtrum lib. VIII. tum apud alios, per vocalem ι ſimplicem, ſed eam longam (unde in plur. αἱ ῥῖναι) ſcribitur. Vide Geſn. de Aquatil. pag. 900 & ſq. Duplicem ει hoc loco noſter *ms. A.* ſuo more invexerat. Epitomator hanc vocem cum aliis nonnullis praetermiſit.

Verſ. 57. μάραθ', ὦ ἀ. Recte haec dedit *ms. A.* loco unius vocis μάραθρον, quam ſuo arbitratu Caſaubonus hîc poſuerat, ne indicare quidem in Animadv. dignatus ſcripturam, quam dederant editiones veteres, μαραθῶα, veri veſtigium ſatis perſpicuum ſervantem. *Foeniculum* Graecis non modo μάραθρον dicebatur, ſed & ὁ μάραθος, XIII. 596. a. & τὸ μάραθον, II. 56. c. 70. f. 71. a. μάραθρον absque ὦ ἀ hoc loco ne metro quidem aptum erat, cuius nullam rationem in tota hac ecloga habuit Caſaubonus. *Verſ.* 59. μῦες, ὄστρεα. Nil mutat, quod ſciam, *ms. A.* In *ms. Ep.* deeſt totus verſus cum dimidio ſequentis. Claudicanti metro utique fulcro quocumque ſuccurrendum. Forſan μῦς, ὄστρεια. Sic μῦς pro μῦες III. 86. d. & e. 117. f. & VII. 308. e. ὄστρεια vero pro ὄστρεα uſurpatum cum ſaepe aliâs obſervavimus, tum paullo poſt rurſus IV. 132. b. videbimus. Conf. Animadv. ad III. 92. e. *Verſ.* 61. ὀρνιθαρίων ἀφάτων πλῆθος. Sic mss. cum edd. Sed ἄφατον utique malim.

f *Verſ.* 64. κίγκλοι. Sic bene ed. Caſ. conſentientibus msstis. Corrupte κίγηλοι ed. Ven. & Baſ. Aviculae ſunt e *motacillarum* genere. *Ibid. & verss. ſqq.* τουτουὶ τοῦ

χάσκοντος &c. Vitiose τουτοὶ ed. Cas. 1. Aliae editt. omnes τουτουὶ cum *ms. Ep.* & sic etiam Casaub. in Animadv. Recte id quidem, ad sententiam & ad vulgatum Atticorum usum; sed parum apte ad metrum, nisi duas syllabas ουὶ prorsus pro una numerare liceat. Nam cum paragogica illa litera iota suâ naturâ longa habeatur, vox τουτουὶ pedem versus anapaestici efficere non potest. Medetur quidem isti incommodo, quoad formam vocis, noster *codex A.* τουτὶ scribens: at sic nominativus neutrius generis pro τουτοὶ formari solet, cui non erat hic locus. An pro genitivo τουτουὶ etiam τουτὶ usurpaverint Attici, mihi non constat. Quare grammaticam hanc quaestionem in medio relinquo. De loci sententia haec adnotavit CASAUBONUS: »In extremo huius eclogae inest »iocus comicus in hominem muliebris patientiae. Graeci »*impudicos* vocant εὐρυπρώκτους vel λακκοπρώκτους. Hoc »vult: gruem illam adeo longum habuisse rostrum, [col- »lumque,] ut si per anum immittatur impudici illius, »quem digito indicabat histrio qui ista pronuntiabat, ad »latera usque penetrare, & frontem ipsam tundendo per- »forare posset. Insigniter εὐρύπρωκτον voluit significare, »& morbo nefando prae caeteris infamem.« — Ambigue positum τοῦ χάσκοντος est; quod & ab illa parte, quam dixit Casaubonus, *hiantem lateque patentem* significare potest; sed ex communi verbi usu hominem denotat *ore hiante spectantem.* Pro διακόψειε, quod (*vs.* 67.) in edd. & in *ms. Ep.* scriptum erat, recte διακόψειεν, quod desiderabat metri ratio, dedit *ms. A.*

Postremo versui, οἶνοι δέ σοι &c. quodnam insit metrum, haud adparet, mihi quidem. Si ἥδὺς ante αὐθιγενὴς staret, haberem pro iambico tetrametro brachycatalecto, qui Aristophanicus vocari solet. οἶνοι in plurali numero, est utriusque codicis nostri scriptura; quae temere in οἶνος mutata erat ab editoribus.

AD CAP. VIII.

In LYNCEI *vers.* 4 sq. Ἀνδία γάρ ἐστιν Ἀττικὴ, ὥσπερ ἀ ξενική. »Scribo, ut intelligam, ὡς παρ' ξένοις γε. *Victus* »*Atticus*, inquit, *non placet*, *nobis saltem peregrinis.*« CASAUB. — At id ipsum, quod voluit vir doctus, iam modo verbis proxime praecedentibus continebatur; post

a quae tam languide quoad ſenſum, quam parum apte, orationem ſi ſpectes, ſecutura erant haec quae ſunt a Caſaubono propoſita. In vulgata ſcriptura nil mutant libri, niſi quod εὐηδία (ſic) pro ἀηδία habet *ms. Ep.* perperam haud dubie. Vide vero, ne tale quid dicat Perinthius ille, qui loquens inducitur: Laudantur Athenienſes ob morum ſuavitatem; cum quibus collati peregrini, inſuaves (ἀηδεῖς) cenſentur eſſe: at *in victus quidem ratione & in epulis inſtruendis ea eſt Atticorum ἀηδία, inſuavitas & importunitas, quae peregrinos magis deceat*, quam eos homines qui tam culti eſſe ſibi videntur. Ad haec ſuſpicatus ſum, ἀστικὴ fortaſſe pro Ἀττικὴ ſcriptum olim fuiſſe, ut opponantur vocabula ἀστικὴ & ξενική: ſed id quidem non magnopere urgebo. Ad verbum Παρέθηκε (*vſ.* 5.) intellige τις: nempe *ſic faciunt Athenienſes, cum hoſpites convivio excipiunt.* Aoriſtus primus, de eo quod fieri ſolet.

Verſ. 9. ὁ δ' ἀνταναίου μικρόν. Non video cur ἀνταναῖον corrigendum pronunciaverit doctiſſimus Valcken. ad Herod. IV. 53. Quidni enim genitivus ἀνταναίου a μικρὸν regi poſſit? *parum antacaei ſalſamenti.* De re conf. III. 118. d. e. & ibi nor.

Verſ. 11 *ſq.* ἠφάνισα. βούλομαι δ' ἐγὼ, βέλτιστε, συγκαμεῖν
καὶ τοῦτό γ'· ἀλλ' ἀδύνατα βούλομαι.

Prior verſus iuſto longior, alter brevior, corruptelam aegre diſſimulabant. Conſentit tamen codex ms. uterque cum edd. niſi quod γ' particulam, quam verſ. 12. poſt τοῦτο inſeruere editores, ignorent mssti. Suſpicatus eram, συγκαμεῖν ex συγκαπεῖν (a συγκάπτω) eſſe corruptum: ſed nec ipſum συγκαμεῖν per ſe diſplicebat, ut diceret, *voluiſſe ſe etiam alterum iuvare in conficiendo eo cibo, cui ille manum iniecisſet.* At, quo pacto alterutrum adaptari metro poſſet, minus in promtu erat. Itaque ſic legendum coniectabam:

ἠφάνισα. βούλομαι δέ γ', ὦ βέλτιστε σὺ,
κἀκεῖνο καὶ τοῦτ'· ἀλλ' ἀδύνατα βούλομαι.

Simili fere ratione Iacobs, Vir doctiſſimus, corrigit in *Emendationibus manuſcriptis*, his ipſis diebus mecum communicatis:

——— βούλομαι δ' ἐγὼ, βέλτιστε σὺ,
κάπτειν τοιοῦτό τι γ'. ἀλλ' —— ——

Verſ. 14. ὄ↓ιν μὲν οὖν ἔχει &c. Particulam οὖν, cum b deeſſet *ms. A.* & editis, recte dedit *ms. Ep.* De ea adiicienda iam olim monuerat Hoeſch. & nuperrime IACOBS in eisdem, quas modo laudavi, Notulis msstis. *Verſ.* 16. Verba iſta, κατέπλησα γὰρ τὸ χεῖλος, οὐκ ἐνέπλησα δὲ, citans H. STEPHANUS in Theſ. Graec. Ling. III. 382. e. ait: »κατέπλησα hic accipiendum videri pro *replevi*, »*implevi*; ἐνέπλησα vero pro *explevi*, *ad ſatietatem usque* »*explevi*.« — Nempe ad ἐνέπλησα e verſ. ſup. intelligendum τὴν γαστέρα. *Verſ.* 20. Αὐτὸς γὰρ αὐτὸν bene edd. αὐτὸς δ' αὐτὸν *ms. A.* In Epit. deeſt hic verſus cum ſeq.

τὸ προοίμιον τῶν - - δείπνων. conf. III. 100. a. *Ibid.* c τῆς ἐν ἀστει παρασκευῆς. διασκευῆς *ms. Ep.* quod ex Hoeſchelii libro citans CASAUB. merito monuit: »Malo ta»men παρασκευῆς. Ea voce intelligitur quidquid in coe»nam ſolitum apponi ab Athenienſibus.«

AD CAP. IX.

Δίφιλος δ' ἐν Ἀπολειπούσῃ. Titulum fabulae Dalecampius reddidit, *Animo-defecta*; Grotius, *Deficiente*. Vide Animadv. ad III. 125. a. Eclogae, quam ex illa fabula adfert Athenaeus, latinam verſionem ſubiecimus GROTII, ex eiusdem Excerptis pag. 782.

In DIPHILI *verſ.* 3. ἢ κἀκ τοῦ ἐμπορίου τινές; Ex d τοῦ ἐμπορείου, quod in membranis erat, τοῦ εἰμπορίου fecerant editores: bene, quod ad penultimam vocabuli ſyllabam ſpectat; male, quod ad primam. IACOBS, *in Notis msstis*, τῆς ὑπερορίας corrigendum cenſet; perſpecte quidem & ſententiae & metri rationem habens, ſed vereor ne praeter neceſſitatem nimis recedens a librorum ſcriptura. Iſtud enim ſi amplectamur; totus hic verſus cum ſequente, abiectis duabus vocibus, (quod etiam ipſe Vir doctus monuit) ſic fuerit conſtituendus:

ἅπαντες, ἢ κἀκ τῆς ὑπερορίας τινές;
Β. Τί τοῦτο πρὸς σὲ τὸν — —

Mihi in levicula mutatione, quam adtulimus, (τοῦ ἐμπορίου, pro τοῦ ἐμπορίου) adquieſcendum videbatur. Sententia eadem, quam idem Vir doctus voce τῆς ὑπερορίας expreſſam voluerat. ἐκ τοῦ ἐμπορίου τινὲς ſunt *nonnulli ex portu, mercaturam facientes*; nempe *peregrini mercatores*, ut bene iam reddiderat Dalecampius.

d *Verſ.* 5. Nil opus eſt ut αὐτῆς cum αὖτη γ' permutemus. Percommode dictum, αὐτῆς τῆς τέχνης ἡγεμονία. Non modo *ad ipſam artem hoc pertinet*, ait; *ſed eſt etiam principalis quaedam illius artis pars.* Eamdem ſententiam (ut adnotavit CASAUB.) his verbis expreſſit Martialis:

Non ſatis eſt ars ſola coco ſervire parato:
namque coquus domini debet habere gulam.

Verſ. 8. ἀπὸ θερμοῦ, intelligunt ζωμοῦ, & *de fervefacto iure* interpretantur. Non repugno. Sed vide, ne εὐθὺς ἀπὸ θερμοῦ valeat *ſtatim initio coenae*; ſcil. εὐθὺς ἀπὸ θερμοῦ (nempe ὕδατος) κατὰ χειρὸς δοθέντος, quod fiebat in ipſo coenae initio. cf. II. 60. a. XV. 685. d. Tum vero neſcio quid ſit, quod (*ibid.*) τὴν μεγάλην dicat; quandoquidem nomen ſubſtantivum, quod ſequitur, σίλουρος, in maſculino genere conſtanter aliâs uſurpatur. *Verſ.* 9. Pro ἀποζέσας, mendoſe ἀποζεύξας *ms. Ep.* *Verſ.* 10. χαριεῖ praetuli, atticam formam, quam dedit *ms. A.* χαριῇ edd. cum *ms. Ep.* *Ibid.* ἢ μυρίνην προσεγχέας. μυρρίνην *ms. Ep.* quemadmodum I. 32. b. ſcribitur μυρρίνης οἶνος, idem valens ac μυρτίτης, id eſt, *vinum myrti baccis conditum.* Sed eam ſcripturam h. l. metrum reſpuebat: recte μυρίνην ſimplici litera ρ ſcribunt edd. cum *ms. A.* prima ſyllaba brevi, a vocab. μύρον, *unguentum.* De quo *vino unguentato* multa collegit H. Steph. in Ind. voce Μυρίνης οἶνος. Breviter & perſpicue Aelianus Var. Hiſt. XII. 31. Μύρῳ οἶνον μιγνῦντες (οἱ Ἕλληνες) οὕτως ἔπινον, καὶ ὑπερηγάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν.

e *Verſ.* 12. ἀψινθίῳ σφι δεῦσον &c. Sic, ut edidimus, conſtituendum eſſe hunc verſum, monuerat CASAUB. in Animadv. δεῦσον recte *ms. Ep.* cum edd. Corrupte δεῖξον *ms. A.* *Verſ.* 13. ποιῆσαι recepi ex eodem *ms. A.* quod bene habebat, intelligendo χρὴ vel δεῖ. Eius interpretamentum eſt ποίησον, quod ex *Epit.* adoptavit Caſaub. *Ibid.* καὶ ἐσκοροδισμ. Sic commode editt. vett. cum msstis; quod cur mutaretur nulla cauſſa fuerat. καὶ ante vocalem breve eſt: & pedem anapaeſtum in iſta ſede non reſpuit comoedia.

Verſ. 15. πάντες βλιχανώδεις εἰσὶ, καὶ μεστοὶ λάπης. »Ultimum verſum ſic concipe: Πάντες βλιχώ»δεις εἰσὶ, καὶ μεστοὶ λάπης.« [Perperam λαπῆς erat editum.] »Apud Hippocratem ſaepius leges, ἐμέει σίαλα »καὶ λάπην. Pro βλιχανώδεις, quod verbum non eſt

» nauci, Dalec. ſcribebat βλιηχώδεις, repugnante modu- e
» lo verſus. Nos fecimus βλιχώδεις per iota; memores
» veterem criticum Epiclem exponere apud Hippocratem
» βλιχῶδες, τὸ λελιπασμένον μετὰ γλοιώδους ὑγρασίας ἀκα-
» θάρτου: *pingui obſitum, cum viſcoſo humore & impuro.*
» Hic vero Diphilus ita vocat homines *pituita laborantes*,
» eamque ob cauſſam ἀποσίτους: rara enim ciborum ap-
» petentia quibus eſt pituita moleſta. Idcirco addit, μεστοὶ
» λάπης: nam & λάπη genus *pituitae.*« CASAUBONUS. —
De voce βλιχώδης apud Medicorum patrem conſulendus inprimis Foeſius in Oecon. Hippocr. In βλιχανώδεις apud Noſtrum conſentiunt cum editis *mssti A.* & *Ep.* quâ formâ vocis paulo productiore uti potuit Diphilus eâdem notione, qua alteram breviorem uſurpaſſe Hippocrates perhibetur. Nec minus aptum hoc ad metrum eſt, quam id quod ei ſubſtitutum voluit Caſaubonus.

MENANDRI verſus praetermiſit Epitomator. Inſeruit eos Excerptis ſuis GROTIUS pag. 744. cuius verſionem adpoſui. Confer CLERICI Fragmenta Menandri pag. 174 ſqq. & ibi notata.

Verſum quartum in metro peccare contendit BENTLEI in Emend. in Menandri Fragm. pag. 60. »ἰχθύδιον enim ſe-
» cundam corripit« inquit. Igitur pro

ἐν προσφάτοις ἰχθυδίοις τεθραμμένα,

ſic corrigendum cenſuit,

ἐν προσφάτοισιν ἰχθυδίοις τεθραμμένα.

Eodem fundamento nixus DAWES, in Miſcell. Crit. pag. 214. προσφάτοις quidem tenens, ἰχθυΐδιοις ſcribendum contendit; provocans etiam ad neſcio quam analogiam. At (quod iam ſupra ad III. 95. b. monuimus) ſicut in ἰχθὺς vocalis υ & brevis & longa haberi poteſt, ſic & in ἰχθύδιον: atque etiam in eodem hoc vocabulo, haud raro apud Noſtrum occurrente, conſtanter (ni fallit nos memoria) ſyllaba θυ longa uſurpatur. Sic quidem, praeter hunc locum, habes etiam III. 95. b. 107. b. VIII. 359. d. Et conſtanter etiam ſimplici litera υ utuntur libri omnes, quemadmodum etiam VII. p. 285. a. & alibi. Quare utraque novatione a viris doctis propoſita carere nos poſſe putavi. Maiorem ſpeciem habet, ac fortaſſe vere praeceptum eſt, quod *quintum verſum* ſic refictum voluit f idem BENTLEI:

καὶ παντοδαποῖσι, τοῖς ἁλίμοις μὲν οὐ πάνυ.

f »Nam ἄλιμος (inquit) est *marinus*; ἅλμιος ne Graecum »quidem.« — Nec tamen mutare equidem librorum scripturam ausus sum, quum a substantivo nomine ἅλμη legitima prorsus ratione adiectivum ἅλμιος derivatum videri debeat; quamvis nusquam alibi ea vox hodie reperiatur.

Vers. 6. ἁλίσκεται plene scripsi cum *cod. A.* & editt. vett. Nec enim opus erat, ut ultima syllaba elideretur, quod a Casaubono factum, sic edente, ἁλίσκετ' ἀλλ' &c.

Vers. 8 *sq.* In editis sic legebatur:

μᾶλλον προσεδέξατ'· εἰ δέ τις ἔρχεται
Ἀρκαδικὸς τοὐναντίον. (in ed. Ven. sic τοὐναντίον-)
ἀθάλασσος ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται.

Ubi CASAUBONUS adnotaverat: »Nonus versus expleri »potest hoc modo: ἐκ τῆς ὀρεινῆς, Ἀρκαδικὸς, τοὐναντίον &c. At vel sic adhuc misere claudicaturus erat octavus versus. Itaque maiori molitione usus GROTIUS, in hunc modum scripsit:

μᾶλλον προσεδέξατ'. εἰ δέ τις τοὐναντίον
Ἀρκαδικὸς ἔρχετ' ἤ τις ἀθάλασσος ξένος
τοῖς ἐκ θαλάσσης λοπαδίοις ἁλίσκεται.

Ut minore molitione, sic feliciori successu hunc locum BENTLEIUS administravit: »Nos levi opera, (inquit) re»iectis tantummodo illis, εἰ δέ τις ἔρχεται, quae super»vacua plane sunt, & versum sententiamque frustra one»rant, sic locum sanum exhibemus:

»μᾶλλον προσεδέξατ'. Ἀρκαδικὸς τοὐναντίον
»ἀθάλασσος ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται.

»*Hospites*, inquit, *insulares, domi piscibus vescentes, marinum* »*victum fastidient: Arcadicus contra hospes, longe a mari degens,* »*in patellis capietur.* λοπάδια enim sunt *patellae piscibus elixan*»*dis aptae.*« Sic ille, non modo acutissime, sed & ipsum verum divinando adsecutus. Nam ita prorsus est: verba ista, εἰ δέ τις ἔρχεται, nihil sunt aliud nisi adsumentum, sive a primo editore, sive ab aliquo ante eum librario, temere verbis poëtae adtextum. Cui facinori ansam dederat id, quod in vetustis nostris membranis imperite sic scriptum est μᾶλλον προσεδέξατ' χεται. Ἀρκαδικὸς &c. ubi, cum χεται, in vetustiori exemplari inter lineas scriptum, indicasset, προσεδέξατο hoc loco idem valere ac προσδέχεται, indoctus librarius scholion interlineare in ipsum contextum perquam inepte intrusit. *Vers.* 9. Pro

ἐν τοῖς, οὗτος malebat CORAY; sed nil magnopere urgere f videtur, ut solicitetur vulgatum.

Vers. 10. Ἰωνικὸς πλοῦταξ ὑποστάσεις ποιῶν. Pro incommodo ποιῶν, Bentleius Grotianum ποθεῖ, quod adoptaverat Clericus, probasse videtur. At ipsum ποιῶν tamen rursus legitur XII. 517. a. ubi hic versus cum sequente repetitur. Quid sint ὑποστάσεις, ex Polluce docuit CASAUB. nempe »*condimenta coagulata*, vel *forbitionum pecu-*»*liare quoddam genus.*« Pollux IV. 60. Αἱ δὲ περιτταὶ σκευασίαι, ὀνθυλεύσεις καὶ μονθυλεύσεις ἐκαλοῦντο· ὡς καὶ παρὰ Μενάνδρῳ αἱ ὑποστάσεις, ζωμὸς παχὺς ἀμύλῳ πηγνύμενος. — Pergit CASAUB. »Vocem πλοῦταξ sumsit Me-»nander ab Eupolide: nam ut illius propria adnotatur a »veteribus criticis. Pollux III. [109.] ὁ δ' Εὔπολις πλού-«ταξ πέπαικε.«

Vers. 11. κάνδαυλον, ὑποβιννπτιῶντα βρώματα. κάναυλον habet ed. Ven. & sic *ms. A.* Suspiceris κάνδυλον debuisse, (de quo vide Animadv. ad I. 9. a.) quod idem esse voluerunt nonnulli cum κάνδαυλος. Sed, diversa haec esse, ex XII. 516. d. intelligitur. Et κάνδαυλον in eodem hoc versu, ubi ille p. 517. a. repetitur, recte ibi legitur consentientibus libris: quare merito id hoc etiam loco posuit editor Basileensis & Casaub. cum praesertim & metrum id ipsum flagitaret. »ὑποβιννπτιᾶν est *cevere*, *venerem* »*appetere.* Inde ὑποβιννπτιῶντα βρώματα Menandro *cibi ad* »*Venerem stimulantes.* Clemens Alexandrinus, Menandrum »imitatus, πασχητιῶντα appellavit, in secundo Paedago-»gi: πόρρω γάρ ἐστι τῶν πασχητιώντων ἐδεσμάτων ἡ τρά-»πεζα τῆς ἀληθείας.« CASAUB. — ὑποβεννπτιῶντα h. l. habet *ms. A.* suo more: sed verum tenuit idem lib. XII. 517. a. Conf. I. 9. c.

AD CAP. X.

τοῖς εἰς ἀναστόμωσιν βρώμασιν. »Recte Dalecampius a »τὰ εἰς ἀναστόμωσιν βρώματα interpretatur, *quae valent* »*ad restituendam orexin amissam.* Proprie ἀναστόμωσις est »*oris obturati recluso.* Passim apud Medicos ἀναστόμωσις »φλεβῶν, vel τῶν ἀγγείων, appellatur *venarum apertio*: »a qua significatione non recedit, cum pro *restituto ciborum* »*appetitu* usurpatur. Fere enim contingit fastidium cibo-»rum, cum os ventriculi alienis humoribus est obsessum:

a »cui malo ut medicina fiat, aperiendi ſunt occluſi mea»tus. Fit autem hoc vel cibis ſucci ſubtilis, cuiusmodi »ſunt illa, quae Plutarcho [Sympoſ. VIII. 9. p. 734. a.] »appellari λεπτὰ καὶ τομὰ dicebamus lib. II. cap. XVII. »[ad II. 58. c.] vel pharmacis eiusdem facultatis. Lege »Galenum de Compoſ. Medic. κατὰ τόπους libro VIII.« CASAUB. — ἀναστόμωσις ea notione, quâ hîc moxque rurſus lit. b. uſurpatur, nusquam alibi occurrit: *exacutionem palati* interpretatur Henr. Steph. Theſ. III. 1050. c. Verbum ἀναστομοῦν, *aperiendi* ſenſu, de quo Caſaubonus dixit, uſurpatum praeter alios Polybio, V. 62, 4. quam notionem ad ſenſuum inſtrumenta transtulit Diphilus apud Noſtrum, mox hac ipſa pag. lit. f.

ἁλμάσιν ἐλάαις, ἃς κολυμβάδας καλοῦσιν. conf. II. 56. a - c. & ibi not. ARISTOPHANIS Fragmentum exhibuit Brunck T. III. p. 228. 2. ubi pro δρυπετεῖς, quod eſt in ed. Caſauboni, δρυπεπεῖς maluerat, provocans ad Pierſoni Notas ad Moer. pag. 121. Et utuntur quidem noſtri codices (quemadmodum ad II. 56. a. Animadv. T. I. pag. 377. adnotavimus) plerumque alibi hac forma δρυπέπεις, quam etiam hoc ipſo loco editiones Ven. & Baſ. tenent: ſed nunc quidem δρυπετεῖς (ni fallor) *ms. A.* habet, & in *ms. Ep.* perſpicue ſic ſcriptum video; nec id ſane incommode: ſunt enim δρυπετεῖς ἐλάαι, *olivae quae prae maturitate de arbore deciderunt*, quas proinde non illepide cum vetulis meretricibus confert poëta.

Φιλήμων δ' ἐν Μετιόντι ἢ Ζωμίῳ. »Non displiceat nobis »quod doctis quibusdam viris placet, Μεθύοντι. Aliter »tamen etiam libro VIII.« CASAUB. — Nempe VIII. 340. e. rurſus citatur Philemon in Μετιόντι. Eum titulum, *in Transeunte*, interpretatus eſt Clericus cum Dalecamp. Mihi aptius viſum erat, *in Ambiente*. *Verſ.* 1. Ἰχθῦς τί σοι. Verſiculos diſtinxi ut praeivit BENTLEI in Emend. p. 113. & cum eodem τί σοι, pro vulgato τίς σοι, ſcripſi. *Verſ.* 2. Idem vir doctus μιαρὸς ἦν, pro μικρὸς ἦν ſcribens, quod *impurus erat* interpretatur, iſtam »emen»dationem, ait, verba ſequentia confirmant. Inde dicunt »μιαροφάγος, & μιαροφαγεῖν.« — Quae mihi non adeo evidens viſa eſt ratio; cum praeſertim, quaenam inſit proximis verſibus ſententia, haudquaquam perſpectum habeam: nam ne ſatis quidem ſcio, ad laudem-ne piſcis, an ad vituperium pertineant, quae ibi dicuntur. *Verſ.*

5. Vitiosum ἐβόουν per editiones omnes erat propagatum; b pro quo ἐβόων recte dedit *ms. A.* Tota ecloga deest *Epit.*

Ἥσθιον recte mss. Perperam εἰσθιον edd. & sic mox iterum. *Ibid.* κέρκωπας dedere edd. nec aliud ex *ms. A.* enotatum; tamquam a singulari κέρκωψ. Sed rectius videtur κερκώπας, quod est in *ms. Ep.* a singulari ἡ κερκώπη. *Ibid.* Ἀριστοφάνης Ἀναγύρῳ. De titulo huius fabulae lata est h. l. Casauboni disputatio; quam Indici Auctorum olim, si Deo placet, inseremus. Confer H. Steph. in Indice Thes. voce Ἀνάγυρος. Verba, quae ex illa fabula adferuntur, versibus distinxi quemadmodum praeivit Brunck in Aristoph. Fragm. pag. 219. Duo posteriores, sunt anapaestici dimetri: sed, eidem metro quo pacto conveniant priora verba, non video. ἑρᾷς (*vers.* 1.) ex Epitome adsciviisse videtur primus editor: certe sic habet noster *ms. Ep.* Sed ἑρᾷ *ms. A.* Id si verum, abesse in fine debebit interrogandi signum. Verba ista (*vers.* 3.) Ὑπρευσαμένη καλάμῳ λεπτῷ, opportune Iacobs in Animadv. ad Antholog. contulit cum istis, ἄσαρκα τῶτα (τέττιγος) ἐδουνακεύσατο, ex Apollonidae Epigr. XXV. T. II. Analect. Brunck. p. 138.

ἔστι δ' ἡ κερκώπη ζῶον ὅμοιον τέττιγι καὶ τρυγονίῳ. Postremam vocem absque varietate agnoscit cum editis codex uterque. Quod tenens *Conr.* Gesnerus de Avib. p. 317. intellexerat, *cercopen turturi similem esse obstrepera garrulitate.* At vix dubitandum videtur, quin aut τιτιγονίῳ h. l. scriptum oportuerit, aut τεττιγονίῳ, quod contendit Bochartus in Hieroz. P. II. lib. I. cap. 9. Sane τεττιγόνιον graecum nomen est *minoris cicadarum generis;* teste Aristot. Hist. Anim. V. 30. & Plin. IX. 26, 32. τιτιγόνιον e veteribus Grammaticis citat Eustath. ad Iliad. β'. pag. 173, 48. & γ'. pag. 302, 2. Et sic quoque apud Etymologum scribitur: idemque vocabulum apud Hesychium latet in corrupto Ἠτιγόνιον. Confer quae mox ad Alexidis verba notamus.

Ἐπίλυκος ἐν Κωραλίσκῳ. »Obscurus poëta est Epily» cus, cuius fabulam Κωραλίσκον laudat auctor. Κωραλί» σκον vocat Suidas per ο parvum. Κωραλίσκος est *adole*» *scentulus*, ut interpretatur Hesychius. Similis inscriptio » earum fabularum, quibus Παιδίον fuit index. « Casaub. — Vide Suidam in Ἐπίλυκος; ubi ipse noster Athenaeus auctor citatur. At scripturam per ω longum & hic &

rurſus pag. 140. a. agnoſcit cum editis vetus noſter codex: eamdemque confirmare Heſychius videtur, cum quo Photii Lexic. ms. conſentit. Eiusdem Epilyci fabula Φωραλίσκος citatur apud Noſtrum XIV. 650. e. niſi ibi erravit librarius.

c In ALEXIDIS *verſ.* 1. temere in editt. vett. omiſſa erat vox λαλιστέραν, quam ex ſua Epit. adiiciendam monuit Hoeſch. adiecitque Caſaub. conſentientibus noſtris codicibus. *Verſ.* 3. Iuſto longiorem in fine eſſe hunc verſum,

οὐ κίτταν, οὐκ ἀηδόν', οὐ τρυγόν', οὐ τέττιγα,

adparet. Ac quamvis per apoſtrophum τέττιγ' ſcribere velles, (quod in fine verſus non placet) tamen ne ſic quidem ratio conſtaret metro, ob primam ſyllabam in τρυγόνα longam. Itaque, collatis his quae paulo ante de vocab. τιτιγόνιον adnotavimus, non dubito, quin ſic concipiendus ille verſus fuerit:

οὐ κίτταν, οὐκ ἀήδον', οὐ τιτιγόνιον.

Iſta, τρυγόνα, & τέττιγα, e duplici ſcholio orta videntur; quorum alterum admonebat vulgati proverbii, τρυγόνος λαλίστερος; alterum interpretationem continebat vocabuli τιτιγόνιον. Pro ἀηδόν', contra quod ferebat uſus in eo vocabulo, ἀηδόν' ediderat Caſaub. cum ſubſcripto iota.

AD CAP. XI.

τὰς δι' ὄξους καὶ νάπυος γογγυλίδας: *rapas cum aceto & ſinapi.* »Hoc condimenti genus etiamnum in deliciis eſt »apud Graecos, maxime Ioniae incolas.« CORAY.

NICANDRI Eclogam totam praetermiſit Epitomator.

d *Verſ.* 1. Γογγυλίδος δισσὴ γὰρ ἰδ' ἐκ ῥαφάνοιο γενέθλη.

Vocula ἰδ' ſic ſcripta, uti vulgo factum, abſque accentu, valebit ἰδὲ, quod idem ſonat ac ἠδὲ, &, *atque.* Quo ſumto, conſtructio orationis talis fuerit concipienda: γενέθλη γὰρ (ἐκ) γογγυλίδος καὶ ἐκ ῥαφάνοιο δισσή. Sin ἰδ' ſcribas cum accentu, valebit ἴδε, *ecce*: ſed tum habebis orationem parum commodam, ἴδε, δισσὴ γὰρ γενέθλη γογγυλίδος ἐκ ῥαφάνοιο. In quo quid verum ſit, diſcimus ex loco inferiore IX. 369. c. Scilicet primum vocabulum Γογγυλίδος e connexione verborum praecedentium, cum quibus cohaerebat, avulſum eſt: &, quum apud poëtam γογγυλίδες, in nominativo plurali,

sequente interpunctione, scriptum fuisset; nunc, abrud-
ptum a praecedentibus vocabulum, ut qualicumque ratione ad sequentia trahi posset, in Γογγυλίδος mutatum est. Sed alterum istum, quem modo citavimus, locum alius error occupavit. Scilicet, quum omissâ in editt. vett. inter γὰρ & ἑκ particulâ claudicaret metrum, Casaubonus, quo illud fulciret, γάρ τ' ἑκ edidit: at codex noster *A*, γὰρ δ' ἑκ exhibens, docet γὰρ ἰδ' ἑκ ibi scriptum oportuisse; nempe ἰδ' pro ἴδε, *ecce*.

Tertius versus in ed. Casaub. sic monstrose expressus erat, καὶ τὰς μὲν καύκοσον ἀποβλήνας βορέησι. »Eum versum (ait CASAUB. in Animadv.) melioribus »ingeniis sanandum relinquimus. Libri omnes corruptis»simi: in quibus pro καύκοσον scriptum Ϛαύκωνον, vel »Ϛηνκῶον. Ne in sequentibus quidem versibus omnia prae»stabo integra.« — Casaubonianum καύκοσον ex ed. Bas. erat propagatum: καύκασον habet ed. Ven. hactenus saltem commodius, quod penultimam longam faciat. κραύρωσον ἀπαυήνας emendabat Valckenarius; (teste Koen. ad Corinth. pag. 227 sq.) tam erudite, quam ingeniose. Cui emendationi praesertim istud καύκωσον, quod habet Veneta editio, insignem veri speciem conciliabat. Sed quum longe aliud darent vetustae nostrae membranae, pressius insistens veteris scripturae vestigiis, Ϛαύηνον ex καθαύηνον decurtatum, ἀποβλύνας vero ex ἀποπλύνας ortum suspicatus sum. αὐαίνειν, *arefacere*, non modo cum leni spiritu dicitur, ut mox vs. 8. sed & αὖαίνειν, cum aspero: cuius compositum ἀφαυαίνειν & ἀφαυαίνεσθαι frequentatur; atque ipsum etiam καθαυαίνειν, a quo καθαύηνον h. l. formatum, Budaeus in Comment. Ling. Graec. pag. 549. (nescio quidem quonam ex auctore) adnotavit. Pro ἀποπλύνας vero rectius fortasse fuerit ἀποφλοίσας, id est (ut mox ait) φλοιὸν καθηράμενος, *cortice detracto*. Istud verbum primo, per frequentem librariorum errorem, literas φ & β, & vocales οι & υ inter se permutantium, facile potuerat in ἀποβλύσας corrumpi; idque dein porro in ἀποβλύνας fuerit detortum.

Vers. 8. ὅτ' ἐν ζεστῷ. Vulgo ὅτ' cum accentu scribunt, quasi ex ὅτε: cum sit ex ὁτὲ, *aliâs*, cui mox dein respondeat ἄλλοτε. *Vers.* 9. ἱδρυμένη πόλεως ἐμβάπτισον e ἅλμῃ. Vulgo post ἱδρυμένη comma ponunt, ad praecedentia trahentes id verbum; non video quâ sententiâ. Cae-

e terum truncatam ab initio vocem ῥυμένῃ habent editt. Ven. & Baſ. Inde PURSANUS talem tentavit emendationem, ῥυπτομένας, πολλῇ ἐμβάπτισον ἅλμῃ: nempe, ut conſtanter fecit, Dalecampii verſionem, quoad fieri poterat, ſecutus. Sic autem ille: *in ferventem cum demerſeris aquam, & abraſeris, obrue multa muria.* Villebrunium non moror, qui hunc locum ſic reddidit: *alors vous les plongerez dans une eau qui vient de bouillir à l'inſtant, mais qui ſoit tranquille;* (quaſi ἱδρυμένῳ legeretur, eaque huic verbo vis ineſſet) *& vous en jetterez une grande partie* (πολλὰς) *dans la ſaumure.* Ego, nihil temere mutandum ſtatuens, ſuſpicatus eram, ἅλμην a poëta dici ἱδρυμένην πόλεως, quaſi diceret, *ſalis uſum in condiendis cibis, initium fuiſſe hominibus congregationis inter ipſos, ac vitae manſuetioris ac civilis.*

Verſ. 10. λευκὸν γλεῦκος σταμνίσον ὄξει. γλεῦκος recte, ut videtur, legitur in editis omnibus. γλυκεῖ habet *ms. A.* reclamante & metro & connexione orationis, quae ſubſtantivum deſiderabat, ad λευκὸν ſpectans. In *quatuor poſtremis verſibus* nullus omnino diſſenſus e *ms. A.* adfertur: nec in editis ulla varietas, niſi quod *vſ.* 14. pro ἰκμάζουσα, vitioſe ἰκμείζουσα habeant editt. Ven. & Baſ. *Verſ.* 13. εἴ γ' ἔνι ex *ms. B.* laudavit Villebr. CASAUBONUS, poſtquam praedixit, ſe non omnia in his praeſtare integra, monuit: »In ultimo verſu ſaltem ἄρυσαι ſcribendum, non ἄμυσαι: *hauri* e vaſculo, quod »σταμνίον modo appellavit.« — Ego, cum extremorum horum verſuum vim non ſatis perceptam habere mihi viderer, in latinum transferre ſermonem non ſum auſus: itaque Dalecampii verſionem, nullo mutato verbo, uncis quidem incluſam, ſubieci. Huiusmodi in locis, ubi mihi ipſe non facio ſatis, commodum duco, quid alii praeſtiterint aut ſibi viſi ſint praeſtare, adponere ſtudioſo Lectori. Igitur ne Gallici quidem interpretis verſionem eorumdem quatuor verſuum gravabor huc transſcribere. Ea ſic habet: *En général, vous pourrez auſſi jeter auparavant, dans le vaiſſeau, des raiſins ſecs que vous aurez écrasés avec une molette, ou de la graine piquante de moutarde. Si vous y joignez de la lie de vinaigre, capable de ſe faire ſentir vivement, même à une tête forte, vous pourrez puiſer une ſaumure bien faite pour ceux qui auront beſoin de manger.*

f Δίφιλος - - ἐν Ἀπολειπούσῃ. Vide ſupra ad p. 132. d.

In DIPHILI *verſ.* 1. Ἐν δ' ἐστὶν. Sic ex conieƈt. corrigendum putavi. Cum inficeta diƈtio, tum luxatum metrum, medicinam flagitabat. Brevius GROTIUS, Ἔστιν ὄξος ὀξύ σοι; in Excerpt. pag. 783. Eiusdem Grotii latinam interpretationem Graecis verſibus ſubiecimus.

Verſ. 4. ἢ φυλλὰς ἢ δριμεῖα περιοισθήσεται.

In ed. Ven. & Baſ. ſic expreſſus erat hic verſus:

ἢ φυλὰς, ἢ δριμὰ περισισθήσεται.

Tum Caſaubonus, ex conieƈtura, (nam deſtitutum ſe in Diphili verſibus librorum auxilio ipſe conqueritur) in hunc modum refinxit:

ἢ φυλὰς, ἢ δριμεῖα περιοισθήσεται.

nec ullus ab hac ſcriptura diſſenſus adfertur ex *ms. A.* Epitomator vero hunc verſum cum praecedentibus omiſit. GROTIUS (ſive SCALIGER, cui illam emendationem acceptam Grotius in Notis refert) ἢ φυλλὰς ἢ δριμεῖα correxit; tum vero ex περισισθήσεται, quod in ed. Baſ. repererat, περισεισθήσεται fecit. Cuius ſcripturae Grotianae priorem partem accipiens, in poſteriori hemiſtichio tenendum duxi περιοισθήσεται a Caſaub. oblatum, & a membranis noſtris (ni fallor) confirmatum: ut ſit, *circumferetur;* id eſt *adponetur convivis & offeretur eis;* a verbo περιφέρειν, cuius frequens eſt uſus, ubi de epulis agitur. Sic vero φυλλὰς non tam pro *condimento* fuerit accipiendum, quam pro *cibo;* ſed pro cibo eximie condito: quare etiam in τῶν ἡδυσμάτων numero *vſ. ſq.* refertur. φυλλὶς quae dicitur II. 66. d. (ubi vide notata) videri poterat nonniſi condimenti loco fuiſſe; attamen & ipſa III. 120. d. ut iuſtus cibus memoratur. Et ſic φυλλὰς, quod h. l. legitur, auƈtore Polluce VI. 71. eſt ὑπότριμμα χλωρὸν, id eſt, *moretum vel intritum viride*, nempe *ex herbis:* pro quo φυλλιὰς, eodem ſignificatu ſcribitur apud Heſychium.

Verſ. 6. ἀναστομοῖ. Sic reƈte *ms. A.* Nec aliter legerat Epitomator, qui mutatâ quidem orationis ſtruƈturâ ἀναστομοῦται hoc loco ſcripſit. Inde derivatur nomen ἀναστόμωσις, de quo paulo ante. Perperam ἀναστομεῖ edd. *Verſ.* 7. κατημβλυωμένον. κατημβλυμμένον *ms. Ep.* bene per ſe: a verbo καταμβλύνω, quod etiam uſitatius: ſed parum apte ad metrum.

AD CAP. XII.

a In ALEXIDIS *verſ.* 3. Pro *εὐθέως*, quod eſt in editionibus vett. & *ms. A.* recte *εὐθὺς* ex *Epit.* adoptavit Caſaub. monitus etiam ab Hoeſch. At ne ſic quidem perſanatus verſus: nam, pro *ἂν οἴνου*, aut *ἢν οἴνου* ſcribendum, ut fecit BRUNCK in Notis ad Sophocl. Oedip. Colon. 138. aut *ἐὰν οἴνου*, ut monuit IACOBS in Notis msstis. Dictionem *ὀσμὴν ἴδωσιν*, (*verſ.* 4.) BRUNCKIUS l. c. contulit cum iſta Sophoclis *ὁρῶ τὸ φωτιζόμενον*, & illa Aeſchyli, *κτύπον δέδορκα.* »*Video;* (inquit) id eſt, *percipio.* »Verbis *videndi*, cum ſit is ſenſus omnium nobiliſſimus, »reliquorum ſenſuum perceptiones declarantur.« — Sic apud Noſtrnm, *ἦχος λεύσσων*, VIII. 343. f. Et inprimis ſimile illud, *Τάριχος ὀπτὸς εὐθὺς, ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ*, III. 119. e. ubi pariter *ἢν* vel *ἐὰν*, pro *ἂν*, fuerit reponendum. At duriorem h. l. dictionem illam ratus Epitomator, *ἴσχωσιν* pro *ἴδωσιν* ſcripſit.

Verſ. 4 *ſq.* »Graviſſimae mendae verſum quartum & »quintum deformant. Sic enim legitur: *συμφορὰν λέγεις, »ἀφ' ἂν φαίνῃς ἂν εἰς συμπόσιον εἰσελθὼν ἄφνω.* Quis »iſta intelligit? Nemo hercule nemo. Lego, planiſſimâ »& certiſſimâ ſententiâ,

»—— —— *συμφορὰν σέ γ' εἰσορᾷν*
»*φαίης ἂν εἰς συμπόσιον εἰσελθὼν ἄφνω.*

»Eleganter *συμφορὰν ὁρᾷν*, de re moleſta, & quam vi»deas ingratiis. Paulo aliter apud Sophoclem, *θάνατος »τάδ' ἀκούειν*, & ſimilia. A libris eſt *τὸ φαίης* pro »*φαίνῃς*: caetera ab ingenio.« CASAUB. — *Φαίης* recte noſtri etiam libri dederunt; quod iam Dalecampius ex coniectura viderat. Caeterum percommode teneri poſſe vulgata ſcriptura mihi viſa erat, loquentium partes ita diſtinguendo, ut a nobis praeeunte eodem Dalecampio factum. Nec vero turbare nos debet illa particulae *ἂν* pleonaſtica repetitio; quae frequens admodum Atticis. Ad *φαίης ἂν* intelligo, *συμφορὰν γενέσθαι* vel *συμβεβηκέναι*, *diceres fane, portentum* aut *magnam calamitatem accidiſſe;* puta, *ſubito mente alienatos fuiſſe hos homines*, aut aliquid ſimile. *Verſ.* 6 *ſq.* Bene *ἴσως ἔπεστί τις χάρις* habent edd. cum *ms. Ep.* & ignorant *σοι*, quod importune hîc inſerit *ms. A.*

Verſ. 8. *ἢ τὸν παραμασύντην ἴδω.* Recte *ἴδω* edd. cum

Epit. »Παραμασύντης recte exponitur de *parasito*. Lib. a »VI. [pag. 242. c.] παραμασήτης scriptum ex eodem poë»ta, quod videtur ἀναλογώτερον: nam μασᾶσθαι dicimus. »Sed utrumque dixerunt Graeci. Hesychius: Μασύντης, »παράσιτος.« CASAUB. — Etiam παραμασύλτης legitur, XIV. 642. e. nescio an vitiose, sed consentientibus certe nostris membr. *A*. Hoc loco in *ms. Ep.* spatio vacuo relicto, omissum illud ipsum vocabulum; quod nempe suspectum fuerat Epitomatori.

Vers. 9. »Penultimus versus ita scribitur:

»καυκιζόμενον τὰ λευκὰ, τὸν ἀβαλλόν θ' ἅμα. b

»Scio, καυκὶς reperiri pro βαυκὶς· [nempe sic edd. in»vitis msstis, XIII. 568. b.] hic tamen βαυκιζόμενον »scribi malim. Hesychius, ubi docuit, βαυκίζεσθαι usur»pari pro ῥύπτεσθαι, subiicit haec: βαυκιζόμενον· τρυ»φερὸν καὶ ὡραϊστήν. [id est, *voluptarium; lenocinio & fu»co exornatum.*] Videtur optimus ille Grammaticus hunc »ipsum Alexidis locum ante oculos habuisse cum haec »scriberet. Est igitur βαυκίζεσθαι τὰ λευκὰ, *per lasciviam »ostentare baucides* (id calceamenti genus) *albas*. Baucides »fere crocei coloris erant, ut scribit Pollux. Hic osten»tator ineptus *albas* gestabat, easque inter saltrandum »subinde ostentabat. Homo stultus multis nominibus: »nam in totum ineptae ad saltrandum erant baucides, »non minus quam illae quae hodie nobis a subere, id »est, ἀπὸ τοῦ φελλοῦ, appellantur *pantofellae*. Baucidibus »solitum suber suppingi, (vel quia hibernum erat hoc »calceamenti genus, vel quia a mulierculis gestabatur, »quae mendacio staturam irent adiutum,) declarat incer»ti poëtae versiculus apud veteres magistros, [apud Athen. »XIII. 568. b.] ὁ φελλὸς ἐν ταῖς καυκίσιν [immo βαυκί»σιν, ut est in mss.] ἐγκεκάττυται. Verum haec alio »loco melius & uberius. Posterius hemistichium ad in»citas redegit nos saepe. Membranae nos destituunt. Bre»viator hunc versum circumscripsit, [nempe omisit simul »cum prima voce versus sequentis,] reliquos omnes de»scribens: cautam diximus iam multoties. [nempe, quod »nimis corrupta & insanabilis scriptura ei videretur.] »Scribo, τὸ νάβλον θ' ἅμα. Videtur ineptulus hic inter »saltrandum *calceos ostentasse*, & *nablum*, quod manibus te»nebat.« CASAUBONUS. — Late super eodem loco disputavit GATAKER, in Adversi. Miscell. Posthum. cap. 26.

b pag. 712 sqq. nec tamen prorsus ad liquidum rem perduxit. Illud haud dubitandum, recte *βαυκιζόμενον* ab utroque viro docto esse emendatum: erroris fons in promptu, de quo haud multo etiam ante diximus, ad IV. 129. e. Verbum autem hoc *βαυκίζεσθαι* »interpretor (ait »ille) vel *τὰς βαυκίδας ἐνδύεσθαι, crepidis illis indutum »esse*, vel *τὸν βαυκισμὸν ὀρχεῖσθαι, bauciſmum ſaltare.* Est »autem *βαυκισμὸς* (ut docet Pollux IV. 100.) Βαύκου ὀρ»χηστοῦ κῶμος ἐπώνυμος, ἁβρά τις ὄρχησις, καὶ τὸ σῶ»μα ἐξυγραίνουσα. Forte etiam, *inter ſaltandum Ionicum »aliquid cantilatum eſt:* nam Hesychio Βαυκισμὸς est εἶδος »ᾠδῆς πρὸς ὄρχησιν πεποιημένον.« Haec Gatakerus: quibus perlectis, quid sibi hic velint adiecta verba *τὰ λευκὰ*, nondum video. Nam, quod in mentem mihi venerat, *τὰ λευκὰ* fortasse intelligenda *ἀνόητα* & *μαινόμενα*, (coll. Hesych. in λευκαὶ φρένες, & ibi Interpp.) id quidem minime urgere ausim. Etiamque si cum Casaubono ad *crepidas* referas *τὸ βαυκιζόμενον*, ne sic quidem *τὰ λευκὰ* ad easdem *crepidas* commode referri posse videntur: sic enim *τὰς λευκὰς* dicturus fuisset poëta, e verbo *βαυκιζόμενον* nomen *τὰς βαυκίδας* intelligens; non *τὰ λευκὰ*, ut aliud nomen (*ὑπόδημα τὰ*) esset intelligendum. Levis oborta mihi suspicio erat, spectare fortasse huc aliquatenus id quod apud Hesychium legitur, Ταλικής· *ἀναιδής*. Sed de hoc viderint eruditi. In posteriori vero hemistichio percommodum videtur GATAKERI inventum, *βαλλίζονθ' ἅμα*, id est, *tripudiantem*: de quo verbo consule Nostrum, VIII. 362. a. & sqq.

Vers. 10 *sq.* *ἥδιστον ἀναπήξαιμ' ἂν αὐτὸν ἐπὶ ξύλου λαβών.*

Primam vocem cum integro versu praeced. omisit Epit. Mirum vero, quod deinde uterque codex cum edd. in *ἐπὶ τοῦ ξύλου* consentit, quod metro repugnabat. Percommode IACOBS, *in Notis msstis*, corrigit:

ἥδιστ' ἀναπήξαιμ' αὐτὸν ἐπὶ ξύλου λαβών.

»ἂν deletum, inquit, hoc loco non valde desiderabitur.«

ANTIPHANIS *vers.* 1 *seq.* *ὀρχούμενον ταῖς χερσί.* Significatur quidem verbo *ὀρχεῖσθαι* omne motuum corporis & gesticulationum genus. Vide Nostrum I. 21. a. tum Hesychium in 'Ορχεῖται, & Plat. in Cratylo pag. 277. Sed mire tamen & insolenter dictum, *ὀρχεῖσθαι ταῖς χερσί*. Quod nos coniectavimus, *τοῖς χουσὶ*, haud impro-

babile fortaſſe iudicaverit qui contulerit VII. 276. e. & X. 437. e. *Ibid.* τὸν βάκηλον. βάκηλος, ex veterum interpretatione, eſt ὁ μέγας καὶ ἀνόητος. Vide Heſych. & ibi Interpp. Sic latine *baceolum* pro *ſtulto* dicere conſueverat Auguſtus, teſte Sueton. c. 87.

Verſ. 4 *ſq.* ὃ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὃ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδη. c

»De *Theodecte* (inquit CASAUBONUS) verſus eſt Anti»phanis, ὃ τὰ κεφάλαια &c. hoc eſt: *qui Euripidi fabulas* »*ſuas componere aggreſſuro, ſumma capita deſcribit, & primam* »*faciem tragoediae delineat.*« — At non de *Theodecte* hoc dicit poëta, ſed de eodem philoſopho, quem modo dixerat *inveniſſe Theodectae artem.* Quibus nominibus an certum aliquem hominem deſignare voluerit, quisve ille ſit quem dixerit, non definiam. Euripidem in ſcribendis tragoediis adiuviſſe Socrates a nonnullis perhibebatur; (Diog. Laërt. II. 18.) quem neſcio an hîc in animo habuerit poëta. *Theodectis* Phaſelitae apud Noſtrum X. 451. e. laudatur ſolertia in proponendis gryphis, reſolvendisque his qui ab aliis eſſent propoſiti. Quae autem hîc commemoratur *ars Theodectae*, videtur *Ars Oratoria* eſſe, qua & excelluiſſe, & eamdem ſcriptis illuſtraſſe & pater Theodectes, & filius cognominis, traduntur. Vide Suidam, & Fabric. Bibl. Graec. T. II. p. 312.

ERIPHI *verſiculi*, paſſim in Sententiarum ſyllogis e Comicis collectarum leguntur, ex Athenaeo translati: ſic in Brunckii Gnomicis p. 201.

In ALEXIDIS *verſibus*, cum pravâ verborum diſtinctione prorſus obſcurata eſſet oratio, ita diſtinguenda verba eſſe, ut a nobis factum, perſpecte docuit CASAUB. in *Animadv.* Quod autem idem pro ὄ ϕ ο ν, quod *vſ.* 3. d editum erat, neceſſario ὄ ϊ ο ν legendum cenſuit: pro eo percommode ὄ ϕ ω ν dedit *ms. A.* In *Epit.* omiſſa eſt iſta ecloga.

AD CAP. XIII.

Ἀττικὸν δὲ δεῖπνον - - διαγράφει Μάτρων ὁ παρῳδός. »Multum Athenaeo debemus qui MATRONIS *Parodiam* »nobis conſervavit deſcriptam iſto loco. Carmen eſt & »ingenioſum, & leporis ac venuſtatis pleniſſimum. Me»rebatur profecto eius venuſtas, ut plus paullo operae »in illius interpretatione viri docti ſumerent. Tirones qui-

d »bus est otium, si me audient, singula huius parodiae »cum Homerico fonte, unde sunt derivata, contendent: »suave erit ac iucundum considerare qua dexteritate sen»tentias poëtae in diversissimum sensum Matro hic detor»serit.« CASAUB. — Post H. STEPHANUM, qui hoc carmen, cum aliis Parodorum fragmentis, ad calcem *Certaminis Homeri* & *Hesiodi* anno 1575. adiectis *Ios. Scaligeri* Castigationibus edidit; idem carmen cum aliis MATRONIS *Fragmentis* exhibuit BRUNCK in Analect. Tom. II. pag. 245 sqq.

»*Primus versus*, Δεῖπνα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροφα »καὶ μάλα πολλά, quod nemo non videt, ex isto factus »est, [Od. α'. 1.] Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, »ὃς μάλα πολλά. *Proximus*, ἃ Ξενοκλῆς &c. totus est »Matronis, nisi quod Homericum verbum δείπνισεν usur-e »pavit. *Sequens*, ἦλθον γὰρ κἀκεῖσε &c. totus est poë»tarum principis, [Od. ζ'. 164.] unica voce excepta. »Etiam *quartus*, οὗ δὴ καλλίστους ἄρτους ἴδον ἠδὲ μεγί»στους, sine dubio Homeri est: etsi non memini nunc »quomodo apud illum scribatur. Similis versus in sex»to Iliad. [ζ'. 164.] ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν ἠδὲ μέ»γιστος.« [Quem versum spectabat Parodus, eum habes Iliad. κ'. 436. Τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους.] »*Quintum* cum legas, λευκοτέρους χιόνος, »ἔσθειν δ' ἀμύλοισιν ὁμοίους: veniat in mentem necesse »est istius de Rhesi equis, [Iliad. κ'. 437.] Λευκότεροι »χιόνος, ἴσθειν δ' ἀνέμοισιν ὅμοιοι. Similis eiusdem poë»tae parodia, [apud Athen. II. 64. c.] Λευκοτέρας χιό»νος ἰδέειν ἀμύλοισιν ὁμοίας· τάων φυομένων ἠράσσατο πό»ντια γαστήρ. « CASAUBONUS. — *Vers.* 5. Pro ἔσθειν, quod recte editum est, perperam uterque codex ἐσθίειν habet, contra quam desiderabat metrum. Subinde etiam alibi, partim a librariis, partim ab editoribus, temere permutatas inter se vidimus duas istas eiusdem verbi formas, ἔσθειν & ἐσθίειν. ἄμυλος proprie adiectivum nomen, *molam non expertum* significans. Inde per ellipsin fiunt substantiva: unum, neutrius generis, τὸ ἄμυλον, scil. ἄλευρον, *amylum*: aliud masc. gen. ὁ ἄμυλος, scil. ἄρτος, sive ἄμης: cf. XIV. 644. f. aliud foem. gen. ἡ ἄμυλος, scil. μᾶζα; sive per se substantivi vice fungatur haec vox ἡ ἄμυλος, qua utitur Aristoph. Pac. 1194. ubi τὰς ἀμύλους scholiastes interpretatur πλακοῦντάς τινας, *placen-*

tarum genus quoddam. Et ſic h. l. Matron ἀμύλοισιν in foem. e gen. uſurpavit.

»*Sextus verſus*, τάων καὶ βορέης ἠράσσατο πεττομενάων, »[πεσσομ. *ms. Ep.* πεπτομ. ed. Baſ. & Caſ.] quantum me»mini, apud Poëtam legitur paulo aliter de equabus Dar»dani quas Boreas adamavit. Alicubi ſub Iliadis finem »[Iliad. υ'. 223.] recordor legere hunc verſum, τάων »καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων. Hic vero τάων intel»lige ἀμύλων: *quarum, dum coquerentur*, ſive *recens cocta»rum, vel Boreas poterat affici deſiderio.* Senſus autem eſt: »adeo bonos panes illos aut placentas fuiſſe, ut etiam »Borealia celebrantibus apponi potuerint. Moris fuit »Athenis, Boreae ſacra facere, demerendi illius gratia. »Magna ſolennitate is dies celebrabatur, atque inprimis »lautis opiparisque epulis. Βορεάζειν hoc dicebant: & βο»ρεασμὸν ſuperſtitionis huius ritum. Heſychius: Βορεασ»μοί· Ἀθήνησιν οἱ ἄγοντες τῷ Βορέᾳ ἑορτὰς καὶ θοίνας, ἵνα »ἄνοτοι (malim ἄνοσοι) πνέωσιν. ἐκαλοῦντο δὲ βορεασμοί. »Videtur dicere, thiaſotas horum ſacrorum fuiſſe appel»latos βορεασμούς. Ego arbitror, βορεασμὸν id eſſe quod »iam diximus: at, qui ſuperſtitionis huius ſacra conce»lebrarent, eos eſſe dictos βορεαστάς, ut εἰκαδιστὰς, τε»τραδιστὰς, & ſimiles.« Casaubonus. — Vide Heſychii Interpp. l. c. At, de his cogitaſſe iſto loco Matronem minime equidem confirmaverim.

Verſ. 7. Αὐτὸς δὲ &c. Vide Iliad. γ'. 196. & δ'. 231. & 250. *Verſ.* 8. στῆ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰών. σχεδόθεν δέ οἱ ἦν παράσιτος. »Duo hemiſtichia, quae variis in locis in »Ulyxea leguntur, conflavit in verſum unum. In prio»re nihil mutavit: [vide Iliad. ζ'. 375. Odyſſ. ν'. 128.] »poſterius ita habet, [Od. β'. 267. & υ'. 30.] σχεδόθεν »δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη.« Casaub. *Verſ.* 9. Χαιρεφόων, πει»νῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. »Invenies in poëmate de Ulyſſe, »Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα, λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς.« Idem. — Non de Ulyſſe, ſed de Mercurio iſta dicuntur Od. ε'. 51. Apud Poëtam de *laro ave* ibidem continuo ſequuntur illa, ὅστις - - ἰχθῦς ἀγρώσσων, *quae piſces venatur*; pro quibus Parodus πεινῶντι λάρῳ ſcripſit. De *Chaerephonte*, *paraſito*, plura apud Noſtrum infra reperies, IV. 164. f. & 165. a. tum rurſus lib. VI. p. 242 extr. & ſqq.

Verſ. 10. νήστης, ἀλλοτρίων εὖ εἰδὼς δειπνοσυνάων. f »Scribendum νῆστις. Apud Homerum memor ſum le-

f »gere, εὖ εἰδὼς ἱπποσυνάων, [τεκτοσυνάων Odyſſ. ε'. 250.] »& λελασμένος ἱπποσυνάων. [Iliad. π'. 776. Od. ω'. 40.] »Caetera comparent ſtudioſi adoleſcentes, quibus plus »eſt otii quam mihi.« CASAUBONUS. — νῆστις, quod voluit Caſaubonus, habet Epitome, & ex ea Euſtathius, cuius tamen locum a Pierſono ad Moerin pag. 279. citatum reperire mihi non contigit. Eamdemque ſcripturam adoptatam a Brunckio video in Analectis l. c. & a Toupio, Emend. in Suid. P. III. p. m. 499. Quo quidem ſumto, quo pacto conſultum metro exiſtimare potuerint doctiſſimi duumviri, exputare non poſſum. Itaque νήστης tenui, quod cum editis tuetur *ms. A.* Nec enim barbara eſt illa vocis forma, ut moroſior contendit Phrynichus: ſed ex communi Graecorum ſermone, ut docuit Moeris; pro qua Attici utique νῆστις uſurparunt.

Verſ. 11. Τῷ, *tunc:* pro τούτῳ τῷ καιρῷ, vel ἐν τούτῳ, ut ſaepe apud Homerum. *Verſ.* 12. οἷς ἐπιτετράφαται. Iliad. β'. 25 & 62. Sed ridicule, ne dicam imperite, verbum plurale ἐπιτετράφαται (quod quidem cum editis tenet codex noſter uterque) ad ſingularem μέγας οὐρανὸς refertur. At, ni me omnia fallunt, eſt is veteris alicuius librarii error, qui illum, quem modo citavi, Poëtae verſum in animo habuerat. Sed manifeſte alius eſt verſus, quem non modo reſpexit Parodus, verum etiam maiori ex parte expreſſit, Iliad. ε'. 750. & θ'. 349.

τῆς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε.

Itaque ἐπιτέτραπται etiam apud Noſtrum legendum putem. Feſtive autem utique *culina fornicata, cuius imperium tenet coquus,* οὐρανὸς ὀπταναίων vocatur. *Culina* graece aliàs τὸ ὀπτάνειον vel ὀπτάνιον eſt: nunc foeminini generis nomen ἡ ὀπτανία finxit Parodus; niſi fortaſſe hoc nomine non modo *culinam*, ſed *totam rem coquinariam* ſignificatam voluit. Colorem habitumque *verſus ſequentis,* ἡμὲν &c. adparet mutuatum eſſe ab eo qui apud Homerum excipit illum, quem modo adpoſuimus.

Verſ. 15. ἤσθιον εἴδατα πάντα. *omne genus ciborum co-*
a *medi.* Recte ἤσθιον *ms. Ep. Verſ.* 17. ὠμοτάριχον. cf. III. 117. c. & 121. b. *Verſ.* 19. οἱ δὲ κυλινδ. Vide Iliad. π'. 794. *Verſ.* 20. ἐν καθαρῷ &c. Totus ex Iliad. ψ'. 61. expreſſus. Sed, quod *fluctus* hîc narrat Parodus *litus adluentes,* videri id poſſit pugnare cum eo quod initio dixerat, *Athenis* actum eſſe hoc conviyium. Nempe in

portu actum ſtatuit, qui pro parte haberi poterat urbis a Athenarum. *Verſ.* 21. πολλὰς δ' ἐκ κεφ. Iliad. κ'. 15. *Ibid.* εἵλκον in tertia perſ. acceperam, ſubintelligens ἑαυτοῖς. At ſic εἵλκοντο fuerat dicendum. Fuerit igitur prima perſ. ſing. *ego extraxi*, *evulſi illis.*

Verſ. 22. Ἡ δὲ Φαληρικὴ ἦλθ' ἀφύη. Vide ad III. 108. Animadv. Tom. II. pag. 242. *Verſ.* 23. ἄντα παρειάων &c. Poëta, de Penelope, Od. α'. 334. ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα. Haec verba ad *apuas* referens Parodus, ῥυπαρὰ κρήδεμνα dicit, id eſt, *ſordida redimicula*: haud ſatis adparet quâ ſententiâ. *Algam* intelligit CASAUBONUS; quae quidem quid huc faciat non video: nam, ut dem, quod ait ille, *cum multa alga capi apuas*; tamen non cum alga menſis inferuntur. Propius ad verum acceſſiſſe DALECAMPIUS videtur, cum ait: »Garum intelligit, quod ad intinctus adhibetur.« Certe reſpexiſſe Matronem probabile eſt modum habitumque, quo inſtructae menſis inferri apuae ſolebant. Ac poterat, hoc reſpectu, tenere Homericum epitheton λιπαρὰ: quod miror non ab eo factum, cum praeſertim etiam ex vocis ambiguitate ioco locus fuiſſet. Nam cum λιπαρὰ κρήδεμνα apud Homerum *nitidum redimiculum* ſignificaret, hîc, ubi de *apuis* agitur, foret *pingue redimiculum*; quoniam multa pinguedine unctae apuae menſis adponebantur, ut diſcimus ex III. 96. c. ubi vide notata. At nimirum, quia illud edulium, ac praeſertim nimium illud pingue, non ſatis ad palatum erat noſtro Parodo, ideo λιπαρὰ in ῥυπαρὰ convertit, & pro *nitido* aut *pingui*, *ſordidum* dixit.

Verſ. 24. τοὺς δ' ὁ Κύκλωψ ἐφίλει, καὶ ἐν οὔρεσιν b
ἐξεπεφύκει,
πίνυας ἦλθε φέρων, καὶ ἄμυλα ἠχθέντα.

Ad iſta verba haec eſt CASAUBONI Animadverſio: »Scribebam, Τὸν δ' ὁ Κύκλ. & cum ſequenti verſu continuabam. Deſcribit unum aliquem e ſervis Xenoclis: illum nempe qui pinnas menſae intulerat. Eum ait Cyclopi fuiſſe dilectum, atque adeo a Cyclope in ſuo antro generatum. Horridum aliquem ſervum, viſu turpem, & altero oculo captum deſignat. IOSEPHUS vero »SCALIGER cum ſuperioribus hunc verſum iungens, ſcribendum arbitrabatur, τὰς δ' ὁ Κύκλωψ ἔφλη καὶ ἐν »οὔρεσιν ἔξεσε φύκη. *Has*, inquit, *mandebat Cyclops*,

b »& *in montibus eradebat* τὰ φύκη: nam apuae cum multa »alga capiuntur, quae est φῦκος: & *algas* ipsas superiore »versu vocabat λιπαρὰ κρήδεμνα. In *vers.* 25. postrema »manifesti vitii sunt comperta. Proclive esset emendare, »καὶ ἀμύγδαλα ἠχήεντα: nisi & praecedentia obsta»rent, & magis sequentia. Scribe igitur, vel cum acutissi»mo Scaligero, καὶ τήθη μυελόεντα, vel, ut censeo»mus nos, καὶ ὀσμύλι' ἠχήεντα. Vocem ἠχήεντα omni»no retinendam puto: est enim Homerica, [Iliad. α'. 157. »Od, δ'. 72.] quo respexisse parodum non dubito. *Os»myli* inter *polyporum* species recensentur, [VII. 318. e.] »&, ὀσμύλια dixisse Aristophanem in Danaidibus, ex Athe»naeo [VII. 324. b.] & Polluce [II. 76.] discimus. »Olim scribebam, καὶ κογχύλι' ἠχήεντα.« — Ego, cum in his omnibus nihil certi viderem, nil mutatum totum locum, qualem in libris inveni, repraesentavi; nisi quod *asteriscum* in fine *vers.* 24. adieci, quo vel scripturae corruptela, vel defectus indicaretur: nam, intercidisse nonnihil post illum versum, haud vanâ fortasse coniecturâ suspicari licuerit. Nil autem variant libri editi scriptique: nisi quod *vs.* 24. pro φίλει quod erat editum, recte codex noster uterque ἐφίλει exhibeat; tum quod *vs.* 25. pro πίννας (quod cum editis Epitome tenet) πίνας habeat *ms. A.* suo more: denique, pro ἄμυλα, quod eadem Epit. cum edd. tenet, est ἀμύλα in *ms. A.* cum accentu in penult. quod ad ὀσμύλια (quae Casauboni erat coniectura) paulo etiam propius accedit. Illud adiicio: si ὀσμύλια aut cum apostropho ὀσμύλι' legendum statuas, mirum videri posse, quid sit quod ἠχήεντα, *sonora*, adiiciat poëta; quod quì *polypis* conveniat haud satis adparet: sed id eo pertinere coniicias, quod inter saxa & petras vivit polypus, eisque se adglutinat, ubi maxime fremens mare est, ἠχήεσσα θάλασσα, ut ait Poëta Iliad. α'. 157. VILLEBRUNIUS, alia hîc nonnulla suo arbitratu mutans, quae non moror, versuum etiam seriem mutandam censuit: ita ut *verss.* 24-26. proxime sequantur illum, πολλὰς δ' ἑκ κεφ. *vs.* 21. utque adeo illud pronomen τοὺς δ' ὁ Κύκλωψ ad echinos referatur; tum proxime ante *vs.* 27. Ψῆττα τε &c. inferantur illi duo Ἡ δὲ φαλερ. & ἄντα παρειάων, qui sunt num. 22 seq. Denique non alienum fuerit, si DALECAMPII interpretationem difficilis huius loci adposuerimus; quae est huiusmodi:

Quibus vero Cyclops oblectatur, quamvis in montibus b
educatus, [ἐξετεφυκὼς]
pinnas coquus attulit: amylaque celebria,
quae alba nutrit aqua saxo fugaci circumrotato.

Vers. 26. Cum sic olim ederetur, ἃς καταφυγότριχος &c. adnotavit CASAUBONUS: » Sine controversia verum est, » quod SCALIGER divinavit, ἃ κατὰ φυκότριχος. « — Et haud dubie ad proxime praecedentia verba ἀμυλα (aut quidquid de hoc facias) ἠχήεντα, inferendum relativum ἃ, non ἃς, videri debebat. Sed quoniam, quo pacto a brevi syllaba ἃ incipi versus hexameter posset, non vidi; mutare istud, quod cum editis agnoscunt vetustae nostrae membranae, non ausus sum: quamquam, quo referatur ἃς foemininum, haud adparet; nisi forte ad ψῆτταν & τρίγλην trahi possit, quae vs. sq. commemorantur: quo respectu in fine versus rectius fortasse facturus eram, si *minorem distinctionem*, quae erat in editis, post ὕδωρ, tenuissem, & initio versus sequentis ψῆτταν minuscula litera initiali scripsissem. Nec vero magis adparet, Epitomator quid spectarit, οὓς pro ἃς scribens.

Vers. 27. Ψῆττά τε. Novam phrasin ab his verbis incipiens, subintellexeram verbum ἦλθεν, *venit in mensam, mensae illata est.* Sic supra, vs. 22. & infra vs. 33. & saepe alibi. Ψῆττα pisces, latine *passer*, atque etiam *rhombus* vocatur, ut ipse adnotavit Athen. VII. 320. b. *Ibid.* »χονδροφυῆ (ait CASAUB.) interpretor, *cui mollis caro in-* »*star alicae.* « — Quum vero graecum nomen χόνδρος *cartilaginem* etiam significet; statui *cartilagineum* fortasse dicere voluisse Matronem: & in cartilagineorum numero refertur ψῆττα apud Nostrum VII. 330. quamquam imperite id fieri notavit Gesner. de Aquatil. pag. 674. l. 58. Confer vero quae deinde disputavit idem Gesner. p. 850 init. *Ibid.* τρίγλη μιλτοπάρηος. Epitheton Homericum ex Iliad. β'. 637. quod quo pacto huic conveniat loco, intelligitur ex Athen. VII. 325. e. ubi ἐρυθρόχρως τρίγλη. conf. Coray ad Xenocr. de Alim. ex Aquatil. pag. 146.

Vers. 28. κρατερώνυχα χείρα. κρατερώνυξ apud poëtam non solum equi & muli epitheton, sed & lupi & leonis, Od. κ'. 218. *Vers.* 29. Perperam οὐ δ' ἔφθην edd. & mss. quod in ἔφθην esse mutandum viderunt omnes. Porro adnotavit CASAUB. » Scaliger, οὐδ' ἔφθην τρῶσαί μιν· ἄασε » δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων. Invenimus in Hoeschelii Excerptis,

b » τρώγειν. Itaque ſic verſum concinnamus: Οὐδ' ἔφθην » τρώγειν· ἐπεὶ ἄασε Φοιβ. Ἀπ. Homerus, [Od. φ'. 287.] » ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ. « — Mihi veroſimillimum viſum erat, ἵνα εἴασε (quod cum editis *ms. A.* tenet) in ἵν ἔασε eſſe mutandum, *quum me ſiviſſet.* ἔασεν Ἀπόλλων habes Iliad. φ'. 596. Tum vero, pro τρώσας, quod & ipſum membranae noſtrae cum editis habent, utique τρώξας legendum putem, collata praeſertim Epitomae ſcriptura τρώγειν.

Verſ. 30. ὡς δ' εἶδον bene edd. Perperam ὡς ἴδων vel ὡς ἴδον mssti. *Ibid.* κρατερὸν μήστωρα φόβοιο. Ex Iliad. c ζ'. 97. μ'. 39. *Verſ.* 31. τρίγλης ἱπποδάμοιο. Generoſiores piſces feſtive ut nobiles equites inducit. *Ibid.* Perſpecte κάρη ex Epit. adſciſcendum monuerat Hoeſch. & adoptavit Caſaub. conſentiente noſtro ms. *Ep.* Corrupte κακῆς ed. Ven. & Baſ. cum *ms. A.* *Verſ.* 32. Ἀλλ δ' ἐλόμην χάρμη. Corrupte Ἀλλ' ἐλόμην una ed. Baſ. χάρμη, de *pugnae contentione*, frequens apud Homerum. Sic & ἀλ ἐλέσθαι, *rurſus eripere*, Iliad. π'. 54 & 58. *Ibid.* λαιμὸν δ' ἀπλητον ἄμυξα. λιμὸν erat in editt. vett. Inde verſio Dalecampii, *inexpletam* famem ſatiavi. λαιμὸν, ab Hoeſchelio iam olim ex Epit. commendatum, & codicis *A.* auctoritate firmatum, merito recepit CASAUBONUS, adiecta in Animadv. interpretatione huiusmodi: » *Mugi-* » *lem prehendi, & in contrariam partem traxi per vim, & Stra-* » *toclis inexplebile guttur unguibus laceravi.* « — At, cur *unguibus laceravi?* Satis puto fuerat, *laceravi.* Nempe inſatiabilis Stratocles *manu* quidem tenebat mulli caput, ſed partem eius etiam *ori* ſuo iam inſeruerat, mordicusque tenebat: cui vi eripiens praedam Matro, *guttur* hominis miſere *laceravit.*

Verſ. 34. σπιπὶν εὐπλόκαμος. Frequentatiſſimum apud Poëtam epitheton, ſcite ad *ſepiae cirros* translatum. Sed totus paene verſus ex Homero expreſſus: Od. κ'. 136. λ'. 6. μ'. 449. Vocabulum αὐδήεσσα non pro *vocali*, aut *quae cantu excellat*, accepiſſe Parodum adparet; ſed pro περιβοήτῳ, *nobili*, cum Euſtath. & aliis. *Verſ.* 35. Tam lepide, quam apte, de *ſepia* loquens, ἣ μόνη -- τὸ λευκὸν καὶ μέλαν οἶδε ait: quae ſcilicet carnem quidem *albam* habet, ſimul vero *atramentum* in ſe continet. Vide Geſner. pag. 497, 55. Erat vero alioquin proverbiale etiam dictum, εἴ τις οἶδε τὸ λευκὸν, ἢ τὸ μέλαν: de quo vi-

de Paroemiographos, & Schol. ad Ariſtoph. Eq. 1275 ſq. c

Verſ. 36. Καὶ Τιτυὸν εἶδον &c. Ex Odyſſ. λ'. 575 ſq. Et *Tityum*, i. e. *gigantem*, nunc dicit eximiae magnitudinis congrum. Alibi idem Parodus eosdem verſus in aliud argumentum detorſit, Τιτυὸν in σικυὸν mutans: vide ſupra, III. 73. e. *Verſ.* 38. Τῷ δὲ μετ' ἴχνια βαῖνε. Od. β'. 406. γ'. 30. &c.

Verſ. 39 *ſq.* ἔγχελυς, ἣ Διὸς εὖχετ' ἐν ἀγκοίνῃσι μι- d γῆναι &c. Expreſſus verſus ex Odyſſ. λ'. 267. *Verſ.* 40. ἐν κοιτῶν edd. vett. cum ms. *Ep.* Unde ἐν κοιτῶν' cum apoſtropho fecit Caſaub. (i. e. ἐν κοιτῶνι:) neſcio an conſentiente *ms. A.* e quo nullus quidem adnotatus diſſenſus. ἐς κοιτῶν in *ms. B.* ſcriptum docet Villebr. ἐν κοίταις corrigebat Purſanus. ἐκ κοιτῶν edidit Brunck, neſcio an praeeunte H. Stephano aut Scaligero: nec enim ad manus eſt H. Stephani editio. Ad ſententiam quod ſpectat, GESNERUS de Aquatil. pag. 44 ſub fin. ait: »*Anguillas ex* »*Iove natas* Matron Parodus apud Athenaeum fabulatur, »nimirum quod earum generatio incerta ſit: qua ratione »& fungos & tubera aliqui Deorum filios dixerunt. &c.« — At hanc anguillam quam dicit Parodus, non *natam* ex Iove facit, ſed *concubitu Iovis fruitam; unde natum ſit ferarum* vel *agreſtium anguillarum genus.* Suſpicabar, obverſatam Parodi animo eſſe fabulam de anguillarum cum ſerpentibus coitu: inde dixiſſe, hanc anguillam tantae molis fuiſſe, ut cum eâ ſub ſerpentis forma ipſe Iupiter coierit; quo ex concubitu alia immania in hoc genere monſtra prodierint. παμμεγέθης (*verſ. ſq.* 41.) refertur ad ipſam illam ἔγχελυν, quam menſae illatam dixerat: cuius magnitudinem dein immani hiatu hyperbolico deſcribit. Ibi, pro οὐδὲ δύ', quod erat editum, recte οὔ κε δύ' (i. e. οὐκ ἂν δύο) dedit codex noſter uterque. Mox, quod *Verſu* 44. ταί γε habent iidem ambo codices mssti, idque tenuerint editores omnes, id quale ſit non exputo. Nec enim ad ἐγχέλεις ἀγροτέρας hoc trahi poteſt, quae multo ante nominatae ſunt: nec rurſus ad eam de qua proxime dictum, (παμμεγέθης, ἣν) pluralis ταὶ poteſt referri. Itaque τοί γε omnino legendum arbitror, nempe δύο ἀνέρες ἀθλητῆρες: quod ipſum etiam ex verbo γενέσθην, in duali numero poſito, abunde intelligi videtur. Parum quidem commoda videri poterat in hac connexione γὰρ particula: ſed eam haud inepte in hunc modum intelligere

d licebit: *Hos duo viros dico; hos prae caeteris nomino: nam fuere hi prodigiosae staturae, & tamen non valuerint* &c. Atque etiam τοί γε habes in eo ipso versu Homerico, unde haec expressa sunt, Od. λ'. 310 sq.

Vers. 46. Πολλὰ δ' ἀναντα κάταντα κατὰ στέγας ἦλθ' ὁ μάγειρος. »Corripit posteriorem in στέγας: non »sine exemplo. Theocritus: [XXI. 1.]

»Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.«

[At iste quidem usus, Dorum proprius est.] »Sed & »στέγος idem significabit. Scaliger tamen κατὰ στί»χας malebat. Sensus est: *isse redisse cocum saepius e »culina in superiorem contignationem*, ubi coenatio. ἀνα»τα κάταντα eleganter appellat *scalas*. In Homeri versu, »Iliad. ω'. [immo Ψ'. 116.] *loci acclives & declives* sic »dicuntur.« Casaub. — Probabilior tamen videtur Scaligeri emendatio. conf. vs. 7. *Vers.* 47. Respicit ad Iliad. α'. 45 sq.

e *Vers.* 49. αὐτὰρ ἀπ' Εὐβοίας λοπάδες &c. Cum ἐπ' Εὔβοιαν consentiente *ms. A.* esset editum, adnotavit Casaub. »Melius in Excerptis, ἀπ' Εὐβοίας: sic vers. »95. ἐκ Σαλαμῖνος. Poëta intelligit *patinas Caryssias*: quas »fuisse Athenis in pretio discere est ex libro quarto.« — Nempe ex IV. 169. f. Eamdem scripturam ex nostro *ms. Ep.* recepimus, praeeunte etiam Brunckio. ἐπ' εὐβοσίαν nonnullos legendum putasse adnotavit Dalecamp. Quo trahere quodammodo possis id quod est apud Hesychium, Εὐβοσίης· εὐτροφίας.

Vers. 50. ἦλθε ποδήνεμος ὠκέα τευθίς. Iliad. β'. 786. *Velocem* vocat *loliginem*, quia volitare perhibetur, ex aquis se efferens, quo inimicorum effugiat insidias. Gesner. p. 437, 40. Plin. IX, 29, 45. *Vers.* 51. πέρκη τ' ἀνθεσίχρως. *Perca, florida cute, variegata.* πέρκας τ' αἰόλας dixit Epicharmus apud Nostrum, VII. 319. b. *Ibid.* δημοτικὸς, *plebeius*, i. e. *vulgaris*, vilis, non magni aestimatus. cf. Gesn. pag. 542 extr. quod ipsum festive rursus *versu sq.* exprimitur, ὃς καὶ ξυντὸς ἐὼν &c.

Vers. 53. Οἴη δ' αὖ ξύννου κεφαλή. Perperam οἵη erat editum: recte vero οἴη in versione expressit Dalech. quod & Casaub. monuit: & sic scriptum in *Ep.* cf. Odyss. λ'. 542. *Ibid.* Ξαλαμινιάδαο. »Optime Scaliger Ξαλαμω»νιάδαο: [quod adoptavit Brunck.] ut alludat ad Ho»mericum Τελαμωνιάδαο. [Iliad. λ'. 542.] Ξαλάμαι, *pi*-

»*scium cubilia.*« CASAUB. — Videtur utique in animo e habuisse Patro Homericum illud patronymicum: nec vero idcirco necesse est ut statuamus, in tota nominis forma Poëtam imitari voluisse Parodum. Quare tenui vulgatum, quod perspicue in utroque cod. expressum; quamquam, quid potissimum isto vocabulo significatum voluerit parodus, dubitari potest. »Quid sibi velit istud pa»tronymicum (ait GESNER pag. 976, 53.) divinent alii. »An ita cognominatur thynnus, quod in imis gurgitibus »dormire sub saxo abditus, nimirum ἐν θαλάμῃ, id est, »cavo aliquo, soleat? aut quod multo tempore hyberno »praealtis gurgitibus lateat?« — θαλάμας de *piscium cubilibus* usurpatas vidimus III. 93. f. *Vers.* 54. νόσφιν ἀφειστήκει &c. Od. λ'. 543. *Ibid.* & *vs. sq.* κεχολωμένη οὕνεκα τευχέων αἱρομένων &c. »Interpretor, *propter lan»ces quae auferebantur de mensa.* Ea est quam appellat Pa»rodus *insignem calamitatem* & δεῖλατον.« CASAUB. — At de lancibus ablatis nec loquitur hic nec cogitavit Matro. *Iratum* fuisse *caput thynni* ait, ob *abscissa instrumenta*, id est, *membra.* Et, quod solum caput aderat, cum tamen aliae partes thynni laudatissimae essent, (Athen. VII. 302 sq.) quae nunc non erant adpositae; id vero magno taedio erat convivis, gravisque calamitatis loco habebatur a lurconibus. Verba, τὸ δὲ πῆμα &c. desumta ex Od. λ'. 554.

Vers. 56. Ῥίνη, τὴν φιλέουσι περισσῶς τέκτονες ἀνδρες. f »Repetendum est verbum ἦλθε.« CASAUB. — De re consule Gesn. pag. 899 extr. Plinius, IX. 12, 14. *Asperâ cute; ut squatina, qua lignum & ebora poliuntur.* Idem, XXXII. 9, 34. *Haec* (squatina) *est, qua diximus lignum poliri: quia & e mari fabriles usus exeunt.* *Vers.* 57 *sq.* τριγχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος &c. Ex Od. ι'. 27 sq.

Vers. 59. ἱππότα κεστρεύς. Sic vs. 31. τρίγλης ἱπποδάμοιο. *Vers.* 60. οὐκ οἷος &c. Iliad. β'. 745 & 822. γ'. 143. Od. α'. 331.

Vers. 63. καρίδες θ'. Sic recte ms. *Ep.* καρίδες penacu- a te erat editum; quod, quamvis per se probum, nunc tamen non conveniebat metro, quod productam desiderabat penultimam. *Ibid.* αἳ Ζηνὸς ὀλυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί. *Bulbis* istum honorem tributum vidimus II. 54. e. ubi confer notata. In *squillas cancellos* cur idem dicat nimis festivus poëta, haud satis adparet. Gesnerus quidem, ista

a Matronis verba adponens, pag. 917. rationem declarare non eſt adgreſſus. Poſſis ad ſtridorem referre, quem edit hoc animalculum cum in ſartagine torretur: quae Villebrunii eſt interpretatio. Niſi forte eâdem ratione hoc praedicatum his, atque bulbis, tribuit: nempe quod *flatus gignant ſquillulae*, ſi (quod vulgo faciunt) una cum cruſtis comeduntur, vt obſervavit Rondelet, apud Geſn. p. 908 med. *Verſ.* 64. αἳ δὴ ἰδεῖν κυφαὶ μὲν ἔσαν. Percommode hoc hemiſtichium ſic concinnavit primus editor, ſive quis ante eum doctus librarius, collatis inter ſe corruptis veterum codicum ſcripturis. In *ms. A.* ita ſcriptum, αι δη γαρ ικυφαιεσαν, absque accentibus. In *ms. Ep.* vero in hunc modum, αἱ δὴ γὰρ ἰδεῖν φυὴν ἔσσαν. Quibus ſub monſtris videant tamen eruditi, an fortaſſe etiam aliud quidpiam lateat. Interim apte quidem κυφαὶ epitheton *ſquillis* convenit, quas pari ratione κυρτὰς dictas ſupra vidimus, III. 106. a. b.

Verſ. 69. ἔλοϥ recte dedit ed. Ven. cum msstis. ἔλωϥ ed. Baſ. & Caſ. Aliâs plerumque ἔλλοϥ duplicata media conſona ſcribitur; at hìc brevem ſyllabam metrum deſi-
b derabat. *Verſ.* 70. οὗ - - κρατερῶς παλάμῃ ἐπορέχθην. Pro κρατερὸς, quod erat editum, recte κρατερῶς dedit codex uterque. παλάμῃ ἐπορέχθην dedit *ms. Ep.* Sic vero etiam ſcribi iuſſerat CASAUB. monens ſimul, utrumque dicere poëtas, χειρὶ ἐπορέγεσθαι, & χεῖρα, *manu protenſa aliquid petere.* Vide Iliad. Ϥ'. 99. Apollon. Rhod. I. 1313. *Verſ.* 71. τὸ δέ γ' ἀμβροσ. Sic cum msstis recte editt. omnes, excepta ed. Caſaub. 1. in qua temere omiſſa γ' particula.

Verſ. 73. τὸ κάλυμμα τραπέζης: per adpoſitionem. Alibi ἰσοτράπεζος. *Verſ.* 74. ζώνην θ' ἣν φορέεσκεν. ζώνην δ' ἣν φορ. edebatur. θ' pro δ' ex coniect. correxeram, cum idem a BRUNCKIO factum vidi: denique id ipſum in *ms. Ep.* ſic poſitum reperi. Quodnam autem *cingulum* dicat *muraenae*, haud ſatis ſcio; niſi forte variegatum colorem reſpexit, qui in muraena obſervatur VII. 312. f. δειρὴν recte edd. cum *ms. Ep.* Perperam δῆριν *ms. A.* *Verſ.* 75. δρακοντιάδη. Quaſi δράκοντος υἱῷ, i. e. δράκοντι: quemadmodum, verbi cauſſa, *Medicorum filii* dicuntur pro *Medici.* Eſt autem draco, magnus ſerpens: & reſpicitur fabula de muraenarum cum ſerpentibus congreſſu; de quo VII. 312. e.

Verſ. 76 ſq. Σάνδαλα δ' αὖ παρέθηκεν ἀειγενῆ ἀθανατάων· b
βούγλωσσον, ὃς ἔναιεν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ.

Piſcis ex planorum genere, qui latine a formae ſimilitudine *ſolea* vocatur, Graecis βούγλωσσος dicitur, cuius meminit Athenaeus VII. 288. a. b. Idem a Graecis nonnumquam σανδάλιον (appellatione, latino nomini reſpondente) vocabatur. Sic Heſychius, in Ψῆττα· ἰχθύδιον τῶν πλατέων ἢ ψῆττα, ἣν τινες σανδάλιον ἢ βούγλωσσον. Et Alciphron lib. I. Epiſt. 7. ait: ἔπεμψά σοι ψήτταν, καὶ σανδάλιον, καὶ κεστρέα. Iam ludit in ambiguitate nominis noſter Parodus, & *ſolearum* piſcium genus, *immortalium ſandalia* vocat *Dearum*: valet enim idem σάνδαλα atque σανδάλια, quae proprie ſunt γυναικεῖα ὑποδήματα. Tum vero, quo planius faciat quid dicat, uſitatius nomen βού- c
γλωσσον (collectiva notione hic accipiendum) ſubiicit. Denique, quoniam & hoc ipſum adhuc obſcurius eſſe poterat, (nam & *herba* eodem nomine vulgo inſignie-batur, & nomen *bugloſſi piſcis* non admodum tritum vulgari uſu fuiſſe videtur, ſed ſub generaliori nomine Ψῆττα illud ipſum genus plerumque comprehendebatur) adiectis verbis his, ὃς ἔναισν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ, declarat, *piſcem bugloſſum* ſe dicere: quem eſſe ait ex eorum piſcium genere, qui in *fremente ſpumanteque mari* (μορμυρούσῃ, Iliad. ε'. 599. σ'. 403.) habitant; id eſt, ex eorum genere qui in ſaxoſis locis ſtabulantur, indeque πετρώδεις vocantur; quo de genere revera ſunt *ſoleae*, & quae his ſunt ſimiles. Athen. 357. f. Haec ad huius loci ſententiam: quam eamdem brevibus verbis iam a CASAUBONO explicatam video. »*Planos piſces*, inquit, cuiusmodi eſt *ſolea*, vocat »*ſandala immortalium*; Nereidum videlicet, & aliarum »Nympharum marinarum.« Sed & in ſcriptura nonnihil varietatis notandum occurrit. Leve eſt, quod *vſ.* 76. ἀεὶ γενῆ diviſis vocibus dabant edd. quod in ἀειγενῆ mutandum fuiſſe facile patebat, monuitque etiam Caſaub. Et ſic perſpicue ſcribitur in ms. *Ep.* Tum ibid. pro παρέθηκαν, quod erat editum, παρέθηκεν propoſuerat idem Caſaub. Quod ego non modo melius, ſed & neceſſarium putavi; quoniam & in proxime praecedentibus verſibus, & in ſequentibus, ſingulari numero utitur poëta. Et hoc ipſum παρέθηκεν idem codex *Ep.* perſpicue ſcriptum exhibet. Alter vero verſus ſic vulgo editus legebatur:

ὧν βούγλωσσος ἔναισεν ἐν ἅλμῃ μορμυρούσῃ.

c ut ſententia eſſet: *quorum* (nempe, *ſandaliorum de genere*) *bugloſſus habitat* &c. Cui conſentaneum erat, ut intelligeremus, eſſe e ſolearum genere alios etiam piſces, qui non in mari, aut certe non in mari frementi, habitent: quod falſum eſt, ac tale, ut id dixiſſe Parodum noſtrum nullo modo ſit credibile. At ne eſt quidem iſta veterum librorum ſcriptura. Videtur quidem proxime ad eam accedere *ms. Ep.* in quo prorſus ſic ſcriptum ὧν βούγλωσσος ἔναιεν &c. ſed in eodem codice vox praecedens, in quam ſuperior verſus deſinit, non ἀθανατάων eſt; ſed ſic ſcripta, ἀθάνατα. Et codex *A.* pariter non ἀθανατάων ὧν habet, ſed ἀθάνατα ὧν: deinde vero non βούγλωσσος, ſed βουγλώσσωνος. Qua in ſcriptura perſpicue continebatur ea ipſa quam dedi, βούγλωσσον, ὃς ἔναιεν &c. niſi quod pro βούγλωσσον librarius, qui ὧν a praecedente voce avulſam ad hanc referebat, βουγλώσσων ſcripſit, nempe ὁμοιοτέλευτον ſectans.

Verſ. 78. κίχλας δ' ἐξείης ἠβήτορας, ὑψιπετῆεις. » Verſus corruptus; & vulnus codicibus illatum, cui neque » Excerpta afferunt medicinam. « CASAUB. — Vocab. ἠβήτορας nusquam alibi, quod ſciam, occurrit. ἠβητῆρες, *puberes* ſunt, in Epigr. Tom. III. Anal. Brunckii pag. 123. Iam ἠβήτωρ, eâdem notione, ad formam vocabuli ἡγήτωρ effinxit Parodus, quod Homericum eſt pro ἡγεμών. *Iuveniles & viribus vigentes* interpretatur Geſner. p. 1021, 17. Dein quod conſentientibus ſequitur libris, ὑψιπετῆεις, cum quod ad formam vocis ſpectat, tum ad ſubiectam ſententiam, difficultatem habet. Eſt ὑψιπετήεις, *alte volans;* quod de *aquila* uſurpat Homerus, Iliad. χ'. 380. & Od. ω'. 537. Sed ab hoc, accuſativus plur. foem. ὑψιπετήεσσας formari debebat. Eſt etiam eodem ſignificatu nomen ὑψιπέτης: a quo ὑψιπέτας illo caſu fuerat dicendum. Quod ſi ὑψιπετῆας legeretur, poterat Ionice pro ὑψιπετέας vel ὑψιπετεῖς (ut βησιλῆας pro βασιλεῖς) dictum videri, a ſing. ὑψιπετής. At hoc quidem, a verbo πίπτω vel πέτω formatum, *ex alto delapſum* ſignificat, ut diſerte etiam Suidas adnotavit. Sed quamvis ſtatuas (quod vereor, ne nullo alio firmari exemplo queat) metri cauſſa pro ὑψιπετήεσσας dicere ὑψιπετῆεις potuiſſe poëtam, toti tamen illi piſcium generi, quos κίχλας Graeci, latini *turdos* dicunt, haudquaquam convenire id praedicatum videtur; quippe qui, non dicam in

altum evolare, sed ne tantillum quidem super aquam c efferre sese possunt. Itaque GESNERUS l. c. postquam dixit, ὑψιπετῆεις Matronem carminis caussa pro ὑψιπετεῖς [ὑψιπέτας dicere voluerat] posuisse, eo confugit, ut *turdos pisces* hactenus *alte volantes* ab illo dictos fuisse statueret, quod *levibus, variis, & celerrimis in mari circa saxa natationibus veluti volare videantur.* Quae mihi interpretatio, ut dicam quod sentio, tam dura & contorta videtur, ut meam super huius loci sensu insscitiam, ac de ipsa scriptura dubitationem profiteri malim, quam hac in parte doctissimi illius viri sententiae subscribere. Si ὑψιπετῆας esset scriptum, suspicarer equidem, Parodum ludicrâ quadam ratione (quae tamen, fateor, frigidior quam pro reliquo huius poëtae ingenio videri poterat) ad Homericum ὑψιπετῆεις adlusisse, sed ita ut ὑψιπετῆας nunc contrariâ sententiâ dixisset, quasi *piscis turdus* esset veluti *turdus avis ex alto in profundum mare delapsus.*

Vers. 79. Cum Θυάδας θ' ὑδατίνους ubique scriptum editumque esset, ita hoc acceperunt viri docti, praeeunte GESNERO pag. 1021, 16. quasi diceret poëta, *videri illos pisces, Thyadum* (*i. e. Baccharum*) *instar, in aquis discurrere.* Mihi respondere hoc nomen praecedenti πέτρας videbatur: Θυάθας autem, sive per librariorum errorem, sive consulto ab ipso parodo, pro συάδας aut ὑάδας positum suspicatus eram; (conf. Athen. IX. 401. c. itemque II. 36. d. & quae ibi de vocab. Θυανία monuimus:) id autem ipsum, sive Θυάδας, sive συάδας aut ὑάδας, iocose pro χοιράδες dictum, quo vocabulo apud Graecos *petrae* vel *rupes e mari eminentes* intelliguntur.

Vers. 80 *sq.* ἱπποῦρους pisces, & μορμύρον, & γαλέην, hâc potissimum caussâ nominasse Parodus videtur, quod sint haec nomina Homerica; quibus longe quidem diverso sensu usus erat Poëta. μορμύρος ad verbum μορμύρω adludit. *Versus* 81. multis inquinatus vitiis in hunc modum editus erat:

μορμύρος ἀν τάδ' ἔην μεγάλη σπάρος, ἣς ὁ μάγειρος.

Ibi adnotavit CASAUBONUS: »SCALIGERO placet,

»μορμύρος, ἄντα δ' ἔην γαλεὴ, σπάρος· οὗς ὁ μάγειρος.

»Acutissimi viri coniecturam adiuvant Excerpta, in qui»bus [sicut & in nostro *ms. Ep.*] diserte scriptum ἄντα

» & οὗς. « — Totam Scaligeri emendationem, tam certam, quam perſpicacem, iam ante nos merito adoptaverat BRUNCK in Anal. Illud unum iam olim primus Athenaei editor bene adminiſtraverat, quod ἔην poſuit, pro quo contra metri rationem ἦν habet codex ms. uterque.

Verſ. 83. Τῶν ἔλεγεν δαίνυσθαι. Satis hoc placuit, quod cum editis tuetur ms. *A.* In *ms. Ep.* eſt Τῶν δ' ἔλεγεν, inſertâ particulâ, quae commodius abeſſe videtur.

d *Verſ.* 85. Κεῖτο δέ τις βοτάνη &c. Tenui hoc cum Brunckio, a CASAUBONO ſic editum, qui nil aliud ad hunc verſum adnotavit, niſi haec pauca: » In membra» nis, Κεῖτο δέ τις βάτις, & δείπνου: quorum neu» trum convenit. « — Et βατὶς habet etiam noſter ms. *Ep.* quod utique non conveniebat, niſi poſt id vocabulum aliam voculam excidiſſe ſtatueres, verbi cauſſa αὖ, aut aliquid ſimile. In βατάνης vero, quod habet ms. *A.* videant doctiores, an aliud quid lateat. In fine verſus, noſter *ms. Ep.* δείπνῳ habet cum edd. & *ms. A.* ſed ſuperſcriptâ terminatione ου ſimul alteram lectionem δείπνου indicat; quae mihi percommoda videtur, genitivo δείπνου per adpoſitionem, quam dicunt Grammatici, ad ὗς relato, hâc ſententiâ, *quam nemo attigit ut ea coena uteretur.*

Verſ. 87. γεύσασθαι ἕτοιμος, *paratus qui guſtaretur.* Medium γεύσασθαι, pro paſſivo γευσθῆναι.

In *verſ.* 89. nihil mutavi; *verſum* vero *ſequentem* de noſtrâ coniecturâ conſtitui. Ad priorem haec notavit CASAUB. » Nihil variant mssti. [εἰσίδον quidem invito me» tro habent noſtri.] Videtur ad Necyiam reſpicere, ubi » τὸ εἰσεῖδον aliquoties uſurpatur. [Odyſſ. λ'. 581. & » 592.] Aliter iudicabat SCALIGER: qui ex aliis Homeri » locis emendabat, Κωλῆν δ' ὡς εἶδον, πῶς ἔτρεμον. Se» quentem vero verſum, perſpicue mendoſum, ſic idem » corrigebat, Κεῖτ' ἀγχοῦ, κύλικι πλείῃ· χέρας ὧν ἀπέ» ρυκον. « —

Verſ. 92. ἀλλά με τυρῷ δεῖ &c. Una voce τυρώδει edebatur. Ibi CASAUB. » Scriptura veterum, τυρῷ δεῖ. » Deeſt aliquid ad perfectionem ſententiae. Hoc enim vult; » *cras pro his lautitiis oportebit caſeo & properata maza eſſe* » *contentum.* «

e *Verſ.* 93. νηλὴς δ' οὐχ ὑπέμεινε· βιάζετο γὰρ ῥακέεσσι. » *Crudelem* vocat τὸν κωλῆνα, cuius partem capere non po» tuerat. Cauſſam continet poſterius hemiſtichium: *quia*,

» inquit, *vi & impetu convivarum in fruſta diſcerptus eſt.* e »Omnes manu exarati praeferunt ῥαδέεσσι pro ῥακέεσσι. »In verſu Poëtae, quem παρῳδεῖ, [Iliad. ο'. 727. π'. » 102.] eſt βελέεσσι. « CASAUB. — Deeſſe aliquid ad verſus ſuperioris ſententiam, ipſe monuerat Caſaubonus: ſed tam parum eſſe, quod intercidiſſet, arbitratus erat, ut etiam haec, quae hoc verſu leguntur, cum ſuperioribus cohaerere ſtatueret. At non conqueri potuit poëta, *ſe partem pernae capere non potuiſſe*; qui modo dixerat, *guſtatâ eâ ſe doluiſſe, quod poſtridie non eisdem rurſus deliciis fruì poſſet.* Dein, quo pacto ad *pernam* referri poſſit id, quod mox ſequitur, δάμνα μιν ζωμός τε μέλας, difficile fuerit dictu. Quo magis BRUNCKIO adſenſus ſum, plura quaedam hìc intercidiſſe ſtatuenti. *Verſus* iſte 94. deſumtus ex Od. π'. 103. Quo pacto vero ſuperiori verſu ex ῥακέεσσι orta ſit prava ſcriptura ῥαδέεσσι, non exputo: nusquam enim Δ & Κ literas inter ſe permutatas videre memini: neque quidquam, quod tali permutationi originem dare poſſet, occurrit. Facilius Χ litera, ſicut paſſim cum Λ permutatam videre licet, (conf. Adnot. ad Polyb. II. 2, 6. II. 32, 6. X. 37, 2.) ſic & in Δ poterat detorqueri. Quare, ῥαχέεσσι fortaſſe olim hìc ſcriptum fuiſſe, ſuſpicatus eram; quod idem fere ac ῥακέεσσι valuiſſet, ut ex Heſych. in Ῥάχη coll. cum Ῥάκη intelligitur. Sed videndum, ne in ῥαδέεσσι, in quod conſentiunt libri, aliud aliquid lateat.

Verſ. 97. ἵν' Ἀθηναίων κατέκειντο φάλαγγες. Ex Iliad. β'. 558. ubi ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες, de Athenienſibus *in acie ſtantibus:* noſter vero κατέκειντο de *diſcumbentibus ad menſas.* *Verſ.* 98. Χαιρεφόων: nempe paraſitus ille, verſ. 9. commemoratus. *Ibid.* ἐνόησεν ὥμως πρόσσω &c. Iliad. α'. 343. *Verſ.* 99. ὄρνιθας γνῶναι, &c. Od. β'. 159. *Verſ.* 100. ἴσθιε δ' ὥστε λέων. Od. ι'. 292. f *Ibid.* παλάμῃ δ' ἔχε τὸ σκέλος αὐτοῦ. ἔχετο σκέλος edd. quod intelligere poſſes, *crus haeſit in manu illius;* at ſic παλάμης in genit. caſu oportebat. Bene ex *Epit.* ἔχε τὸ σκέλος commendavit Hoeſchel. quod & in noſtro *ms. Ep.* eodem modo ſcriptum. Similiter παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος, Od. α'. 104. β'. 10. τὸ σκέλος intelligo τῆς ὄρνιθος ἣν ἴσθιε, *crus illius avis cuius reliquam partem devorabat.* *Verſ.* 101. ὄφρα - - πάλιν ποτιδόρπιον εἴη. Od. ι'. 234.

f *Verſ.* 102. ἡδυπρόσωπος. Vocabulum Homerico more compoſitum, ut ἡδύγλωσσος, ἡδύποτος, & id genus alia. *Ibid.* ὃν Ἥφαιστος κάμεν ἕλων. Iliad. β'. 101. *Verſ.* 103. Ἀττικῷ ἐν κεράμῳ. Conf. ad Athen. I. 28. c. Animadv. T. I. pag. 210. *Ibid.* τρισκαίδεκα μῆνας. Videtur primum reſpexiſſe Od. ρ'. 408. ubi τρεῖς μῆνας, pro *longo tempore:* tum vero illum numerum hyperbolice exaggeraſſe ex Iliad. ε'. 387. τρεισκαίδεκα erat editum, conſentiente puto ms. *A.* non male id quidem: praeferendum tamen putavi τρισκαίδεκα, quod dedit *ms. Ep.* ſicut editur apud Homer. l. c. Sed parum utique referebat.

Verſ. 104. Αὐτὰρ ἐπεὶ δόρποιο &c. Et ſingulae dictiones Homero frequentatae, & totus color Homericus.

Verſ. 105. χεῖρας νιψαμ. ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων. »Vera pro»cul dubio ſcriptura. Poſterius hemiſtichium apud prin»cipem vatem legas non ſemel. Tamen in Excerptis ſcri»ptum ἀπ' ὠκεανοῖο ῥόδων τε. Si liberet argutari, dicerem »*roſaceam aquam* intelligi, eſſeque figuram ἓν διὰ δυοῖν. »Sic hodie finitis epulis vel roſacea vel nardina, aut ſi»milis, lavandis manibus funditur. Sed aquae roſaceae »nulla dum fuit, neque multo poſt, notitia; verum olei »tantum roſacei. Alibi diximus, δ & α ſaepiſſime per»mutata reperiri in antiquis membranis: ſic hoc loco ῥόδων »male legerunt pro ῥοάων.« Casaub. — At in noſtro quidem optimo ms. *Ep.* perſpicue ῥοάων ſcriptum, ut in editis & ms. *A.*

Verſ. 106. μύρον ἴρινον ἡδύ. Ad vulgatum ἠρινὸν, quod & codices noſtri tenent, monuit Casaub. »Non »clam me eſt, flores diſtingui in vernos & aeſtivos; ut »μύρον ἐαρινὸν ſive ἠρινὸν dictum videri queat *factum ex »floribus vernis.* Puto tamen alienum hoc a veritate, & »ſcribo ἴρινον, aut εἰρινον, nihil enim refert, ut di»ximus libro quinto. [Vide ad V. 195. d.] Et profecto »non aliter ſcripſit Matro. vide libro XV.« — nempe XV. 689. d. e. Adde I. 41. a.

a *Verſ.* 109. Κρητὴρ δὲ Βρομίου ἐκεράννυτο. Vide XV. 675. b.

b *Verſ.* 112. πίονα μῆλα: *pinguia mala.* Rurſus in ambiguo ludit Parodus. Apud Poëtam πίονα μῆλα ſunt *pingues oves.*

Verſ. 114. πρόσφατος ἦν θ' ἁμάμαξυν ἐπίκ. καλ. »Uva»rum genus quoddam vocabant ἁμάμαξυν. Proba & in»tegerrima lectio.« Casaub. — Nempe ἁμάμιξιν volue-

rat DALECAMPIUS, *arbuſtivum racemum;* quem ita dictum b
putavit »quod cum fronde arborum maritarum miſcea-
»tur.« — Suidas: Ἀμάμαξυς· (nam ita ibi pro vulgato
Ἀμάμυξις ſcriptum oportebat:) σταφυλῆς γένος· οἱ δὲ
τὴν ἀναδενδράδα οὕτω καλεῖσθαι. ἔστι δὲ καὶ παρ' Ἐπι-
χάρμῳ, καὶ παρὰ Σαφοῖ τὸ ὄνομα. conf. eumdem in Ἀνα-
δενδράδα, & Schol. ad Ariſtoph. Veſp. 325. & Heſy-
chium in Ἀμάμυξ, ibique Interpretes; e quorum numero
HEINSIUS, quoniam iſtis omnibus locis ἀμάμαξυς cum
leni ſpiritu legitur, apud Athenaeum pro ἣν θ' ἀμάμα-
ξυν, ἥν τ' ἀμάμαξυν corrigendum cenſuit. At in θ' ἀμαμ.
conſentiunt apud Noſtrum ambo veteres codices cum
editis: pariterque apud Euſtath. ad Od. ε'. pag. 208, 30.
ἀμάμαξυς cum aſpero ſpiritu ſcribitur, idque non ex
Athenaeo ductum, ſed vel ex Suida vel ex Ariſtophanis
Scholiaſte. Quare nil hîc mutandum. De ἀναδενδράδι ſi-
ve *arbuſtiva vite & uva*, quam cum ἀμάμαξυ eamdem fa-
ciunt, conſule dicta ad I. 31. d. Animadv. T. I. p. 233.
Caeterum inſolentius utique dictum videri poterat, πρόσ-
φατος ἣν θ' ἀμαμ. pro πρόσφατός θ' ἣν ἀμαμ. quod HEIN-
SIUM commoviſſe videtur, ut πρόσφατοι corrigeret, id-
que poſtpoſito *commate* a ſequentibus ſepararet, & ad
praecedentia traheret, quaſi *uvas recentes* dixiſſet Matro:
in quo Heinſio iam praeiverat Dalecampius. Sed non
temere a librorum ſcriptura recedendum putavi, cuius
ea ſententia eſſe videtur quam in latina verſione expreſſi;
nempe ut obiter ſignificaverit Parodus, *ſua demum aetate*,
aut non multo ante, *illud uvarum genus Athenis innotuiſſe.*

Verſ. 119 *ſq.* οὐδ' εἰ μοι &c. Iliad. β'. 489 ſq. *Verſ.* c
121. κοῦραι, *puellae.* Percommode hoc dedit *ms. A. Verſ.*
122. ὡς Στρατοκλῆς ἤλαυνε, ποδώκεας ὄρνιθας ὥς. *Stra-
tocles*, unus e convivis, ſupra vſ. 30. memoratus. Reli-
qua verba depromta ex Iliad. β'. 764. Videtur autem ſuo
more Parodus lubricam verborum ambiguitatem ſectatus.
Primum iſta verba, ὡς Στρατοκλῆς ἤλαυνε, per ſe poſi-
ta, ſic intelligi voluit quemadmodum verbo ἐλαύνειν uſus
eſt Comicus in Eccleſiaz. vſ. 39. *quibuscum conſuetudinem
habebat Stratocles:* ſed mox, quaſi de hoc non cogitaſſet,
adiicit iſta, ποδώκεας ὄρνιθας ὥς, quo *velocitatem* deſigna-
ret, qua ſaltationes ſuas & praeſtigias meretriculae illae
peragebant.

AD CAP. XIV.

» ALEXIDIS *versus*, quibus *convivia Attica ridet*, ita scri-
» bi debent:

» Ἔγωγε δύο λαβεῖν μαγείρους βούλομαι,
d » οὓς ἂν σοφωτάτους δύνωμαι ἐν τῇ πόλει.
» μέλλοντε δειπνίζειν γὰρ ἄνδρα Θετταλὸν,
» οὐκ Ἀττικηρῶς, οὐδ' ἀπικριβωμένως
» * λιμῷ παρελθεῖν, ἀλλὰ δὴ καθ' ἓν
» ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα μεγαλίως.

» In tertio versu scripsimus μέλλοντε, pro μέλλοντα, » referendum ad duos coquos de quibus dixit: etsi pro- » prie δειπνίζειν de magistro convivii dicitur, non de co- » quis. Penultimum sine ope librorum emendare potis non » sum: ac videtur aliquid amplius, quam huius versiculi » caput, deesse. Eclogarius, eo praetermisso, scribit οὐδ' » ἀπικριβωμένως ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα, μεγαλίως » δέ.« CASAUB. — (Noster ms. *Ep.* μεγαλείως δέ, sicut ms. *A*. De tota autem Alexidis ecloga, praeter verba a Casaubono citata, nonnisi haec adposuit Epitomator: Ἄλεξις δέ που φησὶν ἐπισκώπτων τὰ Ἀττικὰ δεῖπνα· οὐκ ἀττικηρῶς, οὐδ' ἀπικριβ. &c.) Pergit CASAUBONUS: » Poëta hoc » videtur voluisse: sic parandum esse convivium, ut sin- » gulis convivis singulae patinae aut lances probe instru- » ctae apponantur: neque enim περιφοραῖς ciborum fu- » turum locum, ut in Athenienſium mutitationibus. Ali- » bi vocantur hae ferculorum circumlationes παραφοραὶ a » Cynulco: quia plerosque convivarum praeteribant ci- » bi, non concessa carpendi facultate. Eo videtur specta- » re verbum παρελθεῖν.« — Quod μέλλοντε corrigit vir doctus, non probo. Quidni enim vulgatum μέλλοντα sic intelligamus, τὸν μέλλοντα γὰρ δειπνίζειν ἄνδρα Θετταλὸν, (δεῖ ποιεῖν τοῦτο) οὐκ Ἀττικηρῶς? Cui rationi nihil obstare videtur, nisi illud fortasse, quod vs. ult. αὐτοῖς in plurali scribitur, aut quod pro uno homine non opus fuisse videatur duobus coquis: at facile intelligi poterit, Thessalum non sine sociis ad coenam fuisse vocatum. Ea ratio si minus placet, possis etiam ἄνδρα Θετταλὸν pro subiecto, ut aiunt, orationis habere; ut Thessalus intelligatur loqui, dicereque, *hominem Thessalum, si coenâ excipiat aliquos, non posse id ita parce facere, ut consueviſſent Attici.* Thessali perinde & sumtuosi magnificique

in victu fuisse perhibentur, ut mox ipse Athenaeus monet, (conf. XIV. 663. a.) iidemque voraces. II. 47. b. X. 418. c. Vox Ἀττικηρῶς, pro Ἀττικῶς, iocose efficta videtur ad formam vocis λυπηρῶς, quae id ipsum exprimit quod dicere voluit poëta. ἀπηκριβωμένως valet *exacta diligentia*, *ad amussim*; quod h. l. *circumscripte*, *parce*, *aegre*, aut tali quadam ratione intelligendum videtur; non, ut Spanhemius ad Aristoph. Plut. 627. interpretatus est, *exquisito apparatu*: cui praeierat Dalech. *exactis elegantiis* reddens. Caeterum, qua potissimum notione accipienda haec vox sit, certo definire nequeas, nisi, quid dicat λιμῷ παρελθεῖν, perspectum habeas. In quo mihi haerere aquam profiteor. Nec enim, quid Casauboni super hoc verbo disputatione lucremur, aut quid huc faciant περιφοραὶ aut παραφοραὶ, quas ille commemorat, video: nec vero aliud quid certius habeo. Hariolando interpretatus sum *cum fame congredi*: cuius dictionis similem nescio quam apud Polybium olim observasse mihi visus eram. Caeterum, quo pacto integritati suae restituendi sint duo illi extremi versus, & quaenam potissimum eis sententia insit, viderint ingeniosiores. Illud video, ferri in *quinto versu* non posse Casauboni rationem, qui primum pedem deesse statuit: sic enim & secundus pes & quartus spondei forent, quos eis in sedibus nullo modo patitur iambicum metrum. De argumento vero recte idem Casaub. conferri iussit IV. 131 extr. & sq.

Εὐτράπεζοι δ' εἰσὶν ὄντως. Perperam οὕτως edd. quod corrigendum monuit Casaub. Recte vero ipsum ὄντως dedit *ms. A.* Epitomator vocem eam praetermisit.

Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους Πτωχοὺς ποιήσας. e Vide ad III. 119. e. Animadv. T. II. pag. 338. *Mox*, pro προτιθῶνται, operarum vitio est προτιθοῦνται in ed. Bas. quod in ed. Cas. 1. propagatum. *Ibid.* δρυπεπεῖς. δρυπετεῖς sola ed. Cas. 3.

τοὺς ἀριστεῖς συνάγων πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα φύρετο δ' ἀλφιτα φησίν. At nec in illius, quod hic dicit, convivii Agamemnonis descriptione, Iliad. β'. 404 sqq. (conf. V. 186. f.) nec in aliis apud Agamemnonem conviviis, Iliad. ν'. 311 sqq. ι'. 89 sqq. nec omnino usquam apud Homerum hodie ista verba leguntur: quae unde arripuerit Athenaeus, viderint quos nostra aetas tulit veneraturque Aristarchos. Uterque autem codex noster eadem verba agnoscit.

f Χρύσιππός τ' ἐν τετάρτῳ - - φησίν. A priori verbo φησὶν ad posterius aberraverat oculus librarii illius, cuius ex codice & impressa Athenaei exempla & alii codices mssti derivati sunt: nec enim in editis solum libris desunt illa verba, sed nec e codicibus suis Italicis mentionem eorum fecit Casaubonus, nec e duobus recentioribus Parisiensibus Villebrunius. Servavit autem ea noster antiquissimus *cod. A.* Pariterque Epitomator, omisso quidem pro suo instituto libri titulo, haec tamen habet: Χρύσιππος δὲ φησίν· ἐν Ἀθήναις ἱστοροῦσιν &c. Sic certe noster ms. *Ep.* *Mox*, δυεῖν dedit codex uterque: quod exemplum adiici poterit illis, quae de hac forma Attica citavit Maittaire de Dial. pag. 34. In narratione, quae sequitur, nil variant libri, praeter id, quod sub contextu indicavi, τούτων μακρ. pro τῶν μακρ. Illud ipsum autem τῶν Casaubono debetur, qui sic correxit, cum τοῦτον μακρόθεν legeretur in ed. Ven. & Bas. In interpretanda eadem narratione, quae sane non caret difficultate, quum multa peccasset Dalecampius, latinam versionem huiusmodi *in Animadv.* adposuit Casaubonus: »*Narrant, cum Athenis duo non ita antiqua celebrarentur in* »*Lyceo & Academia convivia: Academiae quidem coquum,* »*fictilem patinam in alios usus intulisse: ministros vero sacro-* »*rum omnes eam fregisse: quoniam videlicet res longe posita* »*non rite quaesita atque intus recepta esset: cum iis oporteat* »*abstinere quae sunt procul. Lyncei vero coquum, qui salitam* »*carnem in modum salsamenti ex piscibus concinnaverat, flagris* »*fuisse caesum, tanquam versutum & improbe ingeniosum.*« Tum pergit Idem: »κατάξαι πάντας τοὺς ἱεροποιούς, pu- »to significare, consensu & iussu omnium, quibus sacra »curae, fractam esse patinam. Alioquin non male scribes »πάντως, *omnino; nulla excusatione admissa.* Lege δέοντος, »aut δέον ἀπέχεσθαι τῶν μακρόθεν.« — Quorum caetera probans Palmerius, in Exercit. in Auct. Graec. p. 497. ista verba ὡς μακρόθεν, οὐκ ἀστείας παρεισδύσεως γενομένης, ita interpretatus est: »*quod e longinquo, & non in* »*ipsa urbe facta* (patella) *apportata & male ingesta fuisset.* »Scilicet ἀστείας intelligo [inquit] ἀπ' ἄστεος, *urbanae,* »*in urbe factae.* Nolebant scil. illi ἱεροποιοὶ Athenienses uti »opere figlino aliunde apportato, quam ex Ceramico, »Athenarum suburbio; ubi erant figlinae, urbi & vici- »niae sufficientes: & id erat ex antiquis moribus, & ex

» reip. etiam utilitate. « — Ἱεροποιοὺς non ſum neſcius ſi- f
gillatim ab Athenienſibus dictos olim fuiſſe *magiſtratus* quosdam, (decemviri erant,) *qui ſacris faciundis praeerant*, & praeſertim victimas inſpiciebant probabantque, aut improbabant vitioſas: de quibus prae caeteris conſulendus Etymologus h. v. Sed, generaliori etiam notione quosvis *ſacra facientes* intelligi poſſe iudicaveram: quare hic interpretatus ſum *ſacrificii participes*, nempe eos qui ſacrificio facto epulas illas, de quibus agitur, celebrarent. Eodem prorſus modo uſurpatum vocab. infra p. 149. f.

Πλάτων δ' ἐν δευτέρῳ Πολιτείας. PLATO *de Republ.* lib. a
II. pag. 124. ed. Maſſey. *Ibid.* ἐλαίας. ἐλάας apud Plat. *Ibid.* καὶ λάχανά γε, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς, ἑψήματα ἑψήσονται. Sic cum Platonis libris ſcribendum eſſe, deleta τε particula quae poſt ἑψήματα vulgo inſerebatur, recte monuit CASAUBONUS in Animadv. Dein idem CASAUB. latam hîc inſtituit diſputationem, docens quid inter ἕψημα & ζωμὸν interſit: nempe ἑψήματα appellata Graecis eſſe *cocta olera aut legumina vel alia absque carne*: ζωμὸν vero, *iuſculum in quo carnes coxiſſent*. Reliqua eiusdem diſputationis, nihil admodum huc facientia, veluti quae de ζωμῷ λευκῷ apud Galenum adnotavit vir doctus, conſulto praetermitto. Quae in eadem diſputatione ad emendandum aliquem Clementis Alex. locum (ex Paedag. lib. II.) ſpectant, ea in Noris ad eumdem locum retulit Potterus pag. 173. Sub finem eclogae e Platone excerptae, olim in ed. Ven. & Baſ. deſiderabantur verba ἐν εἰρήνῃ - - τοιοῦτον βίον, quae e ſuo cod. Epit. adiicienda monuit Hoeſch. & adiecit Caſaub. Ibi igitur ἐν εἰρήνῃ ὑγιῶς cum eodem Hoeſchelio edidit Caſaub. At non modo noſter *ms. A.* verum etiam *ms. Ep.* μετ' ὑγιείας dabant, ut eſt apud b
Platonem: eamdemque ſcripturam etiam ex codice ms. Epit. qui Corſelii fuerat laudavit Andr. Schottus Obſerv. Human. I. 6. pag. 9. num. 7.

AD CAP. XV.

Ἡρόδοτος - - ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν Ἱστορ. HERODOT. IX. 81. (cap. 82. ed. Weſſeling.) Nihil variant libri. Quod τὰ c
κελευσθέντα habet ed. Caſ. pro τὰ κελευσθέντα, operarum vitium eſt ex ed. Baſ. propagatum. Deinde vero, quod καὶ τὰ προκείμενα habebant editi omnes, id ex vetuſtis

membr. derivatum erat; ubi delenda utique fuit coniunctiva particula, quam recte ignorant Herodotei libri: sed hi τὰ προκείμενα ἀγαθὰ habent. ἐκπλαγέντα κελεῦσαι scripsit Epitomator, omissis mediis.

d φασὶ δέ τινες, καὶ ἀνδρα Συβαρίτην &c. Repetitur eadem historiola lib. XII. pag. 518. e. Mox, συνεστιαθέντα recte mss. Perperam συνεστιασθέντα edd. *Ibid.* In φειδιτίοις consentit ms. *Ep.* φιδιτίοις habet ms. *A.* Continuo deinde, ἀνδρικώτατοι legere antiquos ait Casaubonus: nempe sic Epitome Hoescheliana; at noster ms. *Ep.* ἀνδρειότατοι tenet cum edd. & ms. *A.*

AD CAP. XVI.

e Πολέμων δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι Καναδρου· »Τοῦ - - - δείπνου κοπίδος, φησὶ, μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγειν.« Pro istis omnibus, in *ms. Ep.* nil aliud legitur, nisi hoc, Κρατῖνος δὲ περὶ τούτων φησίν: statimque pergitur ad tertium versum ἐν ταῖς λέσχαισι, omissis duobus prioribus. Quod λέγει, pro λέγειν expressum est in ed. Casaub. id temere & invito editore factum: nec sane quidquam eâ scripturâ promovebatur. In λέγειν consentiunt editt. vett. & *ms. A.* Et verba supra scripta sic citat Casaubon. in Animadv. quasi etiam in ipsius editione λέγειν legeretur: monetque, »Deest verbum φησὶν vel παράγει.« At non conveniebat παράγει; quod deinde λέγοντα pro λέγειν postulaturum erat. Quare verum putavi φησὶ: pro quo potuerat etiam γράφει ponere Athenaeus: omnino vero adiecto verbo opus erat, quod nonnisi per librariorum incuriam intercidérat. Nec vero ad ea sola, quae proxime sequuntur, pertinebat id verbum: nam non modo Cratini versus ex Polemone adfert Athenaeus; sed quidquid toto hoc cap. XVI. continetur, id omne ex Polemone ductum est. Quare dein subiicit Noster, Ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. pag. 139. c. initio cap. XVII. Neque turbare nos debet, quod, cum coepisset idem Noster oratione infinita uti, μνημονεύοντα Κρατῖνον - - λέγειν, deinde ipsa Polemonis verba in recta oratione adponat, Καὶ Εὔπολις &c. tum Δεῖπνον δ' ἐστὶ &c. Nam centies eâdem ratione utentem videre licet, in citandis locis auctorum, e quibus sua depromit.

Eſt porro ad eumdem hunc locum Animadverſio Ca- e
SAUBONI haec: »Miro ſermonis compendio ἐν τῷ παρὰ
»Ξενοφῶντι Κανάθρῳ dictum, pro ἐν τῷ περὶ τοῦ πα-
»ρὰ Ξενοφῶντι Κανάθρου. Nam hoc vult: *Polemon in eo*
»*commentario, quo expoſuit quid ſit κάναθρον apud Xenophon-*
»*tem, ſcribit* (vel *profert*) *Cratinum in Plutis feciſſe mentio-*
»*nem earum epularum quae Lacedaemone celebrantur & κοπὶς*
»*dicuntur.* Locus Xenophontis eſt in Ageſilai encomio:
»[pag. 530. editionis Baſil. 1569.] ubi de magni ducis
»frugalitate loquens, ἐννοησάτω δὲ, ait, ὡς ἐθοίναζεν ἐν
»ταῖς θυσίαις· ἀκουσάτω δὲ, ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ κανάθρου
»κατῆει εἰς Ἀμύκλας. Scias autem, obſcurum fuiſſe anti-
»quis criticis Xenophontis hunc locum: quando Polemon
»vocis κανάθρου interpretationem integro commentario
»erat perſecutus. Diverſas ſuper ea dictione veterum ſen-
»tentias nos quoque obſervavimus. Nam Athenaeus pau-
»lo poſt [pag. 139. f.] ex Didymo grammatico κάναθρον
»interpretatur καμαρωτὸν ξύλινον ἅρμα, *currum ligneum for-*
»*nicatum.* Homeri interpretes [Euſtath. ad Iliad. ω'. pag.
»1475 med.] nihil aliud fuiſſe volunt, niſi quem Home-
»rus πείρινθα & ὑπερτερίην vocat, latini veteres *ploxe-*
»*mum*, aut potius *ſirpiculum:* hoc enim e vitili materia
»conſtabat, ut & *canathrum*, ex eorum ſententia qui πλέ-
»γμα & φίαθρον expoſuerunt.« [eoque etiam cum dupli-
cata ν litera ſcribunt, ab ἡ κάννη derivantes.] »Heſychius
»diverſas opiniones attigit: ideo verba illius non ſunt
»praetermittenda. Κάναθρα· [ſive potius Κάνναθρα· quod
»literarum ſeries ibi deſiderabat:] ἀστράβη ἢ ἅμαξα, πλέ-
»γματα ἔχουσα, ἐφ' ὧν πομπεύουσιν αἱ παρθένοι, ὅταν εἰς
»τὸ τῆς Ἑλένης ἀπίωσιν· ἔνιοι δὲ, ἔχειν εἰδωλα ἐλάφων ἢ
»γυπῶν. Poſtrema verba corrupta ſunt: ſcribe, εἰδωλα
»τραγελάφων καὶ γυπῶν. Plutarchus: [in Vita Ageſilai,
»pag. 606. c.] Κάναθρα δὲ καλοῦσιν εἰδωλα γυπῶν ξύλι-
»να καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς
»πομπαῖς. Sed obſervanda nobis ſunt praecedentia eius-
»dem ſcriptoris verba: Καὶ τὸ κάναθρον φησὶν ὁ Ξενοφῶν
»οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τῆς ἐκείνου θυγατρὸς ἢ τῶν ἄλ-
»λων. *Narrat* Xenophon, *canathrum filiae Ageſilai nihil or-*
»*natius fuiſſe quam aliarum.* In Xenophontis codicibus vul-
»gatis de canathro filiae Ageſilai ne verbum quidem ex-
»tat hodie: verum ſuperius allata diſertiſſimi auctoris
»verba ita, niſi fallimur, legit Plutarchus in ſuis codici-

e »bus: ἀκουσάτω δὲ, ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ κανάθρου ἡ ζυγά»τηρ αὐτοῦ κατῄει εἰς Ἀμύκλας. Quia sunt aliquot eaedem »literae similes in κανάθρου & ζυγάτηρ, aliud agens libra»rius alteram vocem omisit.« Haec ille. Mihi emendatio ista tituli libri Polemonis, ἐν τῷ περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι Κανάθρου, tam certa visa erat, ut in contextum recipere non dubitarem. Qui aliorum commentariorum titulos eiusdem Polemonis Grammatici considerauerit, qui magno numero partim ab aliis, sed praesertim ab ipso Athenaeo nostro passim commemorantur; is non dubitaverit, istam fuisse huius libelli inscriptionem: cui decurtandae alterandaeque quid occasionem dederit librariis, in aprico est; praesertim si persimilia inter se scripturae compendia cogites, quibus praepositiones περὶ & παρὰ in manuscriptis libris frequenter solent efferri. De patria POLEMONIS admodum dissentiunt inter se auctores, quorum sententias recensuit Vossius lib. I. de Historic. Graec. cap. 18. pag. 119. »Spartanum autem fuisse, vel »Sparta oriundum, colligi posse censuit CASAUBONUS ex »eo, quod ait ipse Polemo paulo post, εὐαχοῦσιν οὐ μό»νον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους.«

Ex CRATINI versibus trochaicis, duos posteriores alteri personae tribuit Dalecampius. Equidem initio statueram, alterius personae partes incipere a voce καλῶς, (extremo vs. 2.) quae idem valeat ac καλῶς λέγεις, *ita est*. Sed rectius adverbium illud cum verbo ζοινᾶσθαι iunctum finemus; & commode quatuor versus ad unius personae partes referentur: cui rationi non obstat, quod in duobus posterioribus versibus oratio recta sit, in prioribus obliqua. De *Copide*, quam vocabant Lacedaemonii, confer Meursium, Miscellaneor. Laconic. lib. I. cap. XI. ubi & nonnihil de *Aeclo* seu Αἴκλῳ. De *Leschis* consulendus idem lib. IV. cap. 16.

f Δεῖπνον δ' ἐστὶν ἰδίως &c. Haec sunt, ut modo dixi, Polemonis verba, quae usque ad finem huius capitis continuantur. *Mox*, de scriptura vocabuli ἄϊκλον vel αἶκλον vide quae post Eustathium commode disputavit H. STEPHANUS in Indice Thesauri, hac voce. Istorum, quae h. l. in opere pleniore leguntur, nihil fere habet Epitome; in qua post Cratini verba continuo haec sequuntur: Ὅτι ἡ κοτὶς ἑορτή ἐστι παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐν ᾗ ζώνυσιν αἶγας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἱερεῖον. Deinde vero, ubi

de *aeclo* rurſus agitur, ſic diviſis vocalibus ἄϊκλον recte in noſtro quidem cod. *Ep.* ſcribitur.

Quod ait, διδόασι τῶν συνιόντων &c. intercidit haud a dubie coniunctiva particula: nam manifeſte haec referuntur ad iſta, paulo ante, καὶ τῶν κρεῶν διδόασι &c. Quae hinc ſequuntur verba, τραγήματα, σῦκά τε ξηρὰ -- χλωροὺς, eadem iam citaverat Noſter II. 56. a. quo loco obſervationem noſtram effugerat menda, corrigenda ex hoc loco in quo nunc verſamur. Pro σῦκα τὰ ξηρὰ, quod conſentientibus libris legitur II. 56. a. σῦκά τε ξηρὰ ſcriptum oportebat.

Ἐν δὲ τῇ πόλει κοπίδας ἄγουσι &c. Huic repugnare utique videtur id quod mox ſequitur, κομίζουσι γὰρ -- εἰς ἀγρόν. Id ipſum fortaſſe Epitomatorem commoverat, ut εἰς ἀγορὰν pro εἰς ἀγρὸν ſcriberet. At *Cletes fanum* & *Tiaſus fons* ſive rivus, non in urbe erant, ſed in agro, ut docet Pauſanias III. 18. pag. 254. Quare iſta ἐν τῇ πόλει, delerâ δὲ particulâ, ſuperioribus iungenda ſuſpicatus ſum: nec enim ſatisfecit Meurſius, quem vide l. c. & in Graecia Feriata, ſub nomine Τιθηνίδια.

πρὸς τὴν Κορυθαλλίαν καλουμένην Ἄρτεμιν &c. Te- b nui editam ſcripturam. In utroque quidem codice noſtro Κορυθαλίαν eſt: quod & ipſum teneri poterat. — »*Co-*»*rythallia Diana* Spartae culta feſto die Tithenidiorum, »ea eſt quae in aliis Graeciae urbibus dicebatur Κουρο-»τρόφος. Dubitari enim non poteſt, ſic dictam quod fa-»ceret τοὺς κόρους ϑάλλειν. Alii tamen peculiare numen »ea voce ſignificari putant. Fanum huius Deae fuit, te-»ſte Athenaeo, παρὰ τὴν λεγομένην Τίασσον. Lego »Τιάσσαν, ac verto, *prope Tiaſſam fontem*: nam de flu-»vio dixiſſet τὸν, non τήν. Heſychius: Τιάσσα, κρήνη ἐν »Λακεδαιμονίᾳ· τινὲς δὲ ποταμόν. Pauſanias [l. c.] ait flu-»vium.« CASAUB. — *Mox*, ὀρθαγορίσκους habent (excepta Baſileenſi) editiones omnes cum *ms. A.* recte, ut ex pag. 240. b. adparet. Perperam ὀρθραγορίσκους ed. Baſ. & ſic etiam noſter *ms. Ep.*

Τὸ δὲ ἄϊκλον ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖ-πνον. Verbum καλούμενον, quod poſt ἄϊκλον h. l. inſertum legebatur in editis, ignorant noſtri codices mssti: quare delere non dubitavi. Caeterum difficultate non caret hic locus: quem cum DALECAMPIUS latine ſic expreſſiſſet: *Quod Aeclon Lacedaemonii, reliqui Dores* τὸ δεῖ-

b πνον, *id est, coenam, vocabant:* adnotavit dein CASAUBONUS: »Ista verba, interpretibus non recte accepta, sic »verti debent: *At illud quod dicitur* αἶκλον, *aliis quidem »Doribus significat idem ac* δεῖπνον, *coena.* Putavit Polemon, »τὸ αἶκλον aliud Spartae, aliud apud caeteros Doras si»gnificare.« — Rationem suae illius interpretationis capite sequenti (nempe ad pag. 140. c.) se adlaturum profitetur Casaubonus. Eadem Athenaei sive Polemonis verba, de quibus quaerimus, Epitomator sic acceperat: Ὅτι ἄϊκλον ὑπὸ τῶν Δωριέων καλεῖται τὸ δεῖπνον: id est, *Coenam* (τὸ δεῖπνον) *a Doribus vocari* ἄϊκλον. At id si dixisset Polemon, omnes Grammaticos habiturus erat consentientes, neque certe censuram illam DIDYMI incurrere potuisset, quae pag. 140. c. his verbis legitur: Ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων, καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἄϊκλον προσαγορεύεσθαι, παραπλησίως ἁπάντων Δωριέων οὕτως αὐτὸ καλούντων. Quae verba quo pacto cum illis, de quibus modo quaerebamus, conciliari possint, non video. Nec enim satis est, quod ibi a CASAUBONO adnotatur: »Dixit Polemo, αἶκλον aliud Spartanis significare, aliud »caeteris dorice loquentibus: his αἶκλον valere idem ac »δεῖπνον, *coena* vel *convivium;* Lacedaemoniis ita adpel»lari apophoreta de quibus diximus. [vide mox ad illa »verba, lit. c. μετὰ δεῖπνον τὸ καλούμενον ἄϊκλον εἰσφέρου»σι.] Errare Polemonem ait Didymus: »παραπλησίως, »inquiens, ἁπάντων Δωριέων οὕτως αὐτὸ καλούντων: ver»te, *cum omnes Dores similiter coenam appellent* αἶκλον.« — Dubium nullum est, quin Didymi verba, quae adposuimus, ad ista Polemonis referantur, in quibus hîc haeremus. Nec vero in eisdem Didymi verbis eo nomine reprehenditur Polemon, quod is αἶκλα a Lacedaemoniis dicta esse statuerit ea, quae *post coenam* adponebantur. Ad eam enim reprehensionem deinde demum progreditur Didymus, cum ait: (pag. 140. c. d.) ἄϊκλον δ' οὗ λέγουσιν οἱ Λάκωνες τὴν μετὰ τὸ δεῖπνον μοῖραν &c. quae verba referuntur ad ista Polemonis, quae mox pag. 139. c. leguntur, Ἐν δὲ τῇ Λακεδαίμονι τοῖς εἰσιοῦσιν &c. Quare superest, ut statuamus, turbatum esse hoc loco, in quo versamur, nescio quid in Polemonis verbis, ac nonnihil etiam fortasse intercidisse. Suspicari licebat, locutum esse fortasse Polemonem de duplici nominis forma, aliis ἄϊκνον vel αἶκνον, aliis ἄϊκλον vel αἶκλον dicentibus; quorum

alterum apud Lacedaemonios, alterum apud alios Dores b in usu fuisse dixerit ille Grammaticus. Sane quum ab aliis Grammaticis (Suida & Etymologo) nonnisi alteram formam ἀΐκνον vel αἶκνον adnotatam videamus, ab aliis vero utramque; (vide Hesych. in Αἶκνον, Αἶκλος, Ἀναίκλεια, & Eustath. ad Iliad. σ'. pag. 1191, 47. tum ad Od. μ'. pag. 478, 24 sqq.) mirum videri possit, alteram istam ἀΐκνον vel αἶκνον, quae praesertim paulo magis etiam frequentata fuisse videtur, prorsus silentio praeteritam fuisse a Nostro. Caeterum cum hoc loco confer XIV. 646. d. e.

Ἐπίχαρμος γοῦν ἐν Ἐλπίδι. Lib. VI. pag. 235. f. duplici titulo citatur illa fabula, Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ. In verbis EPICHARMI (quae desunt Epit.) nil variant libri, nisi quod post ἐκάλεσε γάρ τοι, quod habent edd. cum *ms. A.* temere omissum est pronomen τις in ed. Cas. 3. τὺ pro τοι, & ᾤχεο pro ᾤχετο correxi, monente CASAUBONO in Animadv. ubi hanc versionem adiecit: *Vocavit te aliquis cupide ad convivium: tu cupide eripuisti te fuga.* τὺ Dores non modo in primo casu usurpant pro σὺ, sed & in quarto pro σέ. Vide Maittaire de Dial. p. 195.

ἐν Περιάλλῳ. »Eadem fabula sub finem libri [IV. 183. c »c.] Περιάλος uno λ dicitur: fortasse Περίλαος verum »istius dramatis nomen. Id erat usitatum viri nomen in »Sicilia, ut scimus ex historia Phalaridis. Sed & περίαλ»λος Graecum vocabulum est, de eo *qui caeteris praestat*, »aut vult videri praestare.« CASAUB. — Utrobique Περιάλλῳ duplici λ literâ praeferunt vetustae membranae.

μετὰ δεῖπνον τὸ καλούμενον ἄϊκλον εἰσφέρουσιν. Commodum foret μετὰ τὸ δεῖπνον, quod voluerat CASAUB. sed & sine magno incommodo (ut quidem mihi visum erat) abesse potest articulus, quem ignorant libri. — »Nunc dicamus [ait idem CASAUB.] quid Lacedaemo»ne vox αἶκλον significaverit ex sententia Polemonis. »Existimavit Polemo, appellasse Lacedaemonios *acclum*, »apophoreta quae dabantur convivis qui phiditia agita»verant.« — Eo nomine Grammaticum hunc paulo post reprehendit Didymus pag. 140. c. d. (Confer paulo ante notata ad pag. 139. b.) *Apophoreta* quae sint, quae dicit Casaubonus, si cui minus notum vocabulum, docebunt non Graeca Lexica, sed Latina. Graece ἐπιχορηγήματα dixit Didymus loco modo citato.

AD CAP. XVII.

c Πρὸς ὃν ἀντιλέγων Δίδυμος ὁ γραμματικός. »Prolixus »admodum describitur ex Didymi scriptis locus: conti»nuatur enim per aliquot paginas, usque ad haec verba, »Περὶ δὲ τοῦ τῶν φειδιτίων δείπνου Δικαίαρχος [p. 141. a.] »aut etiam fortasse ad ista, Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος. [p. »141. e.] - - Falsus est iudicii dubio procul Dalecam»pius, cum putaret desinere Didymum loqui in istis, »[pag. 139. f.] ἀλλὰ κενοῦσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν πρὸς »τὴν θέαν.« CASAUBONUS.

βιβλιολάθαν. »Quod scribit auctor, *Didymum hunc edi»tis* MMMD *libris* Βιβλιολάθαν, *oblivionem librorum*, »[sive *oblivisCentem librorum*] *esse cognominatum*, quod suo»rum scriptorum saepe non meminisset: de numero libro»rum consentit Suidas, cognomen vero aliud ei tribuit: »Χαλκέντερον enim fuisse dictum, ut si latine dicas, *Aë»noventrum* vel *Aënocordum*; quod indefatigabili diligentia »in studiis uteretur. Non dubito allusisse auctores huius »appellationis ad Homericum hemistichium, χάλκεον δέ »μοι ἦτορ ἐνείη. Ego Origenem potius *Chalcenterum* ap»pellaverim, cuius incredibilis assiduitas & vigiliae sex »millia librorum pepererant.« IDEM. — »Lego βιβλιο»πλάθον, *librorum factorem*. Sed inest aliquid σκωπτικὸν »in ipsa vocabuli formatione, (ut in Gallorum locutione, »*faiseur de livres*) alludente ad κοροπλάθον, quasi diceret, »*tam facile libros edentem*, *quasi pupas fingeret*.« CORAY. — Nolim solicitari vulgatam scripturam, quam uterque noster codex tuetur. Idem cognomen huius polygraphi haud obscure respexisse Quintilianus videtur, Instit. Orat. I. 8. *Pleni sunt*, inquit, *eiusmodi impedimentis Grammaticorum commentarii*, *vix ipsis*, *qui composuerant*, *satis noti*. *Nam* Didymo *quoque*, *quo nemo plura scripsit*, *accidisse compertum est*, *ut*, *cum historiae cuidam ut vanae repugnaret*, *ipsius proferretur liber*, *qui eam continebat*.

d Πολυκράτης ἐν τοῖς Λακωνικοῖς ἱστορεῖ. Πολυκράτης φησὶν ἐν τοῖς &c. *ms. A.* qui tamen simul & prius φησὶ τάδε tenet & dein ἱστορεῖ. *Ibid.* ἀλλὰ πέμματα. Haud fere dubito, quin οὔτε (vel οὐδ') ἄλλα πέμματα scripserit auctor: *neque aliud pistorium opus*.

e ἐφ' ἵππων κεκοσμημένοι. Sic *ms. Ep.* quod verum iudicavi. Et ἐφ' ἵππων quidem, pro ἀφ' ἵππων, haud

dubie desiderabatur. Tum vero ferri quidem κεκοσμημένων poterat: sed magis erat probabile, ex duobus libraríis illum erraſſe, qui terminationem participii ſimilem feciſſet ſubſtantivo proxime praecedenti, quam hunc, ex cuius ſcriptura vox, de qua agitur, ad ſuperiora legitime referebatur.

ἐπὶ καινάθρων, καμαρωτῶν ξυλίνων ἁρμάτων. Perperam ante Caſaub. καμάρῳ τῶν editum erat, quod ab illo correctum eſt, conſentientibus msstis. Conf. ſupra, ad p. 138. c. notata. — »Currus tectos vocat Didymus καμα»ρωτούς, ut Strabo naves tectas vocatas ait καμάρας: [Strabo lib. XI. pag. 495. d. ubi vide Caſauboni Notas.] »Tacitus, *cameras*. Quin iſta quoque tecta vehicula Grae»ci καμάρας nuncuparunt. Pollux lib. X. cap. 12. [ſect. »52.] τὰ δὲ κατάστεγα καὶ στεγαστὰ ὀχήματα καὶ κα»μάραι· οὕτω γὰρ ὠνόμασεν Ἡρόδοτος. [Herodot. I. 199.] »– – *Canathris* Spartanarum virginum reſpondent Roma»norum *carpenta* & *pilenta*, quibus ad Deorum aedes foe»minae vehebantur: item plebeiae *arcerae* & *capſi*: de »quibus Nonius, Iſidorus, alii.« CASAUB.

αἱ δ' ἐφ' ἁμίλλαις ἁρμάτων ἐζευγμένων πομπεύουσιν. »Appellat, opinor, ἁμίλλας ἁρμάτων ἐζευγμένων, currus »eo modo & ornatu iunctos, quo iungi ſolent in ludis »circenſibus. *Aliae virgines*, inquit, *pompae interſunt tectis* »*pilentis*, *aliae curribus deferuntur agoniſticis*.« IDEM. — At illa quidem ſententia Graecis in verbis non continetur, quae ita, ut vulgo leguntur, hoc ſonant: *aliae vero pompam ita agunt ut curribus iunctis inter ſe contendant*. Neſcio an tali quodam modo ſcriptum olim fuerit, αἱ δ' ἐπ' Ἀμύκλας (vel ἐς Ἀμύκλας) ἐφ' ἁρμάτων ἐζευγμένων πομπεύουσιν.

Πότ' ἂν κοπίδ' οἴσωμαι &c. »Edita ſcriptaque lectio ſic a »habet: Πόττ' ἂν [ſic quidem in ed. Ven. & Baſ. Sed in »ipſius Caſauboni edit. eſt πότ' ἂν, & ſic in *ms. A.* In »*Epit.* tota deeſt ecloga.] κοπιδοιώσομαι ἐναμικλαῖον, [κο»πίδ' οἰώσομαι ἐν ἀμύκλαιον *ms. A.*] παραγγέλλωσι βάρακες »πολλὰ οἱ κάρτα καὶ δωδέμαστοι [immo δωδέμοστοι edd. »omnes & *ms. A.*] μάλα ἀδεῖς. [ἀδύς *ms. A.*] Tot men»dis haec deformantur, ut temeritatis potius notam re»formidare debeam, quod ea reſtituere aggrediar, quam »veniam deſperare, ſi parum quod volui praeſtitero. Sic »autem ſcribo: Ὁπόταν κοπίδα οἴσωμαι ἐν Ἀμυκλαῖον

a »ἱερὸν, ὅπερ ἀγγέλλουσι βάρακες πολλοὶ, καὶ ἄρτοι καὶ »ζωμὸς μάλα ἁδύς. Hoc eſt: *Quando copida feram ad ſa-* »*crum Amyclaeum: quod iam denunciant baraces multi, &* »*panes, & iuſculum ſuave admodum.* Moris erat, copidas »celebrare in Amyclaeo templo: eo igitur conveniebant, »& tam ſacrificii quam convivii apparatum deferebant. »Epilycus hoc vocat κοπίδας οἴσειν εἰς Ἀμυκλαῖον ἱερόν. »Non potuimus aliud excogitare, quod huic loco magis »conveniret. Eleganter vero ait poëta, *baraces*, qui tota »Lacedaemone parari incipiebant, *dare ſignificationem im-* »*minentis feſti:* [Dorice ἀγγέλλοντι vel παραγγέλλοντι »dictum fuerit, pro παραγγέλλουσι.] ut ſi quis hodie di- »cat, liba & id genus alia, quae pridie Oſchophoriorum »ſive Ramalium noſtrorum ſtudioſe confici ſolent, indi- »cia eſſe inſtantis eius ſolemnitatis. Apud Strabonem & »Pauſaniam καταγγέλλειν τὴν ἑορτὴν dicuntur, qui de mo- »re *feſta indicebant.* Pro βάρακες, Dalecampius emendat »ἀβάρακες: quoniam ſequitur, τοῦτο γὰρ ἀβάρακες »δηλοῦσι, οὐχὶ τὸ λύπας. Nos e contrario, poſterio- »rem ſcripturam emendandam ex illa priore affirmamus: »ita enim abſtergendae maculae illorum verborum: τοῦ- »το γὰρ οἱ βάρακες [ſic, quemadmodum edidit Ca- »ſaubonus, habet ms. *A.*] οὐχὶ τολύπας, ὥς φησι »Λυκόφρων· ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθέ- »νης. Vocis huius [βήρηξ vel βάραξ, de qua iam non- »nihil dictum ad III. 114. f. Animadv. T. II. p. 302 ſq.] »varias interpretationes doctorum hominum recitant & »Heſychius & qui Etymologicum magnum compoſuit: »ſed praecipuarum expoſitionum auctores ex Athenaeo, »aut potius ex Didymo, novimus. Heſychii verba, in »vulgatis libris corruptiſſima, ita ſcribe: Βάρακες, τὰ »προφυράματα τῆς μάζης. Ἀττικοὶ δὲ, βήρακας. δηλοῖ »δὲ καὶ τολύπην. Mox iterum: Βάραξ· ἱέραξ παρὰ Λίβυ- »σι· καὶ φύραμα στρογγύλον ἀφ' οὗ αἱ μᾶζαι γίνονται, καὶ »ἑρίων τολύπαι. Ex his verbis diſcimus, quid appellaverit »προφυράματα μαζῶν Eratoſthenes: *univerſam* nimirum »*maſſam, quae in mactra ſubacta eſt, priusquam in plures* »*mazas dividatur.* De *tolypis* mazis libro priore diximus »capite XXIX. [ad III. 114. f. Animadv. T. II. p. 303.] »Sed notanda vox ἑρίων in Heſychii gloſſa. Oſtendit enim, »Lycophronem, cum βήρακας exponeret τολύπας, non »ſolum de *mazis tolypis* cogitaſſe, verum etiam de *lana-*

»rum glomis. Redeamus ad EPILYCUM. Eſt vero caete- a
»rorum verborum emendatio plane inſignis; καὶ ἄρτοι
»καὶ ζωμὸς μάλα ἁδὺς, ex iſtis, κάρτα καὶ δωδέμα-
»στοι [immo, ut dixi, δωδέμοστοι habebant libri omnes]
»μάλα ἀδεῖς: in quibus etſi certa latent verae ſcriptu-
»rae veſtigia, veritatem tamen ex illo puteo Democriteo
»ἀνιμᾶν & extrahere prope erat nefas, niſi poëtae lo-
»cum ſuis verbis expreſſiſſet Didymus, in continenti ſub-
»iiciens: διαῤῥῆδην λέγων, μάζας ἐν ταῖς κοπίσι παρα-
»τίθεσθαι. (τοῦτο γὰρ οἱ βάρακες δηλοῦσιν, οὐχὶ τολύπας,
»ὥς φησι Λυκόφρων· ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς
»Ἐρατοσθένης.) καὶ ἄρτους δὲ καὶ ζωμόν τινα καθηδυσμέ-
»νον περιττῶς. Id eſt: *Quibus verbis diſerte ſignificat Epily-*
»*cus, in copidibus ſolas apponi mazas:* (*nam iſtud vox βά-*
»*ρακες ſignificat: non lanarum glomos, ut ait Lycophron;*
»*aut primam maſſam mazarum, ut Eratoſthenes:*) *& panes,*
»*ac ius quoddam exquiſitae ſuavitatis.* Ita concipimus Di-
»dymi verba, in edita lectione peſſime affecta, & propter
»omiſſas parentheſeos notas, & propter mendas de qui-
»bus iam diximus. Poſtrema *Didymi* luce meridiana cla-
»rius probant, non aliter fuiſſe concipiendam EPILYCI
»ſententiam, quam uti eſt a nobis factum. Omnes mem-
»branae hic nos deſtituunt: niſi quod ἁδύς ſcriptum in
»illis [quod etiam eſt in noſtris] offendimus; quae vera
»ſcriptura, ut probavimus.« CASAUBONUS.

Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὥς φησιν ὁ b
Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι· ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι, ἐπεὶ
&c. In editt. vett. ſic legebatur, Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθραγο-
ρίσκοι, ἐπεὶ &c. omiſſis decem verbis, quae ex Epitome
ſupplenda monuit Hoeſchelius, & in contextum recepit
Caſaub. Eadem vero verba & noſter *ms. Ep.* & *ms. A.*
recte exhibent. Referuntur autem haec Didymi verba ad
illa Polemonis, quae pag. 139. b. legebantur. Quod de
ſcribendo illo nomine per literam caninam praecipit Di-
dymus, id etiam apud Plinium obſervatur, qui *porcum pi-*
ſcem, quem ποτάμιον χοῖρον Athenaeus vocat, VIII. 331.
e. apud Lacedaemonios *orthragoriſcum* vocari ſcribit, lib.
XXII. 2, 9. Sed & absque ρ litera apud Heſych. vulgo ſic
ſcribitur, Ὀρθαγόρικος· (perperam omiſſâ quoque σ literâ)
χοιρίον μικρόν. — »Caeterum [ſic ad hunc locum CASAU-
»BONUS] neque Polemon, neque Didymus, vocem Laco-
»nicam Laconice extulerunt: nam Lacones dicebant aliter.

b »Hesychius: Βορθαγορίσκια, χοίρεια κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι, βορθάκεοι Λάκωνες: ubi vides, illud ρ, pro quo pugnat Didymus, non habere locum.« — Alia vocum exempla, in quibus Lacones vocali, a qua vulgo incipit vox, literam β praeponebant, adnotavit Maittaire de Dialect. p. 162.

ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ. Perperam ὥσπερ Σαῖος ἱστορεῖ edd. Adnotavit autem CASAUB. »Legi in codice Bibliothecae Palatinae, ὡς Περσαῖος ἱστ. Is est scriptor, qui »mox [alio modo corrupto nomine, hac pag. lit. e.] »Περσεὺς nominatur. Prius scribebam, ὥσπερ Σφαῖρος »ἱστ. nam etiam *Sphaeri* laudantur libri non multo post »[pag. 141. c.] eiusdem & argumenti & tituli.« — Desiderantur ista in *Epit.* Sed *ms. A.* licet paulo post (quod sciam) mendosum Περσεὺς teneat, tamen hoc loco istud Περσαῖος recte tuetur; quod & ipsum satis manifeste in editorum scriptura inerat. Est autem PERSAEUS hic (ut perspecte IONSIUS docuit lib. I. de Scriptorib. Histor. Philosoph. cap. 2. pag. 12.) non diversus ab illo Cittieo, Zenonis Stoici olim famulo, dein discipulo, de quo infra p. 162. verba facit Athenaeus, rursusque lib. XIII. p. 607. a. & e. Nam eiusdem Persaei librum exstitisse, cui titulus Πολιτεία Λακωνική, diserte testatur Diogenes Laërt. VII. 36. Quare ex Historicorum, & omnino e Scriptorum Graecorum albo & *Saeus* delendus, & *Perseus*, quos in numero Graecorum Historicorum incertae aetatis recensuit Vossius lib. III. de Histor. Graec. pag. 399 & pag. 410.

c Quae sequuntur verba, Ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων &c. de eis paulo superius diximus ad pag. 139. b. Nempe haec ex Polemone retulit Didymus, refutandi illius caussa.

ALCMANIS verba sic edita legebantur in ed. Casaub. Κἤπειτα, (sed κἤπειται ed. Ven. & Bas. κηπιται *ms. A.*) μύλαι, δρυφῆται κἠπὶ ταῖς συναικλείαις. Ad quae ista adnotavit CASAUBONUS: »Lego, κ'ηπὶ τά τ' ἀνδρεῖα φοιτᾷ, κ'ηπὶ τὰς συναικλείας. Emendationis nostrae non »obscura vestigia in scripta lectione. Quae postea vocata sunt Spartae *phiditia*, prius dicebantur ἀνδρεῖα, ut in »Politicis scribit Philosophus. [Aristot. Politic. lib. II. cap. »8. (al. 10.) T. II. pag. 332. ed. Duval. ubi quidem »ἀνδρια vulgo scribitur.] συναικλείας Didymus ipse interpretatur συνδείπνια. Sic quem alii Graeci vocant »ἄδειπνον, Lacedaemonii ἀναικλεῖον, ut indicio est He-

»ſychius.« — At, ſi in emendandis veterum Auctorum c locis tam longe, quam a Caſaubono hic factum, recedere a librorum ſcriptura licet, non erit porro quod de perſanandis vel graviſſimis quibusque vulneribus deſperemus. Mihi equidem non licere putavi tam eſſe audaci: nec vero melius aliquid quod in medium adferrem habui. Illud quidem ſatis perſpicuum viſum erat, κἄπιται μύλαι, quod habent membranae, nil aliud niſi κἀπὶ (i. e. καὶ ἐπὶ, conf. Koen ad Corinth. de Dialect. pag. 88.) τᾷ μύλᾳ valere, ex more earumdem vetuſtarum membranarum, in quibus conſtanter iota ad latus ponitur, non ſubſcribitur: ſed, *mola* quid huc faciat, non dixerim. Cogitaveram τᾷ μοίρᾳ, *ad capiendam portionem*, permutatis librariorum ſolenni errore vocalibus υ & οι, & labiali litera ex haud infrequenti Laconum more pro canina poſita: at id quidem hariolari erat, non emendare; quamquam ipſo vocabulo μοίρᾳ paulo poſt in eadem re utitur auctor. Porro, in δρυφῆται lubens fatear latere videri verbum φοιτᾷ: ſed quid de δρυ ſyllaba, quae praecedit, facerem, nihil prorſus occurrebat. Quod ταῖς συναικλείαις in τὰς συναικλείας mutatum voluit Caſaubonus: mihi non prorſus inſolens videbatur praepoſitionis ἐπὶ cum dativo caſu in tali dictione, qualis eſt haec de qua quaerimus, conſtructio: cui non modo par erat iſta quae hîc praecedit, ἐπὶ τᾷ μύλᾳ, verum etiam ſimillima illa in loquendi formulis ſatis obviis; verbi cauſſa, ἐπὶ κυνηγεσίᾳ ἐξιᾶσι, apud Noſtrum I. 24. c. aut ἐπὶ ξενίᾳ καλέσας, II. 58. c. Sin omnino quartum caſum neceſſario poſtularet hic locus, poſſes cum Koenio ad Corinth. pag. 94 ſq. ſtatuere, ex Dorum Aeolumque dialecto ταῖς συναικλείαις idem ac τὰς συναικλείας valere: qua tamen ratione non admodum nitar equidem. — »Allato iſto »Alcmanis teſtimonio, poëtae domo Laconis, probare »Didymum ſuam ſententiam, ait Casaubonus; nempe »erraſſe Polemonem, dicentem, αἶκλον caeteris quidem »Doribus valere idem ac δεῖπνον, Lacedaemoniis vero ita »vocari apophoreta, quae poſt coenam dabantur con»vivis qui phiditia agitaſſent.« conf. Animadv. ad p. 139. b. — »Sed, quod probare inſtituerat, [ſic pergit idem »Casaub.] melius demonſtrat *alter locus* Alcmanis, Αἶ»κλον δ' Ἀλκμάων ἁρμόξατο: *coenam Alcmaeon inſtruxit*; »vel, *id convivium rexit Alcmaeon.* ἁρμόξατο, pro, *fuit*

» *harmoſynus*; ut ſaepe ἁρμόττειν, pro *eſſe harmoſtam*, & » id genus alia. Harmoſyni Spartae praefecturam in mu» lierum mores obtinebant: quos dubium non eſt in con» viviis praeſertim publicis munus ſuum exercuiſſe. «

ἀλλ' ἐπάϊκλα μὲν λέγεται ταῦτα &c. Et ἐπάϊκλα vocabantur, (ſive ἔπαικλα) & ἐπαίκλεια. conf. XIV. 642. e. & 664. e. f.

d ἦν μὲν γὰρ τοῖς παισὶ παρέχουσι. Ex πᾶσι, quod eſt in *ms. A.* πάσι factum in ed. Ven. inde παίσι ed. Baſ. Denique recte παισὶ ed. Caſ. Huc enim deinde reſpicit id quod mox ſequitur, (lit. e.) ἦν δὲ εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν φειδίτια κομίζουσι. Pari modo πᾶσιν pro παισὶν perperam poſitum vidimus IV. 128. d. conf. pag. 143. d. In *ms. Ep.* deſunt iſta verba, & admodum in breve contracta ſunt omnia quae hac in regione leguntur: attamen ad vocab. ἐπιχορηγήματα, quod paulo ante hunc locum legitur, adiectum eſt interpretamentum, ἤγουν μετὰ τὸ δεῖπνον τραγήματα, ſumtum nempe ex eadem hac pag. lit. f. καμματίδας μὲν προσαγορεύεσθαι τὰ φύλλα· αὐτὰ δὲ τὰ ψαιστὰ, κάμματα. » Aliis criticis ambae voces » idem deſignant, *ipſa* videlicet *lauri folia*, *quibus liba iſta* » *involvebantur*. « CASAUB. — Vide Heſychium, & quae ibi ab Eruditis adnotata ſunt; & confer Noſtrum p. 141. a. — De vi verbi κάπτειν conſule Hemſterh. ad Comici Plutum pag. 314 ſqq. *Ibid.* ἔθος ἦν τοῖς πάλαι, φύλλα δάφνης τραγηματίζεσθαι. » *Soliti veteres lauri folia comedere in*» *ter bellaria*. Opinio fuit antiquorum, laurum ad valetu» dinis conſervationem conducere, &, ut loquitur auctor » Geoponicorum lib. XI. [cap. 2.] ὑγιείας εἶναι ἐργαστι» κήν. Ex eo mos iſte inſtitutus. Sed & aliae erant cauſae, » cur folia laurea manderent, ut ad Theophraſtum dice» bamus. [ad cap. περὶ Δεισιδαιμονίας pag. 289. Charact. » Theophr. ed. Caſaub.] Martialis: *Foetere multo Myrtale* » *ſolet vino: ſed, fallat ut nos, folia devorat lauri*. « CASAUBONUS. — Conf. Hieron. Mercurialem, Variar. Lect. lib. IV. cap. 6.

e » Teſtimonium ex incerti poëtae *Cyclopibus*, ita etiam » membranae nobis exhibent: φύλλα σὺ δείπνων καταλύ» σεις. ἢ δὲ καθάπερ σχημάτων, ἦν δ' εἰς τὰ τῶν » ἀνδρῶν φειδίτια κομίζουσιν &c. Hic primum obſervan» dum eſt, pravam diſtinctionem in mirum errorem im» puliſſe viros doctos. Putarunt enim, ſuperioribus verbis,

»ἣν μὲν γὰρ τοῖς παισὶ παρέχουσι, respondere haec, ἡ δὲ e »καθάπερ σχημ. quod tam falsum est, quam absurdum. »Ista enim, pars sunt superioris testimonii: apodosis ve»ro est in sequentibus, ἣν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν &c. *Epai»clorum*, inquit, *paratura duplex est: alia fit in gratiam pue»rorum, neque impensâ, neque operâ magnâ. Alia epaïcla con»fiunt, ut in virorum phiditia conferantur:* quorum ratio »tota est diversa. Deinde videamus, an ullo smegmate »maculae illae possint elui, quibus infectum est hoc ve»teris poëtae testimonium. Et posse equidem puto. Lego »enim: φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις ἡδέα τῶν τρα»γημάτων; *Tune illa tolles folia suavia, quae inter bel»laria solent apponi?* Cogitemus quorsum spectet qui hoc »recitat testimonium: nempe hoc vult unum probare, »solitos veteres φύλλα δάφνης τραγηματίζεσθαι. Profe»cto hoc satis certum argumentum est, non aliter poë»tam scripsisse.« — Mihi quidem non ita certa & perspicua emendatio ista, ut Casaubono, visa erat. Nam, ut facile credam in extremis poëtae verbis latere vocabulum τραγημάτων; tamen, quid de superioribus faciamus, aut quo pacto hoc cum illis conveniat, nullo pacto liquet. Itaque intacta reliqui, ut edita inveni. Nec enim quidquam promovebant codices mssti. In *Epit.* verba ista desiderantur: codex *A.* vero, in caeteris consentiens, prima etiam verba depravata exhibet; habet enim φυλασιν (sic) pro φύλλα σὺ, quod recte a primo editore positum videtur.

σκευοποιεῖται ἔκ τινων ζώων ὡρισμένων &c. Conf. p. 141. d. e. *Ibid.* παραχορηγοῦντος αὐτὰ τοῖς φειδίταις ἑνὸς τῶν εὐπορούντων. »*Cum hos sumtus supra legitimas impensas* [in »ipsa phiditia factas] *faciat divitium aliquis.* χορηγεῖν est »*necessarios sumtus facere:* παραχορηγεῖν, *ultra modum prae»scriptum legibus aut moribus aliquid praestare.* Idem signi»ficat ἐπιχορηγεῖν: quare etiam epaecla haec [paulo an»te] vocantur ἐπιχορηγήματα τοῦ συντεταγμένου δεί»πνου.« Casaub.

ὁ δὲ Μόλπις, καὶ ματτύην φησὶ προσαγορεύεσθαι τὰ ἐπάϊκλα. Vide mox pag. 141. d. e. Ματτύην vel ματτύαν generatim *omnem* dici *delicatiorem aut splendidius paratum cibum*, pluribus docet Noster XIV. pag. 663 & sq. conf. VI. 245. e.

AD CAP. XVIII.

Περσαῖος ἐν τῇ Λακωνικῇ Πολιτείᾳ. Vide supra, hac
f pag. lit. b. & ibi notata. *Ibid.* κάλαμον, ἢ στιβάδα, ἢ φύλλα δάφνης. στιβάδα Dalecampius vertit *tumultuarium lectum e fronde ſtratum:* bene, quod ad reliquum vocabuli uſum; ſed vereor ne non ſatis convenienter huic loco, ubi nude intelligendae videntur *frondes arborum*, quarum nimirum folia vice fungi poſſent foliorum lauri, ubi haec deficerent. Et, accipi etiam στιβάδας ſimpliciter pro *frondibus*, docuit H. Stephanus Theſ. T. III. 980. e. ex Evang. Marc. XI. 8. coll. cum Matth. 21, 8. & Iohann. 12, 13.
a ὁ δὲ νικήσας ἐζημίωσεν ἐλαφρῶς ἤτοι κάμμασιν, ἢ καμματίσιν &c. »Manifeſto depravatus eſt aut mutilus iſte »Nicoclis locus. Videtur ſcribendum, ὁ δὲ νικήσας τὸν »νικηθέντα ἐζημίωσεν: *victor a victo multae nomine exi-*»*git vel cammata vel cammatidas.* Καμματίδες exponuntur »hoc loco, αἷς κάπτουσι τὰ ψαιστά. Sed voci κά»πτουσι nullus hic poteſt eſſe locus. Hoc dicunt alii σκέ»πτουσι: quomodo hîc ſcribendum: aut κάμπτουσι, »quod pro ἐντυλίττειν erit poſitum, ut dictum eſt libro »ſuperiore. Ac videtur Nicocles voluiſſe, ψαιστὰ, *liba*, »dicta eſſe a verbo κάπτω, *abſorbeo*, *avide comedo*: καμ»ματίδας vero, quibus liba involvebant, a κάμπτω, »*flecto*, *involvo*.« Casaubonus. — Quod de verbo κάμπτω, *involvendi* notione accipiendo, dixerat Caſaub. ad III. 106. f. & 107. a. quo nunc hîc nos remittit, id lubrico atque adeo nullo fundamento niti, nempe corruptâ verbi in editis libris ſcripturâ, ibidem a nobis oſtenſum eſt. Porro probabile nullo modo videtur, voluiſſe Nicoclem ab alio verbo nomen κάμμα derivare, ab alio nomen καμματὶς, quod manifeſte ab ipſo illo nomine ductum eſt. Quod ſcribitur hoc loco, αἱ δὲ καμματίδες, αἷς κάπτουσιν τὰ ψαιστὰ, forte oportuerat ἐν αἷς, (quod Coray in Notis msstis malebat) aut certe id idem valet ac ſi eſſet ἐν αἷς vel ἐφ' αἷς, *in quibus* (vel *quibus impoſita*) *comedebant liba.* Id quidem ipſum perſpicue paulo ante (pag. 140. d.) eiusdem Nicoclis verbis in hunc modum expreſſum erat: ἃ (ἄλφιτα ἐλαίῳ δεδευμένα) φησὶ Νικοκλῆς ὁ Λάκων κάπτειν αὐτοὺς ἐν φύλλοις δάφνης, παρ' ὃ καὶ καμματίδας μὲν προσαγορεύεσθαι τὰ φύλλα· αὐτὰ δὲ τὰ ψαιστὰ, κάμματα. Quo magis mi-

reris, cur verbo κάπτειν nullum esse hic locum Casaubo- a
nus existimaverit. Nempe turbaverat virum doctum partim id quod de verbo κάμπτειν parum feliciter supra disputaverat, tum vero id quod apud Hesychium vulgo legitur his verbis: Κάμματα· φύλλα δάφνης, ἐν οἷς σκέπουσι τὰ ψαιστά. At tantum abest, ut ex isto Hesychii loco hic noster sit corrigendus, ut potius ex Athenaeo restituenda Hesychio fuerit vera scriptura. Respexit enim manifeste doctus Lexicographus ipsa illa Nicoclis apud Athenaeum nostrum verba, quae modo ex p. 140. d. citavimus, cum quibus consentiunt haec de quibus hic quaerebamus. Neque enim *foliis lauri tegebantur* liba; sed *eis* liba *imponebantur*.

AD CAP. XIX.

εἶτα μᾶζαν μὲν ὅσην ἂν ἕκαστος ἢ βουλόμενος. Videtur, qui primus ita scripsit, putasse desiderari hic particulam εἶτα, quae ad praecedentem vocem πρῶτον referretur: itaque pro verbo ἔστι, (vel ἐστὶ) quod paulo intricatius fortasse hic scriptum erat, εἶτα posuit. At vero, ad istud πρῶτον manifeste refertur id quod paulo inferius sequitur, εἶτ' ὀξέως ἤδη δεδειπνηκόσιν &c. Utique connexio orationis desiderare videtur, ut ἔστι δὲ hic legamus; aut, praecedente nudo *commate* loco maioris distinctionis, nude ἐστὶ, *absque coniunctione*. Tum ferri quidem fortasse possit μᾶζαν μὲν ὅσην, casu nominis ad casum pronominis ex Graeci idiotismi ratione adcommodato: sed potuit etiam istud imprudenti excidere librario, ut μᾶζαν μὲν ὅσην scriberet, cum μᾶζα μὲν ὅσην debuisset. *Ibid.* ἑκάστῳ κώθων παρακείμενος ἐστί. Cor- b
rupte καθ' ὃν editum erat; pro quo (ut perspecte Casaub. monuit) κώθων fuit scribendum, ut sententia esset, »*apponitur unicuique suum poculum, ut cum libuerit bibat.* »κώθωνα [sic pergit idem Casaub.] proprium esse Spar- »tanorum poculum, ac proinde optime huic sententiae »convenire, liquido constat ex libro XI.« — Vide XI. 483. b.

ἐνίοτε δ' οὐδ' ὅ τι μὲν οὖν. »Scribo ἐνίοτε δὲ οὐδ' ὅτιοῦν: »nam edita scriptura, ἐνίοτε δέ τι μόνον, capi non »potest.« Casaub. — Mihi in corrupto μόνον non modo particula οὖν, sed simul etiam vocula μὲν, latere visa

b erat. *Ibid.* ὃς τέταρτον μνᾶς μάλιστα. Adiiciendam esse vocem μνᾶς rectissime, ut videtur, monuit CASAUB. Nihil autem, nec hic, nec paulo ante, ab editis discedit *ms. A.* In *ms. Ep.* vero totus locus omissus. *Ibid.* ἱκανὸς ὢν παρ' ἅπαν τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτοὺς παραπέμπειν. Minutum est, sed ne hae quidem minutiae omittendae: παρὰ πᾶν editum volebam, ut dedit *ms. A.* Mendose παραπᾶν una voce ed. Ven. & Bas. Inde παρ' ἅπαν ed. Cas. — » Mire usus est verbo παραπέμπειν: id signi» ficat, *deducere aliquem & comitari.* Ita levatur itineris mo» lestia: facundus enim comes pro vehiculo est. Inde » translatum verbum, de eo dicitur venuste, quod *alii* » *rei adiunctum, eam reddit gratiorem.* Sensus igitur est: » *tantâ copiâ ius apponi, ut sufficiat vel solum ad levandam* » *omnibus sicci panis molestiam:* libentius enim ex iure pa» nis estur, quam siccus & solus.« CASAUBONUS. — MEURSIUS, Dalecampium secutus, intellexit, *quod sufficeret, ut transmitti totâ coenâ ad convivas omnes posset.* Miscellan. Lacon. p. 47. *Paulo ante,* in illis verbis, πλὴν ὅ γε ἀπὸ τούτων ζωμὸς, quo referatur pronomen τούτων haud adparet; nisi forte e superioribus intelligi χρεῶν possit: quamquam χρέα in plurali numero non praecessit. ἀπὸ τούτου habet *ms. Ep.* vide ne rectius.

c Συμφέρει δ' ἕκαστος εἰς τὸ φειδίτιον &c. Intelligendum τοῦ μηνὸς vel κατὰ μῆνα, *singulis mensibus;* ut ex Plutarcho & Porphyrio docuit Meurs. pag. 45 sq. *Dein,* vulgatum αὐτοῖς οἱ φειδίται, quamquam tenet cum editis codex uterque, tamen non ferendum putavi, sed in αὐτοὶ οἱ φειδίται utique mutandum.

d ὅσον εἰς αὐτὴν τὴν συνουσίαν· νομίζοντες, καὶ τὰ πλείονα τῶν ἱκανῶν παρασκευάζειν, περιττὸν εἶναι. » Scribe, » ὅσον εἰς αὐτὴν ἀρκεῖν τὴν συνουσίαν νομίζονται. » τὰ γὰρ πλείονα τῶν ἱκανῶν παρασκευάζειν, περιττὸν εἶ» ναι, μὴ μέλλοντά γε προσφέρεσθαι. *Quantum ad convivium* » *illud putant sufficere: nam plura apparare quam quae sint sa*» *tis, supervacuum esse; quando illa non sis comesturus.* In » voce προσφέρεσθαι frequenter lapsi interpretes.« CASAUB. — Priore emendatione carere nos posse putavi: nec enim verbo ἀρκεῖν opus est, nec verbo finito νομίζονται. Ea ipsa sententia, quam Casaubonus voluit, percommode inest in verbis qualia vulgo leguntur. Sed τὸ pro τὰ verum puto: quamquam, si quis pertinacius id

agat, istud quoque fortasse defendi possit. Verbum προσ- d
φέρεσθαι in medio genere activa (vel reciproca) notione usurpatum (pro, *cibum capere, comedere*) iam saepius observavimus: nunc passive accipiendum, *comedi*; & μέλλοντα προσφέρεσθαι, *comestum iri.*

Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον εἰώθεν ἀεί τι παρά τινος κομίζεσθαι - - κατ' οἶκον ἠρτυμένη ματτύη. Quum priora verba eodem, quo scripsi, modo essent edita, posteriora vero sic, κατ' οἶκον ἠρτυμένα ματτύην: »Scribo, »ait, CASAUBONUS, Μετὰ τὸ δεῖπνον εἰώθεν ἀεὶ παρά »τινος κομίζεσθαι (ἐνίοτε δὲ καὶ παρὰ πλειόνων) παρ' αὐ»τοῖς κατ' οἶκον ἠρτυμένη ματτύη, ὃ καλοῦσιν ἐπάϊ»κλον. Plana sententia, quae in edita lectione non pro»cedit.« — Cui, quod ad posteriorem spectat emendationem, ἠρτυμένη ματτύη, adsensus sum: (ubi poterat etiam ματτύα scribi, ut paulo post: sed promiscue utrumque dicebatur, ματτύη & ματτύα; uterque autem codex h. l. vocalem η tenebat:) sed, cur in prioribus verbis pronomen τι deleretur, nullam satis idoneam vidi caussam. Poterat nullo incommodo ad praecedens ἀεί τι deinde per adpositionem inferri κατ' οἶκον ἠρτυμένη ματτύη: *semper aliquid,* - - nempe *domi paratus cibus aliquis delicatior;* hoc enim proprie sonat ἡ ματτύη, ut paulo ante adnotavimus. Nisi plura quaedam verba essent interiecta, commode τις pro τι dicturus erat. Sed quoniam accusativum casum obstinate tenet codex uterque, suspicari licet in hunc modum fortasse olim scriptum fuisse, εἰώθεν ἀεί τι παρά τινος κομίζεσθαι - - κατ' οἶκον ἠρτυμένον, ματτύη, ὃ καλοῦσιν ἐπάϊκλον: ut ἠρτυμένον ad τι referretur, sola vero vox ματτύη per adpositionem esset adiecta, idem valens ac si ματτύη τις dixisset. *Mox*, ubi legitur ἐστὶ δὲ ἡ ματτύα, codex *Ep.* e in contextu quidem ματτύη habet, sed ματτύα inter lineas.

τὴν τῶν Καρνείων ἑορτὴν - - μίμημα εἶναι στρατιωτικῆς ἀγωγῆς. »Habuit igitur illa *Carneorum* apud Lacedaemo»nios solemnitas convenientiam aliquam cum Iudaico »festo, quod ἑορτὴν σκηνῶν vocant LXX, alii scriptores »sacri σκηνοπηγίαν.« CASAUB. — Scripturam Καρνείων tenui cum editis. Καρνίων vero habent mssti nostri. Apud Eustath. ad Iliad. ω'. extr. ubi plura ex hoc Athenaei loco adferuntur, magis etiam corrupte Καρνῶν editur. Sed vide Nostrum XIV. 635. e. Conf. Meurs. Misc.

Lacon. II. 13. & Graec. Feriat. in Κάρνεια. *Ibid.* τόπους γὰρ εἶναι ἐννέα μὲν. Perperam τρόπους *ms. A.* Recte τόπους *ms. Ep.* cum editis. Magis placet etiam series verborum, qua utitur idem *ms. Ep.* nempe τόπους μὲν γὰρ εἶναι ἐννέα. Mox vero corruptissime idem τῷ ἀριστεῖ, pro ἀριθμῷ.

f σκιάδες δὲ οὗτοι καλοῦνται. »σκιάδες, quarum ex *Demetrio Scepsio* meminit auctor, similes erant iis quas veteres Latini *umbras* vocabant, ut scribit Festus: de quibus dicemus plura libro V. capite sexto.« CASAUB. — Vide ad V. 196. a. *Ibid.* ἔχει τε ἑκάστη σκιὰς φρατρείας τρεῖς. Verba ista praetermisit *Epit.* Codex *A.* vero σκιὰ h. l. habet cum editis. Sed obtemperandum CASAUBONO duxi, qui id corrigendum obiter monuit. »Quaeri potest, inquit, quid appellaverit φρατρείαν hic scriptor, cum ait, ἔχει τε ἑκάστη σκιὰς (ita scribendum, »non σκιὰ) φρατρείας τρεῖς. Constat, tribuum partes »φρατρείας esse nuncupatas in rep. Athenienſium: an & »in Spartana πολιτείᾳ eadem fuerit eius vocis significatio, non facile dictu est. Atque omnino, si quid iudico, »difficultate non caret hic locus.« —

AD CAP. XX.

a μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμου χάριν, παρεσκευάζετο καὶ ἄλλα αὐτοῖς, στρωμναί τε &c. Corrupte vulgo sic edebatur, μικρὰ συμπεριενεχθεῖσιν ὁμοῦ χάριν παρεσκευάζετο. καὶ πάλιν αὐτοῖς (in ed. Bas. & Cas. etiam sic: καὶ πάλιν, Αὐτοῖς) στρωμναί τε &c. neque aliud quidpiam dabant vetustae nostrae membranae. Perspecte vero CASAUBONUS, postquam monuit νόμου χάριν esse corrigendum; (in quo praeiverat Dalecampius, *dicis causſa* vertens;) deinde sic pergit: »Sequens periodus imperfectam sententiam continet; nisi repetas ex praecedentibus παρεσκευάζοντο. Imo vero, qui me audiet, distinctas sententias culpâ librariorum, in unam coniunget, »& scribet: ὅταν δὲ καὶ παραγένοιντο, μικρὰ συμπεριενεχθεῖσιν νόμου χάριν, παρεσκευάζετο καὶ ἄλλα αὐτοῖς, στρωμναί τε &c. quae ita vertet sermonis Graeci »peritus: *Quin, si quando ad phiditia convenirent, postquam »dicis causſa paululum una fuiſſent, mox parabantur eis cum »alia, tum etiam lecti*, &c.« — Quarum emendationum

utramque adoptandam iudicavi: & priorem quidem citra a ullam dubitationem: de altera addubitaveram paulisper, an, ſolummodo diſtinctione ſublata ante & poſt καὶ πάλιν, ipſa vox πάλιν teneri poſſet. At, hac ſervatâ, alia mutanda forent: nam & παρεσκευάζοντο in plurali foret legendum, & τε particula poſt στρωμναὶ foret delenda, quae nihil habebat quo referretur, niſi forte ad iſtud ποτηρίων τε ſpectare dixeris, quod ex longo intervallo ſequitur. Itaque nihil expeditius certiusque erat, quam καὶ ἄλλα cum Caſaub. corrigere. Parum hic opis praeſtabat *Epitome*, in qua, quae hoc loco in pleniore opere leguntur, mutatis paululum verbis ſic contracta ſunt: οὔτε θέλοντες ἥκειν εἰς τὰ ϕειδίτια κατὰ τὸ πάτριον ἔθος· καὶ εἰ ἔλθοιεν, ἐν στρωμναῖς πολυτελῶς ἠσκημέναις ἀνακείμενοι. De uſu verbi συμπεριϕέρεσθαι dictum eſt ad initium huius libri, IV. 128. a. rurſusque dicetur ad V. 177. d.

»Pergit DEMETRIUS, οἱ δὲ πρότερον ἐπὶ τοῦ κλιντηρίου »ϕιλοῦ διακαρτεροῦντες τῆς κλίνης παρ' ὅλην τὴν »συνουσίαν, ὅτε τὸν ἀγκῶνα ἅπαξ ἐρείσειαν. Lego διε καρ»τέρουν, vel διακαρτεροῦντες ἦσαν. *Veteres Spartani*, in»quit, *quamdiu convivabantur, ſuper nuda lecti ſponda du»rabant, poſtquam ſemel cubito fulciri coeperant.*« CASAUBONUS. — Lectulos, in quibus veteres Spartani epulis adcumbebant, totos ligneos fuiſſe ex Athen. XII. 518. e. & ex Cicerone pro Muraena cap. 35. diſcimus. Quare κλιντήριον τῆς κλίνης (quod non incommode vir doctus *lecti ſpondam* interpretatus eſt) intelligi debebit *lignea tabula quae vel a tergo vel a latere eſt, in qua vel dorſo vel cubito inniti poſſimus.* Iſta, ὅτε ἅπαξ ἐρείσειαν, ſi quid video, non tam reddenda erant, *poſtquam ſemel fulciri coeperant*, quam, *ſi omnino fulcirentur*, aut, ut in verſione poſui, *ſi modo umquam fulcirentur*, vel *inniterentur.* Ut autem pro participio διακαρτεροῦντες verbum finitum deſideraret Caſaubonus, in cauſſa fuerat quod in verbo ἐρείσειαν finiebatur vulgo iſta ῥῆσις, & interpoſito *puncto* ſic deinde pergebat oratio, εἰς δὲ τὴν προειρημένην τρυϕὴν ἦλθον. Et habet quidem *Epitome* h. l. illud ipſum διεκαρτέρουν, quod voluerat vir doctus: ſed id haud dubie ſuo arbitratu, ut multa alia, poſuit Abbreviator, qui deinde omiſſis his ipſis, quae poſt verbum ἐρείσειαν in opere pleniore ſequuntur, continuo ſic pergit: ἦρξαν δὲ τῆς τοιαύτης βλακείας οἱ μικρὸν πρὸ Κλεομένους βασιλεύσαντες. Veram ora-

a tionis connexionem progressionemque perspectissime vidit CORAY noster, monens in *Notulis msstis*, tenendo participium διακαρτεροῦντες, *punctum post* ἐρείσειαν *commate* fuisse mutandum, moxque pro εἰς δὲ τὴν πρ. levissima mutatione εἰς τήνδε τὴν scriptum oportuisse. Cui quin morem gererem non dubitandum duxi. Poteras utique etiam suspicari, εἰς δὲ τὴν ex εἰς δὴ τὴν esse corruptum: sed, utrum praetuleris, perinde erit; & lubens in isto equidem adquievi. Sic igitur illud οἱ πρότερον non absolute per se positum est, ut valeat οἱ πρότερον ὄντες, οἱ πρότεροι, vel οἱ παλαιοί: sed cohaerent (non dissimili quidem sententiâ) ista verba, οἱ πρότερον διακαρτεροῦντες.

βρωμάτων παντοδαπῶς πεποιημένων. Sic corrigendum pro vulgato παντοδαπῶν recte monuerat CA-
b SAUB. — *Paulo post*, ubi οὓς τοσοῦτον αὖθις edidimus, postremam vocem ignorat *ms. A.* cum editis, nec certo ego spondeam esse ab auctoris manu. Percommode vero isto loco habet eam noster *ms. Ep.* neque aspernanda mihi visa erat. *Mox*, quae de opulentia nonnullorum ex privatis Spartae civibus ait, cum his confer quae habet Plutarchus in Agide p. 798. c.

AD CAP. XXI.

c οὐδέποτε ἐνωρίστερον τοῦ κατειθισμένου συνῆγε καιροῦ. »Quia ὡραῖα Graecis appellantur quae *elegantia* sunt, »Dalec. vertit ἐνωρίστερον, *elegantius*. At enim proxima »verba, τοῦ κατειθισμένου καιροῦ, virum doctum erroris »sui admonere debuerant. Igitur ἐνωρίστερον, vel ἐνωρέ»στερον, [istud, non hoc, agnoscunt libri; nempe edd. »& *ms. A.* nam deest haec ῥῆσις *Epit.*] positum pro ἐνω»ρότερον, quod significat μᾶλλον ἐν ὥρᾳ. Graeci dicunt ἐν »ὥρᾳ, quod in idiotismo nostro *bona hora*. Aristoph. Vesp. »242. & Concion. 395. Theocrit. XXI. 40. Latini varie »exprimunt: M. Tullius, *mature*, de convivio Verris »apud Rubrium: *mature veniunt, discumbitur*. Alii, *de tem»pore*; Hirtius vel Oppius de Bell. Hispan. *ipse de tempore »coenavit*. Plautus, *tempori*; Capteiv. *Numquid vis?* Heg. »*Venias tempori*. Inde elegans vox facta, *temporius*. Glos»sae veteres: *Temporius*, ἐνωρότερον. Quas *coenas tempe»stivas* Cicero appellat, quaeque alii *convivia tempestiva*, »solita de die inchoari contra maiorum disciplinam, ea

» sunt Graecis ἐνωρότερα δεῖπνα: & *tempestive coenare*, δει- c
» πνεῖν ἐν ὥρᾳ, vel συνάγειν. « CASAUB. — συνάγειν συμ-
πόσιον legimus V. 186. c. συνάγειν τὰ συσσίτια, IV. 143.
a. τὰ φειδίτια, V. 186. b. Sic & συνάγειν δεῖπνον, ni fal-
lor, dixere Graece, *coenam agere*, *instituere*. Sed solum per
se verbum συναγειν non puto ista notione usurpari; nisi
ex connexione orationis nomen τὸ συμπόσιον vel δεῖπνον
aut aliquod simile intelligatur: quod hic quidem facile cum
ex antecedentibus, tum ex sequentibus intelligebatur. Cae-
terum quae hoc capite de CLEOMENIS *moderato victu* ex
Phylarcho traduntur, eadem fere narrat Plutarchus in
Agid. & Cleomene pag. 811. quae cum his contulisse
neminem poenitebit.

πεντακλίνου τε διεστρώννυτο οὐδέποτε πλεῖον. Haec
est utriusque nostri codicis scriptura: pro qua sic edeba-
tur, πεντάκλινόν τε διεστρώννυτο, οὐδέποτε πλεῖον.
Ubi perspecte adnotavit CORAY: » Lege πεντακλίνου
» τε διεστρώννυτο οὐδέποτε πλεῖον: vel πεντάκλινόν τε
» διεστρ. καὶ οὐδέποτε πλεῖον. « *Ibid.* δι' ἑδεάτρου. cf. IV.
145. f. & p. 171. b. c.

ἐπί τε τῷ τρίποδι ψυκτὴρ χαλκοῦς ἐπέκειτο, καὶ κάδος, d
καὶ σκαφίον ἀργυροῦν, δύο κοτύλας χωροῦν, καὶ κύαθος.
» Plutarchus haec paulo aliter: *craterem* vocat quem Athe-
» naeus ψυκτῆρα; in tripode autem fuisse ait φιάλας ἀρ-
» γυρᾶς δικοτύλους δύο. *Cado* vinum continebatur: *scaphia*
» inter potoria vasa etiam Latini nominant, Plautus &
» Tullius. Pro κύαθος, malim κύαθοι. Plutarchus, καὶ πο-
» τήρια ὀλίγα. « CASAUB. — κάδος recte ed. Cas. Corru-
pte κλάδος edd. vett. cum *ms. A.* Deinde, sive κύαθοι
legas, sive κύαθος, (quod ipsum fortasse non solicitan-
dum erat) intelligendum ex superioribus verbis ἀργυροῖ
vel ἀργυρούς. Sic & diserte Plutarchus, ποτήρια τῶν ἀρ-
γυρῶν ὀλίγα παντάπασιν. *Mox*, εἰ μή τις αἰτήσειεν·
ἐδίδοτο δὲ &c. Ita distinguendas voces monuit CA-
SAUB. cum in editis & msstis sic legeretur, εἰ μή τις αἰ-
τήσειεν· ἐνεδίδοτο δὲ &c. quod ipsum tamen vide ne
teneri debuerit: nam & εἰ μὴ cum futuro indicativi pro
aor. opt. haud raro constructum reperias; compositum
vero verbum ἐνεδίδοτο valere poterit, *in manus tradeba-
tur*. Quod in editis sequebatur, τὸ δὲ πολὺ πρῶτον
καὶ ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος, οὕτως ἤτουν καὶ οἱ λοιποί:
id quidem ferendum non erat. Quae verba se non intel-

d ligere profeſſus CASAUBONUS: »Si modo vani, inquit, »coniectores non ſumus, hoc vult auctor: *In Cleomenis »conviviis ſervari ſolitum hoc inſtitutum, ut nemini vinum fun»deretur niſi petenti:* iſtud cum iam dixerit, nunc addit, »*utplurimum Cleomenem omnium primum fuiſſe qui vinum po»ſceret; deinde, ubi datum eſſet ab illo ſignum, ita popoſciſſe »& reliquos convivas.* Itaque ſcribo: τὸ δὲ πολὺ, πρῶτον »αὐτὸς ἤτει· καὶ ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος, οὕτως ἤτουν »καὶ οἱ λοιποί.« — At eamdem ſententiam paulo brevius expreſſit Phylarchus, τὸ δὲ πολὺ πρώτῳ ſcribens, ut quidem vetuſtae noſtrae membranae declarant. Refertur autem ille dativus caſus ad ſuperius verbum προσεφέρετο, *porrigebatur:* (quae connexio orationis quo clarius pateret, interiecta verba ἐδίδοτο - - δείπνου parentheſeos ſignis incluſimus:) tum vero vel ex illis verbis praecedentibus, εἰ μή τις αἰτήσει ſive αἰτήσειεν, intelligendum hîc πρώτῳ αἰτοῦντι; vel potius ex his quae continuo ſequuntur, καὶ ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος, intelligi hîc debet προσεφέρετο πρώτῳ προσνεύσαντι. Et commodum quidem videri poſſet, ſi ſaltem πρώτῳ αὐτῷ hîc ſcripſiſſet auctor: ſed poterat, ni fallor, nullo incommodo, debetque ex ipſo etiam Graeci ſermonis uſu, ex eisdem verbis continuo ſequentibus, καὶ ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος, hoc loco intelligi πρώτῳ ἐκείνῳ προσνεύσαντι. Epitomator, omiſſis mediis, haec ita contraxit: εἰ μή τις αἰτήσει. ἤτουν δὲ, ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος.

e τὰ δὲ λοιπὰ ὥστε &c. »Mendum ſubolent iſta. Quid »appellat τὰ λοιπά? nam & mssti eam ſcripturam agno»ſcunt. Senſus poſtulat tale quid, τὰ δ' ἂν τοιάδε, vel »τοσαῦτα, ὥστε &c. aut ſic, τὰ δὲ λοπάδια, ὥστε »&c.« CASAUB. — Placet utique λοπάδια, diminutivum (quo utitur Ariſtoph. Plut. 812. & Alexis apud Noſtrum, III. 107. d.) vocabuli λοπὰς, quod & *patinam* vel *lancem* denotat, & per metonymiam *edulium*, *quod in ea adponitur.* conf. Caſaub. ad IV. 158. b. At tamen vulgatum τὰ λοιπὰ, quod uterque noſter codex tuetur, hactenus defendi tenerique poſſe putavi, ut idem ac λοιπὸν vel τὸ λοιπὸν valeat, utque hoc dixerit auctor: *Fercula poſita erant ſuper menſula admodum vulgari; caeterum ita* (erant comparata) *ut* &c. Mox, ὑπερτείνειν recte ed. Caſ. cum *ms. A.* (in *Epit.* abeſt) Corrupte vero ὑπερτάνειν editt. vett. *Neque rurſus ita contendendum in hoc eſſe,*

ut sine ulla utilitate sumtus facias, excedens moderatum vivendi modum: sic reddidit CASAUB. in Animadv. *Dein*, ἐφεστήκει rescripsi ex *ms. A.* & ed. *Ven.* ἐφεστήκει ed. Bas. & Cas. Ἀκρόαμα, intellige musicos aut mimos, f cantu aut ridiculis recitationibus & gesticulationibus exhilaraturos convivas. *Ibid.* οὐθὲν restitui ex ed. Ven. & *ms. A.* cum citra necessitatem in οὐδὲν mutatum esset in ed. Bas. & Cas. quae tamen consentientem habent *ms. Ep.* Sed & alibi fere, ubi οὐθὲν habet *ms. A.* οὐδὲν scripsit Epitomator. *Denique*, quod ait τεθηρευμένους, id ea ratione dictum est, qua ϑηρᾶν φίλους saepe Socrates dixit apud Xenophontem.

ANTIPHANIS *versiculos* latine reddidit GROTIUS in Ex- a cerpt. pag. 602 sq. cuius versionem Graecis nostris subiecimus. *Vers.* 3. εἰς τὰ φειδίτια habet *ms. A.* cum edd. (Totam eclogam omisit *Epit.*) Id cum non ferat metrum, aut τὰ fuit *delendum* cum Grotio, aut εἰς (vel ἐς) τὰ φιλίτια scribendum cum TOUPIO, in Curis Nov. in Suid. p. m. 209. Et haec quidem posterior ratio probabilior utique. Nec enim commode abesse potest articulus: convivia autem ista Lacedaemoniorum perinde & φιλίτια & φειδίτια dicta fuisse, notum est; &, Atticos quidem scriptores priori magis, quam altero nomine, uti consuevisse intelligi videtur ex testimoniis, quae a Meursio in Misc. Lacon. pag. 43 sq. e variis auctoribus collecta sunt. Nil autem mirum, istud vocabulum φιλίτια a librariis nostris, qui toties ante hunc locum φειδίτια scriptum repererant, nunc in eamdem formam fuisse mutatum.

Vers. 4 *sq.* φορεῖν τοὺς βύστακας μὴ καταφρόνει. Cum φόρει vulgo legeretur, probavi CASAUBONUM, ad hunc locum ita commentantem: »Difficile dictu est, quid in» telligat hic poëta, cum inter Laconica instituta etiam »hoc ponit, τὸ φορεῖν τοὺς βύστακας. Eruditi viri con»sentiunt, βύστακας hic dici τοὺς μύστακας, *barbae pilos* »*qui labium superius vestiunt.* Sed obstat huic interpreta»tioni lex Lacedaemoniorum, qua erat cautum, ne cui »fas esset τὸν μύστακα τρέφειν. Auctor Plutarchus, in »Agide, & DE sera Numinis Vindicta. [p. 550. b.] Non »debemus autem existimare, elegantissimum poëtam in »tanta ignoratione Laconicae disciplinae esse versatum, »ut rem ignoraret omnibus notam, qui oculorum saltem »sensum haberent. Hesychius βύσταγα (aut fortasse βύ-

a »στακα ſcripſerat) exponit τώγωνα. Si volumus ita hîc »accipere, iam nulla difficultas. *Barbam* enim Lacedae»monios aluiſſe nemo dubitat. Sed cur diceret τοὺς βύ»στακας potius quam τὸν βύστακα. Praeterea, etſi Heſy»chio plurimum tribuo, mihi tamen ſuſpecta haec illius »interpretatio. Nobis in mentem huiusmodi lectio & in»terpretatio veniebat: φορεῖν τοὺς βύστακας μὴ κατα»φρόνει: *ne ita mores Spartae aſperneris, ut audeas in ſupe»riori libro pilos alere.* καταφρονεῖν vox eſt, ut Servius »loquitur, praegnans; pro καταφρονοῦντα τολμᾷν, *prae »contemtu audere aliquid.*« — Sic ille: quae mihi & luculenta & certiſſima viſa erat emendatio. GROTIO TOUPIOque, μὴ φόρει τοὺς βύστακας (μύστακας etiam Toup.) ſcribentibus, neceſſe fuit, quo metro conſtaret ratio, articulum τοῦ *delere*, qui ad vocabulum ζωμοῦ non ſine vi adiectus videtur, quemadmodum etiam duo alia nomina φιλίτια & βύστακας adiectos articulos habent. *Verſ.* 6. Pro ἀρχαϊκὸς, Grotius ἀρχαϊκῶς ſcripſit: qua novatione nil erat opus.

AD CAP. XXII.

b εἰς τὴν ἑταιρίαν. ἑταιρείαν edd. & *ms. A.* minus commode, eſt enim hoc a verbo ἑταιρεύω, & diverſo ſignificatu uſurpatur. εἰς τὰς ἑταιρίας habet Epit. Paulo poſt vero καθ' ἑταιρίας recte edd. cum *ms. A. Ibid.* Quatuor verba καλοῦσι δὲ ταύτας ἀνδρεῖα, quae deerant editis, dedit *ms. A.* repereratque eadem h. l. in ſuo exemplo Epitomator: quod etiamnum ex contractis illius verbis adparet; ſic enim ille: ἀναφέρει τὴν δεκάτην εἰς τὰς ἑταιρίας, αἳ καλοῦνται ἀνδρεῖα, καθ' ὃς διήρητο οἱ πολῖται. Confer Ariſtot. Polit. II. 8. (10.) & Strab. X. 480. c. *Ibid.* Εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην. κατὰ τὴν πόλιν in codice msto Huraldino ſcribi ait Caſaub. Sed in editam ſcripturam recte conſentiunt & noſtri mssti, & alii quorum notitia ad Caſaubonum per-
c venerat. In eodem cod. Hurald. paulo poſt, pro κοιμίζουσι, ſcriptum erat κομίζουσι: quod videri poterat denotare, *curam gerunt, & res neceſſarias ſubminiſtrant;* ſed repugnant rurſus cum reliqui omnes codices, tum quod continuo ſequitur vocabulum κοιμητήριον.

Verbum προκαθίζουσι tenet cum editis codex mstus

uterque. Id proprie significat *praesidere*, *in sublimi sedere*: c
poterit vero etiam valere, *in publico*, *in omnium conspectu sedere*. Vide Lexic. Polyb. verbo Προκαθῆσθαι, quod idem significat ac προκαθίζειν. *Ibid.* ποτήριον – – κεκραμένον ὑδάρους. » Malim ὑδαρῶς: etsi consensum librorum »non aspernor.« Casaub. — Immo vero optime habet scriptura librorum. Intellige ὑδαροῦς οἴνου, coll. X. 431. d. & 427. c. aut refer ad rectum casum τὸ ὑδαρὲς, (scil. πόμα) coll. X. 423. f.

τοῖς δὲ παισὶ. Tacite hoc correxit Casaub. Iam bis d
haud multo ante permutata ista a librariis vidimus, παισὶ & πᾶσι, p. 140. d. & p. 128. d.

τοὺς νεωτέρους ex *ms. A.* adoptandum duxi. *Ibid.* e
ἀβαμβάκευστα τοῖς ὀρφανοῖς παρατίθεται. »ἀβαμβάκευστα recte ex Hesychio docti interpretati sunt, *cibos* »*ἄνευ μαγγανεύματος paratos, & sine ullo exquisito coquorum artificio.* Sed originem vocis non omnes habent cognitam. Est autem a βάμβα, quod pro βάμμα usurpaverunt Dores. Hesychius auctor est, ita appellasse Syracusanos *colorem* & alia quaedam: nam βάπτειν est *tingere*. Inde est βαμβακεύειν, de *mangonizatione ciborum.*« Casaub. — ἀβαμβάκευστα rursus paulo post editum erat, ubi ἀβαμβάκευτα ex *ms. A.* recepi, quam veriorem scripturam H. Stephanus iudicaverat in Indice Thes. Hoc loco cum nihil ex *ms. A.* adnotatum esset, vulgatum tenui. *Ibid.* κατὰ τὸν ἄκον τὸν τοῦ πατρὸς ὑφιζάνουσιν. Sic codex noster uterque. ἐφιζάνουσιν edd. *Mox dein*, ἐκ δεξιᾶς vel ἐν δεξιᾷ, pro eo quod nude editum erat f
δεξιᾶς, scribendum monuit Casaub.

AD CAP. XXIII.

Ἡρόδοτος δὲ συγκρίνων &c. Vide Herodot. I. 133. In huius verbis, ista οὐκ ἀλέσι praetermisit Epitomator. a
οὐκ ἄλεσι habet ed. Ven. sicut fere *ms. A.* in quo οὐκαλέσι: qua in scriptura haud obscure latebat id ipsum quod apud Herodotum e probis codicibus recepit Wesselingius. Librorum scripturam apud Athenaeum corrupit editor Basileensis, consulto refingens ad vulgatae olim apud Herodotum pravae scripturae exemplum: nec odoratus est facinus optimus Casaubonus, qui, Venetam editionem numquam inspicere dignatus, hoc loco etiam scripturam

a verae proximam, quam in Italicis suis Excerptis haud dubie enotatam repererat, minime curavit. *Aliquanto post*, ista, τὰ σπουδαιότατα τῶν πρηγμάτων, dedit noster *cod. A.* sic ut apud Herodotum leguntur, nisi quod ibi Wesselingius pro σπουδαιότατα (quod & olim ibi legebatur & in multis codicibus reperitur) ex aliis misstis τὰ σπουδαιέστατα adoptavit. Apud Nostrum temere τὰ σπουδαιότατα αὐτῶν πρήγματα vel πράγματα edebatur. In b στεγεάρχος consentiunt cum editis ambo nostri codices mssti: quae vocabuli forma vide ne restituenda sit Herodoto. Dein in eorumdem librorum nostrorum scriptura, μετίησι, haud dubie latebat μετιεῖσι, quod est apud Herodotum. Vitiosum est, quod apud Nostrum ex ed. Ven. in reliquas transiit, μετίασι: μετιέασι saltem, aut μετιᾶσι, oportuerat. Denique & istud, τὰ δ' ἂν νήφοντες, rectissime codices nostri dedere: pro quo tam inficete quam temere τὰ δ' ἃ νήφοντες edd.

AD CAP. XXIV.

Ξενοφῶν ἐν Ἀγησιλάῳ. XENOPHON, *in Agesilao*, p. m. c 531. Pro πᾶν μὲν τὸ παρὸν, quod cum editis tenet Epitome, in ms. *A.* legitur πᾶν μὲν διὰ τὸ παρὸν, quod fortasse ex πᾶν μὲν νῦν Δία τὸ παρὸν ortum.

Ἐν δὲ τῷ Ἱέρωνι. XENOPHON, in *Hierone*, p. m. 713. *Ibid.* ἔφη, ὦ Σιμωνίδη. In *ms. A.* post ἔφη inseritur τοι; d cui particulae nullus hic fuisse locus videtur. *Ibid.* τὸ ἡμῖν παρατιθέμενον δεῖπνον, ἢ τὸ ἑαυτοῖς. ἢ τούτοις ed. Ven. cum utroque nostro codice: ubi lubens tulissem ἢ τὸ τούτοις, (nempe τοῖς ἰδιώταις:) sed τούτοις absque articulo non ferendum putavi. Igitur τὸ ἑαυτοῖς tenui, quod ex vulgatis Xenophontis editionibus huc adscivit editor Bas. & tenuit Cas. Suspicor vero, non ἢ τὸ ἑαυτοῖς, sed ἢ τὸ αὐτοῖς scripsisse Xenophontem, atque ex illa scriptura ortam esse eam quam nostri libri praeferunt.

In ὑπερβάλλειν consentiunt nostri mssti cum editis. *Mox:* πλὴν οὐχ οἱ τύραννοι dedit *ms. A.* atque etiam ed. Ven. Idque restituendum videtur Xenophonti; cuius vulgata exempla secutus editor Athenaei Basileensis, delevit negativam particulam. Nempe abundans & inutilis videbatur hoc loco negatio, quippe quae in par-

ticula πλὴν iam contineretur. At πλὴν nunc, ut saepe d aliâs, idem valet ac ἀλλά. Itaque veluti interpretandi causſa, hoc loco ἀλλ' οὐχ pro πλὴν οὐχ posuit Epitomator. *Ibid.* ὅσῳ ἂν πλέω τις. Sic constituendam putavi scripturam, in qua mire variant libri. ὅσῳ ἂν πλείω τις ms. *Ep.* sicut vulgo apud Xenoph. Corrupte ὅσῳ ἂν τις πλέων τις ms. *A.* Inde ὅσῳ ἂν τισι πλέω τι ed. Ven. & Bas. Denique ὅσῳ ἂν τις πλέω ed. Cas. *Ibid.* τοσούτῳ καὶ θᾶσσον μᾶλλον κόρος. Sic ed. Ven. cum msstis: qui nescio an τοσούτῳ θᾶσσον καὶ μᾶλλον debuerint; sed nil temere mutandum putavi. Breviter apud Xenoph. editur, τοσούτῳ θᾶσσον κόρος. Inde apud Nostrum, τοσούτῳ καὶ θᾶσσον κόρος ed. Bas. & Cas. *Ibid.* ὥστε καὶ e τῷ χρόνῳ τῆς ἡδονῆς μειονεκτεῖ ὁ παρ. Sic recte apud Nostrum edd. & mssti: pro quo perperam vulgo apud Xenophontem (in vetustis quidem editionibus; puto id in recentioribus correctum, quarum nulla nunc nobis ad manum est) sic legitur, ὥστε καὶ τῷ χρόνῳ τῆς ἑδωδῆς μειονεκτεῖς παρατιθ. Postrema verba, inde ab illis, Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία &c. omisit Epitomator; ut nescias, utrum εὐτελέστατα, an εὐτελέστερα, in suo codice ille repererit: prius quidem tenet noster *ms. A.* cum edd.

AD CAP. XXV.

εἰς ὃν Καλλιμ. ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον. Mendose ἐπίνικον ed. Ven. cum ms. *A.* *Ibid.* προκηρύττειν τοῖς ἑφευρίσκουσί τινα f καινὴν ἡδονὴν ἀργυρίου πλῆθος. conf. XII. 514. e. 529. d. & 539. b. Cicer. Tusc. VI. 7. & Valer. Max. IX. 1, 3.

Θεόπομπος. Perperam Θεόφραστος *Epit.* repetens id nomen ex his quae modo praedicta sunt. *Ibid.* βασιλέα Θῦν ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι. »Dalec. *fercula omnia centum mensae apposuisse.* [Id graece foret, ἑκατὸν τὰ πάντα.] Imo vero, *omnia centena*: puta, centum boves, »centum apros, centum oves, & ita de caeteris quae »inter edulia locum habent. Sic dixit Strabo πάντα θύειν »ἑκατὸν, ut olim exposuimus. Parthenius Ἐρωτικοῖς cap. »9. καὶ αὐτὴν δημοσίᾳ θάπτουσιν ἐν τῷ πεδίῳ, πάντα »ἑκατὸν ἐναγίσαντες αὐτῇ.« CASAUB.

ὅτι οὕτως αὐτῷ δοκεῖν ζῆν ὡς ταχέως ἀπολούμενος. a »Sic melius, (ait CASAUBONUS) quam οὗτος.« — Nempe οὗτος vitiose legitur in editt. omnibus. Docere autem nos debebat Animadversor; οὕτως dare libros msstos: sic

a certe codex noſter uterque. Ad rem quod ſpectat, adnotavit idem CASAUB. »Simile eſt in Apologetico Ter»tulliani: *Megarenſes*, inquit, *obſonant quaſi craſtina die* »*morituri.*« Ὅταν, φησὶ, βασιλεὺς εἴς τινας ἀφίκηται τῶν ἀρχομένων. Malim adiecto articulo, Ὅταν, φησὶν, ὁ βασιλ. aut, ut habet Epitome, Ὅταν εἴς τινας ἀφίκηται τῶν ἀρχομένων ὁ βασιλεύς. Pro εἴς τινας, ſuſpicatus eram εἴς τινος olim ſcriptum fuiſſe, uſitatiſſimâ nominis οἶκον ellipſi. At bene habet vulgatum: nec enim de privato homine agitur, regem excipiente hoſpitio; ſed de communi civium, quarum urbem adiiſſet rex. *Mox*, recte ἑκάσταις γὰρ ed. Caſ. cum msstis. Vitioſe ἕκαστα γὰρ editt. vett.

AD CAP. XXVI.

b ἐσθῆτας καλὰς ἔχοντες. »Mssti λευκὰς pro καλὰς »habent. Sic Romanorum Caeſarum miniſtri fuerunt *al*»*bati*: & certum eſt, apud omnes fere gentes olim hone»ſtiorum veſtes fuiſſe *albas*; quod pluribus alibi proba»mus.« CASAUB. — Vocem καλὰς tuetur ms. *A.* λευκὰς nonniſi *Epitome* habet. Quod paulo poſt poſui, κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλων, dedere mssti ambo: nec opus erat adiecta litera conſonante.

c ἐν τῷ μεγάλῳ οἴκῳ. Reddidi, *in conclavi maiori.* Sic enim vocab. οἶκος utique hîc accipiendum videtur, ut οἴκημα, pro *conclavi*, *coenaculo*. Eodem modo uſurpatum vidimus IV. p. 130. a. Mire vero, &, ſi quid video, prorſus contra mentem auctoris, locum hunc reddiderat Dalecampius: *in eodem atrio coenant omnes; rex quidem in aedificio quodam magno ſeorſim.* Quem tamen bona fide ſecutus eſt Gallicus interpres. *Ibid.* οὐ τὸν αὐτὸν οἶκον κἀκεῖνοι. Deſiderabam αὐτὸς aut ὁ βασιλεὺς ante κἀκεῖνοι. Sed nil mutat ms. *A.* In *Epit.* vero deeſt tota iſta ῥῆσις.

d ἀκριβῶς συντεταγμένον. Sic & ἀπηκριβωμένως p. 137. d. *parce*, *circumſcripte*, *exactâ menſurâ*.

e πολλοὶ δὲ καὶ ὄρνιθες ἁναλίσκονται &c. Aves iſtae, ni fallor, intelligi debent comprehenſae in numero *mille victimarum*, quem modo dixerat: nam ἱερεῖον, ut ſatis notum, de *quovis animantium genere* dicitur, *quae* non modo *ſacrificii cauſſa*, verum etiam ſolummodo *comedendi cauſſa*

mactantur. Ita vero (quod ipsum voluit auctor) minuitur id quod supra modum mirabile & prodigiosum ineſſe videri poterat in eo quod de *mille victimis in Regis coenam quotidie mactatis* vulgo iactabatur. *Mox*, pro *οἵ τε στρουθοὶ*, *ἅτε στρουθοὶ* malebat Dorville, ad Charit. p. 589. quod ego quidem minime deſideraveram. In *Epit.* pro *οἵ τε στρουθοὶ*, eſt *καὶ στρ.* De *ſtruthionibus* docuit Bochart. in Hieroz. Part. II. lib. II. c. 14. non modo ovis harum avium, ſed & ipſa carne, quamquam duriore & concoctu difficili, delectatos olim fuiſſe multos. Et, in Aethiopia, *ſtruthophagi* commemorantur apud Strabonem & Diodorum Siculum.

οὗ οἱ ἐδέατροι ἅπαντα, μερίδας ποιήσαντες τῶν f *κρεῶν καὶ τῶν ἀρτων ἴσας, διαιροῦνται.* Deſunt iſta in Epit. Ad editam vulgo ſcripturam, *οὗ ἐδεῖν ἅπαντα*, haec monuit CASAUBONUS: »Lego *οὗ οἱ ἐδέατροι*: de qua »voce ſcribunt veteres, Graecum nomen iſtud eſſe, at »*τὴν χρείαν* eſſe *Περσικήν*. *Mactatae victimae*, inquit, *e regia »in veſtibulum afferuntur ad eos qui ſumtu regis aluntur: ubi »ab epularum praefectis & carnes & panes in portiones diſtri»buuntur & dividuntur aequaliter.* Iuvat quod ſequitur, *τῶν »ἀπὸ τῆς τραπέζης παραλειπομένων ὁ τῆς τραπέζης »ἐπιμελούμενος δίδωσιν ἑκάστῳ τῶν οἰκετῶν.* De his »portionibus Daniel loquitur capite primo: *καὶ διέταξεν »αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ἡμέρας καθ' ἡμέραν ἀπὸ τῆς τρα»πέζης τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπὸ τοῦ οἴνου τοῦ πότου* [*πο»του*] *αὐτοῦ.*« — Daniel propheta, ex verſione Alexandrina, cap. 1. vſ. 5. De *ἐδεάτροις* apud Perſas vide infra pag. 170. b. c. Idem vocabulum iam ſupra occurrebat, pag. 142. c. conf. Suidam & Heſych. h. v. Vulgatam ſcripturam ita fere, ut ſub contextu indicavi, corrigendam cenſuit CORAY: »*οὐ ἰδεῖν ἐστιν ἅπαντα· καὶ »μερίδας ποιήσαντες* &c. Supra (lit. b.) dixerat, *ἕξω »δειπνοῦσιν, οὓς καὶ ὁρᾶν ἔξεστι παντὶ τῷ βουλομένῳ.*«

Paulo poſt: οὕτως οὗτοι τὰ σιτία &c. Vocem *οὕτως*, quam editiones vett. cum ms. *A.* ignorabant, tacite adiecit Caſaubonus; recte vero. Dedit autem eam Epitome; e qua adiiciendam iam olim docuerat Hoeſchelius. *Ibid. καταλείπεται δὲ τὰ πλεῖστα κρέα καὶ ἄρτοι.* Locum hunc citans Briſſonius DE REGNO Perſar. pag. 491. edit. Lederl. voculam *τὰ* conſulto omiſit: eamdemque apud Athenaeum delendam notavit LEDERLINUS in eo

Athenaei exemplo quo utor, quod olim Lederlini fuerat. Quam voculam, ſicut facile equidem abeſſe paſſurus eram, ſic contra librorum fidem delere minus neceſſarium duxi. Agnoſcit vero eam cum editis codex *A*. In Epit. quidem tota ῥῆσις deeſt.

a διὰ τὸ παρητῆσθαι, ἵνα μὴ δῖς πορεύωνται &c. Verbum παρητῆσθαι, quod reciproca notione accepi, (ſicut παραιτεῖσθαι apud Lucam Evang. cap. 14, 18. ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες) haud incommode CASAUBONUS (neſcio an rectius etiam) paſſive accepit, pro *excuſatum haberi*. » Cur ad ſolum prandium, inquit, non » item ad coenam regis, Perſarum proceres venirent, » cauſſam hanc affert Heraclides: διὰ τὸ παρητῆσθαι ἵνα » μὴ &c. id eſt, *propterea quod Rex huius officii gratiam il-* » *lis fecit*, [fecerat,] *ne bis veniant*, [venirent,] *ſed & ipſe* » *ſuos quisque convivas excipiant*. [exciperent.] Haec mens » auctoris. διὰ τὸ παρητῆσθαι tantumdem ſignificat ac ſi » dixiſſet, διὰ τὸ τὸν βασιλέα ἔχειν αὐτοὺς παρητημένους: » ut apud Lucam Evangeliſtam, [loco citato, paulo poſt » verba modo adlata] ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρητημένον. « — Vide quae ibi collegit Wetſtenius, cuius diligentiam nec hic Athenaei locus effugit. *In fine cap.* pro ὑποδέχωνται, perperam ὑποδέχονται habet ed. Caſ.

AD CAP. XXVII.

Ἡρόδοτος δέ φησιν. HERODOTUS *lib. VII.* cap. 118 ſq. In huius verbis, recte ἐς πᾶν κακοῦ dedit uterque codex noſter, ut eſt apud ipſum Herodot. pro ἐς πᾶν κακὸν, quod temere hîc editum erat. *Mox* vero, ver-
b bum ἐδαπάνησε ſuo arbitratu poſuit Athenaeus, nec id incommode, pro eo quod erat apud Herodotum ἀπέδεξε τετελεσμένα.

καὶ γὰρ ἑκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, καὶ κρατῆρας παρετίθεντο, καὶ ταῦτα μετὰ τὸ δεῖπνον. In his verbis cum finiretur vulgo oratio, & continuo ſequerentur iſta, εἰ δὲ δῖς Ξέρξης &c. adnotavit CASAUBONUS: » Poſtre- » ma verba, ſi modo ſana ſunt, hoc ſignificant: non ſo- » lum prandentibus omnia fuiſſe exhibenda magnifice; ve- » rum etiam *a prandio* πότους *agitantibus, pretioſis poculis* » *menſas inſtruendas*. Aliud eſt δεῖπνον vel ἄριστον, aliud » πότος. Ita poſſumus non inepte hanc lectionem inter-

» pretari. Sed cum de comeſſationibus iſtis nihil ſcriptum b
» ſit ab Herodoto, cuius verbis auctor loquitur; cenſeo
» ineſſe huic loco vitium, ex negligentia librariorum pro-
» fectum. Lego: καὶ ταῦτα μετὰ τὸ δεῖπνον ἔλαβον: at-
» que iſta omnia aurea & argentea vaſa poſt coenam ca-
» piebant; Xerxis videlicet milites. Herodotus: Οἱ δὲ πλη-
» σθέντες, τῇ ὑστεραίῃ τήν τε σκηνὴν ἀναστάσαντες, καὶ
» τὰ ἔπιπλα πάντα λαβόντες, οὕτω ἀπελαύνεσκον. Fuit
» cum aliter medicinam iſti loco facerem, & cum ſequen-
» tibus iungens, ſcriberem, Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ δεί-
» πνου. εἰ δὲ Ξέρξης &c. « — Hanc emendandi rationem,
poſteriori loco a Caſaub. commemoratam, probavit Val-
ckenaer ad Herodot. l. c. At multo veriſimilius mihi vi-
ſum erat, verba nonnulla, ad complendam ſententiam
neceſſaria, intercidiſſe. Quae ſequuntur, non eisdem ver-
bis, ſed in eamdem ſententiam paulo aliter propoſita,
apud hiſtoriarum patrem leguntur. In his, apud Noſtrum
ἐσιτεύετο temere editum erat; pro quo ἐσιτέετο de-
dere ambo noſtri codices, Herodoteâ formâ, quamvis
eodem verbo ibidem Herodotus non utatur.

Καὶ ἐν τῇ ἐννάτῃ. HERODOT. *libro IX.* cap. 110. *Ibid.*
τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μοῦνον. Pro μόνον, quod c
hic edebatur, Ionicam formam μοῦνον ex ms. *A.* recepi.
In Epit. tota haec ecloga deſideratur. De verbo σμᾶται
haec adnotavit Caſaubonus: »Non dubito, veram eſſe
» hanc lectionem, quam & Athenaei editi ſcriptique om-
» nes codices tuentur, & ipſius Herodoti. Tamen &
» Valla apud Herodotum, & Dalecampius hîc, κοσμεῖ-
» σθαι pro σμᾶσθαι legerunt interpretatique ſunt. [Nem-
» pe ſic vertit Dalec. *eodem tantum die caput regio cultu ad-*
» *ornare.*] Putarunt enim, σμᾶσθαι τὴν κεφαλὴν nihil aliud
» eſſe quam *ſordes capitis radere:* quod ſemel in anno fa-
» ſtitatum a rege Perſarum, ne nos quidem veriſimile
» putamus. Enimvero σμᾶσθαι operoſiorem curam deno-
» tat, cum *adhibito ſmegmate caput probe defricatur;* quod
» viri cordati non ſaepe faciunt anni ſpatio, multi ne ſe-
» mel quidem multis annis. Itaque, ſicut Romani Caeſa-
» res & Francorum veteres reges diem illum ſoliti feſtum
» agere, quo vel ipſi vel eorum liberi barbam ponebant
» aut caeſariem incidebant, ſic rex Perſarum ſolemni die
» caput curabat. Quod autem σμᾶσθαι τὴν κεφαλὴν id quod
» diximus ſignificet, clarum ex Graecorum medicorum

c » libris, qui ita saepe sunt locuti. Lege Galenum De Com- » positionibus Medicamentorum κατὰ τόπους, libro pri- » mo. « — Vide Herodoti interpretes, & Freinshemium ad Curt. VIII. 9, 27.

ἐδείπνει μὲν dedit cod. uterque: & refertur μὲν ad αὖται δὲ, quod sequitur. Quas deinde rationes subducit auctor *impensarum cum ab Alexandro, tum a Persarum rege in singulas coenas factarum, quas inter se pariles* ait *esse*, eas rationes ad veritatem exactas comperiet, qui calculum inierit. *Alexander*, inquit, *in coenam* 60 *aut* 70 *convivarum insumsit minas* 100. *Persarum rex, in coenam hominum* 15000, *insumsit talenta* 400. Efficiunt autem 400 talenta, *minas* 24000. Iam institue analogiam:

Ut 24000 *minae, ad* 15000 *homines: sic* 100 *min. ad* x *hom.*

Et reperies, $x = 63$. qui numerus est inter 60 & 70 convivas, quos Alexander adhibere coenae consueverat.

d Iam Graecorum pecuniam cum Romana comparans, (drachmamque Graecam Romano denario aequalem statuens,) ait, 400 *talenta* efficere 240 *myriadas numorum Italicorum*, i. e. denariorum. Atque ita res habet: nempe,

400 *tal.* = 24000 *min.* = 2400000 *drachm.* s. *denar.*

Inde, *in singulos viros insumtos* esse ait 160 *denarios*. Scilicet 2400000 in 15000 distributae, dabunt pro quaque parte 160 *denarios*. Eadem autem ratio est impensae ab Alexandro in singulos viros factae. Nam 100 minae, quos ille in 63 viros impendit, efficiunt drachmas sive denarios 10000; qui numerus in 63 partes divisus, pariter dabit pro quaque parte *denarios* 160.

Εἶτ' οὐχ ὅμοια πράττομεν &c. » Versus ex Menandri » *Methe* allati, & recte scripti unica voce excepta, & » apertissimi sunt, ut fere Menandri omnia. Sensus est: » *Non pari sumtu mortales cuticulam curare, & Diis sacra fa-* » *cere. His, pro luculenta hostia, offerri vix decem drachma-* » *rum oviculam: in convivium unum facile integrum talentum* » *impendi; iis videlicet emendis, quae mensae apponenda sunt,* » *aut conducendis acroamatis.* « Casaub. — Quam vocem corrigendam Causaubonus monuit, ea *vs.* 3. erat, ubi contra metri legem δώδεκα legebatur in edd. & ms. *A.* pro quo δέκα erat ponendum, quod ipsum recte legitur apud Nostrum VIII. 364. d. ubi eadem ecloga, multis etiam versibus in fine aucta, repetitur. Epitomator h. l. sua auctoritate δραχμῆς ἀγῶ προβάτιον scripsit, omissis

duobus reliquis eiusdem verſus verbis. At *primus* ſtatim d *verſus* non ita in expedito erat, ut perſuadere nobis Caſaubonus voluerat. Ut enim taceam, negativam particulam οὐχ h. l. deſiderari in editt. vett. quam noſter quidem habet ms. *A.* & ex Italicis codicibus tacite Caſaubonus adiecit: altero loco, quem diximus, non ſcribitur

Εἶτ' οὐχ ὅμοια πράττομεν καὶ ϑύομεν.

ſed Εἶτ' οὐχ ἅπαντα πράττομεν &c. Quem verſum *Grotius* (in Excerpt. p. 733.) praeeunte eodem CASAUB. *in Animadv.* ſic refinxit:

Εἶτ οὐκ ἀτοπώτατα πράττομεν καὶ ϑύομεν;

Et Grotium ſecutus eſt Clericus in Menandri Fragmentis pag. 114. Tum vero, hoc loco οὐχ ὅμοια tenens Caſaubonus, in fine verſus *interrogandi ſignum* non adpoſuit; cui nec ego locum hic eſſe exiſtimavi: quo pacto vero ille verba iſta acceperit, non declaravit. Dalecampius ſic reddiderat: *Similiter quoque nos agimus, Diis ſacram cum facimus rem.* Nempe editionem Baſ. ob oculos habuerat, in qua deerat negativa particula. Ego ita accepi, ac ſi οὐχ ὅμοια ταῦτα πράττομεν dixiſſet poëta: cum quo convenire videri etiam poſſit quod paulo poſt ψαλτρίας ταύτας dicit; ſi modo vera iſta lectio. Eumdem *verſum primum* paulo aliter BENTLEIUS acceperat, in Emendatt. in Menandr. pag. 39 ſq. ſic ſcribens,

Εἶτ' οὐχ ὅμοια πράττομεν καὶ ϑύομεν;

cum interrogandi ſigno. Quae verba ita interpretatus eſt: *Non aeque ſtulte ſacrificamus, ac cetera agimus?* Illamque ſcripturam οὐχ ὅμοια multo argutiorem eſſe iudicavit eâ, quam ad lib. VIII. 364. d. cum Caſaubono Grotius probaverat, οὐκ ἀτοπώτατα. Epitome nihil hîc opis praeſtabat: nam libro VIII. totam eclogam omiſit Abbreviator, hîc autem in hunc modum eam contraxit: Μέναν-δρος δὲ τοῦ μεγίστου δείπνου τάλαντον δαπάνημα τίθησι, λέγων· ϑεοῖς μὲν ἠγορασμένον δραχμῆς ἄγω προβάτιον· αὐλητρίδας δὲ, καὶ μύρον, καὶ τὰ καὶ τὰ, μικροῦ ταλάντου γίνεται τὸ κατάλογον.

Verſ. 5. Non conveniebat metro id quod cum msto *A.* e (aliisque Pariſienſibus & Italicis) habebant h. l. editiones veteres & ed. Caſ. 1.

ταύτας, Θάσιον, ἐγχέλεις, τυρὸν, μέλι.

Nec vero aptius erat Μενδαῖον, Θάσιον &c. quod legitur VIII. 364. e. niſi dactylum in ſecunda ſenarii ſede

e ferendum ſtatueris, quem vereor ne non agniturus ibi fuerit Menander. CASAUBONUS, quo labans fulciret metrum, verſum hunc, ubi in Animadv. eum repetiit, ſic ſcripſit, ταύτας, τὸ Θάσιον &c. quod deinde in ed. Caſ. 2. & 3. in contextum receptum eſt. Quam coniecturam miror doctiſſimo BENTLEIO fuiſſe probatam, qui eamdem l. c. adoptare nullus dubitavit; cum quidem *Thaſium vinum* Graece τὸν Θάσιον, non τὸ Θάσιον, fuiſſet dicendum: taceo, parum commode ſic uni huic nomini, aliis multis interiecto, quae articulo carent, articulum fore praepoſitum. Quare poſt ταύτας equidem *aſteriſcum* ponere malui, quo indicaretur hiatus & corruptela, quae ibi occupaverit verſum. Vix enim dubito, in ipſa voce ταύτας mendum ineſſe. Simili in ſententia BRUNCKIUM fuiſſe intelligo ex iis, quae ille in ſuo Athenaei exemplo ad VIII. 164. adnotavit: ubi vel Μενδαῖον οἶνον, deleto nomine Θάσιον, legendum cenſuit, vel οἴνόν τε Θάσιον: quarum coniecturarum utraque quidem perapta ad metrum eſt, ſed nimis longe recedere a veteris ſcripturae veſtigiis (ſive ταύτας cogites quod hîc vulgo legitur, ſive Μενδαῖον, quod altero loco) mihi videbatur. Suſpicatus eram,

καὶ τ' ἄλλα, Θάσιον; ἐγχέλεις, &c.

ſed etiamnum aliud potius requiro vocabulum, cuius elementa paulo propius partim ad vocem ταύτας, partim ad Μενδαῖον accedant. Ac videtur illud in αια debuiſſe terminari: quod cum mihi quaerenti non contigerit reperire, feliciori ingenio ſponte fortaſſe occurret.

Verſ. 6. μικροῦ τάλαντου γίνεται τὸ κατὰ λόγον. τάλαντον edd. quod ferendum erat, ſi darent veteres libri: ſed in ταλάντ" h. l. conſentit ms. *Ep.* cum *A.* eamdemque ſcripturam idem codex *A.* tenet VIII. 364. e. Verba aeſtimandi, aut quibus pretium vel ſumma quaedam definitur, (quale hic eſt verbum γίνεται) genitivum caſum adſciſcunt. τὸ κατὰ λόγον, *impenſae ratio*, vel *ſumma ex rationibus exiſtens*. μικροῦ (quod ſatis notum) adverbialiter poſitum, pro μικροῦ δέον, *parum abeſt*, *propemodum*. In *fine verſus* (niſi apud poëtam continuo olim ſecuta nonnulla ſtatuas, quae vel conſulto ab Athenaeo, vel per librariorum negligentiam omiſſa ſint) intelligi par eſt, *iſta ſi in convivium comparo & coëmo*. Sed facile credo, plura quaedam, quae hic adiecta fuiſſent apud poëtam,

praetermissa esse ab Athenaeo, utpote ad ipsius institu- e
tum non magnopere pertinentia.

ὡς γὰρ ὑπερβολῆς τινος. Intelligo οὔσης. *Ibid.* καὶ ἐν Δυσκόλῳ δέ φησιν οὕτως· Ὡς ϑύουσι &c. »Ex ipso fabulae »titulo apparet, publicos mores obiurgatos fuisse ab eo qui »ista pronunciabat. Δύσκολος enim est *morosus homo*, cui ni»hil placet nisi quod ipse faciat: immo ne illud quidem.« CASAUBONUS. *Vers.* 2. κοίτας φέροντες. Dalec. *lectos afferentes.* »Scribendum κίστας, non κοίτας. Ineptum »est putare, de *lectisterniis* poëtam sentire. Spondeo de *cistis* »eum loqui, *in queis deferri moris erat cibos ad sacrorum* »*epulas necessarios.* Grammatici κίστας vocant ὀψοφόρους, & »ita describunt, ἀγγεῖα πλεκτὰ εἰς ἑδεσμάτων ἀπόθεσιν. »Quam recte igitur *cistae* coniunguntur σταμνίοις, quod »*oenophori* genus fuisse nemo nescit?« CASAUB. — Tum rursus IDEM in *Addendis*: »Sed vetus est sive consue»tudo sive error librariorum, scribere κοίτη pro κίστη, »& κοιτὶς pro κιστίς. Ptolemaeus Hephaestionis filius, »Ἥραν δὲ δωρήσασθαι χλαμύδα, καὶ Ἀθηνᾶν αὐλούς· Νηρέα »δὲ τοὺς ἅλας καλουμένους ἐν κοιτίδι. Ita nuper Hoesche»lius edidit; recte. Hesychius: Κοίτη· κίστη, ἐν ᾗ τὰ βρώ»ματα ἔφερον· αἱ δὲ μικραὶ, κοιτίδες.« — Sic ille: quare nil mutandum. Paria habent alii Grammatici, laudati ab Hesychii interpretibus. (Dissentire quidem paululum Suidas videtur: sed apud eum, cum ait, τὴν γὰρ κίστην κοῖτιν λέγουσι, pro κοῖτιν, puto, κοίτην scriptum oportebat.) Tamen apud Menandrum h. l. κίστας scripsit Grotius in Excerpt. pag. 719. *Ibid.* Pro στάμνι' οὐχὶ, quod habent edd. cum ms. *A.*, Casaubonus in Animadv. καὶ στάμνι' οὐχὶ correxit, quod adoptarunt Grotius & Clericus: nobis magis placuit στάμνιά τ' οὐχὶ, quod proposuit BRUNCK in Notis msstis ad h. l.

Vers. 5. οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν. Haec verba ex Menan- f
dro citat etiam Etymologus, in Ἱερὸν ὀστοῦν, verbum ϑύοντες adiiciens, pro eo quod apud poëtam sequebatur, ἐπιθέντες. Scriptura *Versu* 6. olim vulgata,

καὶ τὴν χολὴν ἔτ' ἐς τὰ βρώματα τοῖς ϑεοῖς,

ex incrustato utcumque veteri ulcere orta erat. Eam latine sic reddiderat Dalech. *& intestina praeterea Diis cum in cibum admoverint.* Sed, ut sub contextu docui, aliud habent vetustae membranae: & haud dubie parere debui CASAUBONO, monenti: »Scribe ex Clemente, Stromat.

f »lib. VII. [pag. 514 extr. ed. Heinſ. pag. 847. ed. Pott.] »καὶ τὴν χολὴν ὀστᾶ τ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς. »Etſi poterat tolerari noſtra lectio, melior tamen eſt Cle»mentina. Sed apud Clementem multo plura emendatio»nis egent: quod ex noſtrae γραφῆς comparatione fa»ciendum ſtudioſo lectori relinquimus.« — Apud Clementem ſic vulgo legitur: Μέναν δρός τε τὴν ὀσφῦν (ὀσφὺν edit. Pott.) ἄκραν πεποίηκεν, τὴν χολὴν, ὀστέα τὰ ἄβρωτα (forte καὶ τὴν χολὴν ὀστέα τε ἄβρωτα) φησὶ, τοῖς θεοῖς ἐπιτιθέντες (perperam ἐπιτεθέντες ed. Pott.) αὐτοὶ τὰ ἄλλα ἀναλίσκουσι. Eodem loco idem ſcriptor plures alias in eamdem ſententiam veterum poëtarum eclogas adpoſuit. Eodem ſpectant Tertulliani verba, ex Apologetico laudata a Caſaub. *Volo & ritus veſtros recenſere, non quales ſitis in ſacrificando, cum enecta & tabidoſa quaeque mactatis: cum de opimis & integris ſupervacua quaeque truncatis, capitula, & ungulas, quae domi quoque pueris vel canibus deſtinaſſetis.* Scripturam iſtam, ὀστᾶ τ' ἄβρωτα, Potterus apud Athenaeum in ed. Caſ. 2. aut 3. in ora adnotatam videns, e codicibus quibusdam msstis Athenaei ductam exiſtimavit. Quo in genere multos ſaepe erraſſe viros doctiſſimos video; ut, quae emendationes in illis, quas dixi, editionibus ex Caſauboni Animadverſionibus ad oram Athenaei adtextae ſunt, eas omnes e vetuſtis quibusdam codicibus ductas eſſe, ſibi perſuaderent. In fine eclogae, complendi verſus cauſſa vocem ἀεὶ adieci, praeeunte Bentlei, Emend. in Fragm. Menandri pag. 24. Totam eclogam ſic contraxit Epitomator: ὅτι τοῖς θεοῖς τὴν ὀσφῦν ἄκραν καὶ τὴν χολὴν ἐπιθέντες, τὰ λοιπὸν ἅπαν αὐτοὶ κατεσθίουσι.

AD CAP. XXVIII.

Φιλόξενος δ' ὁ Κυθήριος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Δείπνῳ. »Subiungitur ῥῆσις ſatis longa ex Philoxeni Cytherii »*Convivio*. Extat & libro XIV. [pag. 643.] alius locus »ex eadem fabula. Conſtat nobis ex utriusque lectione, »poëtam mira ingenii laſcivia convivium fictum a ſe, »fictis vocibus, planeque inſolentibus deſcripſiſſe. Ludi»cra enim res fuit tota, & ridiculi cauſſa ridicule a fa»ceto poëta deſcripta. Quare mirum non eſt obſcura »haec eſſe: ut interea de mendis nihil dicam. Nos &

» emendandi utrumque locum & interpretandi laborem f
» omnem inanem cenſemus. Quis enim ſe ratione aſſecu-
» turum ſperet, quod ſine ratione & τοῦ γελοίου μόνον
» χάριν bambalio aliquis effutierit? Torquere autem ſe in
» iſtis, quid aliud eſt quam Philetae infelicem diligentiam
» [vide Noſtrum, IX. 401. e.] imitari. Omiſſis igitur mo-
» leſtis adeo nugis, quod inſtat agamus.« CASAUBONUS.
— De duobus PHILOXENIS, *Leucadio* altero, altero *Cytherio*, quorum modo huic, modo illi, tribuitur ludicrum illud carmen, *Coena* inſcriptum, vide quae notavimus ad I. 5. b. Animadv. T. I. p. 64 ſq. ubi & de PLATONIS *Comici* fabula *Phaone* nonnihil dictum, e qua verſus nonnulli ad *Philoxeni Coenam* ſpectantes ibi protulit Athenaeus. Ad ea, quae ibi (in opere pleniore) dixerat, reſpicit nunc Auctor, cum obiter ac velut in parentheſi ait, εἴπερ καὶ ὁ κωμῳδιοποιὸς Πλάτων &c. Premitur autem utique fragmentum hoc, quod ex ludicra illa *Philoxeni Coena* hîc adpoſitum eſt, eis difficultatibus, ut merito poſt Caſaubonum KOENIUS ad Corinth. pag. 123. *plusquam Cimmeriis involutum tenebris* conqueſtus ſit. Quae quidem difficultates nec Dalecampium, nec nuperum Gallicum Interpretem deterruerunt, quin totum & emendandum & interpretandum ſuſciperent: quorum ego ut miratus ſum fiduciam, ſic non ſuſtinui imitari audaciam. Si quis tamen id egerit abundans otio, & cum a doctrina, tum ab ingenio ſatis inſtructus; non dubito quin paſſim multa, ratione admodum probabili, ad liquidum deduci ab eo queant. Nam quod prorſus *ſine ratione* omnia iſta *effutita eſſe*, eamque ob cauſſam *nulla ratione aſſequenda*, Caſaubonus dixit; id quidem vereor ne nimium ſit. Si quis igitur in his, quid valeat ingenio, voluerit experiri, cum eo fragmento, quod hîc adpoſuit Deipnoſophiſta, non ſolum alterum ex libro XIV. de quo Caſaubonus dixit, coniungat; verum his adiungat etiam aliud, quod exhibetur lib. IX. pag. 409. e. quod cum exitu huius noſtri cohaeret, tum rurſus aliud ex lib. XI. pag. 487. b. proxime poſt iſtud collocandum. Ipſum initium eiusdem carminis quodnam fuerit, e Platonis comici verſibus diſcimus, qui libro I. pag. 5. b. & c. leguntur. Nobis non niſi carptim ſtrictimque hanc carminis partem, quam prae manibus habemus, percurrere licet: ad quam nonnulla a Viris doctis obiter monita adferemus, pauca quaedam nobis

f obſervata adiicientes. Puto, iam Athenaei aetate multum alteratum fuiſſe hoc carmen: ſed haud dubie plura deinde demum ab eis librariis, qui Deipnoſophiſtae opus deſcripſerunt, corrupta ſunt. Quibus vulneribus parcam admodum medicinam obtulere noſtrae membr. *A.* Epitomator vero ex toto fragmento nonniſi pauca verba excerpſit. Φιλόξενος δὲ, inquit, ὁ Κυθήριος φησί που· Εἰς δ' ἕφερον δίπλόοι παῖδες λιπαρῶπα τράπεζαν ἄμμι· ἑτέραν δ' ἕτεροι, ἄλλοι δ' ἑτέραν· μέχρις οὗ πλήρωσαν οἶκον. τὰ δὲ πρὸς ὑφιλύχνους ἔστιλβον αὐγάς. Ἐν οἷς φησι καὶ ὅτι παρέφερον ἐν κανέοισι μάζας χιανόχροας· [ſic] καὶ ὅτι θερμὸς παρῆλθε μετ' αὐτῶν ἰσοτράπεζος συνόδων, καὶ ξανθαὶ μελικαρίδες· καὶ ἄλλα τοιαῦτα λήρει. Totum vero iſtud PHILOXENI *fragmentum*, ad praeſcriptum verſionis Latinae Dalecampii, ſuo more Graece emendare & integritati reſtituere conatus erat PURSANUS: qui totam etiam Eclogam, ſic a ſe correctam, peculiari chartae inſcripſit, quae exemplo editionis Baſileenſis, quo ipſe olim uſus erat, inſerta eſt. Cuius tamen in emendationibus ad univerſum hunc locum ſpectantibus, praeter paucas cuilibet facile obvias, nullam reperire mihi contigit, quae eam veri ſpeciem prae ſe ferret, ut prae caeteris notanda aut hoc loco commemoranda nobis videretur.

Hexametris verſibus totum olim carmen comprehenſum fuiſſe videtur: quorum paſſim nonnulli etiamnum integri ſuperſunt; veluti primus huius fragmenti:

Εἰς δ' ἕφερον δίπλόοι παῖδες λιπαρῶπα τράπεζαν,

itemque poſtremus:

δμῶες· ἔπειτα δὲ παῖδες νίπτρ' ἔδοσαν κατὰ χειρῶν.

Sed in aliis plus minus obſcurata obliterataque metri veſtigia. λιπαρῶπα τράπεζαν. In Dalecampii verſione, *menſam lata facie* ſcribitur non modo in Caſaubonianis, ſed & in ipſius Dalecampii editione. Puto *laeta facie* voluerat. Feſtive vero Gallicus interpres, *une table qui paroiſſoit bien grasse.* Sed huiusmodi obſervationibus immorari, foret & otio abuti, & illudere noſtris lectoribus.

a Μοχ, παντοδαπούς τέχνας εὑρήκατι. εὑρήκαντι coniectaverat KOEN ad Corinth. pag. 150. Sed cum εὑρήματι habeat ms. *A.* fortaſſe εὑρήμασι debuerat, quod ad παντοδαποῖς referretur, quod paulo ante ſcriptum in eodem codice. Sic vero τέχνας foret genitivus doricus, pro τέχνης. *Ibid.* δελεασματίοισι. Voca-

bulum δελεασμάτιον ex hoc ipso loco adnotavit H. Ste- a
phanus in Thes. *Ibid.* μάζας χιονοχρόας. Ad nominativum χιονόχροος retulit idem Steph. in Thes. IV. 531. cuius formae est etiam vox λευκοφορινοχιονοχρόους, quae deinde lit. d. legitur. Epitomator, ut vidimus, χιονόχροας scripsit, (sic certe noster *ms. Ep.*) tamquam a recto casu χιονόχρως: quod analogiae non minus conveniens; sic enim & εὔχρως, & μελάγχρως, & alia similia dicuntur. *Ibid.* ὦ φιλότας. Non est proprium nomen, ut vulgo statuunt: sed appellativum doricae formae, pro ὦ φιλότης, *o amice*. *Ibid.* πλῆρες δεοτερπές. ἐπ' αὐτῷ &c. In ed. Ven. non interpungitur oratio.

δερμὸς μετὰ ταῦτα παρῆλθεν ἰσοτράπεζος ὅλος μνήστης b
συνόδων πυρὸς &c. In ed. Bas. & Cas. scribitur δερμός, sequente maiore interpunctione, ut cum superioribus iungatur illa vox; quam sequentibus adtribuimus, praeeunte ed. Ven. & ms. *A.* itemque *ms. Ep.* ἰσοτράπεζος, *aequalis magnitudinis cum ipsa mensa*: quod Matro Parodus supra (pag. 136. b.) τὸ κάλυμμα τραπέζης dixit. συνόδων, piscis nomen, qui aliàs συνόδους. Sed quid tum πυρὸς, quod adiicitur? & quid μνήστης, quod praecedit? Vide ne ὅλος νῆστις συνόσδων πυρὸς oportuerit. νῆστις piscis, e *mugilum* genere, VII. 306. e. f. 307. d. & alibi: tum συνόσδων πυρὸς fortasse conferri possit cum illo, λοπάδος προσῶζεν, IV. 133. b. Sed longe absum, ut statuere quidpiam velim. *Mox*, in βαθμοὺς latet nescio quod piscis nomen. Pro ἐπίπυσται, forsan ἐπίπυστοι oportebat, idem valens ac περίπυστοι, *celebres, nobiles*. *Ibid.* καὶ ξανθαὶ μελικαρίδες αἱ κοῦφαι παρῆλθον. κυφαὶ scribendum censuit IACOBS, in Animadv. ad Asclepiadis Epigr. XXVIII. vers. 2. Tom. II. Analector. Bruncki, rursusque in Notulis msstis ad hunc locum; nempe vocem praecedentem, ut videtur, in duas dividens, ut καρίδες intelligantur *squillulae*; de quibus pariter Matro dixerat, (supra, pag. 136. a.) αἱ δὴ ἰδεῖν κυφαὶ μὲν ἔσαν. Ad eam rationem, praecedentia verba sic fuerint refingenda, καὶ ξανθὸν μέλι: quod ipsum ξανθὸν μέλι infra rursus legitur, lit. e. Sed in ξανθαὶ μελικαρίδες non modo cum ms. *A.* consentit ms. *Ep.* sed & superscriptâ super α in μελικαρίδες vocali η indicavit Epitomator, vocabulum μελικαρίδες (ex ipsius quidem sententia) doricam vocis formam esse pro μελικηρίδες, a sing. μελι-

κηρίς. Quae sequuntur, θρυμματίδες εὐπέταλοι, sunt *placentulae bene foliatae.* *Ibid.* χλωραί τε ἡδυφάρυγγες. In χλωραὶ latere videtur nescio quod substantivum. *Mox*, πυρίων τε ex ms. *A.* & ed. Ven. rescripsi: temere πηρίων τε ed. Bas. & Cas. Forte πυριῶντες oportebat, quod idem valeret ac πυριώμενοι, *igniti*, *fervidi*; sive activâ notione, *calefacientes.*

c παρά γ' ἐμὶν καὶ τίν. Sic scribendum docuit KOEN ad Corinth. pag. 123. *Ibid.* σαφ' οἶδα. ἔστα δὲ, ναὶ μὰ θεοὺς. Sic corrigendam monstrosam vulgo scripturam perspecte monuit IACOBS, in Notulis msstis. Post corruptam vocem σαφύοιδα *asteriscum* aut crucis signum posuerant editores. *Ibid.* ὑπερμέγεθες dedit codex noster *A.* *Mox*, idem codex τέτμενον dedit. *Ibid.* πέμιν τε μελοικαίτιν. In his latere ἐμίν τε μέλοι καὶ τὶν, monuit KOEN, loco modo citato: vere haud dubie; sed quid de litera π in πέμιν facerem, non liquebat: quare vulgatum tenui, quamvis vitiosum. *Ibid.* θοιναπαρένης, ὅτε παλάξαι. θοίν' ἀπαρκὴς, οὔτ' ἀπαλλάξαι corrigit IACOBS in Notis msstis. *Mox*, ἑτοίμως correxit primus editor. Mendose ἑτόμως ms. *Dein*, σπλάγχον, non σπλάχνον habent editt. omnes, consentiente (quod sciam) msto: nescio, ex errore librarii, an ex dialecto.

d καὶ ὀσφῦς. καὶ ἰσφῦς ms. *Ibid.* δίεφθα 'κροκώλια σχελίδας τε. Sic recte ms. *A.* Et posteriora verba sic corrigenda esse, perspecte etiam viderat IACOBS. Idem vero Vir doctus, pro δίεφθα, δ' ἔφθὰ legit in Notis msstis. *Ibid.* λευκοφορινοχρόους. Vocabulum legitime compositum, eiusdem formae cum λευκόχροος, quod idem ac λευκόχρως valet, *colore albus.* Medium in compositionem receptum est vocab. φορίνη, quod *cutem* significat, praesertim *suillam*; quo utitur Athenaeus IX. 381. c. *Ibid.* γλυκὺς τὰ μιξεριφ. Si γλυκύς τε legas, ferri poterit vocabulum μιξεριφαρνογένης, non illepide compositum. Post id ipsum vero vocab. fuerit interpungenda oratio, quae sic dein perget: ἂν δὴ φιλέωντι (dorice pro φιλέωσι) θεοὶ, τούτω, (dor. pro τούτου) φιλέτας, ἔσθοις. Ibi φιλέτας idem videtur esse ac superius ὦ φιλότας, *o amice*; nisi potius etiam hic eodem modo, φιλότας, scriptum oportuit. Post ἔσθοις rursus interpungenda oratio. Tum sequitur καὶ λαγῶά τ' &c. Nam,

quin pro eo quod vulgatum erat, καὶ λαγωάτ', nullâ fere adlatâ mutatione ſic ſcriberem non dubitandum putaveram: ac ne nunc quidem aſſentiri doctiſſimo IACOBS poſſum, καλά τ' ὠὰ corrigenti. λαγῶα, ſcil. κρέα, *carnem leporinam*, ſive *leporem ad menſam paratum* vocant Graeci. Sic apud Noſtrum, IX. 400. d. & paſſim alibi: ſic ſaepe Ariſtophanes, quod & Polluci, Suidae, & aliis Grammaticis obſervatum.

Quod ſequitur, φάσεων, pro φασιανῶν poſitum eſſe adparet: utrum ipſe ſic ſcripſerit poëta, an a librariis perperam detortum ſit vocabulum, definire non praeſumam. *Mox*, vocabulum ὁμοσσύζυγα neſcio utrum a poëta ſic fuerit compoſitum, an ex confuſione duarum lectionum aut ex interpretatione natum: potuerat poëta vel σύζυγα dicere, vel ὁμόζυγα, quae ſunt neutra pluralia a ſingularibus σύζυξ & ὁμόζυξ. *Paulo poſt*, in σύμπακτον, quod σύμπηκτον valet, accentum mutavi; cum συμπάκτον vulgo ſcriberetur. *Mox*, monſtroſam vocem τυρογάπαστις in tres partitus ſum, τυρὸν ἅπας τις: *quisque dicebat, concretum illud lac caſeum eſſe mollem.* Pro ἦ μὲν, quod pro vulgato ἡ μὲν poſui, ἦ μὴν maluiſſem, ſolennem adſeverandi vel iurandi formulam; ſed veritus ſum, ne non conveniret metro; cuius tamen rationem illa in regione non expedio. Quod ſequitur, ἐς κόρον ἑταῖροι ἴμεν, id dedit ms. *A.* Pro ἴσμεν, quod hic editum erat, MAITTAIRE de Dial. pag. 207. ἶσμεν cum circumfl. ſcribere iubens, ut unicum exemplum primae pluralis imperfecti ab εἰμὶ, dorice ſic formatum, citavit. ἴλθομεν corrigit IACOBS in Notis msstis, ad ſententiam quidem commodiſſime; ſed vereor ne & nimis remotum ſit a librorum ſcriptura, & ab huius poëtae ſtylo alienum. Fuerit ἴμεν (ſive formâ magis dorica ἴμες, quae a librariis cum iſta permutata ſit) imperfectum verbi εἰμὶ, *eo*, *venio*; ut ſenſus idem ſit ac verbi ἴλθομεν. Sin metrum primam longam deſideraverit; aut εἶμεν (vel εἶμες) ſcripſerit poëta, quod a ſing. εἶν, εἶς, εἰ, legitime formatum videtur; aut ἦμεν (vel ἦμες) ab εἰμὶ, *ſum*. Videtur autem revera metrum primam illius verbi longam deſiderare; ut penultimus verſus, permutata verborum duorum ſede, talis fuerit:

ἐς κόρον ἦμεν ἑταῖροι· τῆνα μὲν ἐξαπαείρευν

quem dein exceperit poſtremus ille:

e δμῶες· ἔπειτα δὲ παῖδες νίπτρ' ἔδοσαν κατὰ χειρῶν. *Verſu penultimo*, ut ἐξαπαείρευν ſcribamus, pro vulgato ἐξαπαείρεον, cum metri tum & ipſius dorici idiomatis ratio poſcere videtur. *Verſu ult.* pro κατὰ χειρὸς, quod hîc edebatur, καὶ χειρῶν & hoc eodem loco dabat noſter ms. & idem rurſus cum editis lib. VIII. pag. 409. e. *Eodem verſ.* mendoſe ἔδωσαν ſcriptum erat in ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. pro quo rectè ἔδοσαν in ed. Caſ. 2. 3. & ſic etiam in noſtro codice.

AD CAP. XXIX.

f Ἀπαντήσασα τῷ Ἀντωνίῳ ἡ Κλεοπάτρα ἐν Κιλικίᾳ. Cum mendoſe in vett. editionibus ἐν Λικίᾳ legeretur, *in Lycia* intellexerat Dalecampius. Sed ἐν Κιλικίᾳ, quod reſtituit Caſaubonus, quodque paulo ante rectè ubique poſitum erat, hîc quoque tuentur ms. *A.* & *Ep.* itemque Plutarch. in Antonio, p. 926. e. f.

a καὶ τὰ κυλίκια, καθὼς ταῖς στρωμναῖς ἐμεμέριστο, ἑκάστῳ φέρειν ἐπέτρεψε. »κυλίκια quid fuerint, libro XI. »explicatum. « CASAUB. — Scilicet κυλικεῖον lib. XI. p. 460. d. e. f. dicitur *poculorum repoſitorium* vel *armarium*: & pro vocabulo κυλικεῖον, iſta notione accipiendo, perperam interdum κυλίκιον ſcribitur, veluti V. 199. f. Eademque ratione h. l. Caſaubonus vel κυλικεῖα legendum, vel vocabulum κυλίκια eodem modo accipiendum ſibi perſuaſerat. Fortaſſe vero ſatis fuerat, κυλίκια hoc quidem loco, (ubi hanc ſcripturam cum editis tuentur ambo noſtri mssti) itemque V. 197. c. & paſſim alibi apud Noſtrum, cum H. Stephano (Theſaur. Gr. Ling. II. 497. e.) pro diminutivo vocabuli κύλιξ habere; & *caliculas*, *calices*, aut omnino *vaſa potoria* intelligere.

b ταλαντιαίους εἰς ῥόδα μισθοὺς δέδωκε. »*Roſa* olim »non poſtrema cura eorum, qui nepotinis ſumtibus ob»lectabantur. Exemplum hoc inſigne, & quod narrat »Suetonius in Nerone cap. 27. Similia in aliorum Impe»ratorum vitis. « CASAUB. — Perperam ταλαντείους editum erat. Veram ſcripturam dedit ms. *A.* Epitomator hanc narrationis partem praetermiſit. *Ibid.* ἐπὶ πηχυαῖα βάθη τὰ ἔδαφη τῶν ἀνδρώνων. CASAUBONUS, πήχυια edens, τῶν ἀνδρώνων vero cum ſuperioribus editoribus in contextu omittens, haec ad h. l. adnotavit:

»Secuti ſumus membranas, cum ἐπὶ πήχυια βάθη b
»ſcripſimus, id eſt πηχυαῖα. Teſtantur tamen eruditi ho-
»mines, in Farneſiano codice ſcriptum eſſe ἐπὶ πυκνὰ
»βάθη: quod placet minus. Sed quid ſibi volunt mem-
»branae, in quibus conſtanter ſcriptum reperimus τὰ
»ἐδάφη τῶν δένδρων? Non video quî ferri appendix
»iſta queat, niſi ſcribamus τὰ ἐδάφη τῶν ἀνδρώνων,
»& per ἀνδρῶνας intelligamus *coenationes*. Proprie, ut
»ſcribit Vitruvius, *Graeci ἀνδρῶνας appellabant oecos ubi*
»*convivia virilia ſolent eſſe*. Sed Aegyptiam reginam Cleo-
»patram non adſtringebant leges plebi Graecarum mulie-
»rum poſitae. [Et viros illa, non mulieres, coenâ exci-
»piebat.] Athenaeus lib. XII. [pag. 542. c. d.] ἄνθινά τε
»πολλὰ τῶν ἐδαφῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατεσκεύαστο. Etſi lon-
»ge alia ibi ſententia eſt; favent tamen haec verba nonni-
»hil coniecturae noſtrae.« — In mendoſum τῶν δένδρων
conſentiunt noſtrae membr. *A*. Tam certam vero Caſau-
boni emendationem iudicavi, ut adoptare non dubitarem.
conf. V. 193. c. ἐπὶ πήχυα habent eaedem noſtrae
membr. quod in πηχυαῖα mutandum putavi, monen-
te etiam Toupio ad Schol. Theocr. II. 67. pag. 215. Lu-
bens equidem πυκνὰ accepiſſem, quod e *ms. Farneſiano*
adfertur: ſed videtur illud recentioris cuiusdam docti vi-
ri coniectura potius eſſe, quam codicis ſcriptura: quae
ſi revera etiam in illo codice legitur, ingenio librarii no-
ſtro codice poſterioris accepta referenda fuerit.

ἐμπεπεταςμένων δικτύων τοῖς κάλυξιν. Praeclaram
Casauboni emendationem rurſus non dubitavi in con-
textum recipere. Is ad ſcripturam olim, conſentiente no-
ſtro codice, vulgatam haec adnotavit: »Quid ſignificet
»hic dictio ἔλιξι, non ſcio: & mendae ſuſpicionem
»movet illud quoque τοῖς, quod ἕλιξι non convenit,
»ſed ταῖς. Suſpicor ſcribendum τοῖς κάλυξι: nihil
»enim convenientius in mentem nobis venit: κάλυξ au-
»tem proprium *roſarum* vocabulum eſſe nemo dubitat.
»Senſus eſt: *ſuper roſas, quibus pavimentum erat conſtratum,*
»*retia fuiſſe expanſa, ne ingredientium pedibus auferrentur,*
»*& ſoli planities aequalis ubique corrumperetur*. Retium iſtum
»uſum nemo mirabitur, qui obſervaverit conſuetudinem
»veterum, involucris pellucidis aut etiam reticulis involvendi roſas, quo facilius earum fragrantiam percipe-
»rent. M. Tullius in Verrem libro quinto, ſive De Sup-

b » pliciis: [cap. XI.] *Nam, ut mos fuit Bithyniae regibus,* » *lectica hexaphoro ferebatur, in qua pulvinus erat pellucidus* » *Melitenſi roſa farctus: ipſe autem coronam unam habebat in* » *capite, alteram in collo, reticulumque ad nares ſibi appone-* » *bat tenuiſſimo lino minutis maculis, plenum roſae.* « — Suidas: Κάλυξ· ἄνθος ῥόδου μεμυκός. i. e. *flos roſae clauſus.* Idem: Κάλυκας· ῥόδα κεκαλυμμένα. Pariter Heſychius: Κάλυξ· τὸ ἄνθος τοῦ ῥόδου, τὸ μὴ ἐκπετασθὲν ἄνθος.

περίοπτον ὑπὲρ τὸ θέατρον κατασκευάσαντα σχεδίαν.

» Significat, *pontem* theatro fuiſſe impoſitum, ſuper quem » fictitium iſtud antrum eſt inſtructum. « CASAUB. — *Pegma lignеum* interpretatur SOPING. ad Heſych. in Σχεδίη. *Coenaculum temporarium* reddiderat Dalech.

c ἀθύρματα Διονυσιακὰ. *Bacchicorum ludorum ornamenta*, Dalech. *Bacchi crepundia* vel *ludicra* dicendum fuiſſe monuit Caſaub. *Ibid.* λειτουργούντων αὐτῷ τῶν ἐξ Ἰταλίας μεταπεμφθέντων ἀκροαμάτων. » *Acroamata* ſunt *hiſtriones* & *mi-* » *mi:* & Latini quoque ſic loquuntur. Hi ſunt illi ipſi, » quos in vita Antonii appellat eleganter Plutarchus τὰς » ἀπὸ τῆς Ἰταλίας κῆρας. « CASAUB. — Vide Lexica Latina, in *Acroama*: & conf. ſupra, pag. 142. f. De verbo λειτουργεῖν confer IV. 129. d. & ibi notata. *Ibid.* μετέβαινε δ' ἐνίοτε, φησὶ, καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, ἀπὸ τῶν τειχῶν λαμπάσι δαδουχουμένης πάσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως. Ad μετέβαινε δ' ἐνίοτε adiectam malles vocem νυκτός: quae e ſequentibus quidem poterat intelligi, ſed commodius hîc diſerte adpoſita fuiſſet. In ms. *A.* eſt φησὶν: fortaſſe φησὶ νυκτὸς olim fuerat ſcriptum. Verba iſta τῶν τειχῶν cum in verſione latina praeteriiſſet Dalecampius, monuit CASAUBONUS: » Haec ex veteri more lucem ac- » cipere debent. Soliti enim antiqui, non Iudaei tantum, » (de quibus ex ſacris literis conſtat) ſed & Graeci & » Latini, *tecta* ſuarum domorum ita confecta habere, ut » in ea ſpectandi cauſſa adſcenderetur, quoties aut pom- » pa ducebatur, aut alia cauſſa ſtimularet. De Graeco- » rum tectis conſtat ex hoc loco; nam ita vertendum eſt: » *cum tota Athenienſium urbe eſſent qui facibus e tectis praelu-* » *cerent.* Lucianus: [in Somnio ſ. Gallo cap. 24.] Οἱ δὲ, » ὁπότε προΐοιμι, καὶ ἐπὶ τὰ τέγη ἀνιόντες ἐν μεγάλῳ ἐτί- » θεντο ἀκριβῶς ἑωρακέναι τὸ ζεῦγος. Tacitus, de Agrip- » pinae adventu Brunduſium: *Atque ubi primum ex alto* » *viſa claſſis, complentur non modo portus & proxima maris,*

»*ſed moenia ac tecta.* – – Plutarchus in Cicerone: Τὰ δὲ »φῶτα πολλὰ κατέλαμπε τοὺς στέγωποὺς, λαμπάδια καὶ »δᾷδας ἱστώντων ἐπὶ ταῖς θύραις. αἱ δὲ γυναῖκες ἐκ τῶν »τεγῶν προϋφαινον ἐπὶ τιμῇ καὶ θέᾳ τοῦ ἀνδρός. Cave »aſſentiaris doctiſſimo viro, qui προφαίνειν ἐκ τῶν τεγῶν »interpretatur *ſpectare e tecto*, cum προφαίνειν ſit *praelucere*.« Haec CASAUBONUS, plura etiam alia de *tectis* veterum, Romanorum praeſertim, adiiciens: quae, ut nihil huc facientia, conſulto praetermiſi.

ὁ Καλλίκολα προσαγορευθεὶς διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεν- d νηθῆναι. »*Imperatorem Caium cognomen inveniſſe Caligulae* »ſcribit Athenaeus, *quod in caſtris eſſet natus.* Sed haec »cauſſa proxima non eſt: verum illa, quam ex Latinis »ſcriptoribus & Dione norunt omnes.« CASAUB. — *Ibid.* ὠνομάζετο νέος Διόνυσος &c. Plura numina recenſens Dio Caſſius, LIX. 26. quorum formam & attributa ſubinde ſibi ſumſit Caligula, *Bacchum* ſilentio praeteriit: at non praeteriit Philo in libro DE Legatione ad Caium, 1003 ſeqq. ed. Francof. 1691. ubi etiam ipſa illa adpellatio, ὁ νέος Διόνυσος memoratur, p. 1004. d.

AD CAP. XXX.

»Redit Athenaeus ad *tenuem Graecorum victum*, de quo »dicere inſtituerat libri huius initio, & ait: Εἰς ταῦτα »ἐστὶν ἀποβλέποντα τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγαπᾶν τὴν Ἑλλην- »κὴν πενίαν. Cui bono adiecta ſint iſta, τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, »non capio: & delenda cenſeo vel mutanda.« CASAUBONUS. — Nil mutant libri; neque quidquam mutandum mihi videbatur. Verbis iſtis viam ſibi parat Deipnoſophiſta, quâ eo, unde digreſſus erat, redeat. ταῦτα τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς dicit illa, quae de Antonio & Caligula modo commemorata ſunt, *quae* non ſolum *id quod ſatis eſt ſuperant*; ſed & ipſum *humanae ſortis modum*, immane quantum, *excedunt*. *Ibid.* Κλείταρχος ἐν τῇ πρώτῃ. Articulum τῇ, temere olim in ed. Baſ. & Caſ. omiſſum, reſtitui ex ms. *A.* & ed. Ven. *Mox*, recte codex *ms.* uterque, ὅτι ὁ πᾶς αὐτῶν πλοῦτος, dedit; cum ὁ articulus deſideraretur in editis.

ἐγκρασιχόλους recte ms. *Ep.* Vide infra, VII. 285. a. e & 300. f. Ariſtot. Hiſt. Anim. VI. 3. Heſych. & alios. HERODOTI locum, de quo mox agitur, habes lib. IX. cap. 15 extr. Ad vulgatam apud Noſtrum ſcripturam,

e Ἄϋταμνος, adnotavit CASAUBONUS: »In msstis eſt Αἴ-»ταμνος. Scribendum, ut in Herodoto, Ἀτταγῖνος: »niſi Athenaeus ipſe memoriâ hic lapſus.« — Quibus-nam in libris Αἴταμνος repererit doctus Animadverſor ne-ſcio. Noſter ms. *A.* perſpicue Αὔταμνος habet ut editi: nec ex recentioribus msstis Pariſienſibus aliud adnotavit Villebr. nec in Aegiana collatione Romana varietas ſcri-pturae ad hunc locum adfertur. Epitomator autem totum locum praetermiſit. Praeferendam vero putavi ſcripturam apud Herodotum vulgatam, quoniam ſaepius eadem apud eum occurrit, facile autem ab illa in iſtam, quae apud Athenaeum obtinuit, aberrare potuere librarii. Apud Pauſan. VII. pag. 546. in aliam partem erratum eſt; ubi Ἀτταγῖλος vulgo ſcriptum, ut ad Herodot. obſervavit Valckenarius. Quod ait Noſter, ὧν φησιν Ἡρόδοτος — — μεγάλως πλούτῳ παρεσκευάσθαι, hoc eſt, *a divitiis magnifice paratum*, ſive, *magnis divitiis inſtructum fuiſſe;* monuit idem CASAUB. »memoria lapſum videri Athe-»naeum. Audiamus (inquit) Herodotum: Ἀτταγῖνος ὁ »Φρύνωνος, ἀνὴρ Θηβαῖος, παρασκευασάμενος μεγάλως, ἐκά-»λεε ἐπὶ ξεινία [ξενίᾳ equidem malueram] αὐτόν τε Μαρ-»δόνιον &c. *Attaginus, Phrynonis filius, Thebanus, cum »magnifice omnibus rebus neceſſariis ſe inſtruxiſſet, hoſpitio »excepit Mardonium & alios quinquaginta e praecipuis.* πα-»ρασκευασάμενος μεγάλως, vernaculo ſermone diceremus, »*après avoir fait de grands préparatifs.*«

f Ἡγοῦμαι δὲ, ὅτι οὐκ ἂν περιεγένοντο, οὐδ' ἂν ἐδέησε τοῖς Ἕλλησι περὶ Πλάταιαν παρατάττεσθαι, ἀπολω-λόσιν ἤδη ὑπὸ τῶν τοιούτων τροφῶν. »Elegans auctoris io-»cus in alieniſſimum ſenſum a Dalecampio detortus. *Si »eſſet verum*, ait Athenaeus, quod dixit Citarchus, *Boeo-»tos, cum Perſas conviviis exciperent, non aliud eis appo-»ſuiſſe quam illas ciborum quiſquilias, quibus ſoliti ipſi ſe »alere; periſſent opinor Perſae, neque illis opus fuiſſet ſtare »in acie contra Graecos in campis Plataicis: quippe queis iam »tales cibi pernitiem attuliſſent.* περὶ Πλάταιαν auctori-»tate Homeri licet tueri: omnes alii Πλαταιᾶς ſemper. »παρατάττεσθαι τοῖς Ἕλλησι dictum pro eo, quod eſt »uſitatius, πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Utrumque invenient ti-»rones apud optimos ſcriptores: hoc tamen vel maxime »viros doctos videtur in errorem impuliſſe. Sed & περι-»γίνεσθαι male acceperunt pro *vincere:* nam idem ſignifi-

» cat hîc atque apud Herodotum, cum illo ipſo in loco f
»[IX. 16.] ait, τουτέων πάντων ὄψεαι, ὀλίγου τινὸς χρό-
»νου διελθόντος, ὀλίγους τινὰς τοὺς περιγενομένους. Ac for-
»taſſe [immo haud dubie] illum locum auctor reſpiciebat
»haec ſcribens; nam de eisdem Perſis editum eſt illud,
»quod refert Herodotus, dictum fatidicum. « — Multo rectius utique locum iſtum Caſaubonus, quam Dalecampius, interpretatus eſt: ſed illud, ſi quid video, minus recte, quod illa verba, οὐδ' ἂν ἐδέησε τοῖς Ἕλλησι περὶ Πλ. παρατάττεσθαι, ita accepit, quaſi dixiſſet auctor οὐδ' ἐδέησεν αὐτοῖς (nempe τοῖς Πέρσαις) παρατάττεσθαι τοῖς Ἕλλησι: quae in hunc modum erant accipienda, ut τοῖς Ἕλλησι ad ἐδέησε referretur, & poſt παρατάττεσθαι ſubintelligeretur αὐτοῖς, ſcilicet τοῖς Πέρσαις, de quibus continuo pergit dicere, ἀπολωλόσιν ἤδη &c. eâ ſententiâ, quae in latina verſione a nobis expreſſa eſt. παρατάξασθαι τοῖς πολεμίοις, *confligere cum hoſte*, familiaris Polybio praeſertim dictio. Πλάταιαν ex edit. Ven. in alias propagatum: quâ nominis formâ non modo Homerus uſus eſt, ſed & Herodotus & Thucydides. Πλάταια in plurali neutrius generis, quod eſt in noſtris membranis, nusquam alibi quod ſciam, reperitur.

AD CAP. XXXI.

κατὰ Φιγάλειαν ſcripſi cum cod. *A*. quod probum erat, ut vel ex Stephano Byzant. videre eſt. Si ſimplicem vocalem in penultima voluiſſes, Φιγαλίαν penacute ſcriptum oportebat, ut XI. 465. e. & 479. e. Poterat & Φιγαλέαν ſcribi, ut apud Polyb. V. 3, 8. ubi videſis notata. Urbis nomen omittens Epitomator, & totam narrationem contrahens, ἐν Φιγαλεῦσι habet, pro eo quod mox ſequitur παρὰ Φιγαλεῦσι.

τυροῦ πεντάμνουν, intellige σταθμόν: & confer omnino Euſtath. ad Od. τ'. pag. 715, 17 ſqq. qui locus praeterierat doctiſſimos Heſychii interpretes ad voc. Πέλεκυς: ubi, primum, non ſolicitari debuit vocab. σταθμίον, quod idem valet ac σταθμὸς, *pondus*; tum vero poſt iſtam vocem delendum erat *comma*, quod ex Schreveliana editione Albertinae adhaeſit; denique, pro ἀρχαῖον, ἀρχαῖοι ſcriptum oportebat. *Ibid.* Verba τὰ πρὸς τὴν ἄρτυσιν τῶν ἱερείων ἁρμοττοντα, quae in alienum prorſus ſenſum detorſerat

interpres, nil aliud significare, nisi *quorum usus in condiura carnium*, recte monuit Casaub. Conf. ad I. 13. c. Animadv. T. I. pag. 117 sq.

a πλὴν τῶν περὶ τὸν μάγειρον σκευῶν, ὁ χορηγός. » Pro ἃ » παρεῖχεν ὁ χορηγός. Et fors fuat ita auctor scripserat. « Casaub. — Poterant puto subintelligi ista, ἃ παρεῖχεν, aut ταῦτα γὰρ παρεῖχεν. Fortasse etiam breviter, ἃ ὁ χορηγὸς, scripserat Athenaeus. *Ibid.* φύστη μᾶζα νόμου χάριν. In editis omnibus *comma post* φύστη signatum erat: inde vocem μᾶζα, ut ex glossa manifeste ortam, delendam censuerat Toup Emend. in Suid. Part. III. pag. m. 555. provocans ad Suidam & Hesych. in Φύστη, & ad Athen. III. 114. f. Sed postliminio revocandam statuit Idem in Epist. Crit. p. 9. auctoritate Comici in Vesp. 608. Ad posteriora verba, haec est adnotatio Casauboni: » *Maza dicis caussa apposita.* Sic loqui amant scriptores de » iis quae *non* tam *ad usum*, quam *ad speciem* parari solent: » cuiusmodi fuit affis Caianus in mancupiis. Cur hic di- » catur *maza apposita fuisse* tantum *dicis caussa*, vellem ex- » posuisset: nam alioquin coenas frugales, qualis erat quae » hic describitur, frequentabat maza, non ut ulli legi aut » instituto satisfieret, sed ut locum panis obtineret, sicut » docuimus alibi ex Aristophane. « — Puto, νόμου χάριν dixit, quod esset hoc nonnisi praeludium illarum, de quibus agitur, coenarum. Praeterea, partem tantum mazae & calei & viscerum nunc gustabant; maiorem partem *adolebant;* quod verbo καθαγισάντων, quod sequitur, satis indicatur.

τῶν παρά τισι καλουμένων μαζονόμων, ἀπὸ τῆς χρείας εἰλημφότων τὴν ἐπωνυμίαν. » Initio *mazonomi* dicti a mazis, » quae apponi in iis solitae: postea quaevis *lances rotundae* » *& ligneae.* Glossas Hesychii sic emendabis: Μαζόνομον, » τὸν κύκλον, ἢ τὸν ξύλινον πίνακα. Varro, De Re Rusti- » ca: *ut in eodem tecto ornithonis incluſum triclinium haberet,* » *ubi delicate coenitaret, & alios turdos videret in mazonomio* » *positos coctos.* Pro *mazonomus* dixerunt & *mazophorus*, vel » *mazophoris.* Hesychius: Μαζοφορὶς, ὄμοιον καλῷ. » Casaub. — In Ptolemaei Philadelphi pompa commemorantur etiam *aurei mazonomi*, sive (in diminutivo) *mazonomia.* V. 197. f. 200. a. 202. e.

b προφαγεῖν. Sic libri omnes; quod probum puto: distinguitur enim hoc coenae *praeludium* ab ipsa coena, de

qua deinde. Referendum igitur hoc verbum in commu- b
ne ad omnes praedictos cibos. Doctissimus CORAY, προσφαγεῖν corrigens, ad unum vocabulum ἄλες, vel ad duo, σπλάγχνον & ἄλες, referebat. *Ibid.* καθαγισάντων δὲ ταῦτα. Genitivus pendet ab ἑκάστῳ, quod sequitur. καθαγίσαι, est *adolere*, *Deorum in honorem cremare*: e quo, ut modo dixi, intelligitur, partem quidem istorum, quae praedicta sunt, gustasse convivas, sed maiorem partem Diis adoleviisse. Suidas: Καθαγίσω, καύσω, ἀφιερώσω. Hesychius: Καθαγίσω· συντελέσω, καὶ καθιερώσω: ubi illam interpretationem, συντελέσω, ex confusione verborum καθαγίσω & κατανύσω, perperam huc traductam censuit doctus Editor: quae fortasse solicitari non debuit, ea notione accipienda, quam in Latina versione expressi. *Ibid.* ἐν κεραμείῳ κοτταβίδι. »Scribe κεραμέᾳ, ut »libro XI. CASAUB.« — Nempe XI. 479. c. (ubi idem citatur HARMODII locus) κεραμέᾳ κοτταβίδι scribitur consentientibus libris. At id quidem perinde esse videtur: nam & κεράμειος & κεράμεος dicitur; a κεράμειος autem formatur quidem foemininum κεραμείη, sed forma κεράμειος pariter & in masculino & in foemenino genere usurpari potuerit. De *cottabide* (κοτταβίδι, scil. κυλίκι) vide Nostrum loco modo citato. *Mox*, pro eo quod hic legebatur, ἂν εἶπεν, iam ex coniectura ἀνεῖπεν uno verbo correxeram, cum id ipsum XI. 479. d. etiam vulgo sic scriptum animadverti. *Ibid.* εὖ δείπνειας. Cum mendose εὐδειπνίαις (sic) scriptum esset in ed. Ven. & Bas. & in vetustis etiam membranis; CASAUBONUS, postquam in contextu εὖ δειπνήσεις ex coniect. correxerat, in Animadv. adnotavit: »Lego εὖ δειπνήσειας, »adstipulante scriptura libri undecimi. Simillima forma »εὐφημίας convivialis Graecis & Romanis in usu, Ζήσεις: cuius meminit Dio in Commodo. In moribus »nostris vestigia clara sunt eius consuetudinis: precamur »enim, ut prosit quod estur aut bibitur.« — Libro XI. 479. d. εὐδειπνίας edebatur: vetustae vero nostrae membranae εὖ δείπνειας dabant; quod, licet scripturae integritatem praestare non ausim, tamen & ibi tenendum & h. l. recipiendum putavi.

τοῖς λεγομένοις μάζωσι· τοῦτο γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἡ Διονυσιακὴ σύνοδος ἔχει τοὔνομα. »Ait, μάζωνας vocari »convivia Bacchica. Olim, ut apparet, generale id fuit

» conviviorum omnium nomen. An a Graeco μᾶζα, » quasi *locus quo mazae congererentur?* an potius ab He- » braeo *mazon*, id est, *cibus*, *obsonium?* At μᾶζα est illo- » rum *matsah*, quod genus panis aut placentae illis signi- » ficat. « CASAUB.

c τὴν ἀπομαγδαλίαν. Penacute scribitur hoc nomen apud Suidam, & sic edidit Brunck in Comici Equit. 414. Oxytona scriptura, apud Pollucem VI. 93. restituit Kühnius, quam & Hesychius (in ipsa illa voce & in Κυνάδες) & Eustathius ad Odyss. ν'. pag. 728, 18. agnoscunt: quae eadem forma haud obscure in scriptura olim apud Aristoph. l. c. & apud Nostrum X. 409. d. vulgatâ latebat. Sed h. l. sicut ἀπομαγδαλίαν cum edd. & msto *A.* habet noster codex *Ep.* sic & in suo codice repererat Eustathius: itaque loco citato lin. 20. haec ipsa Athenaei verba citans, pariter accentum in penultima posuit. *Ibid.* τοῦτο ποιοῦντες ἕνεκα τῶν ἐν ταῖς ἀμφόδοις γινομένων νυκτερινῶν φόβων. » Addit Eustathius, [loco cit. lin. 21.] » sed de suo, ὧν αἰτία εἶναι ἡ Ἑκάτη ἐδόκει. Hecaten in » compitis fuisse cultam notissimum est: quae fuit Dea » χθονία, &, ut appellatur a Theocrito, δασπλῆτις, id » est, interprete Hesychio, *difficilis accedentibus.* « CASAUB. — Equidem cum ERASMO (in Adagio, *Canis vivens e magdaliis*) acceperam de *timore a canibus qui in compitis homines invadunt:* quod satis cum res ipsa indicare videbatur, tum id quod communi consensu auctores omnes, quos laudavi, docent, canibus obiici solitas illas offas.

d κιρνᾶσι. Sic codex noster uterque: quod cur in κιρνῶσι mutaretur ab editoribus, nulla causa fuit. Legitime sane a verbo κίρνημι (quod idem ac κιρνάω valet) formatur κιρνᾶσι, ut ab ἵστημι, ἱστᾶσι.

AD CAP. XXXII.

Γρυνείου Ἀπόλλωνος. » Gryneum, oppidulum in fi- » nibus Aeolidis, cui vicinum *Gryneum* nemus, Apollini » sacrum. « DALECHAMP. — Vide Strab. XIII. 622 a. b. & Stephanum Byz. in Γρύνοι, eiusque interpretes. Tenui Γρυνείου sicut editum erat. Sic quidem & Γρύνειος Ἀπόλλων scribitur apud Steph. Byz. & *Gryneum nemus* apud Virgilium. Silet Epitomator: sed Γρυνίου habet *ms. A.* Oppidi quidem nomen Γρύνιον erat: Dei cognomen apud

Strab. XIII. 618. f. Γρυνεὺς editur. *Ibid.* τοῦ Κωμαίου Ἀπόλλωνος. » Κωμαίου, *pagani*, *comneſſatoris*.« DALECH. — Comeſſator Graece κωμαστὴς, non κωμαῖος, dicitur. Vocabulum Κωμαῖος idem valere ac κωμήτης, nempe, *vici* vel *pagi incolam*, *paganum*, Stephanus Byzantinus adnotavit in Κώμη. An idem Apollinis cognomen alibi etiam occurrat, nec compertum habeo, nec inquirere nunc vacat.

εἰσιόντες πάντες: *ingredientes omnes*, nempe in Prytaneum; quod ex tota narratione intelligitur. Attigit hunc Athenaei locum BLANCHARD in Diſſert. *de Prytanibus & Prytaneis*, in *Hiſtoire de l'Academie des Inſcriptions*, T. VII. pag. 64 ſq. Tenui deinde, priori loco, κατακλινθέντες, Homericam formam; altero loco κατακλιθέντες: quarum ſcripturarum utramque praeivit (quod ſciam) noſter ms. *A*. In *Epit.* admodum contracta tota iſta narratio. Quod poſteriori loco iterum κατακλινθέντες ſcribitur in ed. Caſ. 3. id quidem illi editioni proprium eſt: ſuperiores omnes ibi in κατακλιθ. conſentiunt. Confer notata ad II. 37. d. & 47. e.

ἄρτος καθαρός. *Purum*, puto, *panem* dicit, cui nec lac, nec pinguedo, aut mel, aut aliud quid admixtum. Ab eo diſtinxit τὸν κριβανίτην, quod erat *placentae* genus: vide ſ III. 109 extr. & ſeq. coll. cum pag. 113. b. & 115. a. *Ibid.* λεκάριον πτισάνης. Henr. Stephanus in Indice Theſauri col. 1360. d. hunc locum ita citat, quaſi λεκάνιον ſcripſiſſet Athenaeus. Sed in λεκάριον conſentiunt edd. & ms. *A*. (In *Epit.* deſunt iſta.) Eamdemque vocis formam agnoſcit etiam Pollux X. 86. quo e loco idem vocabulum eidem ab Editoribus reſtitutum eſt lib. VI. ſect. 85. *Ibid.* ὃς ἂν ἔξω τι τούτων ἱεροποιὸς &c. Vide not. ad IV. 137. f. *Ibid.* ὑπὸ τῶν τιμούχων ζημιοῦνται. »Sic vo»cabantur magiſtratus in aliquot Graecorum civitatibus, »ut in hac Naucrati, & Maſſiliae. Strab. libro quarto.« [pag. 179. c. d.] CASAUB.

καὶ τούτων μεταλαμβάνων κοτύλην οἴνου. »Puto a »deeſſe aliquid: nam ſententia eſt pendens & imperfecta; »oratio autem ἀσύντακτος καὶ ἀκατάλληλος. Utcumque »vulnus obligaveris, ſi ſcribas, καὶ τούτων μεταλαμβά»νων ἅμα λαμβάνει κοτύλην οἴνου.« CASAUBONUS. — Mihi nihil deſiderari videbatur: ſed μετέλαμβανον ſcriptum reliquiſſe ſuſpicor auctorem; quod, quoniam in

a plurali numero positum fuisset, cum quidem praecessisset singularis, vitiosum visum erat alicui librario, qui id in μεταλαμβάνων temere mutavit. Id si minus placet, poterit μεταλαμβάνειν in infinitivo corrigi, qui a verbo finito ἔξεστι pendeat. μεταλαμβάνειν τινὸς, sonat, *participem esse rei*; μεταλαμβάνειν τὶ, *accipere aliquid*: μεταλαμβάνειν τὶ τινὸς, idem valet ac ἀντὶ τινὸς, *accipere aliud pro alio*. *Ibid.* In ἀμὶς consentit *ms. Ep.* Quod autem ἀμὶς cum aspero spiritu scribitur in *ms. A.* id non prorsus spernendum. Adnotavit sane Eustathius, (teste H. Stephano in Ind. Thes. nam apud ipsum Eustathium reperire locum mihi non contigit) pro ἀμὶς veteres Atticos ἀμὶς dixisse.

b Οὐλπιανὸς ἡμᾶς διδάσκειν δίκαιος. *Aequum est, ut Ulpianus hoc nos doceat:* nempe, ut Iurisconsultus, idemque omnis antiquitatis peritissimus. Dicens autem haec inducitur Plutarchus Grammaticus, unus e Deipnosophistis, qui loquitur inde a pag. 134. d.

AD CAP. XXXIV.

d ἀπαγγείλασθαι ἐστιάσαι. Sic edd. & *ms. Ep.* puto etiam *ms. A.* Ex Grammaticorum vero praescripto ἑστιᾶσαι oportebat: & sic scriptum malim. In eodem verbo variant libri apud Polyb. V. 14, 8.

e κατὰ τόπους τῆς χώρας τὰς ἐπικαιροτάτους τῶν ὁδῶν διέλαβε σταθμοῖς. Sic ms. *Ep.* cum edd. Sed, quo impeditior videri poterat scriptura codicis *A.* καὶ τὰς ἐπικαιρ. exhibentis, eo maior mihi oborta suspicio erat, veram eam esse, & praeter rationem ab illa discessisse primum editorem. Eam autem sic equidem acceperim, ac si dixisset auctor, διέλαβε τὴν χώραν σταθμοῖς κατὰ τόπους καὶ κατὰ τὰς ἐπικαιροτάτους ὁδοὺς αὐτῆς. *Ibid.* τῶν τε οἰσυΐνων, intell. πλεγμάτων, aut aliud simile. Scripturam istam recte tuetur codex mstus uterque. Conf. Odyss. ε'. 256. ibique Schol. & Eustathium ad Od. ε'. pag. 1221 sub fin. ubi haec ipsa etiam Athenaei verba citantur. Operarum errore factum videtur, ut οἰσῦῶν (sic) legatur in ed. Casaub. Si ab οἰσύα ductum voluisset Editor, οἰσυῶν scripsisset: sed nulla mutandi caussa erat. *Ibid.* τό τ' ἀπὸ τῶν πόλεων. Minutum est, nec tamen silentio praetereundum, τό τ' ἀπὸ cum apostropho dedisse utrumque

codicem mstum, pro τό τε ἀπὸ, quod editum erat. e
Ibid. καὶ πρὸ τοῦ μέλλειν. »Ferri poteſt fortaſſe haec »lectio: *antequam deberet quemquam excipere.* Magis tamen »probem quod aliquando repoſueram, πρὸ τοῦ ἐπαγγέλ»λειν. Non multo ante ſcriptum eſt, ἐπαγγείλασθαι ἑστιά»σαι Γαλάτας πάντας.« CASAUB. — Ex eisdem verbis modo a Caſaub. citatis, intelligi poterat πρὸ τοῦ μέλλειν ἑστιᾶσαι.

παρεσκευάσθαι in paſſivo commode dedit ms. *Ep.* f
quemadmodum & καταβαλλεσθαι in paſſivo praeceſſit. Nec aliud debuit ms. *A.* in quo mendoſe quidem παρασκευάσθαι. *Ibid.* ἀπήλαυον, nempe τῶν παρασκευασθέντων. Quod HOESCHELIUS commendavit, ἀπέλαβον, videtur id ille in ſuo cod. Epit. reperiſſe, quamquam nullam ſcripturae illius mentionem fecit Caſaubonus: & lubens id equidem accepturus eram, ſi opus fuiſſet. Sed noſter ms. *Ep.* cum msto *A.* & editis in ἀπήλαυον conſentit; in quo nihil merito deſideraveris. cf. p. 152. e.

AD CAP. XXXV.

Θραϊκίων δὲ δείπνων. Prima vox omiſſa in ſola ed. Baſ. operarum errore. *Ibid.* Ξενοφῶν ἐν ἑβδόμῃ Ἀναβάσεως. Legitur ea narratio apud XENOPHONTEM *de Cyri Expedit.* libro VII. p. m. 315 ſq. Quod ἕκτῃ hic vulgo legebatur conſentientibus libris; ne putes aliam librorum diſtributionem obtinuiſſe in codice quo uſus eſt Athenaeus, vetat idem ipſe noſter auctor, apud quem lib. II. pag. 49. b. particula eiusdem narrationis diſerte *ex septimo* Ἀναβάσεως *libro* citatur. Quo minus dubitandum duxi, quin ἑβδόμῃ h. l. pro ἕκτῃ reſcriberem. Pariter Suidas, in Κατασκεδάζειν eamdem hiſtoriam ex *ſeptimo* Ἀναβάσεως libro citavit.

τριτοδες εἰσηνέχθησαν &c. Haec ſunt verba, a Noſtro a
ſupra II. 49. b. citata. *Ibid.* ἄρτοι ζυμῖται. Pro ζύμιτες, quod ed. Ven. habet, ζύμιται exaratum eſt in ed. Baſ. pro quo ζυμῆται reponendum monuit editor in Corrigendis. Et reperitur quidem iſta forma apud Etymologum pag. 412, 37 ſq. ſed haud dubie magis legitima forma erat ζυμῖται, quam ex Xenophontis libris tacite huc transtulit Caſaub. quae eadem apud Noſtrum etiam III. 109. b. c. & 111. e. occurrebat. Caeterum illud ipſum

a ζύμιτες, quod cum ed. Ven. agnoſcunt veteres noſtrae membranae, (in *Epit.* deſunt iſta verba) videndum ne ex ζυμήεντες ſit corruptum, quod fuerit plurale a ſing. ζυμήεις; quo nomine Athenis, ut Heſychius docet, adpellatur panis qui alibi ζυμίτης. *Ibid.* μάλιστα δ' αἱ τράπεζαι κατὰ τοὺς ξένους ἀεὶ ἐτίθεντο. Perperam vulgo h. l. μάλιστα δὲ τραπ. ſed recte δ' αἱ τράπεζαι ſcribitur II. 49. b. ut apud Xenoph. quod & hic repoſui. Vocabulum αἱ τράπεζαι commode apud Xenophontem Leunclavius *fercula*, vel *cibaria* interpretatus eſt, auctoritate (ut ipſe ait) Pollucis lib. VI. cap. 12. ſect. 84. Sed de ipſis *mensis cum impoſitis ferculis* accepit noſter Athenaeus loco modo citato; ubi ait, quos paulo ante τρίποδας nominaverat Xenophon, eosdem mox eumdem τραπέζας vocare. *Ibid.* καὶ διερρίπτει ex ed. Ven. & mstis reſtitui. Temere καὶ ἐῤῥίπτει ed. Baſ. & Caſ.

b καθ' οὓς αἱ τραπ. Verum videtur, & Xenophonteum, quod eſt in membranis, καθ' οὓς καὶ αἱ τραπ. *Ibid.* Ἀρύστας cum editis tenet codex noſter uterque: & ſic apud Xenoph. corrigendum videtur. *Ibid.* ἐνταῦθα μὲν δὴ γέλως. Sic percommode ms. *A.* cum editis. ἐνταῦθα ἤδη καὶ γέλως ms. *Ep.*

c προῦχώρει ὁ πότος. Sic recte ed. Caſ. ut eſt apud Xenoph. Perperam ὁ ποτὸς edd. vett. cum ms. *A.* (In *Epit.* haec praetermiſſa.) Vide not. ad IV. 130. a. *Ibid.* καὶ τὸν ἵππον δωροῦμαι. Sic ed. Ven. cum ms. *A.* absque τοῦτον, quo pronomine nil erat opus. *Ibid.* καὶ κοπίδα. Sic ed. Ven. cum ms. *A.* quod non modo apud Athenaeum revocari debuit, ſed etiam Xenophonti reſtituendum videtur pro τάπιδα, quod vulgo ibi legitur. Merito mireris, ſcripturae illius, κοπίδος, ne mentionem quidem feciſſe Caſaubonum; cui eam & Veneta editio, ſi inſpicere voluiſſet, & excerpta ex Italicis codicibus indicare potuerant.

d συγκατεσκεδάσατο μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας. Sic commodiſſime veriſſimeque, ſi quid video, ed. Ven. cum ms. *A.* (nam & haec omiſit *Epit.*) Pro quo imperite editor Baſ. illud poſuit, quod apud Xenoph. vulgo edebatur συγκατεσκέδασε τῷ μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας, quod ipſum ſecurus tenuit Caſaubonus. Atqui apud Suidam quoque (in Κατασκεδάζειν) vera ſcriptura συγκατεσκεδάσατο verbo medio ſervata erat: ſed ibi quidem in ſequentibus ordo

turbatus verborum; cum τὸ μετ' αὐτοῦ κέρας scribatur, pro μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας. De more isto Thracum consule quae Suidas l. c. & ipse Noster X. 432. a. ex Platonis lib. I. de Repub. protulerunt. *Denique*, & istam verissimam scripturam, Μετὰ δὲ ταῦτα εἰσῆλθον κέρασί τε, οἷοις σημαίουσιν αὐλοῦντες non modo eaedem nostrae optimae e membranae, sed & Veneta editio planissime dabant; quam rursus sprevit idem Casaubonus, absurdam tenens lectionem quam e corruptis Xenophontis libris editor Basileensis obtruserat Athenaeo. Nam, ut taceam inficetam istam verborum structuram, Xenophonteo stylo indignam: quis quaeso in Scuthae Thracum regis convivio *Cerasuntiis* tibicinibus e Colchide erat locus? quorum Graecum nomen ne erat quidem Κερασουνταῖοι, sed Κερασούντιοι, ut ex ipso Xenophonte discimus, Ἀναβασ. lib. V. pag. 285 sq. Quod deinde ὠμοβοείαις scripsi, id manifeste in ὠμοβοιαις contineri videbatur, quod est in nostro ms. *A*.

AD CAP. XXXVI.

τὰς τροφὰς προτίθενται. CASAUBONUS, cum mendosam scripturam χοὰς in contextu tenuisset, adnotavit dein: »Editum volui τὰς τροφάς. Ex coniect. primum ita »emendaveram, deinde in membranis sic inveni scriptum, »& sequitur mox [pag. 152. c.] ἐφ' ὧν τὰς τροφὰς προ»τίθενται.« Veram scripturam uterque noster codex dedit.

ἐὰν δὲ ἢ τι δυσαπόσπαστον, μαχαιρίῳ μικρῷ παρατέμνοντες, &c. »*Sin aliquid sit, quod avelli, nisi aegre, non queat,* a »*gladiolo parvo ut quicque incidit secantes.* Elegans vox πα»ρατέμνειν, cuius vim nisi pluribus verbis Latinis non ex»primas. Significat enim, cultros istos non fuisse mensae »appositos, quod hodie fit; sed, quoties erat opus, soli»tos educi, & in suum mox locum restitui. Non dissimi»lem vim habet praepositio παρὰ in verbis παραβοηθεῖν & »παραγένεσθαι, de quibus ante [ad I. 3. f. Animadv. T. I. »pag. 42. & ad II. 45. a.] diximus. Potes etiam παρα»τέμνοντες exponere *aegre secantes;* quod valeat ad decla»randam parvitatem cultellorum istorum; quare etiam »μαχαίρια vocat, neque hoc solum, sed etiam μικρά. Vi»dentur Graeci *cultrorum mensalium* diu ignorasse usum: »nam in universa illorum lingua nullum vocabulum est, »quod proprie ἐπιτραπεζίους *cultros* denotet. Latina vox

a »*culter* Syriacam originem habet a *Kathal*, *occidit*, trans»positis literis posterioribus. Graeci etiam *cultros* μαχαί»ρας vocant aut μαχαίρια. Vetustissimi Graeci appensam »gladii vaginae *machaeram* gestabant, eaque utebantur »pro cultro. Homerus: [Iliad. γ'. 271 sq.]

»Ἀτρείδης δ' ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
»ἣ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
»ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας.

»Haec poetae verba afferunt lucem sequentibus Posido»nii, quibus declaratur Celtarum mos, non quidem pe»nitus idem, sed tamen affinis: ὃ τοῖς κολεοῖς ἐν ἰδίᾳ θήκῃ »παράκειται, id est, *qui culter ensis vaginae adiacet in pecu»liari theca.* Etiam hodie ensium nostrorum vaginae cul»tris condendis peculiarem thecam habent.« Casaubonus. — Mihi, ut dicam quod sentio, in verbo παρατέμνειν nullam talem vim, qualem doctus Commentator dixit, reperire licuit. παρατέμνειν, si quid video, nihil aliud hic sonat, nisi *resecare*, *dissecare*, *praecidere*. Conf. ad IV. 173. d. De originatione vocabuli *culter*, si quid statuere necesse esset, in omnes alias partes potius eundum equidem censerem, quam in eam quâ praeivit vir doctus. Vide Vossii Etymolog. Opp. T. I. pag. 196.

τὸν ποτὸν ex ms. *A.* adscivi. Id idem valet ac τὸ ποτὸν, quod habet ms. *Ep.* cum edd. Vide IV. 129. d. & ibi not. Paulo post (lit. b.) in τὸ ποτὸν consentiunt membranae.

c ἐν ἀγγείοις περιφέρουσιν, ἐοικόσι μὲν ἀμβίκοις. »Ne»que placet τὸ μὴν isto loco; neque video quid appellet »ἀμβίκους: non enim puto esse vasculi genus illud quod »libro XI. [pag. 480. d.] ἄμβιξ dicitur. Fortasse scriben»dum, ἐοικόσι μικροῖς βίκοις. Quod autem subiicitur, et»iam *lances* eos habuisse *similes*, ad materiae similitudi»nem refero, non figurae.« Casaubonus. — Pro μὴν, quod perperam editum erat, recte μὲν dedere nostrae membr. *A.* (Consulto hic nonnulla praetermisit Epitomator.) Ad istam μὲν particulam, nisi mox ἡ κερα»μέοις δὲ scriptum oportuit, refertur deinde istud, τὸ δὲ πινόμενον &c. Caeterum, cur *figuram istorum vasorum Gallicorum* non potuisse conferri dicamus cum eorum figura, quos ἄμβικας vel ἀμβίκους Graeci vocarunt, non video: quorum figuram φοξόχειλον fuisse Athenaeus docet XI. 480. d. id est, *ut labia in angustum coirent.* Confer Hesych.

in Ἄμβικα, & ibi Interpp. Et poteſt ἀμβίκοις per er- c
rorem pro ἄμβιξι irrepſiſſe, ex ambiguitate nexus ſcripturae in fine vocis, de quo alibi diximus. Sed vulgatam vocabuli formam tuetur Etymologus p. 80. lin. 18. ubi habes: Ἄμβικον, (a recto caſu ὁ ἄμβικος) χύτραν, κάδον.

Paulo poſt, ubi καὶ γὰρ τοὺς πίνακας legitur, καὶ γὰρ καὶ τοὺς πίνακας malueram, *etenim lances quoque*. In iſtis, ἐνίοτε δὲ καὶ ὀλίγον ὕδωρ, ignorabant καὶ particulam edd. & ms. *A*. ſed commode eam dedit ms. *Ep*. *Deinde*, iſta παρὰ δὲ τοῖς ὑποδεσσι. usque ἐσκευασμένον, cum deeſſent editionibus vetuſtioribus, adiecit Caſaubonus, monitus ab Hoeſchelio; & habent eadem ambo noſtri codices.

καλεῖται δὲ κόρμα. Non ſolum δέρκομα vitioſe edebatur, ſed & imperite haec cum ſuperioribus ita iuncta erant, παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς καθ' αὐτὸ καλεῖται δέρκομα. Ubi monuit CASAUBONUS: »Scribendum, παρὰ δὲ τοῖς »πολλοῖς καθ' αὑτό. καλεῖται δὲ κόρμα. Id eſt, *bibitur vul-* »*go zythum per ſe: & vocatur corma.* καθ' αὑτό, intellige »*merum; ſine melle*, quo temperari ſolitum dixit ab iis »qui vinum quidem bibere non poterant ob cenſus te- »nuitatem; ſed erant tamen caeterâ turbâ, de qua nunc »loquitur, paullo ſaltem beatiores. Κόρμα vero omnino »ſcribendum cum membranis & Epitoma. Dioſcorides »vocat κοῦρμι. « — In κόρμα conſentiunt noſtri mssti.

περιφέρει δὲ ὁ παῖς ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ λαιά. »*Orſus* d »*a dextris, deſinebat in laevis.* Si hoc voluit, poterat omit- »tere καὶ τὰ λαιά. Quis enim non ita intelligit ἐνδέξια »apud poëtam? CASAUB. « — Nec tamen aliter acceperim iſta καὶ τὰ λαιὰ, niſi *a dextra & inde porro ad ſiniſtram*: non ſane, ut Dalecampius vertit, *pocula dextrâ ſiniſtráque manu puer circumfert*. *Ibid.* οὕτως διακονοῦνται. Poſt διακονοῦνται interpunxi orationem praeeunte ms. *A*. & *Ep*. Poteſt autem illud verbum perinde & paſſiva & activa notione accipi: *ita illis miniſtratur*; vel, *ita miniſtrant*: nam utroque modo uſurpatur. Vide pag. 153. c. & d. Ad ea vero, quae ſubiiciuntur, καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνοῦσιν ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι, adnotavit CASAUBONUS: »Immo vero Galli religioſius putarunt *miniſtrorſum* »ſe vertere in adorando, quam dextro verſum more Ro- »mano. Plinius lib. XXVIII. cap. 2. [ſect. 5.] *In adoran-* »*do dexteram ad oſculum referimus, totumque corpus circum-*

»agimus: quod in laevum feciſſe Galli religioſius credunt.« — Plinium cum Poſidonio ita conciliari poſſe HARDUINUS cenſuit, ut ἐπὶ δεξιὰ hîc intelligeretur *a laeva dextram verſus.*

AD CAP. XXXVII.

Λουερνίου τοῦ Βιτύϊτος πατρός. Vide Strabon. IV. 191. c. & Livii Epit. LXI. aliosque auctores, quos ad Livium laudavit Drakenborch.

e διακονουμένοις. Poſtulavit hoc grammatica ratio, quod ad praecedens εἰσερχομένοις referretur. Nusquam frequentior error librariorum, quam in huiusmodi terminationibus vocum.

f καὶ ῥίψαι αὐτῷ παρατρέχοντι. Dalech. *& accurrenti proieciſſe.* Rectius CASAUB. »eique ieciſſe currenti ad ipſius curarum. παρατρέχειν eſt *currere iuxta currum* quo vehitur is »quem honoris *cauſſa proſequeris.* Ita olim moris fuit, ut »ad Suetonium notabamus.« — *Ibid.* διότι τὰ ἴχνη τῆς γῆς &c. Contulit Caſaubonus cum iſta Galli poëtae adulatione verbum illud apud Perſium: *quicquid calcaverit hic, roſa fiat.* Et apud eumdem: *Nunc non e manibus illis, nunc non e tumulo fortunataque favilla, naſcentur violae?* — Recte διότι dedit ms. *Ep.* puto & ms. *A.* Perperam δι' ὅτι diviſis vocibus ed. Ven. Baſ. & Caſ. 1. Pro quo cum in Caſauboni Animadverſionibus (caſu, puto, non conſilio Animadverſoris) διὸ καὶ τὰ ἴχνη expreſſum eſſet, temere deinde hoc ipſum in contextu poſitum eſt in ed. Caſ. 2. & 3.

AD CAP. XXXVIII.

Πάρθων. Reſtitui hoc ex ms. *A.* quod cur in Παρθυαίων mutaretur ab editoribus, nulla cauſſa fuerat. Quamquam enim uſitatius eſt in Graecorum ſermone nomen Παρθυαῖοι, tamen & breviorem formam Πάρθοι in uſu fuiſſe, vel Stephanus Byz. poterat docere. Paulo poſt, in verbis παρὰ Πάρθοις eadem nominis forma recurrit,
a ubi gratiam ei fecerunt iidem editores. ἱμᾶσιν ἀστραγαλώτοις, *loris nodoſis.* Vide Pollucem X. 54. ibique Interpp. & Toup. ad Suid. Part. III. pag. 442.

περὶ Σελεύκου δίτγ. τοῦ βασιλέως. De *Seleuco Callinico*, agi, Antiochi Magni patre, colligitur ex Iuſtin. XLI. 4 extr.

καὶ τὴν τράπεζαν μόνῳ, καθάπερ ἥρωϊ πλήρη βαρβαρικῶν ξοινημάτων παρακειμένην. Cum vitiose καθάπερ ἥρω esset editum, adnotavit CASAUB. »Lege μόνος καθά- »περ ἥρως. Convenit hoc veterum opinioni, quam de suis »heroibus habebant. Quia enim morosos & iracundos pu- »tabant, ad illos accedere verebantur. Propterea ut rem mi- »ram fingit Comicus in Avibus, [vers. 1485 sqq.] esse lo- »cum quendam ἔνθα τοῖς ἥρωσιν οἱ ἄνθρωποι συναριστῶσι »καὶ ξύνεισι: ad quem locum plura Enarrator. « — Vide Schol. ad Av. 1490. At mihi quidem perspicuum visum erat, Parthorum regem *Heroi* conferri, non tamquam heroi iracundo, sed tamquam *semi-deo*, *supra humanam sortem elato*. Quod ad grammaticam rationem spectat, non rectus casus, sed dativus desiderabatur, a verbo παρακειμένην pendens. Itaque, quemadmodum recte μόνῳ dabant libri omnes, sic & rectissime ἥρωϊ dedere nostri mssti, quae unice vera scriptura. παρακειμένων manifestus error erat veteris alicuius librarii ὁμοιοτελεύτῳ decepti: & haud dubie παρακειμένην recte a nobis auctori restitutum, ad τράπεζαν referendum. Eamdem emendationem occupaverat doctissimus CORAY, in Notis msstis. »Ope- »rosa nimis est, inquit, emendatio Casauboni. Lego πα- »ρακειμένην. Constructio est: καὶ (εἶχεν ἑαυτῷ) μόνῳ »παρακειμένην, καθάπερ ἥρῳ, [rectius ἥρωϊ,] τὴν τράπεζαν »πλήρη βαρβαρικῶν ξοινημάτων.« b

Ibid. ὑπὸ - - τοῦ βασιλέως προαχθείς. ἐπαρθεὶς scripsit Epitomator, suo arbitratu, & minus quidem commode. προαχθεὶς, ex Graecorum scriptorum usu, sonat *ad dignitatem evectus*; ἐπαρθεὶς vero, *adductus*, *incitatus*, *impulsus*.

τῶν προσφάτως καθιερωθέντων. Ad vulgatam scriptu- c
ram, προσφάτων, recte monuit CASAUB. »Scribe προσφά- »τως, *recens mactatorum*. Haec κυρία notio vocis huius. « — Sane & manifestus error erat, & perspicua erroris origo, & emendatio certissima.

Παρὰ δὲ Τυρρηνοῖς - - τράπεζαι πολυτελεῖς παρασκευά- d
ζονται. *Etrusci* olim omnes barbaros τῇ κατὰ τὸ ζῆν πολυτελείᾳ superare existimabantur, teste Diodoro Sicul. in Excerpt. de Virt. & Vitiis pag. 230. ed. Valef. *Ibid.* Τίμαιος δ' ἐν τῇ πρ. Coniunctivam particulam, omissam a librariis, haud dubie adiecerat auctor. Agnoscit eam vero etiam ms. *Ep.* ubi sic, Τίμαιος δὲ φησὶ &c.

AD CAP. XXXIX.

c *ὁμοίαν ταῖς ἐγγυθήκαις.* » De *incitegis* dicimus libro ſe-» quente cap. XIII. [ad V. 209. f.] Dalecampius recte » vertit *repoſitoria*. « CASAUB.

a *Ibid. πρὸς αὐλὸν πυκτεύειν.* » Alibi docemus, Graecos » ſcriptores *πυκτεύειν* ſaepe pro *μονομαχεῖν* uſurpare: » quomodo hic cenſeam capiendum. « CASAUBONUS.

AD CAP. XL.

Πωσειδώνιος δ' ἐν τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν. » Scri-» pta lectio (inquit CASAUB.) *ἐν λγ'. τῶν Ἱστοριῶν*: hoc » eſt, *τρίτῃ καὶ τριακοστῇ*. « — Illa ſcriptura non in Aegianis lectionibus (quod ait Villebr.) adnotata eſt; ſed in aliis Excerptis Italicis eam repererat Caſaubonus. Habet vero eamdem codex Hermolai Barbari. At noſter quidem ms. *A.* *ἐν τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ* tenet. In edd. adiectus erat articulus, *ἐν τῇ τρίτῃ*, quem abieci auctoritate msstorum.

Ibid. ἐν γὰρ τοῖς ὅπλοις ἀγερθέντες. Quod adhuc editum erat, *ἐγερθέντες*, i. e. *excitati*, id tuentur quidem mssti noſtri ambo: nec tamen quisquam iuſtus iudex dubitaverit, quin illud in *ἀγερθέντες* (i. e. *congregati, convenientes*) mutari debuerit.

b *παρατεθέντων κωλήνων, τὸ μηρίον ὁ κράτιστος ἐλάμβανεν.* » Exponimus libro nono cap. I. « CASAUB. — Vide ad IX. 366. a. *Ibid. πιστωσάμενοι τὴν δόσιν.* » *Donatione* » *firmata.* Intellige, caveri ſolitum perituro vel pignoribus » captis, vel chirographo, vel fideiuſſione. Nam ſolutio » mercedis conventae differebatur poſt caedem morituriem-» tis: imo tunc tantum promiſſum praemium deberi inci-» piebat. Mirum plane genus contractus: quando teſta-» tor ad haeredes ius transmiſit, quod ipſe habuit nun-» quam, neque habere potuit vivus. « CASAUB.

c *καὶ παραστάς τις.* Sic ſcripſi, praeeunte utroque codice msto. *παραστὰς δέ τις* edd. *Ibid. δικαιολογεῖσθαι καθ' ὃ δικαιότατός ἐστιν ἕκαστος αὐτὸς ἀποτυμπανισθῆναι.* » *Quibus contendunt unusquisque quod iuſtiſſimum ſit, ſibi* » *potiſſimum caput amputari.* Torquent ſe hoc loco inter-» pretes in exprimenda voce *ἀποτυμπανισθῆναι*: quae hîc » quidem perſpicue ponitur pro eo quod paullo ante di-» xit, *τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι*. Euſtathius [ad Odyſſ. σ'.

»657, 17.] docte, poſtquam iſta ex Athenaeo verba Eu- c
»phorionis deſcripſit: Καὶ ὅρα, inquit, τὸ ἀποτυμπανι-
»σθῆναι, ταὐτὸν ὂν τῷ τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. « CASAU-
BONUS. — Nempe generatim de quolibet *ſupplicii* genere
uſurpatur id verbum. Pro καθ' ὃ, quod ex iſta Caſau-
boni Animadverſione receptum eſt in ed. Caſ. 2. & 3.
olim unâ voce καθὸ edebatur, conſentientibus msstis &
Euſtath. l. c. nec id quidem male. Valet autem haec dictio,
δικαιολογεῖσθαι καθ' ὃ vel καθὸ &c. proprie, *deducere* aut
exponere rationes, *propter quas*, vel, *quarum reſpectu* &c.
Scripturam αὐτὸς, quam firmant noſtrae veteres mem-
branae, nemo facile cum αὐτῶν, quod Epitomatori pla-
cuit, commutatam voluerit.

AD CAP. XLI.

τήν τε στολὴν τὴν πολεμικήν. Articulum poſteriori lo- d
co, in ed. Caſ. temere omiſſum, revocavi ex editt. vett.
& ms. *A*.

ARISTOPHANIS verſiculi ex *Phoeniſſis* corruptiſſimi vul- e
gō ſic legebantur:

Ἐς Οἰδίπου δ' ἔτται δὲ διπτύχῳ κόρῳ
Ἄρης κατέσκηψέ τε μονομάχου πάλης, ἀγῶνα νῦν
ἑστᾶσιν. Inde monuit CASAUBONUS: »Ariſtophanis lo-
»cum ita ſcribe & diſtingue:

»—— ἐς Οἰδίπου δὲ διπτύχῳ κόρῳ
»Ἄρης κατέσκηψ' οἵ γε μονομάχου πάλης
»ἀγῶνα νῦν ἱστᾶσι.

»*In geminos Oedipi filios Mars ingruit: qui luctae ſingularis*
»*& gladiatoriae certamen nunc inſtituunt.* δ' ἔτται in vulgata
»lectione, gloſſa eſt corrupta vocis poëticae δίπτυχος,
»pro δίττός. Κατασκήπτειν eſt *cum pernicie aliquo ingruere*,
»*more fulminis*. Eleganter hîc de Eteocle & Polynice uſur-
»patur, qui ſoli totius belli aleam ſubibant. πάλην μονο-
»μάχον interpretati ſumus *luctam ſingularem & gladiatoriam*,
»ut appareat mens Athenaei, qui ex iſto loco probare
»inſtituit, *gladiatores* iam tum fuiſſe notos. In quo equi-
»dem aſſentiri illi non poſſum. Quid enim *gladiatoribus*
»commune cum iis quos veteres hiſtoriae narrant *ſingu-*
»*lari certamine* decertaſſe? Antiquiſſimi fuit moris, com-
»miſſione unius duorumve aut trium parium ſalutem con-
»trariorum exercituum redimere, & ex eventu eius

e » pugnae populorum controverſias dirimere. Exempla ſunt »in hiſtoria ſacra Hebraeorum, Graeca, Romana.« — Comici verba in vetuſto cod. *A.* non minus quam in editis corrupta: nec melius habita in ſuo codice repererat Epitomator; quare, pro ſuo more, tamquam deſperata praetermiſit. Primum verſum ab ADR. HERINGA paulo felicius correctum, veſtigia veteris ſcripturae preſſe ſequendo, exhibuit Valcken. ad Phoeniſſ. pag. 461. quam emendationem cum Brunckio (in Fragm. Ariſtoph. pag. 273. 2.) adoptavimus. *Tertio* verſu, ἑστᾶσιν, quod eſt in Athenaei libris, tenuerat Valcken. cum Heringa: ſed cum eodem Brunckio ἱστᾶσιν, quod Caſaubonus propoſuerat, praeferendum cenſui; non modo quod particulae νῦν aptius convenire videbatur verbum in praeſente tempore poſitum, ſed & quod praeteritum ἑστᾶσι paſſivâ magis, quam activâ, notione uſurpatur.

ἀλλ' ἐκ ῥήματος τοῦ μαχ. Sic ms. *A.* absque artic. ante ῥήματος: quod probum iudicavi. *Ibid.* τὸ τέλος εἰς ος τρέπει. Debetur iſta emendatio acutiſſimo CORAYI noſtri ingenio. »Lego, inquit, τὸ τέλος (i. e. τὴν τελευταίαν »συλλαβὴν) εἰς ος τρέπει. (*in os vertit*) Eadem regula de »κόμη & κομῶ traditur in Scholiis Homeri a Villoiſono »editis ad Iliad. β'. 443.« — Fuerint quidem fortaſſe nonnulli ſcripturae librorum tenaciores, qui vulgatum ἴσως τρέπει defendi poſſe adeoque teneri debuiſſe contendant; nempe ita, ut ἴσως intelligamus *pariter, eodem modo.* Id ſi quis ſatis commode fieri poſſe iudicaverit, in eamdem nobiscum ſententiam verba auctoris ſic poterit interpretari: *quoties nomen μάχη, cum alio compoſitum, format vocabulum pari modo exiens atque vocabulum* ὁπλομάχος, (nempe in ος) *tum quidem proparoxytonum fit vocabulum.* Epitomator, totum locum (inde a verbis Ἔοικε δὲ &c.) nonnihil quidem contrahens, tamen aliquanto planius expreſſiſſe videtur in hunc modum: Πεποίηται δὲ τὸ μονομάχος ὄνομα οὐκ ἐκ τοῦ μάχη· ὃ συντιθέμενον προπαροξύνει τὸ τέλος, ὡς σύμμαχος, πρωτόμαχος, ἀντίμαχος,
f ἐπίμαχος, φιλίμαχον γένος. Τὰ δὲ τοιαῦτα ῥήματα, [ὀνέματα dicere debuerat] ὅτε παροξύνεται, τὸ μάχεσθαι ῥῆμα περιέχει. πυγμάχος, ναυμάχος, ὁπλομάχος, τειχομάχος, πυργομάχος.

Quod vulgo hic legebatur, αὐτόν σε πυγμάχε πρῶτον, vitium ſatis perſpicue prodebat. Nam ſi vocabulo

πυγμάχε usus esset *Stesichorus*, exemplum hoc proxime f
post πυγμάχος, ante ναυμάχος, positurus erat noster Auctor. Sed peraptum huic loco erat id, quod optimae notrae membr. *A.* dederunt, πυλαμάχε, a recto casu πυλαμάχος, *ad portam* (seu fortasse, *ad Thermopylas*) *pugnans.* κωμῳδιστοιὸς. Sic constanter ms. *A.* ut iam saepe dictum. In POSIDIPPI *vers.* 1. ἑώρακεν tenent libri omnes. ὥρακεν voluerat DAWES Misc. Crit. pag. 202. pro quo & ἑόρακεν scribi posse monuit TYRWHIT ad Dawes. pag. 454. (conf. Animadv. ad Athen. I. 15. c. T. I. pag. 132.) At cum Grotio in Excerpt. pag. 815. & cum Brunckio in Gnomicis pag. 201. ferendum anapaestum in illa senarii sede apud comicum iudicavi.

Ὅτι δὲ καὶ οἱ ἔνδοξοι καὶ οἱ ἡγεμόνες ἐμονομάχουν, καὶ a
ἐκ προκλήσεως τοῦτ' ἐποίουν, ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. » Vide» tur eruditissimus vir *alio in opere* eorum *ducum historias* » collegisse, *qui pro salute sui exercitus ceu publicas victimas* » *se devoverunt.* Utinam extaret is liber hodie: quae fuit » huius viri diligentia, discerneremus inde, opinor, fortium » aliquot virorum & nomina & res gestas, quarum fortasse hodie funditus extincta est memoria. Fuit & illud » veteribus ducibus genus μονομαχίας non incognitum, » cuius quotidie exempla eduntur a male consulta nobilita» te Gallica. Rixae inter nobiles ex levibus saepe offensis » cientur: offensam condonare & ignoscere, quod sapien» tes magnanimitatis proprium putarunt, turpe & igno» miniosum haberur. Unicum hodie nobilitatis sincerae » specimen est, suum ius armis persequi: in hoc cardine » vertitur summa illorum existimatio, & is quem falso » *honorem* vocitant. Qui iniuriam, parvam, magnam, » sibi factam arbitratur, illius auctorem ad singulare cer» tamen provocat: concurritur: horae momento alter am» bove mutuis vulneribus pereunt. Certissimum est, nul» lum saeculum ex veteri historia, nobis cognitum, adeo » crebra huius insaniae exempla vidisse, atque hoc no» strum plane ferreum: aliquando tamen factum esse iam » olim, ut controversias suas magni duces pugnâ ex pro» vocatione finirent, dubitari nequit. Exemplum illud an» quissimum est, quod narrat Diodorus lib. XVII. [cap. » 100.] de Coragi ducis Macedonis pugna cum Dioxippo » Athenienso. Ac fieri potest, ut de privatis huiusmodi » pugnis Athenaeus illo in libro, ad quem nos reiicit,

a »tractaſſet. Inter argumenta declamationum, quae apud »rhetores leguntur, extat haec lex, Νόμος τοὺς ἀριστεύον»τας μονομαχεῖν: quae lex niſi ficta eſt, ut pleraeque in »illis libris, duos idem virtutis praemium poſcentes com»mittebat: exſtat apud Sopatrum & Marcellinum in Her»mogenis Commentariis.« CASAUBONUS. — Quamquam parum ad id, de quo apud Athenaeum noſtrum agitur, facere videtur excurſus iſte optimi doctiſſimique viri adverſus certaminum ſingularium leviſſimis ſaepe de cauſſis a privatis hominibus initorum furorem; tamen illius huc transſcribendi laborem haud invitus ſuſcepi, quoniam ita ſemper habui perſuaſum, ex omni turba perverſarum opinionum, quae ad hanc noſtram usque aetatem occaecatum vulgo animum miſerorum mortalium tenent, nullam eſſe tam a ratione alienam, nullam tam multis modis tamque turpiter abſurdam, quam eam ipſam quae inſano iſti mori patrocinetur. Sed de tali quodam ſingularium certaminum genere Athenaeus (ut praedixi) non cogitavit: ac ne Coragi quidem & Dioxippi pugna, quam ex Diodoro huc traxit Caſaubonus, in eumdem cenſum venire debet: fuit enim ea duorum fortium virorum, quorum alter robore, alter etiam arte ſua confideret, de palma contentio. Caeterum quod Caſaubonus ſtatuit, *peculiare opus* edidiſſe Athenaeum, quo *exempla* collegiſſet *ducum, qui ſingulari certamine ſalutem exercituum ſuorum aut reipublicae redemiſſent*, in eo cum alios ſequaces habuit, tum VOSSIUM de Hiſtoricis Graec. II. 15. At illa quidem ſententia (de qua iam in Praefatione ad noſtrum Athenaeum pag. VII. not. *k.* obiter dixi) nullo alio nititur fundamento, niſi precaria interpretatione verborum ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν, quibus hoc loco utitur auctor: quae nihil aliud ſonant, niſi, *alibi diximus*; nec ita accipienda videntur, quaſi dixiſſet, *in alio opere*, ſed, *in alia huius operis parte*. Iſtam quidem dictionem eâdem, qua dico, ſententiâ paſſim uſurpatam mihi videor obſervaſſe; quamquam locum nullum ſigillatim nunc maxime in promtu habeo. Quod ſi duos priores Athenaei libros integros haberemus, non dubito reperturos nos ibi eſſe ipſum locum, ad quem nunc nos auctor remittit, quo *de illuſtribus belli ducibus verba fecerat, qui certamen ſingulare, ad quod alter alterum provocaſſet, inierunt*. Sane libro primo, ubi Homericorum heroum inſtituta moresque enarrantur, (in cuius

libri Epitoma etiam ſupereſt mentio, nonniſi obiter qui- a
dem iniecta, I. 9. a. τῆς μονομαχίας *Aiacis cum Hectore*) commodiſſimus erat locus de illo veterum bellatorum more verba faciendi.

Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος. Ad vulgatum Διῦαλος recte monuit CASAUBONUS: »Noli quaerere quis hic fuerit »*Diyalus:* ſcribendum enim Δίυλλος. Hic eſt DIYLLUS, »de cuius *Hiſtoriarum libris* dicebamus ad Laërtii librum »V.« — Vide omnino Caſaub. ad Laërt. V. 76. Contra apud Noſtrum XIII. 593. f. vulgatum Δίυλλος in Δίδυμος mutandum probabiliter cenſuerunt viri docti.

Ἄδλας τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν ἐν Αἰγαῖς. »*Rex* »*& regina* ſunt Aridaeus, Alexandri filius, & eius uxor »Eurydice. Vide, ſi eſt operae, Diodorum & Iuſtinum. »Reges Macedoniae *Aegis* fuiſſe ſolitos *ſepeliri* etiam Pli»nius adnotavit.« CASAUB.

AD CAP. XLII.

Θέλεις ἀκροάσασθαι. Sic ms. *A.* & *Ep.* ἀκροᾶσθαι b
edd. *Ibid.* οὕτως ἥσε τὸν βασιλέα. ἥσε erat editum, i. e. *cecinit.* Sed: »Inepta lectio: ait CASAUB. nam ἧσε »debet ſcribi: *ita oblectavit & cepit regem.*« — Atqui id ipſum ἧσε exhibet uterque noſter codex mstus. conf. XIV. 623. d.

τὸν χρυσὸν ἅμα τοῖς ἄλλοις ἐξέβαλλον. ἐξέβαλον d
edd. cum *ms. A.* Commodius vero erat imperfectum tempus, quod & dedit ms. *Ep.* & ex coniectura reponendum monuit CORAY. Idem Vir doctus adnotavit, interpretem (ἅμα τοῖς ἄλλοις ſic reddentem, *cum ciborum purgamentis*) videri legiſſe ἅμα σκυβάλοις. Iſtud graecum vocabulum ſi in animo habuit Dalecampius, fuerit coniectura docti viri, minime quidem illa aſpernanda. Caeterum msto codice non uſum eſſe Dalecampium, iam ſaepius monuimus. Quod paulo poſt de *aureo poculo Philippi* narratur, idem rurſus infra legitur, VI. 231. b. qui locus cum hoc conferendus.

καὶ τὸν λαχόντα, ἔχοντα δρεπάνιον. Verbum ἔχοντα, e
cum deeſſet prioribus editionibus, adiecit Caſaub. conſentientibus mstis. *Ibid.* ὑποτρέχοντος. Sic perſpecte corrigi iuſſit CORAY. Erat autem vetus vitium ἐπιτρέχοντος, quod cum editis tenet codex noſter uterque.

AD CAP. XLIII.

§ Ταῦτ' εἰπεῖν εἶχον - - - περὶ ἀρχαίων συμποσίων ἐπιστάμενος. Perperam ἐπιστάμενοι ed. Baſ. & Caſ. Quem errorem quum dein intelligeret CASAUBONUS, monuit in Animadv. »Legendum ἐπιστάμενος. *Haec habui, viri amici & convivae, Graecorum longe principes, dicenda, quae ſcirem de antiquorum conviviis.* Quia convivarum plerique »erant Graeci, propterea eos appellat τῶν Ἑλλήνων πολὺ »πρώτους: nihil moratus ipſum convivii dominum, civem Romanum. Sed non unus locus eſt, in quo auctoris vel iudicium vel gratiam in textura horum dialogorum deſideres.«

PLATONIS locus exſtat *De Legib. lib. I.* pag. 29 ſq. T. VIII. edit. Bip. ubi loquens inducitur Megillus Lacedaemonius. Pro verbis οὔτ' ἐν ἄστεσιν ὄσων, quae e Platone reſtituit editor Baſileenſis, monſtroſe prorſus in ed. Ven. legitur οὔτενος ἄστεος ὢν: in *ms. A.* vero, οὔτ' ἐν ἄστεος ὤν, ſub quo videndum ne quid aliud lateat. Totum lo-a cum praetermiſit Epitomator. *Ibid.* κωμάζοντι ex Platone tacite adſcivit Caſaub. Perperam βαδίζοντι ed. Ven. & Baſ. Sed κομίζοντι ms. *A.* quod ex κωμάζοντι detortum. *Mox*, καὶ οὔτ' ἂν tenent apud Athenaeum edd. & codex mſtus, ut apud Platonem: ubi equidem καὶ οὐδ' ἂν deſideraveram. Quod autem ſequitur apud Noſtrum, ῥύσαιτο, commodius videtur quam quod vulgo apud Platonem legitur, λύσαιτο. Sonat enim λύεσθαι, *redimere captivum.* Bene haberet λύσειεν, in activo, *neque eum dimittat.* Sed οὔτε τις ῥύσαιτο hoc ſonat, *neque eſt quisquam qui hunc* (coram iudice) *defendere, & periculo eripere poſſit. Ibid.* ὥσπερ ἐν ἀμάξαις ἰδὸν παρ' ὑμῖν. εἶδον editur apud Plat. quod perinde eſt. παρ' ὑμῖν recte ed. Ven. & ms. *A.* ut apud eumdem Platonem. Perperam παρ' ἡμῖν ed. Baſ. & Caſ. 1. quod ipſum etiam Caſaubonus in Animadv. eodem modo, nihil de errore monens, repetiit. Correctus tamen eſt error in ed. Caſ. 2. & 3. Pro ἐν ἀμάξαις, vitioſe ἐν ἀμαώαις expreſſum eſt in ed. Baſ. quod Dalecampius *per meſſes* interpretatus eſt; adnotans quidem in ora, apud Platonem ἀμάξαις legi. Inde CASAUB. »Cauſſa non erat, cur corruptam librorum Athenaei lectionem ἐν ἀμώαις, ſincerae quae apud Platonem ſervata »eſt quisquam praeferret. Qui non ignorant quid ſit ἁξ

»ἀμάξης λαλεῖν, *ex plaustro loqui*, de obscuritate loci a »huius conqueri non possunt. Adi Suidam & paroemio»graphos.« — Si Veneram inspicere editionem vel Dalecampius vel Casaubonus voluisset, in ea etiam ipsa veram scripturam reperturi fuerant. Suidam vide in Ἐξ ἀμάξης: & Schol. ad Aristoph. Plut. 1015.

AD CAP. XLIV.

Ἀλλ' ὡς ὄφελον. Ex toto hoc capite Epitomator nonnisi pauca verba excerpsit. Pro Μᾶλλον ὤφελον, quod erat editum, ἄλλως ὤφελον ex ms. *A.* citatur: ubi pro ἄλλως haud dubie Ἀλλ' ὡς oportuit. Qui vocem Μᾶλλον hoc loco primus invexit, immemor is fuerat vulgatissimi apud quoslibet Graecos scriptores usus, cum verbis *volendi*, *cupiendi*, *optandi*, ante particulam ἤ comparativum μᾶλλον omittendi, a quovis Graeci sermonis non prorsus ignaro facile subintelligendum: cuius ellipseos paulo post aliud exemplum habemus in Antiphanis vs. 3. hac ipsa pag. lit. d. Sed & ὤφελον in vulgata scriptura utique vitiosum erat: nam aut Ἀλλ' ὡς ὤφελες - - διαφθαρῆναι oportebat, aut Ἀλλ' ὡς ὄφελον - - διεφθάρης, ut adverbii vice fungeretur vox ὄφελον. Vide Thomam Magist. pag. 665. Etymol. pag. 643, 47. & Scholiasten in Sophocl. Aiac. 1211. laudatum Wetstenio ad 1 Corinth. 4, 8. Idem error, quem h. l. librarius erravit noster, ὤφελον pro ὄφελον ponens, in duobus vetustis Novi Testamenti codicibus obtinuit 1 Cor. 4, 8. & in pluribus item aliis codicibus in Epist. ad Galat. c. 5, 12. Quod si in his, quae mox sequuntur, editorum librorum spectes lectionem, prima quidem specie facile tibi persuadeas, probum esse ὤφελον, sed διεφθάρην, quod ibi vulgo legitur, ex διαφθαρῆναι esse corruptum. Sin διεφθάρην tenuisses, rursus ὤφελον in ὄφελον foret mutandum. Sed, utrum secutus fueris, mirum debebat videri, *optare Cynulcum, se ipsum suspendio periisse*. Quanto erat probabilius, hominem iratum ei ex convivis, qui longa sua disputatione moram coenae iniecerat, hoc dicentem induci ab auctore nostro: *Mallem tu in Thracico illo ludo, de quo modo narrabas, suspendio vitam finiisses, quam* &c. Verumtamen, quae in editis vulgo sequuntur, eam speciem habebant, ut cum superiori sententia haud ita male conve-

a nire viderentur: nempe, *Malim in Thracico illo ludo* (ſuspendio) *periiſſem, quam hic apud vos* (fame) *perire.* Sed primum vide, quam parum graece haec ipſa poſtrema ſententia vulgo expreſſa ſit, ubi ſic legitur: Μᾶλλον ὤφελον - - - διεφθάρην, ἢ τῇδε παρ' ὑμᾶς, ὥσπερ νηστείαν ἄγοντας, καὶ περιμένοντας &c. Quae barbarica ſermonis ſtructura merito mireris quod doctiſſimum Caſaubonum non adverterit, qui totum iſtum locum abſque animadverſione praetermiſit. At notum quidem cuivis tironi eſt, oportuiſſe ſaltem παρ' ὑμῖν, tum ἀγουσι, & περιμένουσι. Deinde autem, verum ſi quaeris, tota iſta lectio, διεφθάρην ἢ τῇδε παρ' ὑμᾶς, nihil eſt aliud, niſi coniectura parum felix, qua ſive recentior aliquis librarius, ſive primus Athenaei editor, incruſtare conatus eſt vulnus, quo veteres membranae h. l. laborabant: quod vulnus mihi longe diverſa ratione, & ea quidem expeditiſſima, ſanari poſſe deberique viſum erat. Nam in membranarum ſcriptura, διεφθάρησαν. ἕτινες γὰρ ἡμᾶς, quantumvis monſtroſam prae ſe ſpeciem illa ferat, perſpicue haec ipſa, quae edidimus, verba continentur, διεφθάρης. ἀνέτεινες (ſive ἀνέτεινας malis) γὰρ ἡμᾶς &c. Videtur autem verbo ἀνατείνειν, quod proprie *extendere* ſignificat, (cf. Lexic. Polyb. in hoc verbo, num. 1.) haec vis hoc loco ineſſe, *morando & extendendo tempus cruciare & enecare* aliquem. Sic ἀναβάλλειν, ex eadem praepoſitione ἀνὰ compoſitum verbum, *differre*, *in aliud tempus reiicere*, ſignificat; verbo vero παρατείνειν, cuius primaria ſignificatio non multum a notione verbi ἀνατείνειν abeſt, ineſt notio *cruciandi*, *vexandi*; ut ad III. 96. c. Animadv. T. II. p. 145. obſervavimus. confer Caſaub. ad Noſtrum IV. 157. c. Et commodius h. l. videri potuerat verbum παρατείνειν, quod ἀπολλύειν & ἐπὶ πλέον παρελκύειν exponitur a Timaeo in Lexic. Plat. & ſigillatim etiam uſurpatur de *fame*, λιμῷ παρατείνεσθαι, *fame cruciari*, ut docent exempla ibi a Ruhnkenio prolata, cui adiici poterat Xenoph. Cyrop. I. 3, 11. Sed quoniam ἀνατείνειν etiam *in altum tollere* ſignificat; fortaſſe conſulto adhibitum verbum eſt, quod ſimul etiam ad *ſuſpendium* quodammodo referri poſſet: cui ſimile eſt aliquatenus id quod in latina verſione poſui, *ſuſpenſum tenere.*

ὥσπερ νηστείαν ἄγοντας, καὶ περιμένοντας τὸ ἀνατόλ-
b λον ἄστρον, οὗ φασι μὴ φανέντος αἱ τὴν χριστὴν ταύτην

φιλοσοφίαν εὑρόντες νόμιμον εἶναι μηδενὸς γεύεσθαι. » Car- b
» pit Deipnosophista religionem aliquam, quae tempori-
» bus illis recens erat introducta: nam illa verba, οἱ τὴν
» χριστὴν ταύτην φιλοσοφίαν εὑρόντες, de *primis auctori-*
» *bus novae religionis* accipi debent. An ad ritus superfti-
» tionis Isiacae respiciebat? Nam certum est, eorum sa-
» crorum mystas magnam castimoniam prae se tulisse,
» saepeque ieiunasse. Ego non dubito, hominem Aegy-
» ptium aliud potius spectasse, & τὴν χριστὴν ταύτην φι-
» λοσοφίαν ironice appellasse *religionem Iudaeorum aut Chri-*
» *stianorum.* Nam quod ait, *nefas grande habitum esse, ante*
» *ortum stellae ieiunium solvere*, purus putus est Iudaicus ri-
» tus. Hieronymus, adversus Iovinianum libro secundo:
» *Petrus Apostolus non exspectans stellam more Iudaico, sed*
» *hora sexta in solarium pransurus ascendit.* Idem postea ser-
» vatum a Christianis: quorum notae sunt stationes, xe-
» rophagiae, & crebra ieiunia. Non omnia autem ieiunia
» eodem tempore frangebant. Utplurimum sub initium no-
» ctis corpori procurando operam dabant. Expectabant
» igitur *Vesperuginis exortum*, &, ut ait Athenaeus, τὸ
» ἀνατέλλον ἄστρον. Hic erat illis καιρὸς νόμιμος ἀπονη-
» στισμοῦ. Multi scriptores id tempus *horam nonam* vo-
» cant. Prudentius: *Ieiunamus;* ait: *recuso potum: nondum*
» *nona diem resignat hora.* Cassianus, Collat. II. cap. 26.
» *Hora nona refectionis tempus indultum est.* - - - Quod au-
» tem φιλοσοφίαν interpretamur *religionem*, non mirabi-
» tur qui Graecos patres legerit; ubi passim Christiana
» pietas ita appellatur. Exempla sunt apud S. Chrysosto-
» mum singulis paginis. Unum afferam non dissimilis sen-
» tentiae, ex Homil. XIII. in Epistolam ad Romanos: ὁ
» νενεκρωμένος τούτοις πενίᾳ συζῶν καὶ νηστείᾳ καὶ τῇ λοι-
» πῇ σκληραγωγίᾳ τε καὶ φιλοσοφίᾳ, ἐν ἑσπέρᾳ τῆς ἀναγ-
» καίας μεταλαμβανέτω τροφῆς μόνον. Eidem, ὁ διὰ πί-
» στεως φιλοσοφῶν usitata est hominis Christiani periphra-
» sis.« CASAUBONUS. — Non de Christianorum aut Iu-
daeorum ieiunio, sed de simili quodam apud Ethnicos more agi, contendit SPANHEMIUS ad Callim. Hymn. in Cer. vs. 6. nihil tamen adferens, quod ad illustrandum hunc locum faciat. In simili apud Nostrum loco, lib. VII. pag. 307. f. perspicue respicitur atque etiam nominatim designatur illud *ieiunium* quod tertio Thesmophoriorum die agebant mulieres Athenienses: sed de illo quidem ie-

b iunio hic non agi satis adparet. Facile equidem crederem, respici sectam aliquam philosophorum, ex Neopythagoricorum schola, singularem quamdam morum tristitiam & disciplinae severitatem profitentium. Vocabulum ἄστρον sigillatim pro *canis stella* usurpatum vidimus I. 22. f. sed hoc loco intelligendum *hesperum* vix dubitari potest.

DIPHILI *versus*, Κεστρεὺς ἀν &c. simul cum alio, qui apud poëtam proxime praecesserat, repetitur infra, VII. 307. f. & 308. a. ubi de *mugile* pisce ex professo agitur. Ibi etiam (pag. 307. c.) originem proverbii κεστρεὺς νηστώσει expositam reperies. Sequitur HOMERI *versus*, Οὐ μὲν γάρ τι χέρειον &c. ex Odyss. ρ'. 176. In ARISTO-
c PHANIS ex *Cocalo vers.* 2. vulgatum scripturam, ἠνίκα καὶ τοὺς νεωτέρους, ob metri rationem nullo pacto ferri posse perspecte monuit BRUNCK, in Aristoph. Fragm. p. 252. cuius emendationem ὁπηνίκα τοὺς adoptare non dubitavi.

ἑνθάδε πάντα ὥσπερ τοὺς πυρέσσοντας περιφερόμενα ὁρᾷν. »Libro nono: [IX. 387. e.] τοσαῦτά σοι περὶ τῶν φασιανικῶν ὀρνίθων ἔχω λέγειν, οὓς ἐγὼ διὰ σὲ ὥσπερ οἱ πυ»ρέσσοντες περιφερομένους εἶδον. Iocus est in verbi περι»φέρεσθαι varia significatione. Convivae qui loquuntur »interea dum funus fit prandio, cibis non fruuntur nisi »oculis, dum eos vident *circumferri*, ut erat veterum »consuetudo. Hoc ipsum accidit febricitantibus ἀποσί»τοις, quibus utplurimum simul admoventur & amoven»tur fercula, fastidiente cibos stomacho. Sed & morbi »genus est, σκοτόδινος vel σκότωμα dicti, Latinis *verti»go*: quo laborantes omnia cernunt se moventia & ro»tantia. Eo allusum ab auctore. Simile est libro sexto, »[VI. 245. f.] de parasito, cui contigerat aliquoties, ci»bum qui de more circumferebatur, oculis tantum parti»cipare: Πτολεμαῖε, inquit, πότερον ἐγὼ μεθύω, ἢ δοκεῖ »μοι ταῦτα περιφέρεσθαι;« CASAUBONUS. — Mihi nec hoc loco, in quo versamur, nec altero huic parallelo, IX. 387. e. (cum quo conf. pag. 386. e.) ad istam verbi περιφέρεσθαι ambiguitatem, quam dicit vir doctus, adludi visum erat. Qui febri laborat, is in accessuum intervallo, coenae interesse potest, atque etiam adpetentiâ ciborum saepe non caret: sed plurimas e lancibus, quae circumferuntur, nonnisi oculis usurpare cogitur; cibos, quae illis continentur, gustare ei non licet.

Quae sequuntur, in hunc modum edita legebantur, c ut post verba, μετέωρον αὐτὸν παραναστήσας ἔφη, omisso & poëtae & fabulae nomine, statim ponerentur ipsi versus, Ὄμνυμι δ' ὑμῖν, ἄνδρες, αὐτὸν τὸν θεὸν, ἐξ οὗ τὸ μεθύειν &c. Eo spectat adnotatio CASAUBONI: »Non »indicantur, cuius sint hi versus: quod docet nos inte»grior ex libris melioribus lectio. Scribe: Ὄμνυμι δ' ὑμῖν, »ἄνδρες, κατὰ τὸν ἡδὺν Ἀντιφάνη, ὃς ἐν τῇ Παρεκδιδο»μένῃ ἔφη, αὐτὸν τὸν θεόν.« — Istud supplementum Casaubonus cum in aliis, puto, Excerptis ex msstis Italicis repererat, tum in collatione Aegiana; quae totidem verbis illud exhibebat, non (ut Villebrunius indicare videtur, T. II. versionis Gallicae pag. 99.) omisso dramatis titulo. In nostris vero membranis *A.* non modo eadem leguntur verba, verum etiam ita, ut nos edidimus, bis posita sunt ista, Ὄμνυμι δ' ὑμῖν, ἄνδρες. Ex quo etiam plane adparet, quid sit quod alios dein librarios deceperit, ut simul cum istis reliqua verba τὸν ἡδὺν &c. praetermitterent. Inseruit ANTIPHANIS *versus* Excerptis suis Grotius, pag. 620 sq. Pro mendoso ἡμῖν, quod *vs.* 3. d cum editis tenent etiam veteres membranae, recte monuit CASAUBONUS: »Omnino scribendum, ἦ μὲν ἔλ. Quis »non agnoscit usitatissimam Graecorum in iureiurando »formulam, ὄμνυμι ἦ μήν. Deest autem μᾶλλον, ut pas»sim apud Graecos & Latinos.«

AD CAP. XLV.

Πλεονάζων ἐν ταῖς προσφωνήσεσι πρός σε περὶ τῶν ἐπιφανῶν κλήσεων, ἀγωνιῶ μή ποτε εἰς πληθώραν ἐμπεσὼν &c. »*Cum multus sim in te appellando, exponendisque tibi convi*»*viis illustribus ad quae fuerim vocatus, vereri subit ne in ple*»*nitudinem incidas, & de me queraris. Ideo visum, coenae te* »*facere participem, apud Cebetem Cyzicenum coenatae. Sed* »*priusquam ad has epulas redeas, potionem bibe ex hyssopo.* »In explicandis auctoribus, ibi plurimum saepe molestiae, »ubi minimum utilitatis: sicut fere accidit, quoties per »iocum aliquid dicitur. Tale est epistolae huius princi»pium: cuius ne unum quidem verbum recte interpre»tes sunt interpretati. Sensus is est quem expressimus. »Intelligendum autem est, *Parmenisci* eiusdem argumen»ti literas saepius [ad Molpidem] scripsisse, quibus splen-

» didas coenas ei deſcribebat: ſicut ſolitos facere mutuis » epiſtolis Lynceum & Durim non ſemel narratur Athe- » naeo. Hoc plane erat quod aiunt Graeci ἑστιᾶν λόγοις, » & *comedendos ſermones* (ut Plautus loquitur) *dare*. Ideo » ſcribit Parmeniſcus, *vereri ſe ne ex huiusmodi epulis ple-* » *thoram Molpis contraxerit, & ſtomachi faſtidium*: quo ut » illum liberet, velle ſe ait convivium ei narrare non » multae lautitiae, ſed multi ioci. Poſtrema verba obſcu- e » ra ſunt, προπιὼν δ' ὑσσώπου τὴν ὥραν ἐτάναγε ἐπὶ τὴν » ἑστίασιν. Diſtinctione tollitur obſcuritas, προπιὼν δ' » ὑσσώπου, τὴν ὥραν ἐπάναγε ἐπὶ τὴν ἑστ. *ſed ubi hauſe-* » *ris aquam ex hyſſopo, mature ad has dapes redi.* πιεῖν ὑσ- » σώπου, ut φαγεῖν ἄρτου: *aquam* intelligo *ubi maceratum* » *fuerit hyſſopum*. Calida ea herba eſt, neque inutilis lan- » guenti ſtomacho. τὴν ὥραν, pro ἐν ὥρᾳ, de quo ante » [ad pag. 142. c.] dictum ſatis. « CASAUBONUS. — τὴν ὥραν, prorſus ut ἐν ὥρᾳ, *mature, iuſto tempore;* praeſertim ubi de *coenae tempore* agitur. Sic uſurpavit Lucian. in Somnio ſ. Gallo, cap. 7. T. VI. ed. Bipont. pag. 300. & in Navigio ſ. Votis, c. 22. T. VIII. p. 175. πληθώραν dixit Parmeniſcus fere quemadmodum nos *cruditatem* diceremus; vernaculo ſermone, *une indigeſtion*. Itaque *hyſſopi decoctum* commendat, quod nimirum purgandi vim habet, ut docet Dioſcorid. III. 27. Eſt porro familiare admodum Graecis, ut verba ea quae de cibo & epulis proprie uſurpantur, ad animi oblectationem transferant. Sic non modo dictionem ἑστιᾶν λόγοις, de qua monuit Caſaubonus, frequentabant, ſed εὐωχεῖν & εὐωχεῖσθαι λόγων vel λόγοις, & id genus alia, ut obſervavit idem vir doctus ad Theophr. cap. 8. περὶ Λογοποιίας pag. 208.

κύνουλκον. Vide Animadv. T. I. pag. 15. *Ibid.* τῶν μὲν ἐγκωμιαζόντων τὸ ἀπὸ τῆς Λέρνης. Conf. Spanhem. ad Callim. pag. 658. *Ibid.* τὸ ἀπὸ τῆς Πειρήνης. » Haec » aqua, ut libro ſecundo proditur, omnium in Graecia » aquarum leviſſima. « CASAUB. — Vide II. 43. b. *Ibid.* κατὰ Φιλόξενον εἶπεν, τὸ κατὰ χειρῶν. Optimam aquam illam dicit, *quae manibus infunditur*, nempe *poſtquam bene coenaveris*. Vide lib. IX. p. 408 ſqq. Quod vero κατὰ Φιλόξενον dicit, non iam memini idem plane dictum tribui Philoxeno: ſed *aquae* κατὰ χειρῶν *poſt coenam* datae meminit Philoxenus apud Noſtrum IV. 147. e. & IX. 409. e. Da-

batur vero etiam *aqua* κατὰ χειρὸς vel κατὰ χειρῶν pro- e
xime *ante coenam*. II. 60. a. IV. 408. f.

καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν (φακῆν,) ἡ δ' ἐπεισρέει. »Se»narius ex aliquo Tragico ſumptus, qui in proverbium »abiit. Arrianus, in Euxini Periplo: ὡς ἐπεισρεῖν ἡμῖν »ἑκατέρωθεν ἀφθόνως τοῦ ὕδατος, τοῦτο δὴ τὸ τραγικὸν, »καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει.« CASAUBONUS. — In Proverbiis retulit Zenobius Centur. I. num. 75. Vocem φακῆν parentheſeos ſignis intercepi, ut extra verſum poſitam. Qui proxime ſequitur verſus,

Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν, f

ex Euripidis Medea vſ. 332. deſumtus, una mutata litera, cum ibi κακῶν loco φακῶν legatur; quod iam olim Paul. Leopardus adnotavit, Emendat. lib. VI. cap. 12. Haud dubie pariter iſte, Φακός σε δαίμων &c. (ut idem Leopardus coniectaverat) ex Euripideo aliquo, frigidiuscule quidem utique, expreſſus eſt, cum Κακὸς δαίμων & κακὴ τύχη dixiſſet poëta.

Ἐμοὶ δὲ. Exſpectaſſes, Ἐγὼ δὲ, ſcilicet ἀνεβόησα. Sed refertur dativus ἐμοὶ ad verbum ἦν, quod primo DIPHILI verſu, qui ſequitur, continetur. Et ἐμοὶ ἦν nunc idem valet ac *mihi videbatur*, quod quidem ironice dici adparet. *Duo priores verſus* in edd. ſic ſcripti legebantur:

Τὸ δειπνάριον ἀνθηρὸν, γλαφυρὸν ἦν σφόδρα
φακῆς κατ' ἄνδρα τρύβλιον μεστὸν μέγα.

Quorum in poſteriore nil mutant libri, nec eſt quidquam quod mutatum velis. In priore, illud ſtatim dubitationem movere poterat, quod ita diſtincta ſunt verba, ut iſta, γλαφυρὸν ἦν σφόδρα, non ad praecedentia, ſed ad ſequentia referantur: quod in ed. Ven. etiam magis ſignate indicatur, interpoſito *puncto poſt* ἀνθηρόν. Sed, quod gravius eſt, ipſam verborum ſcripturam editam non ferebat metri ratio; niſi quartum pedem dactylum eſſe vellemus, quem in illa ſede non admittere aiunt iambicum ſyſtema. Codices mssti, quod ad verborum diſtinctionem ſpectat, nil adiuvant: ex ms. *A.* nulla ab ed. Caſ. diſceſſio enotata eſt: in ms. *Ep.* vero nec poſt ἀνθηρὸν, nec poſt σφόδρα diſtinguitur oratio. Ipſe vero verſus in ms. *A.* ſic ſcribitur:

Τὸ δειπνάριον ἦν ἀνθηρὸν, γλαφυρὸν σφόδρα:

in ms. *Ep.* autem, omiſſo τὸ articulo,

Δειπνάριον ἦν ἀνθηρὸν, γλαφυρὸν σφόδρα.

Quarum ſcripturarum neutra ad metri legem exacta eſt: ſed minus peccat poſterior, quam ita adoptavi, ut ante γλαφυρὸν verbum ἦν ex coniectura (cuius veritatem quidem praeſtare non auſim) repeterem.

a Ad *Verſ.* 3 & *ſequentes*, Πρώτιστον οὐκ ἀνθηρὸν ἐπὶ ταύτῃ φέρων, &c. cum nullae perſonarum vices vulgo notatae eſſent, haec eſt CASAUBONI Animadverſio: »Haec »& ſequentia obſcuriſſima ſunt. Ut ea illuſtremus, ante »omnia ſciendum, his verſibus duos loquentes introduci. »Alter, parum aſſuetus ſplendidioris vitae lautitiis, con»vivium neſcio quod deſcribens, *pro magnis delitiis* nar»rat *fuiſſe cuique appoſitum lentis* τρυβλίον. Atque hoc ille »vocavit primo verſu δειπνάριον ἀνθηρόν. Quod cum huic »non probaretur, interfatur, & ait, Πρώτιστον οὐκ ἀνθη»ρόν. *Hoc, quod primum recenſuiſti, ſplendidum non eſt.* Per»git alter in narratione inſtituta. Itaque ſequentia ita di»ſtingues:

»Β. Πρώτιστον οὐκ ἀνθηρόν. Α. Ἐπὶ ταύτῃ φέρων
»εἰς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας,
»ὑπό τι δυσώδης.

»*Poſt lenticulam proſiliit in medium ſaperda magnus.* φέρων »vacat prorſus, ut ſaepiſſime. [vide Viger. de Idiotiſm. »Cap. VI. ſect. 2. reg. 5.] De illo dicendi genere, ὑπό τι »δυσώδης, ſatis dictum eſt ad primum Suetonii. [ad »Sueton. Iul. Caeſ. cap. 41. Nempe ὑπό τι, *aliquatenus*, »*quodammodo*, *nonnihil.*] Poſterius hemiſtichium verſiculi »huius non poſſum corrigere. ἀνθίαν piſcem intelligo.« — Verbum ἐπεχόρευσε, quod *Verſ.* 4. legitur, ſimillimo modo poſitum vidimus lib. II. 55. d. *Saperda*, idem piſcis eſt qui alias *coracinus*, VII. 308. f. qui ſale conditus e Ponto adferebatur: parum delicatus cibus, ut docet Archeſtratus apud Noſtrum, III. 117. a. Poſterius hemiſtichium *verſus quinti* cum *verſ.* 6. omiſit Epitomator. Quo loco, cum certi nihil haberem, hariolando quid maxime probabile videretur tentavi. *Sexto verſu*, qui ſic vulgo edebatur,

ὃν πολλὰ ταῖς κίχλαις ἤδη λέγειν.

facile intelligebatur, verbum intercidiſſe. Id verbum vel κλαίειν poterat eſſe, ut III. 117. a. vel χαίρειν, quod ſuppleviſt CASAUB. in Animadv. ſic ſcribens: »Re»ſtituo pedem qui deeſt manifeſto:

»ὃς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἤδη λέγειν.«

Utro ex his verbis usus sit poëta, eo aegrius definias, a quo minus certo de sententiae summa constat. Caeterum ea est Graeci sermonis mira proprietas, ut in his ipsis dictionibus κλαίειν σοι λέγω & χαίρειν λέγω, haud multum diversam faciant sententiam duo verba, quorum primitiva vis e diametro sibi opposita esse videatur. Quodsi, in eodem hoc versu, λέγειν esset veterum membranarum scriptura, utique prima vocula ὃν cum Casaubono in ὡς mutanda videri debebat. Sed λέγει, quod est in membranis, ὃς pro ὃν clamare mihi visum erat. Quid de οὗτος ἥρως ἀνθίαν (*vers.* 5.) faceret, nescire se, ingenue professus est Casaubonus. Mihi, pro ἀνθίαν oportuisse ἀνθίας in recto casu, cum verba proxime praecedentia, tum ea quae proximo versu sequuntur, de quibus modo dixi, declarare videbantur. In ἥρως vero latuisse ἱερὸς, intelligi videbatur ex VII. 282. c. ubi ex Aristotelis Hist. Anim. IX. 37. docet Noster, ἀνθίαν piscem, ἱερὸν ἰχθὺν a nonnullis appellari. Iam, quae sit summa sententiae, istis verbis comprehensae, diversas in partes poterit disceptari: equidem coniectaveram, dicentem haec rursus induci alteram personam *B.* effeque ironice dicta, cum respectu ad opinionem quae de *Anthia pisce* vulgata erat, ubi ille esset, non reperiri feram. Sic sententia fere fuerit huiusmodi: *Nempe hic sacer piscis erat, qui omnem aliam feram procul abesse iusserat: quare nil mirum, nec turdos* (sive *pisces* hos intelligas, sive *aves*) *nec aliud ullum e venatione obsonium adfuisse.* Si quid certius ab alio adferatur, lubens accipiam.

ἡ Θεατροτορύνη Μέλισσα. »*Theatrotoryne, theatrorum cochlear* vel *tudicula:* quod in theatris tam frequens esset, »quam in olla cochlear.« DALECHAMP. — *La danseuse de theatre* interpretatur VILLEBR. — Videtur significare, *quae inconcinno motu & magno strepitu quatere magis terram sciret, quam commode sciteque saltare.* *Ibid.* ἡ κυνάμυια. Vide III. 126. a. & ibi not.

ἀνδρες γενειοσυλλεκτάδαι. Aliâs πώγωνα βαθὺν τρέφων, aut πώγωνα vel γένειον βαθὺ καθειμένος, dicitur *promissam barbam gerens.* Hoc loco nescio an γενειοσυλλεκτάδαι dicantur, qui adeo vastam spissamque barbam alunt, ut *colligare* eam aut *in nodos colligere* opus habeant. Vide III. 98. a. & Animadv. T. II. p. 161 sub fin. Eodemque spectare videtur illud σακκογενειοτρόφοι, IV. 162. a.

b ἦ καθάπερ ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεύς. ἦ gravi accentu vulgo notabatur, quod etiam in ms. *Ep.* factum video. At, cum sit h. l. *interrogativa* particula, ἦ circumflexo accentu scribendum putavi. De MELEAGRO, *Gadareno*, *Cynico*, qui idem primus Anthologiae Graecae conditor fuisse existimatur, conf. Nostrum XI. 502. c. d. tum Strab. XVI. 759. b. & instar omnium consule quae docte disputavit IACOBS in Prolegom. ad Animadv. in Anthol. pag. 36 sqq. *Ibid.* τὸν Ὅμηρον, Σύρον ὄντα τὸ γένος &c. »Syros abstinuisse piscibus, & eius rei caus»sam, docemur libro VIII. [pag. 346. c. d.] At *Homerum* »*fuisse Syrum*, tam verum est, quam fuisse Indum, aut, »quod multi tamen crediderunt, Aegyptium. Clemens »Alex. Ὅμηρον οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιον φαίνουσι.« CASAUB. — At, per iocum id statuisse Meleagrum, intelligi debet. Athenaei hunc locum respexit Eustath. ad Iliad. λ'. pag. 814, 40. *Ibid.* δαψιλείας πολλῆς οὔσης κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. Conf. Nostrum I. 9. d. e. & Platon. de Rep. lib. III. pag. 210. ed. Massey.

ἦ μόνον ἀνέγνωτε σύγγραμμα αὐτοῦ τὸ περιέχον Λεκίθου καὶ Φακῆς σύγκρισιν; Recte σύγγραμμα ms. *Ep.* cum edd. Perperam συγγράμματα ms. *A.* qui tamen mox singularem τὸ tenet. »Dalecamp. emendat ληκύθου: male. Ver»tit autem, *olearíae trullae*: etiam hoc male. Vocat σύ»γραμμα, quod fuit poëmation ioculare. Poëta eo car»mine *lentem cum piso contenderat*. Eustathius sexto in »Odysseam commentario: [ad Od. η'. pag. 275, 8.] Εἰς »ὄσπριον φακῆν γράψαι λέγεται Ὅμηρος, ἐκθέμενος λεκί»θου καὶ φακῆς σύγκρισιν. λεκίθου δὲ, δηλονότι οὐ τοῦ ἐν »τοῖς ὠοῖς, ἀλλὰ ὀσπρίου κροκοειδοῦς· ὅπερ ἀρσενικῶς κα»λεῖται ὁ λέκιθος. Haec ille.« CASAUBONUS. — Scriptum istud ludicrum, vir doctus cum Eustathio ad *Homerum* auctorem videtur retulisse. At minus diligenter Athenaeum, ex quo ista hausit, inspexerat Eustathius: (nam h. l. Epitome, qua ille usus est, nihil ab opere pleniore discedit:) nec enim *Homerus*, sed satis perspicue *Meleager*, *Cynicus*, hic statuitur scriptionis illius auctor. Nec vero a quoquam alio scriptore Homerus auctor illius libelli perhibetur.

c συμβουλεύσαιμ' ἂν ὑμῖν, κατὰ τὸν Σωκρατικὸν Ἀντισθένην, ἐξάγειν ἑαυτοὺς τοῦ βίου, τοιαῦτα σιτουμένους. *Suadere vobis velim, secundum Socraticum Antisthenem, ut e*

vita vos educatis, tali victus ratione utentes. Quo pacto, ç quae ista dicens inducitur mulier, auctoritatem *Antisthenis Socratici* potuerit invocare, difficile dictu. Sane tale monitum, ut vita excedere malimus, quam tenui victu esse contenti, & a reliquis Antisthenis praeceptis prorsus abhorret, & exemplo minime convenit, quod ipse praeivisse perhibetur; ut qui & temperantiae laude excelluit, & morbo mortuus est, non sponte vitam finivit, & in ipso extremo morbo, & gravibus quoque doloribus, paene nimis etiam φιλόζωος fuisse visus erat: teste Laërt. VI. 18. Itaque suspicari licebat, Ἀρίστιππον pro Ἀντισθένην scriptum oportuisse: nam *Aristippo* certe hoc conveniebat, ut paupertati & omnino tenui ac miserae vitae mortem praeferendam censeret. conf. Laërt. II. 94 sq. Sed, quum consentaneum sit ut ironice intelligamus illud dictum, vide ne respiciens *Nicium* illud Antisthenis responsum, quod a Laërtio VI. 5. refertur, *Beatissimum esse homini, si, felix cum sit, moriatur*, hoc fortasse dixerit ridens: *Vos cum tam sitis felices fortunatique, qui adeo splendida delicataque coena fruamini, nihil melius facere potestis, nisi ut iam vita egrediamini: nam, secundum* vestrae scholae parentem *Antisthenem Socraticum, nihil beatius vobis accidere potest, quam ut adeo felices moriamini.*

ὁ Καρνεῖος ἔφη. Κάρνειος hoc loco habent edd. sed Καρνεῖος dedit codex noster uterque, cum circumflexo in penultima, sicuti supra. Ridenti mulieri graviter & serio respondens inducitur bonus philosophus.

ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεσμῷ [τῷ τῇδε ms. *Ep.*] βίῳ τὰς ἀπάντων ψυχάς. » Haec veterum multorum philosophorum sententia: animam quasi in ergastulo contineri in hoc corpore: ideo δέμας illud dici, & *vitam* βίον, quasi βίαν. Themistius: Τοῦτο γὰρ δέμας καλοῦσιν, ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν· οὐδὲν γὰρ, ἐν ᾧ πέφυκεν εἶναι, κατέχεται βία· καὶ τὸ δεδέσθαι τήν τε βίαν ταύτην παραγαγόντες ὠνόμασαν βίον, ὥσπερ οἶμαι τὴν ἑσπέραν Ὅμηρος ἕσπερον &c. « Casaub. *Ibid.* τὸν Θεὸν recte codex uterque; quod & e suis codd. commendavit Casaub. Perperam τὴν θεὸν edd.

διὸ πάντας εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάστασιν, φοβεῖσθαι τοῦ ζῆν ἐκόντες ἐκβῆναι. [ἑστῆσαι ms. *Ep.*] Cum ἀνάστασιν vulgo legeretur, monuit in Animadver-

c sionibus CASAUBONUS: »Egregie emendamus hunc lo-»cum, in quo viri docti οὐδὲν ὑγιές. Legendum, literu-»lâ unâ detractâ, ἀνάτασιν: id est: *Propterea omnes, qui »Deorum, in quorum potestate sunt, minas verentur, timere »vita exire sponte sua.* οἱ κύριοι sunt *Dii*; qui & κρείσσονες di-»ci solent. Sic statim, μετὰ τῆς τῶν κυρίων γίνεσθαι γνώμης, »*accidere ex Deorum sententia.*« [οἱ κύριοι, sunt *supremi Dii*; *Deus*: οἱ κρείσσοντες, *Naturae quaevis hominibus superiores*; *Superi.*] »Ἀνάτασις, est *comminatio*, & ἡ μετὰ πικρίας »ἀπειλή, ut Graeci interpretantur. [vide Suidam.] Pro-»prie significat, *baculum attollere*, qui est *minitantium* ge-»stus. Philo Iudaeus, in Commentariolo Ὅτι πᾶς σπου-»δαῖος ἐλεύθερος: Ἐπανατάσεως δὲ καὶ ἀπειλῶν, ἃς σοφοῖς »ἀνδράσιν ἐπανατείνονται καὶ ἀπειλοῦσί τινες, ἥκιστα φρον-»τιστέον. In editione magni Turnebi leges, ἐπανάστα-»σεως, eodem atque hic errore. Sopater vel Marcellinus in »Hermogenem: Ὁ τῷ πένητι πλούσιος ἐπανατεινάμενος »τὰς χεῖρας, καὶ κρινόμενος ὕβρεως, ἀρνήσεται ὡς οὐχ »ὑβρίζων τοῦτο ἐποίησε. Syrianus in eâdem sententiâ di-»xit, τὰς χεῖρας ὥσπερ οἰκέτῃ προσάγειν. Adiiciamus il-»lud quoque animi causa. Sicut ἀνατείνειν est *minari*: [at, non ἀνατείνειν, sed ἀνατείνασθαι, *minari* sonat.] »ita παρατείνειν est *cruciare*. Proprie *extensionem* id ver-»bum significat: quia autem tormentis corpora exten-»duntur, παρατείνειν solet accipi simpliciter pro *torquere* »aut quoquo modo *cruciare*. Sic accipiendum moneo in »hoc loco Xenophontis, qui tot viros doctos exercitos »habuit frustra, Παιδείας libro primo, [cap. 3. sect. 11. »ed. Zeun.] ἕως παρατείναιμι τοῦτον, ὥσπερ οὗτος ἐμὲ »παρατείνει ἀπὸ σοῦ κωλύων: vertendum, *donec hunc ego »ita excruciem, ut ipse me cruciat, ab aditu ad te prohibens.* »Graeci Grammatici in similibus locis exponunt ἐπιτρί-»βειν, quod verbum significat *vexationem* & *cruciatum.*« — De verbo παρατείνειν conferri possunt, quae paulo ante ad IV. 156. a. monuimus. Vocabulum ἀνάτασις, *minae, comminatio*, cum ἀνάστασις perperam commuta-tum in Polybii codicibus olim observavimus, lib. IV. 4, 7. Dictionem μετὰ ἀνατάσεως καὶ ἀπειλῆς habes etiam in Epicteti Fragmentis num. 71. nostrae edit.

d μόνον τε τὸν ἐν τῷ γήρᾳ θάνατον ἀσπασίως προσίε-σθαι. Verba ista omisit Epitomator: vulgatum vero προΐστασθαι tenet ms. *A*. Quod non ferendum esse

perſpecte CASAUBONUS vidit: »Lego, inquit, προσίε- d
»σθαι, *lubenter admittere, probare.*« Quod non dubitavi quin in contextum reciperem. *Ibid.* ἐλέσθαι ἔν τι τῶν τριῶν ἔχειν κακῶν. Proverbialis locutio, ἓν τῶν τριῶν κακῶν: de qua vide Suidam in Τὰ τρία, & praeſertim in Τῶν τριῶν: e quo ſua maxime hauſit Eraſmus in Adagio, *Tria Theramenis cavenda.*

οὐ γὰρ ἐπίστασθε, ὦ ταλαίπωροι. »Hic incipit Cynul- »cus ex ſua perſona loqui, & ſuos convivas alloqui, »abſoluta deſcriptione Parmeniſceae coenae.« CASAUBONUS. — Mihi iſta verba etiamnum orationi *Nicii* adtribuenda viſa erant. Sed haud ſatis utique perſpicuum eſt, quibus in verbis finem dicendi facientem iſtam mulierem fecerit Parmeniſcus, aut quousque omnino ipſius *Parmeniſci* verba in hoc ſermone, quem *Cynulco* tribuit Athenaeus, pertineant: denique in his, quae proxime ſequuntur, tam parum plana diſputationis connexio & conſecutio eſt, ut vere iudicaſſe Vir doctus DELAPORTE DUTHEIL videatur, cum in Notis mſstis ad hunc locum ſuſpicatus eſt, nonnulla ex eis, quae hoc loco ſcripſerat Athenaeus, intercidiſſe.

αἱ βαρεῖαι αὗται τροφαὶ φράττουσι τὸ ἡγεμονικόν. »Forſ. ταράττουσι, vel brevius θράττουσι. Conf. »Timaei Lexic. Plat. in Ἐνθράττειν & Θράττει, cum no- »tis Ruhnkenii.« CORAY. — Quam emendationem, quisquis loca inſpexerit ad quae provocavit Vir doctus, tam inſigni ſpecie veri commendabilem reperiet, ut miretur fortaſſe, cur non citra dubitationem a nobis adoptata fuerit. Et ego haud cunctaturus eram, quin illam reciperem; niſi vulgata ſcriptura, utriusque noſtri codicis auctoritate fulta, hactenus defendi poſſe viſa eſſet, ut, quemadmodum verbi cauſſa τὰ ὦτα φράττειν ſonat *aures obturare*, ſic φράττειν τὸ ἡγεμονικὸν intelligeretur *obturare & intercludere illos quaſi meatus, per quos animi pars principalis*, id eſt, mens hominis, *cum corpore communicat, & ſuum in illud imperium exercet.* *Ibid.* καὶ οὐκ ἐῶσι τὴν φρόνησιν ἐν αὑτῇ εἶναι. ἐν αὐτῇ, quod editum erat, idem valet ac ἐν αὑτῇ, quod eſt in ms. *A.* Atque etiam alibi vidimus, & quidem accedente etiam eiusdem codicis noſtri auctoritate, rectius in illo pronomine, licet reciproce uſurpato, *lenem ſpiritum*, quam *aſperum*, adhiberi. Ac videtur ἐν αὐτῇ in ſuo exemplo reperiſſe Epitomator, ex

quo ille ἐν αὐτῷ fecit, pronomen ad τὸ ἡγεμονικὸν referens; quae ſcriptura alioquin per ſe ne ipſa quidem ſpernenda eſt. De dictione iſta, ἐν αὐτῷ vel ἑαυτῷ εἶναι aut διαμεῖναι, vide Lexic. Polyb. in voce Ἐν, num. 2.

AD CAP. XLVI.

τὸ γὰρ ἐστίειν πολλὰ, καὶ κρέα φαγεῖν &c. » Clemens » Alexandr. Stromat. lib. VII. [cap. 6. p. 850. ed. Potter.] »νωθρία ἀπὸ τῆς κρεοφαγίας ἐγγίνεται. Androcydes: »[apud Clement. ibid.] Οἶνος καὶ σωμάτων [immo καὶ »σαρκῶν] ἐμφορήσεις, σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, e »ψυχὴν δὲ νωχαλεστέραν. » Casaubonus. *Ibid.* Ξενοφῶν φησιν, ὡς ἥδὺ μὲν μάζαν &c. Particulam ὡς, quae in edd. & in ms. *Ep.* deſideratur, dedit ms. *A. Xenophontis* verba leguntur in Cyropaed. I. 2, 11. *Ibid.* Σωκράτης δὲ &c. Citavit hinc Euſtath. ad Iliad. κ'. p. 814, 35 ſq. Eisdem paene verbis Cicero Tuſc. Quaeſt. V. 34. *Socratem ferunt, cum usque ad veſperam contentius ambularet, quaesitumque eſſet ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe: Se, quo melius coenaret, obſonare ambulando famem.* Brevius ac fere nonniſi obiter Xenoph. Memorab. I. 3, 5. *Mox*, pro ἑσπέρας, perperam eſt ἑσπερίας in ed. Ven. & Baſ. Ad iſta, τί τηνικάδε; haec adnotavit Casaubonus: » *Quid* »*iſlud horae ibi ageret?* Praecedunt haec verba, ἑσπέρας »βαθείας. Plena oratio ſit, Τί τηνικάδε τῆς ἡμέρας ποιεῖς »ὧδε; Nam ita loquuntur Graeci. Ariſtophan. Avib. τη»νίκ' ἔστιν ἆρα τῆς ἡμέρας;«

f Ἡμῖν δὲ αὐτάρκης μερὶς ἦν ἂν παρ' ὑμῶν λάβωμεν. Sic haud dubie melius edd. quam μερὶς ἦν, quod eſt in ms. *A.* Deſunt haec verba in *Epit.* cum nonnullis ſequentibus.

φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων. » Plures »poëtas & ſcriptores alios edidiſſe olim Νόστους docet »Suidas. Index operis, argumentum fuiſſe oſtendit *redi»tum in patriam*, vel Graecorum everſa Ilio, vel Argo»nautarum e Colchide, vel aliam ſimilem hiſtoriam. In »hypotheſi Medeae Euripideae quod extat *Noſtorum* fra»gmentum, de Iaſonis & caeterorum Minyarum rebus »agit. Auctor *Noſtorum* hic dicitur Anticlides, cuius & »Νόστους laudat Clemens Alex. in Protreptico, & nomi»nat Suidas. Mox [pag. 158. d.] citatur Lysimachus »ἐν τρίτῳ Νόστων: ſitque eius operis mentio etiam in

» Pindari antiquis Scholiis. Plutarchus, De Fluminibus: f
» [Opp. T. II. pag. 1160. a.] καλεῖται δὲ Ἀδράστεια,
» καθὼς ἱστορεῖ Πλησίμαχος ἐν.β' Νόστων. Scribendum ἱστο-
» ρεῖ ὁ Λυσίμαχος. Alexandrinum fuisse didici ex Apollo-
» nii interprete, lib. I. [ad vs. 558.] Stesichorum quoque
» Νόστους scripsisse, Phalaridis ad ipsum epistola docet.
» Interdum sine auctoris nomine laudatur scriptor Νόστων,
» quasi incertus. Apollodorus Bibliothecae lib. II. [c. 1.
» pag. 87. ed. Heyn.] *Nauplius*, ait, *uxorem duxit*, ὡς μὲν
» οἱ Τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην τὴν Κατρέως· ὡς δὲ ὁ τοὺς
» Νόστους γράψας, Φιλύραν. « Casaubonus.

Ἡρακλέα, Εὐρυσθέως ζυσίαν τινὰ ἐπιτελοῦντος συμπα-
ραληφθέντα. Sic percommode ms. *A.* quod valet *simul cum aliis ad convivium vocatum*; proprie, *adhibitum*. Simillima ratione Parmeniscus paulo ante (pag. 156. e.) παρελήφθην dixerat. Pari modo idem verbum in Epicteti Enchirid. occurrit cap. 24, 1. & 25, 1. nostrae edit. Nec aliter hoc loco Epitomator in suo legerat exemplo, unde mutatâ quidem verborum constructione συμπαρελήφθη in Epit. posuit. Istud verbum parum intelligens recentior librarius, sive ipse primus Editor, temere in συμπαραληθέντα mutavit. *Ibid.* τῶν τοῦ Εὐρυσθέως υἱῶν. Postremum vocabulum, quod deerat editis, diserte adiectum dedit codex noster uterque.

ἀπέκτεινε τρεῖς τῶν παίδων, Περιμήδην, Εὐρύβιον, Εὐρύ- a
πυλον. » Alii horum caedem aliter narrant. Vide Apol-
» lodorum, Bibliothecae libro II. « Casaub. — Apollod. II. 8. pag. 164. ed. Heyn. *Ibid.* εἰ καὶ πάντα Ἡρακλέους ζηλωταί. » Diogenes Laërt. in Antisthene; & nos ibi. « Casaub. — Vide Laërt. VI. 2. & Casaub. ad Laërt. VI. 13. not. 30. Inde etiam Epictetus, magnus Cynismi non degeneris admirator, frequenter in suis Dissertationibus *Herculem* ut virtutis exemplum proponere consueverat.

AD CAP. XLVII.

Τραγικὸν γὰρ &c. » *Tragica res est lenticula*, ait Cynul-
» cus: respiciens eo, nisi fallor, quod tragici quidam
» poëtae eius leguminis saepiuscule & frigidiuscule memi-
» nissent: nam cum tragoedia circa reges & principes
» versetur, *lenticulae* nullus esse locus in ea poësi videtur.
» Notum quantopere exagitatus fuerit Euripides a Comi-

a » cis propter Telephum, quem mendicum ac fortaſſe len-
» ticulae ſorbitiuncula ſe oblectantem induxerat. Athe-
» naei verba ſic eduntur: Τραγικὸν γὰρ ἡ φακῆ ἐστιν.
» Ἀρχάγαθος ἔφη πῶ γεγραφέναι ῥοφοῦντα Ὀρέστην τῆς
» νόσου πεπαυμένον, φησὶ Σώφιλος ὁ κωμῳδοποιός. Non
» poſſum in animum inducere haec ita recte ſcribi; ac le-
» go, Τραγικὸν γὰρ ἡ φακῆ ἐστιν, Ἀρχάγαθος ἔφη· ἧς γε
» καὶ ῥοφοῦντα Ὀρέστην τῆς νόσου πεπαυμένον, φησὶ Σώ-
» φιλος. Planiſſima ſententia. Integer eſt ſenarius, quem
» ex *Sophilo* affert. « CASAUBONUS. — Commodiſſima per
ſe videri poterat docti viri emendatio: & eodem fere
modo ſcripſerat hoc loco *Epitomator*. Sic quidem in no-
ſtro cod. *Ep.* ſcriptum: Τραγικὸν γὰρ ἡ φακῆ ἐστιν· Ἀρχά-
γαθος ἔφη. ἧς καὶ ῥοφεῖν Ὀρέστην τῆς νόσου πεπαυμένον φη-
σὶ Σόφιλος (ſic ille) ὁ κωμικός. Sed, poſt verba Ἀρχάγα-
θος ἔφη aliud quid ſcriptum reliquiſſe Athenaeum, dubi-
tare nos non ſinunt veteres libri: quamquam, quale id
fuerit, aegre hodie quisquam definiverit. In ed. Ven. eſt
ἔφη πῶ γεγραφέναι. In duorum recentiorum codicum Pa-
riſienſium altero (ſi fides Villebrunio) nude eſt π γε-
γραφέναι; in altero, που γεγραφέναι. Quae poſterior
ratio ſpeciem haberet, ſi pro γεγραφέναι legeretur γε-
γράφθαι, ut haec prodiret ſententia: *Archagathus ait, ſcri-
ptum alicubi eſſe, Tragica res eſt lenticula.* Sed γεγραφέναι
tenent libri omnes, atque etiam veteres noſtrae membra-
nae, quae ante iſtud verbum non πῶ vel πού, ſed πο
habent; quae duae literae πο cum videantur eſſe initium
nominis truncati, *nonnihil vacui ſpatii* poſt illas in contex-
tu noſtro relictum volui. Videndum eſt autem, fuerit-
ne *alicuius comici Poëtae nomen* truncatum; (pura, fortaſ-
ſe Πολύζηλον, aut Ποσείδιππον) qui comicus tragicum poë-
tam neſcio quem riſerit, quod imperite & inepte *lenticu-
lam* in *tragoediam* invexiſſet. Nam (quod non ſuperfluum
fuerit adnotaſſe) non φακῆ ἐστιν ſcribitur in vetuſtis
libris: ſed φακῆ 'στιν cum apoſtropho habet uterque
noſter codex; quo magis fit perſpicuum, (quod iam per
ſe probabile erat,) eſſe illa verba,

Τραγικὸν γὰρ ἡ φακῆ 'στιν, —

legitimi ſenarii initium, ex aliquo Comico decerpti. Haec
autem eadem verba Athenaeus noſter, (qui, cum *lentic-
lae* mentio incidiſſet, quoscumque verſiculos in ſuis com-
mentariolis relatos haberet, quibus de eo cibo ageretur,

eos cunctos adponere lectoribus gestiebat) non apud a ipsum poëtam, qui illo usus erat, legerat; sed ab ARCHAGATHO, Medico, (de quo Plinium vide XXIX. 1, 6.) in nescio quo scripto citatum repererat. Sed post verbum γεγραφέναι, quum in ms. *A.* sicut in editis statim sequantur ista, ῥοφοῦντ' Ὀρέστην &c. haud dubie nonnulla interciderunt, quibus haec verba cum praecedentibus connectebantur: quae Epitomator, sive ex suo exemplari, sive ex ingenio, perapte supplevit, ἧς καὶ interserens. In SOPHILI deinde *versu*, qui continuo adponitur, paulo commodior quidem videri poterat infinitivus ῥοφεῖν, quem posuit Epitomator, quam participium ῥοφοῦντα: sed poterat etiam hoc ipsum ferri; & probabile est, suo arbitratu Abbreviatorem hoc, ut alia multa, mutasse. Participium sane cum editis tenent veteres membranae, & quidem, prouti metro commodum erat, per apostrophum scriptum, ῥοφοῦντ' Ὀρέστην, quemadmodum a nobis editum est.

Στωϊκὸν δὲ δόγμα ἐστίν· ὅτι τε πάντα εὖ ποιήσει ὁ σοφὸς, καὶ φακῆν φρονίμως ἀρτύσει. Vide Laërt. V. 125. ubi haud dubie πάντα, non πάντας scribendum. Confer Stobaeum, cuius verba huc spectantia ex parte adposuit Menagius ad Laërt. l. c. sed omisit eam partem, qua interpretatio illius praecepti maxime comprehendebatur: scilicet, πάντα εὖ ποιεῖν idem valere ac κατὰ λόγον ὀρθὸν ἐπιτελεῖν πάντα, ut est apud Stob. in Eclogis Ethic. p. 169 sq. ed. Canteri. Quod ad usum & adplicationem illius praecepti pertinet, haud poenitebit legisse, qua ratione illo usus sit Epictetus in Dissert. Lib. I. cap. 7, 31 sqq.

καὶ (Ζηνώνειόν) γε φακῆν ἑψεῖν ὃς μὴ φρονίμως μεμάθηκεν. »TIMONIS *Phliasii versum* corrupit vox Ζηνώνειον, »alieno loco inserta: pertinebat enim ad praecedentem »aut sequentem versum, hoc modo:

Καί γε φακῆν ἑψεῖν ὃς μὴ φρονίμως μεμάθηκε
Ζηνώνειον. « — CASAUBONUS.

Audaciorem rationem BRUNCKIUS iniit, in Timonis Fragmentis, T. II. Analector. p. 76. versum sic refingens:

Ζήνωνός τε φακῆν ὃς μὴ φρονίμως μεμάθηκεν
ἑψεῖν.

Mihi satis visum erat, si vocem Ζηνώνειον uncis includeremus, quibus moneretur lector, esse eam extra versum positam; quemadmodum in voce φακῆν fecimus in illo

a verſu, qui pag. 157. e. legitur. Caeterum, non Ζηνώνειον hoc loco, ſed Ζηνώνιον habent ambo noſtri codices, qui tamen paulo poſt in eodem vocabulo diphthongum in penultima ponunt. Ingenioſa vero eſt VILLEBRUNII coniectura; quam ille quidem non ut coniecturam propoſuit, ſed ut certam emendationem in Gallica verſione expreſſit, quaſi ſic ſcriptum eſſet:

καὶ μὴ φακῆν ἔφειν, ὃς μὴ φρονίμως μεμάθηκεν.

Ne faites pas cuire des lentilles, ſi vous ne l'avez pas appris en Sage: quae ſententia cum ſequentibus verbis, *Quaſi vero non aliter* &c. mire utique videri poſſit convenire. Illud unum oblitus eſt nos docere Vir doctiſſimus, quo pacto ſuam illam particulam μὴ, loco vulgatae γε poſitam, cum metri conciliaverit ratione. Nempe oportebat ſaltem, Μή τε φακῆν ἔφειν &c. Denique non tacendum, quod ad rem quidem conficiendam parum confert, in *Epit.* hoc loco ſic ſcribi: διὸ καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἔφη, Ζηνώνιόν τε φακῆν ἔφειν. Tum vero ſic pergitur in eadem
b *Epitome*: ἔστι δὲ ἡ Ζηνώνειος ἐπὶ τῇ φακῇ ὑπόθεσις τοιαύτη, εἰς δὲ φακῆν ἔμβαλλε δυωδέκατον κοριάννου. In quo bene habet κοριάννου, quod & ms. *A.* recte dedit, pro κορίαννον, quod editum erat. Caeterum revera-ne praeceptum illud ipſe dederit *Zeno*, an per iocum fuerit illi a nonnullis adſcriptum, aliis discutiendum relinquo.

καὶ Κράτης δ' ὁ Θηβαῖος &c. »CRATETIS *verba*, Μὴ πρὸ »φακῆς λοπάδ' αὔξων εἰς στάσιν ἄμμε βάλῃς: non dubito »eſſe deſumta ex *Encomio Lenticulae*, quod ab eo fuiſſe »editum teſtatur Demetrius Phalereus in libello Περὶ Ἑρ»μηνείας [ſect. 170. p. 70. ed. Schneid.] Eſt vero Crates »poëtico loquendi genere uſus, quod ne doctiſſimi qui»dem viri videntur intellexiſſe. Sic enim vertunt & Eraſ»mus [in Adagio, *Ante lentem* &c.] & alii omnes, *Ante* »*lentem ne auge ollam.* Atqui erat vertendum, *Ne lenticu*»*lae praetuleris patinam.* Λοπὰς eſt *patina*, in qua lautiores »cibi ſoliti apponi, ut & Eraſmus ait recte, & notiſſi»mum eſt. Lenticulam adponebant non ἐν λοπάδι, ſed ἐν »τρυβλίῳ, in paropſide, ut plurimum fictili. Diphilus, [ſu»pra pag. 156. c.] φακῆς κατ' ἀνδρα τρυβλίον μεστὸν μέ»γα. Quid inter λοπάδα & τρυβλίον interſit, declarat hi»ſtoria Philoxeni libro ſexto. [VI. 246. a.] Philoxenus, »ait, παρακειμένων ἑλαῶν, καὶ μετὰ μικρὸν προσενεχθεί-

»σης λοπάδος ἰχθύων, πατάξας τὸ τρυβλίον, (in quo b »erant olivae) ἔφη, μάστιξεν δ' ἐλάαν. Poëticum ver- »bum est αὔξειν, quo utuntur pro *studere alicui rei*, eam- »que *curare*. [*magnificare*.] In Sardanapali epigrammate, »[apud Nostrum, VIII. 336. a.] Εὖ εἰδὼς ἁνητὸς ὢν, τὸν »θυμὸν αεξε: id est, *genio indulge*, & *cuticulam cura*. Apud »Homerum & Hesiodum θάρσος ἀέξειν, & πένθος ἀέξειν, »& similia multa, pro, *uti plurimum aliqua re*. Sic igitur »& apud Cratetem λοπάδα αὔξειν exponemus *dedere se* »*patinis*. Plutarchus, ut vim huius vocis exprimeret, ὑπερ- »βαίνειν verbo usus est recte: nam αὔξειν πρὸ φακῆς est, »*neglectâ lenticulâ transire ad patinas*. Verba illius sunt in »commentario Praeceptorum salubrium; [sive, De Sani- »tate tuenda, T. II. Opp. pag. 125. e. f.] Αὐτὸς δέ τις »ἑαυτῷ παρακελευέσθω, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων ἀεὶ, »μηδὲ πάντως ὑπερβαίνων τὴν καρδαμίδα καὶ τὴν ἐλαίαν »ἐπὶ τὸ ἱρίον καὶ τὸν ἰχθὺν, εἰς στάσιν ἐκ πλησμονῆς τὸ »σῶμα καὶ ταραχὰς ἐμβάλλειν καὶ διαῤῥοίας. « Casaubonus.

Χρυσιππός τε ἐν τῷ Περὶ τοῦ Καλοῦ, &c. »Sequuntur »*duae gnomae* ex Chrysippo, quibus parcimonia & vi- »ctus tenuitas commendatur. Prior est: Μή ποτ' ἐλαίαν »ἔσθι' ἀκαλήφην ἔχων χειμῶνος ὥρᾳ. *Si habueris urticam*, »*olivam ne edito hieme*. Frugi homines carnium & piscium »loco olivas esitabant. Auctor tamen huius praecepti et- »iam ab his monet abstinendum. *Urticae*, ut scandix & »similia agrestia olera, non pauperum sed mendicorum »mensis conveniunt. Alterum praeceptum: βολβοφακῆν »βαβαὶ βαβαὶ, [in ed. Ven. punctum ponitur post alterum »βαβαί.] βολβοφακὴ δ' οἷον ἀμβροσίη ψύχους κρυόεντος. »Tres voces primae vitium codicum nostrorum arguunt: »nisi alieno loco positae sunt; quod verum censeo. De- »buere enim subiici hexametro versui, quo praeceptum »hoc continetur: *per hiemem pro summis delitiis habendam* »*esse bolbophacen*; id est, *habenti bolbophacam non alias de-* »*litias hieme esse quaerendas*. Sequi debent ista, βολβοφα- »κὴν, βαβαὶ, βαβαί. Quae verba sunt cuiusdam, qui »aut rem aut nomen βολβοφακῆς abominabatur. Est au- »tem *bolbophace*, quam ex Aristophane Pollux nominat »πολφοφάκην. « [Vide Poll. VI. 61. ubi tamen non dicit *ab Aristophane*, sed *a nonnullis* ita vocari. Sed τῶν πόλφων vel πολφῶν meminisse ait Aristophanem.] »Veteres ma-

b » giſtri [Pollux ib.] explicant πολφοὺς, μηρύματα ἐκ » σταιτὸς, *farinae ſubactae maſſam in fila deductam & pro-* » *ductam.* Ex quo facimus coniecturam, non ignoraſſe ve- » teres genus illud edulii quo plurimum delectantur Pro- » vinciales & eorum vicini Allobroges quos Delphinates » nunc appellant. Probe ſubactum φύραμα tritici excel- » lentiſſimi ducunt tractu in tenuiſſima fila, ex quibus ceu » tela quaedam texitur; aliis filis ſtamen, aliis ſubtemen » referentibus: deinde ubi opus confectum eſt, & ſole » ſiccatum, in ollam coquendum coniiciunt; fitque plane » βρῶμα πολτῶδες, quod Erotianus [in Lexic. Hippocrat.] » ait eſſe πολφούς. Ipſi a tenuitate & ſubtilitate filorum » *menus* vocant. Sed addunt Graeci, *polphos leguminibus* » *ſolitos immiſceri;* unde ratio apparet compoſitae vocis » πολφοφάκη. Libro VI. [pag. 269. d.] leges in Phere- » cratis verſu λειριοπολφανεμώνην, quia etiam *cum herbis* » quibusdam *polphi* parabantur, ut lilio & anemone. « CASAUBONUS. — Conſentaneum erat, ut ſtatueremus, non alias *ſententiolas* ex CHRYSIPPO h. l. adferri, niſi in quibus *lenticulae* fieret mentio. Atqui, quam priorem ſententiam Caſaubonus ſtatuit, in ea primum non compa- ret *lenticula:* tum vero & per ſe abſurde monitum videtur, *hieme non comedendas olivas, ſed urticam:* abſurde dico; non quod urticam nimis miſerum cibum exiſtimem; (nam & in olerum numero relatam eam ſupra vidimus, II. 62. d. & novi ego e meis familiaribus nonnullos, qui cum tenella urtica animi cauſſa pro olere veſcerentur, optimo ſpinachio delicatiorem repererint:) ſed quod hieme non ſuppetit urtica, quae comedi poſſit; quippe quae verno demum tempore naſcitur. Itaque vox βολβοφακῆν, (quà *pulmentum ex lenticula* ſignificatur; cf. XIII. 584. d.) ad priorem ſententiolam referenda erat: quod & in ms. *Ep.* perſpicue factum, ubi idem vocabulum cum ſuperioribus verbis iungitur, & interpoſito puncto a ſequentibus ſeparatur. Caeterum, idemne prorſus valeat nomen βολβιφακῆ (ſive βολβοφάκη, ut pag. 584. d. ſcribitur) & πολφοφάκη quam Pollux commemorat, an paulo diverſum quid ſonent duo iſta vocabula, non vacat nunc diſquirere. Qui id egerit, is praeter Pollucem ipſum & quae ibi notarunt Interpretes, conſulat cum quae ad Heſychium in Πόλφος adnotata ab Interpretibus ſunt, tum quae diſputavit Salmaſius in Homonym. Hyles Iatric. p.

201. Illud moneo, apud Erotianum, ad quem Casaubo- b
nus provocavit, vocem πόλφοι non modo exponi per βρῶμά τι πολτῶδες, sed & diserte doceri, ex aliorum sententiâ synonyma esse πόλφους & βολβούς. De quo utcumque statuas, βολβοφακῇ quidem vix aliud sonare potuerit, quam, quod a nobis in versione positum est, *lenticulam cum bulbis coctam.* Confer de eadem voce quae notavit Foesius in Oecon. Hippocr. voce Πόμφος. *Mox,* repetita vox βαβαὶ, quae semel tantum in ms. *Ep.* legitur, quid hic potissimum valeat, ac sit-ne ab Athenaei manu, an ex librarii alicuius nota marginali in contextum fuerit invecta, definire non ausim. Nam, quod in Latina versione sic scripsi »*Papae!* [exclamabamus:] »*papae!* « mera ea coniectura nostra erat. In alterâ sententiâ, Βολβοφακῇ δ' οἷον &c. post οἷον in ms. *Ep.* interpungitur oratio; quod hactenus ferri possit, si pro interrogandi signo accipias. Sed commodius carebimus puto illa distinctione.

In Aristophanis versu ex *Gerytade*, cum Πτισάνην δι- c
δάσκεις σαυτὸν ederetur, adnotavit Casaubonus: » Pla» cet iudicium scribentium αὐτὸν, sublatâ literâ, quae per» peram repetita fuit.« — Equidem id ipsum, διδάσκεις αὑτὸν auctoritate nostri ms. *A.* edidi: quod ante nos iam a Brunckio factum in Fragm. Aristoph. pag. 230. num. 4. Nec vero aliter, puto, debuerat ms. *Ep.* in quo mendose quidem (sic) διδάσκειν αὐτ' ἑφεῖν scriptum. In ms. *A.* post πτισάνην temere repetitae sunt literae πν. In eiusdem Aristophanis versu ex *Amphiarao*, ἥδιστον ὄφον cum editis agnoscit ms. *A.* & ms. *Ep.* sed ἥδιστον ὄφον editur apud Eustath. ad Odyss. ν'. pag. 1756, 6.

Ἐπίχαρμος - - Χύτρα δὲ φακέας ἥφετο. »Ex his Epi» charmi verbis male intellectis exsculpserat olim Eras» mus proverbium, [*Olla lenticulam attigit:*] quod nul» lum usquam fuit, ut recte *H. Stephanus* admonuit.« Casaub. — Scilicet monuit H. Stephanus in Animadv. in Erasmi Adagia: » Vertendum fuit, *Olla lenticulae coque» batur.* Nam ἥφετο non deducitur ab ἅπτομαι, quod est » *attingo;* sed ab ἕφομαι, quod est *coquor.*« — Vulgatum ἥφετο firmat noster cod. *A.* sed ἥφατο habet ms. *Ep.*

Ἀντιφάνης Ὁμοίαις. »Fabula Antiphanis, quae hic »inscribitur Ὅμοιαι, ea est de qua libro XI. Ἀντιφάνης ἐν »Ὁμοίοις. Alibi [III. 74. e.] citatur idem poëta ἐν Ὁμωνύ-

c » μοις. « CASAUB. — Veteres noſtrae membr. *A.* cum editis libris h. l. Ὁμοίαις tenent, Ὁμοίοις vero XI. 471. c. itemque XIV. 642. a. Simili titulo Alexidis fabula citatur, Ὁμοία, XIV. 642. d. ni ibi prorſus ἐν Ὁμοίαις pro ἐν Ὁμοίᾳ legendum. Hoc loco Ἀντιφάνης δ' Ὁμοίαις edebatur: ubi δὲ particulam, qua carere poteramus, delevi auctoritate noſtrarum membranarum. *Ibid.* Εὖ δὲ γίνετ'· ἢ φακῆν &c. Corruptiſſime haec edita erant. εὖ δὲ γίνεθ' ἢ φακῆν ἕψειν μ' δίδασκε των ἐπιχωρίων τί εἶς ed. Ven. Dein etiam novo errore, pro φακῆν, eſt φακεῖν in ed. Baſ. & Caſ. 1. ſed id rurſus in φακὴν mutatum in ed. Caſ. 2. & 3. Pro μ' δίδασκε vero, με δίδασκε habet ed. Caſ. Adnotavit autem CASAUBONUS: » Antiphanis verba ita fortaſſe concipienda: εὖ » γε γίνεται. ἢ φακῆν ἕψε, ἤ με δίδασκε τῶν ἐπιχωρίων τίς » εἶς. *Bene res habet: at tu vel lentem coque, vel quis ſis in-* » *digenarum doce me.* ἕψειν de eo dicitur, qui aliquid coquen- » dum curat; ut in Apoththegmate Antigoni regis apud Plu- » tarchum, γόγγρον ἕψειν. « — Ego ſuſpicatus eram, dari fortaſſe mandatum ſervo, qui ſe alium eſſe, & quidem indigenam, dicebat. Sed in tam brevi fragmento nil certi definiri poteſt; veterum maxime ſcriptura conſulenda eſt. In Epit. haec deſunt. De γίνεθ' ἢ nil ex ms. *A.* enotatum video, niſi eſſe in eo codice ἡ pro ἢ: quod ſi in eodem γίνεθ' per *theta*, ut in editis, ſcribitur: quid ſub eo lateat neſcio. Deinde vero idem ſic habet, φακὴν ἕψειν με δίδασκε: in quo perſpicue ἕψει ἤ με δίδασκε continetur: ubi metri cauſſa γε particulam interſerendam putavi. Denique pro τί εἶς, idem ms. *A.* τισεις habet, id eſt, τίς εἶς.

Quod de *Ulyſſis ſorore*, nomine *Phace*, ait, id hinc ex- d cerpſit Euſtath. ad Odyſſ. ν'. pag. 125 init. *Ibid.* Λυσίμαχος ἐν τρίτῳ Νόστων. Vide notata ad pag. 157. f.

AD CAP. XLVIII.

Ἀλλ' ὑμεῖς γε, (temere ἡμεῖς γε una ed. Caſ. 1.) ἔφη, οἱ ἀπὸ της καλῆς Ἀλεξανδρείας -- σύντροφοί ἐστε τῷ φακίνῳ βρώματι, καὶ πᾶσα ὑμῶν ἡ πόλις πλήρης ἐστὶ φακίνων &c. » *At vos pulchrae Alexandriae cives, o Plutarche,* » *lente plurimum veſcimini: atque adeo univerſa urbs veſtra ple-* » *na eſt* φακίνων, *lenteorum*; nempe βρωμάτων, aut aliarum

»rerum a lentibus denominatarum. Aegyptum lentibus d »abundare ſcribit etiam Plinius.« [vide Plin. XVIII. 12, 31. aliosque auctores ibi ab Harduino citatos.] »Sed vi- »dentur Graeci φακίνους appellaſſe, a cibi huius vilitate, »homines abiectos & nihili: hoc eſt, eos qui hodieque »Italis & Gallis *faquini* nominantur. Non enim caret ioco, »quod ait Cynulcus plenam eſſe Alexandriam φακίνων. »Similis iocus in his Ὧν καὶ Σώπατρος ὁ φάκιος πα- »ρῳδὸς μέμνηται ἐν δράματι Βακίδῃ. Alibi poëtam hunc »φλοιακογράφον vocant; [III. 86. a.] hic φάκιον, io- »coſe pro Πάφιον, (fuit enim *Paphius*,) alludens ad φακῆν »legumen, & homines ut videtur φακίνους. Index fa- »bulae Βακίδης, merito ſuſpectus mihi: neque ullam »fabulae huius mentionem facit Suidas. Cenſeo ſcriben- »dum, ut ſaepe alibi, ἐν Βακχίδι. Paullo poſt vocat »Μνηστῆρας Βακχίδος: [pag. 160. a. itemque XIV. 644. »c.] at lib. XIV. [pag. 656. f.] ait, Σώπατρος ἐν Βακχί- »δος γάμῳ. Suidas ſcribit: [in Σώπατρος κωμικός·] ſe- »ciſſe alicubi Athenaeum mentionem *fabulae Sopatri*, cui »titulus Φακῆ. Locus, quem reſpicit, extat initio libri »ſexti.« CASAUBONUS. — Vide Athen. VI. 230. e. Inde nempe anſa ioci, quo φάκιον pro Παφίῳ dicentem Cynul- cum inducit Athenaeus. Eiusdem fabulae titulum, (Φακῆ) etiam alibi commemoratum a Noſtro, lib. XV. pag. 702. c. ubi ad eum locum bono cum Deo pervenerimus, re- ſtituemus auctori ex vetuſtis noſtris membranis: de quo loco iam nonnihil diximus in Praefatione Tomo primo praefixa pag. 100. Porro Σώπατρος Βακχίδι citatur apud Noſtrum IV. 176. a. Et apud Suidam (in Σώπατρος παρῳδός) diſerte adnotatur, fabulae illius Athenaeum in Deipnoſophiſtis mentionem feciſſe. Quare adſenſus ſum Caſaubono, pro vulgato Βακίδῃ, quod quidem & ve- tus noſter codex tenet, Βακχίδι ſcriptum oportuiſſe.

In SOPATRI *verſu poſteriori* perperam ſic diſtincta ede- e bantur verba, μέγαν κολοσσὸν, φάκινον ἄρτον ἐσθίειν: & in ms. *A.* non modo minor diſtinctio, ſed plenum etiam punctum poſt κολοσσὸν interſertum. Inde φάκινον ἄρτον *panem e lente confectum* reddiderat interpres. Recte vero in ms. *Ep.* indeque apud Euſtath. Od. ν'. pag. 275, 6. iun- guntur verba μέγαν κολοσσὸν φάκινον. De quo etiam mo- nuit CASAUBONUS, ſic diſtinguendam orationem docens, ut a nobis factum, »*Negat*, (inquit) qui haec loquitur,

e » *posse se panem comedere, cum appositam sibi tantâ copiâ lenticulam cernat. Colossum aereum magnum lenticularem* appellat *paropsidem* in qua erat lens apposita: cuius magnitudinem, altitudinem & plenitudinem declarat *colossi* appellatio. «

Ex EURIPIDIS *versibus*, duo priores (Ἐπεὶ τί δεῖ &c. & Δήμητρος ἀκτῆς &c.) leguntur etiam apud Stobaeum, Serm. V. pag. 63. omisso auctoris nomine, sed in ea serie cum aliis positi, ut Menandri esse videri possent, quamvis nihil cum Menandro commune habeant. Inde vero factum, ut apud eumdem Stobaeum, Serm. XXXVIII. pag. 233. ubi iidem versus simul cum tertio rursus sine auctoris nomine recitantur, (nam in Veneta quidem Stobaei editione nomen poëtae non adiectum) rursus Menandro eos temere adscripserit Gesnerus. Ex eisdem versibus nonnulli etiam apud alios leguntur auctores, quos laudavit Musgrav. T. III. pag. 594. fragm. 14. & Fabricius ad Sextum Empir. adv. Mathem. I. 272. In *Fragmentorum* numero *ex incertis fabulis* retulit Musgravius. Ex *Aeolo* quidem desumtos ait Fabric. l. c. sed nullo certo indicio; nam Plutarchus, ad quem provocat, titulum fabulae non nominavit. Omnes quinque versus adposuit A. Gellius VII. 16. *Vers.* 3. Perperam apud Athenaeum πέφυχ' ὑμᾶς τρέφειν erat editum, consentiente ms. *A*. Recte Grotius in Florileg. pag. 35. & Musgrav. ἡμᾶς correxere, quod dabant Stobaeus pag. 233. & Sextus Empir. & Aulus Gellius: id ipsum vero apud Athenaeum etiam noster ms. *Ep.* exhibebat. *Vers.* 4. ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονῆς habet ms. *A*, cum *edd.* quam scripturam & Grotius tenuit. Epitomator duos posteriores versus omisit, qui nec apud alios auctores leguntur, excepto Gellio, e quo πλησμονὴ in recto casu recepi cum Musgravio.

ὁ σκηνικὸς οὗτος φιλόσοφος. Vide Fabric. ad Sextum Empir. adv. Mathem. I. sect. 288. & eumdem in Biblioth. Graec. T. I. pag. 640. *Ibid.* Versiculos illos, Ἀρκεῖ μετρία &c. MUSGRAVIUS in Fragm. ex incertis fabulis, num. 163. sic disposuit, quasi duo essent versus, quorum posterior a verbis Τὸ δ' ἀκαιρον initium caperet: quos quonam decurrere metro censuerit vir doctus, mihi non liquet. Equidem, utcumque potui, tamquam versiculos e choro lyrico decerptos distribui. In superioribus editio-

nibus continuo tenore, veluti nullo metro adstricta, scripta haec erant.

Διογένης τε &c. Vide Laërt. VI. 46. & ibi Menag. f

EURIPIDIS *versus* ex *Supplicibus* leguntur num. 863 sqq. ed. Musgrav. Nihil in his apud Athenaeum variant libri, nisi quod *vers.* 2. perperam ὄλβων habet ms. *A.* ubi recte a ὄλβῳ ms. *Ep.* Sed inter Athenaei codices & Euripideos nonnulla est dissensio; de qua Marklandum consule & Musgravium ad Euripidem. *Quarti versus* ridiculam parodiam commemorat Noster, VI. 250. e. f.

AD CAP. XLIX.

Χρύσιππος - - περὶ τῶν μὴ δι' αὐτὰ Αἱρετῶν. Possis eâdem sententiâ δι' αὐτὰ scribere: ac ea fortasse verior scriptura fuerit. Sic VII. pag. 285. d. eiusdem CHRYSIPPI commentatio citatur περὶ τῶν δι' αὐτὰ Αἱρετῶν. Quae paulo ante leguntur verba, ὡς ἔοικεν, cum deessent ed. Ven. & Bas., adiicienda ex sua Epitoma monuerat Hoeschel. & adiecit Casaub. consentientibus nostris msstis. *Mox*, pro χρυσοῦς est χρυσοὺς in ms. *A.* Idem ipsum vocabulum b dein subintelligi par est ad verbum βαλλάμενον.

Qui sequuntur EURIPIDIS *versus*, Ὦ χρυσὲ δεξίωμα &c. excepto quarto, leguntur etiam apud Stobaeum Serm. LXXXIX. qui in Grotii Florileg. est Tit. XCI. Esse autem ex Fabula *Bellerophonte* ductos, in ora adnotavit Grotius, puto e Senecae Epist. CXV. ubi iidem quinque versus, quos citavit Stobaeus, in latinum sermonem conversi leguntur, adiecto haud obscuro indicio, esse e *Bellerophonte Euripidis* ductos. Nam in impressis quidem Stobaei exemplis index fabulae non magis declaratur, quam vel apud Athenaeum nostrum, vel apud Sextum Empiricum, qui quatuor priores versus eosdem, qui apud Nostrum leguntur, citavit lib. I. Adverss. Mathem. sect. 279. Apud Nostrum, *Vers.* 1. δεξίωμα recte tenet ms. *Ep.* sed δεξίαμα mendose ms. *A.* permutatis inter se literis ω & α, cuius permutationis alibi notabiliora occurrunt exempla. *Vers.* 2. Pro ὡς οὔτε nonnisi operarum errore expressum est in ed. Cas. 2. & 3. In *eod. vers.* bene οὔτε μήτηρ & τοιάσδ' ἔχει habent apud Nostrum edd. & mssti, ubi apud Stobaeum οὐδὲ μήτηρ & τοίας ἔχει: sed cum Athenaei codicibus consentit Stobaei codex mstus Parisinus, a

b Brunckio olim collatus. *Verſ.* 3. Pro ἐν δόμοισιν, quod tenent noſtri codices, eſt ἀνθρώποισιν apud Stob. & Sext. Empir. *Verſ.* 4. οἵας σύ χ' οἱ σὲ δωμ. Sic edd. cum ms. *Ep.* Absque apoſtropho οἵας σὺ καὶ οἱ σὲ δωμ. ms. *A.* quod & ipſum ferri poterat: & ſic etiam olim (ni fallor) apud Sextum legebatur. Vide paulo poſt ad lit. c. notata. *Verſ.* 6. In ἔχειν nil mutant noſtri libri. τρέφειν Stob. Senecae latini verſus hi ſunt:

Pecunia, ingens generis humani bonum:
cui non voluptas matris, aut blanda poteſt
par eſſe prolis, non ſacer meritis parens.
Tam dulce ſi quid Veneris in vultu micat,
merito illa amores coelitum atque hominum movet.

c εἶπε, πρὸς τὸ ἀριθμ. Pro εἰπεῖν, quod in ſuperioribus editt. fuerat, εἶπεν habet ed. Caſ. 3. Veram ſcripturam εἶπε commode dedit ms. *Ep.*

Διογένης δ' ἐν τῇ ἑαυτοῦ Πολιτείᾳ. In libris, qui ad DIOGENEM auctorem vulgo referebantur, fuiſſe Πολιτείαν, tradit Diogenes Laërt. VI. 80. *Ibid.* καλῶς δὲ καὶ ταῦτα. Sic ms. *Ep.* cum edd. καλῶς γὰρ καὶ τ. ms. *A.* *Ibid.* Duo EURIPIDIS *verſus*, Μὴ πλοῦτον εἴπῃς &c. ex fabula *Aeolo* deſumtos eſſe, Stobaeus docet Tit. XCI. (tit. XCIII. in Grotii Floril. pag. 377.) *Poſteriori verſui*, pro ὃν χ' ὦ κάκιστος, quod ex Stobaeo adſciviſſe videtur primus Athenaei editor, (in ed. Baſ. plane vitioſe ὃν χ' ὁ κακ.) ex utroque noſtro codice ὃν καὶ ὁ reſtitui, quod ipſum etiam apud Sextum Empir. adv. Math. I. 271. eodem modo ſcribitur, itemque apud Plutarch. de Audiend. Poët. Opp. T. II. pag. 34. d. e. GROTIUS iſtos verſus latine ſic expreſſit:

Laudare Plutum parce: non veneror Deum,
qui peſſimorum ſaepe fit poſſeſſio.

d Χρύσιππος δ' ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ &c. Pro eo quod editum erat, εἰσαγωγῇ τῆς εἰς τὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πραγματείας, CASAUBONUS adnotavit: »Scribendum »ἐν τῇ εἰσαγωγῇ τῇ εἰς τὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν »πραγματείαν: aut inducenda iſta, εἰς τὴν.« —— Quum πραγματείᾳ habeat noſter ms. *A.* licet nulla alia h. l. varietas ſcripturae adnotata ſit, ſuſpicatus ſum, eodem modo hic ſcriptum reliquiſſe Athenaeum atque XI. 464. d. ubi laudatur ὁ Χρύσιππος, ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ τῇ περὶ Ἀγαθῶν καὶ Κακῶν πραγματείᾳ: quem titulum ita

accepi, quasi esset, ἐν τῇ περὶ Ἀγαθῶν καὶ Κακῶν πραγ- d
ματείᾳ, ἥ ἐστι μία τῶν αὐτοῦ Εἰσαγωγῶν: id est, *in commentario de Bonis & Malis, quae est una ex illius Isagogis*; nempe non opus plenius & copiosius, sed ex eo genere compendiorum, quas Εἰσαγωγὰς vocabant Stoici. Vide A. Gellium XVI. 8. ad quem provocavimus cum de vocab. Εἰσαγωγὴ disputaremus ad Epicteti Dissert. II. 16, 34. conf. ipsum Epict. l. c. & I. 29, 23. & II. 17, 40. Idem Chrysippi scriptum Origenes contra Celsum lib. IV. pag. 206. (ed. Spenc.) breviori titulo sic citavit, Χρύσιππος ἐν τῇ περὶ Ἀγαθῶν καὶ Κακῶν Εἰσαγωγῇ.

In ALEXIDIS *vers.* 3. Quod πένητας οὐδ' εὐπατρ. olim edebatur, id & temere & imperite prorsus positum erat. Ad sententiam percommodum, quod habet Epitome, πένητας δ' εὐπατρ. sed minime aptum metro. Casaubonus, omittens particulam, consentientes habet nostras membr. *A.* Sed claudicabat metrum, cui fulciendo γὰρ particulam post εὐπατρίδας inserui, praeeunte GROTIO; qui hunc versum, a duobus praecedentibus avulsum, in *Pherecratis fragmentis* posuit, Excerptor. pag. 515. hac adiecta latina versione,

Inopes, patricios quamvis, nemo respicit.

Grotium, ut Pherecrati hunc versum tribueret, CASAUBONUS induxerat, ab Alexidis versibus in sua editione hunc avellens, & in fine sic scribens, οὐδὲ εἷς ὁρᾷ, φησί που Φερεκράτης. De quo additamento etiam in Animadv. monuit: »*Pherecratis*, inquit, est hic versus, »Πένητας εὐπατρίδας οὐδὲ εἷς ὁρᾷ, ut docet lectio quam »ex Epitoma restituimus. Sensus hic est: *Nemo unquam* »*vidit pauperem, qui inter nobiles locum suum obtineret.* εὐ»πατρίδαι dicuntur *bono genere prognati*, qui patrem suum »ciere queant. Posse etiam patritios, quamvis nobiles, »in paupertatem venire quis dubitat? Ergo erunt qui»dam πένητες εὐπατρίδαι: quod negat tamen poëta: »quia, ut ait ille, *pauper ubique iacet*, neque unquam pro »nobili habetur.« — Atqui verba ista, φησί που Φερεκράτης, quae h. l. leguntur in Epitome, nihil ad istum versum (qui Alexidis est; sicut duo praecedentes, cum quibus arcte cohaeret) pertinebant: sed manifeste ad eos spectant versus, quos paulo post auctor noster ex Pherecratis Corianno adponit. Nempe Epitomator, omissis illis verbis, Ταυτ' εἰπὼν ὁ Κύνουλκος &c. post οὐδεεῖς (sic

enim ſcribitur in Epit.) ὁρᾷ, interpoſita maxima diſtinctione huiusmodi: · qua ſolet uti ubi ad alia transit, ſic pergit: Φησί που Φερεκράτης· ἰδοῦ κύλιξ σοι καὶ τράπεζα καὶ φακοὶ, &c.

AD CAP. L.

e In PHERECRATIS *verſ.* 1. Φέρε δὴ, κατακλινῶ· σὺ δὲ τράπεζαν φέρε· ſi ſecundam in κατακλινῶ ob debilem poſitionem, quam vocant, correptam ſtatuas, erit verſus iuſto brevior. Id ſpectans, puto, TOUPIUS Emend. in Suid. Part. III. pag. m. 533. τράπεζάν μοι φέρε, ſcripſit. Sin productam pronunciaveris eamdem ſyllabam, quod & ipſum per proſodiae leges licitum fuerit, nihil deſiderabitur.

Verſ. 2. Sic edebatur, καὶ κύλικα κἄν τραγεῖν &c. Ubi CASAUBONUS monuit: »Scribe καὶ κύλικα κ' ἀντραγεῖν, ἵν' ἥδιον πίω. *Da poculum, & edendum aliquid, ut eo libentius bibam.* « — Quam emendationem ſpernens TOUPIUS l. c. καὶ τράγημ' ſcribendum veluti pro auctoritate, ſuo fere more, contendit. At nihil certius illâ ſcripturâ, quae a Caſaub. commendata erat, quam firmant etiam noſtrae membr. *A.* (In *Epit.* ut paulo ante docui, omiſſi duo priores verſus.) Haud ſemel librarios fefellit verbum ἐντραγεῖν, quod tamen ſaepius occurrit apud Noſtrum. Vide III. 73. e. & 74. a. II. 56. e. III. 65. e. VII. 324. b.

f μεθ' ὧν μηδὲν τῶν πολυτελῶν. Intellige, ex ſequentibus, verbum ἔχεις: nempe μεθ' ὧν ἔχεις· μηδὲν τῶν πολυτελῶν ποίησον δοθῆναι· ἀλλὰ κἂν τὴν πολυθρύλλητον ἔχῃς φακῆν.

ἢ τὸν καλούμενον κόγχον. »Haec Cynulcum fecit lo» qui Athenaeus conſulto conſilio, ut eſſet occaſio dicen» di de voce κόγχος quae deinde ſequuntur. Enimvero, » cur de Athenaeo iure expoſtulemus, cauſſam praebet no» bis iſte locus: ubi cum tam multa de nomine κόγχος » diſputentur, quid hic eo verbo intelligere debeamus, » non eſt ab illo expoſitum. Certiſſimum eſt, falli inter» pretem, qui in vulgata ſignificatione κόγχον accipiens, » de *generis* tantum differentia hîc agi putavit. « [Scilicet verba continuo ſequentia γελασάντων δὲ πάντων, καὶ ἐπὶ τῷ κόγχῳ μάλιστα, ſic interpretatus erat Dalecampius: *Arriſerunt omnes, ideo potiſſimum, quod maſculino genere Con-*

chum enuntiaſſet.] » quaſi aliud nihil totâ hac diſputatione f
» ageretur, quam ut probet auctor, non ſolum κόγχην
» ſed & κόγχον dixiſſe veteres. Ille vero ea de re ne co-
» gitavit quidem iſto loco: quod affirmare licet absque
» ulla temeritatis ſuſpicione, eius verba ſaltem legenti.
» Quid? nonne ſuo loco dictum eſt libro III. [vide ibi
» pag. 86. totâ, & praeſertim ſub finem.] ubi de *conchis*
» & oſtreis agebatur, utroque genere ſolitam eam vocem
» uſurpari. Τὰς κόγχας, ait, ἔστιν εὑρεῖν λεγομένας καὶ
» ἐπὶ τῶν ὀστρείων καὶ ἀρσενικῶς. Nos arbitramur, cauſſam non
» adiectae interpretationis eſſe, quod in communi uſu tunc
» verſaretur vox κόγχος eâ notione qua hic accipitur.
» Quare hoc tantum docere inſtituit Athenaeus, etiam an-
» tiquos notum habuiſſe eum cibum, & ita appellaſſe ut
» tum vulgo nominabatur. Quod ſi recte divinamus, ci-
» bus quem auctor intelligit appellatione κόγχου, *faba*
» eſt *non freſa*, ſed integra & cum folliculo, quam Ro-
» mani *conchem* & *concham* dicebant. Senſus igitur eſt: Pe-
» tit Cynulcus, *dari ſibi panem, & cum eo aliquid, non de*
» *lautioribus cibis, ſed vilioribus: puta*, ait, *lenticulam, de*
» *qua multa iam dicta ſunt, vel quam vocant conchem Ro-*
» *mani, Graeci veteres* κόγχον. Memineris, Romae hos
» ſermones haberi: itaque τὸν καλούμενον debemus expo-
» nere, *eam quae vulgo hic vocatur conchis.* Quid con-
» venientius lenticulae coniungi poterat quam *conchis?*
» Nam & hanc pauperum fuiſſe ἔδεσμα, ex Iuvenalis Sa-
» tyra III. [vſ. 293.] & XIV. [131.] notiſſimum eſt.
» Martialis: [lib. VII. Epigr. 77.]

» *Cum Saxitani ponatur cauda lacerti,*
» *& bene ſi coenas, conchis inuncta tibi.* «

[Adde eumdem Martial. lib. V. Epigr. 40. & XIII. 7.]
» Memineris etiam, *Cynulcum* eſſe qui κόγχον nominat.
» Solitus hic vir rerum appellationes quae erant Romae
» in uſu, inter loquendum retinere, cum magno ſaepe au-
» rium τοῦ Κειτουκείτου [Ulpiani] faſtidio. Sic libro III.
» [pag. 121. e. f.] paſtoritia fiſtula exceptus eſt, quod
» δικόκταν appellaſſet quam Romani *decoctam.* Ergo etiam
» hîc, *conchem* appellans κόγχον, riſum meretur conviva-
» rum. « CASAUBONUS. — Solent interdum Graeci, quae vocabula latine in *is* tertiae declinationis terminantur, ea graece in ος ſecundae declinationis formare. Sic *panis* apud Meſſapios πανὸς erat, ut docet Noſter III. 110. c.

ſic *caulis*, eſt καυλός; *laevis*, λεῖος; & ſi qua ſunt id genus alia. Sed illud utique parum congruum, quod, cum non modo Latine *haec conchis* in foem. gen. diceretur, ſed & Graecus auctor TIMON, ad quem mox provocat *Cynulcus*, pariter in foem. gen. κόγχος uſurpaverit, ipſe tamen τὸν κόγχον in maſculino uſurpet.

a TIMONIS *verſ.* 1. Οὔτε μοι ἡ Τηΐη μᾶζ' ἀνδάνει. Οὔτε μοι ἑκταίη μᾶζ' edebatur, ſimiliterque paulo poſt, Διαφόρων γὰρ οὐσῶν τῶν ἑκταίων μαζῶν. Ibi CASAUBONUS: »Hoc vult, inquit, *Timo*, ut indicat mox Cynul»cus: *ſibi, homini frugi & parco, κόγχον magis placere* »*quam mazam ἑκταίην, aut Lydiam carycam.* Sed expen»denda ſunt nobis verba Timonis: nam & hic eſt quod »nos exerceat. ἑκταίην μᾶζαν interpretantur *ante ſextum* »*diem factam:* quae expoſitio ſi admittatur, cauſſa nulla »eſt cur miremur non probari Timoni μᾶζαν ἑκταίην. »Quae enim voluptas, aut mazam aut panem ſex die»bus ſervatum comedere? Viderint docti, quam hoc qua»drare putent Timonis menti: ego abſurdum cenſeo. Pro»babilius ſit interpretari ἑκταίην, *grandem:* ut *grandis po»lenta* apud Perſium, *Invigilat ſiliquis, & grandi paſta po»lentâ.* Proprie eſt *maza quae ſex hominibus alendis ſufficiat.* »Sic panes ἑκταίους interpretatur Heſychius, τοὺς ἐκ χοί»νικων ἓξ: choenix autem, ut ſcribit Diogenes Laërtius, vi»ctus erat hominis diurnus. Ita poſſumus exponere editam »lectionem ἑκταίη μᾶζα. At neque in manu exaratis Athenaei »codicibus, neque in Epitoma invenimus ἑκταίη ſcriptum: »ſed vel ἥτε vel ἑκτέω. Legendum exiſtimo, ἑκτέω ex»tra verſum quidem: in verſu autem ἡ Τηΐη vel Τεΐη; »nam utrumque rectum, ut docet in Ἐθνικοῖς Stephanus. »Favent conjecturae ſequentia Cynulci verba, quibus »comparat has mazas cum *Eretriacis;* quaſi innueret, »utrumque genus a loco, unde afferretur, nomen inve»niſſe. Quare ſenſus erit: *non placere Timoni cibos longe* »*arceſſitos, cuiusmodi eſt maza Teia, aut Lydia carycа: ſed* »*pro omnibus delitiis, in quibus parandis tantum alii laboris* »*ponant, abunde ſufficere vilem & ſordidam conchem, uſita»tum Graecorum omnium cibum.*« — Vulgatum ἑκταίη imperitae neſcio cuius hominis conjecturae debetur. In Epitoma quidem deeſt primus Timonis verſus cum maiore ſecundi parte: ſed in ms. *A.* ſic ſcriptum ἥ τηι μᾶζ', in qua ſcriptura ſatis perſpicue id, quod conjecturaverat Ca-

saubonus, ἢ Τηΐη μᾶζ', continebatur; praesertim si a conferas quod mox sequitur, Διαφόρων γὰρ ἐκ Τέω μαζῶν, quod perspicue sic scriptum in ms. *A.* similiterque in *Epitoma*, ubi, praepositis his verbis, Σώπατρος τὴν Ἐρέτριαν λευκάλφιτον φησί, sic pergitur: διάφοροι γὰρ αἱ ἐκ ταύτης μάζαι, ὡς καὶ αἱ ἐκ Τέω. Quare nulla ratio subest, cur pro ἐκταίη μᾶζ' (ut maluerat Palmer. in Exercitat. pag. 497.) ἐκ Τηΐου μᾶζ' legamus, & Τήϊον intelligamus oppidum Bithyniae. *Mazam* autem *Teiam* non tam cum Casaub. dictam existimem, quod e Teo arcessi consueverit Athenas; quam quod in ipsa Teo eximia ratione pararetur, & ad Teiorum morem Athenis in delicatorum culinis parari soleret. Potuerat tamen farina, e qua conficiebatur maza, *ex Teo* insula adferri.

οὔτε καρύκκη ἢ Λυδῶν. »De *caryca Lydorum* satis li»bro XII. [516. c.] & alibi. « Casaub. — Ferri poterat καρύκη (& mox καρυκῶν,) quod habent edd. hoc loco, atque etiam libri omnes pag. 516. c. Sed secutus sum auctoritatem nostrarum membr. *A.* in quibus κακρύκη quidem mendose scribitur pro καρύκκη, sed mox dein perspicue recteque καρυκκῶν. (In *Epit.* utrobique deest id vocab.) Conf. IV. 132. f. & ibi notata. *Vers.* 2. αὐαλέῃ ex eisdem membr. *A.* revocavi, quae quidem mendose in prima litera οὐαλέῃ habent, sed in quo perspicue αὐαλέῃ contineri videbatur: quod cum probum esset, nil opus erat cur in αὐσταλέῃ sive ab editoribus sive a iunioribus librariis mutaretur; quamquam & hoc per se rectum fuerat. Habet vero etiam αὐαλέῃ ms. *B.* teste Villebrunio; codex *C.* vero οὐκ ἀλεῇ, referente eodem. Idem Villebr. pro ἑνὶ, scribendum ἔνι (i. q. ἔνεστι) contendit; & λιτὴ καὶ αὐαλέη κόγχος, in nominativo casu. — »Κόγχος αὐσταλέη per contemtum dicitur, ut *sca»biosum far* Persio. Pro περισσοτρύφητος (*vers.* 3.) extat »in msstis. περισσότρυφος, quod non probo. Placet περισ»σοτρύφητος ὀΐζὺς, eo sensu quem expressimus. « Casaub.

ὡς Σώπατρος ἐν Βάκχιδος Μνηστῆρσι. Suspicari poteras, ὧν Σωπ. ἐν Βάκχιδι μνημονεύει, vel ὧν Σωπ. ἐν Βάκχιδος Μνηστῆρσι μνημονεύει. Sed nil mutant membranae; & ferendum visum est vulgatum. De ista *Sopatri fabula* paulo ante dictum ad pag. 158. d.

AD CAP. LI.

b Ὦ ἄνδρες κυνοσσόοι. Vulgatum olim κύνες οἱ tenet ms. *A.* (In *Epit.* haec talia desunt.) Ubi quid sibi velit οἱ articulus adiectus, non exputo: ac velim scire quo pacto eum Casaubonus acceperit, qui nihil ad ista verba adnotavit. Certe nihil adest, quo vel praepositivus, quem vocant, articulus οἱ referri possit, vel postpositivus οἵ, si quidem sic cum accentu scriptum voluisses. Ni prorsus *deletam* malueris vocalem, possis suspicari, ἄνδρες κύνειοι scriptum oportuisse; quasi dixisset, *viri canini.* Sed non convenire videtur, ut ista compellatione hospites suos adlocutum esse convivatorem statuamus: nam quamvis invocati ad coenam Cynici isti venissent, (vide IV. 164. a.) tamen semel admissos aeque liberaliter ac caeteros convivas haberi consentaneum erat. Itaque suspicatus sum, κυνοσσόοι hic scripsisse Athenaeum: quod vocabulum, nusquam alibi (quod sciam) hodie occurrens, Hesychius nobis conservavit, per θηρευταὶ exponens. Significat autem proprie *canum agitatores*, ut idem fere valeat ac κύνουλκοι: quo nomine per iocum insignitos subinde videmus eos e Cynicis, qui inter alios eminere viderentur, & aliorum quasi essent ductores. Conf. IV. 156. e. & Animadv. T. I. pag. 15. ad I. 1. d. Sed magis utique probabile mihi videtur, sic scripsisse Athenaeum, Ὦ ἄνδρες Κυνικοί. conf. pag. 163. a.

κατὰ τὴν Στράττιδος τοῦ κωμῳδιοποιοῦ Ἰοκάστην, ἥτις - - ἐν Φοινίσσαις φησί. »De STRATTIDIS *Phoenissis* alio »loco diximus.« CASAUB. Nempe in Animadv. ad lib. VII. cap. XXIII. quo toto capite Casaubonus recensum fabularum Strattidis instituit. *Prior* STRATTIDIS *versus*, Παραινέσαι δὲ &c. totus ex Euripidis Phoeniss. ductus est, ubi legitur num. 64. Ibi vide quae a VALCKENARIO notata sunt. Desiderabatur apud Athenaeum in editis δὲ particula, quam ex Euripide se adiecisse in Strattidis fragmento profitetur GROTIUS in Notis ad Excerpt. p. 879. Sed & apud Athenaeum nostrum dedit eamdem particulam uterque noster codex mstus. De *posteriore versu* consule ERASMUM in Adagio, *In lente unguentum.*

Σώπατρος - - ἐν Νεκυίᾳ. »SOPATRI Νεκυία argumen»tum habuit ex Homeri Necyia, Ὀδυσσ. λ'.« CASAUB.

c ἧς μέμνηται καὶ ὁ ἐμὸς προπάτωρ Οὐαρρῶν &c. »Ait

» Laurentius, M. VARRONEM in Latinis ſcriptis ſuis feciſ- c
»ſe mentionem Graeci proverbii, τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον. Id
» verum eſſe teſtis A. Gellius libro XIII. cap. 27. *Videte*,
» inquit, *ne exiſtimetis ſemper atque in omni loco mortales mul-*
» *tos pro multis hominibus eſſe dicendum; ne plane fiat Grae-*
» *cum illud de Varronis Satyra proverbium*, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ
» μύρον. « CASAUBONUS. — Ex hoc loco, ubi προπάτορα ſuum *Varronem* vocat *Larenſius*, ſuſpicatus erat vir doctus, cuius Adnotationes nonnullae in Athenaeum exhibentur in ed. Caſ. 3. pag. 703. non Λαρήνσιος ſcriptum nomen oportuiſſe huius convivatoris, ſed Τερήντιος, id eſt, *Terentius:* quae ſatis ſpecioſa coniectura eſſet, niſi nimis ſaepe in Athenaei libris illud nomen, ſemper eodem modo Λαρήνσιος ſcriptum, occurreret. *Ibid.* Pro Μενίππιος, rectius fortaſſe fuerit Μενίππειος. Certe latine non tam bene *Menippius* dixeris, quam *Menippeus.*

Σὺ δέ μοι δοκεῖς, ὦ Κύνουλκε, (τούτῳ γὰρ χαίρεις τῷ d
ὀνόματι, οὐ λέγων ὃ ἐκ γενετῆς σε ἡ μήτηρ κεκλήκει,)
κατὰ τὸν σὸν Τίμωνα, εἶναί μοι καλός τε μέγας τε. » Ha-
» bet proverbii ſpeciem illud, Σὺ δέ μοι δοκεῖς - - εἶναί
» μοι καλός τε μέγας τε, οὐκ ἐπιστάμενος. *Videris mihi*
» *homo bonus & magnus, qui hoc neſcias.* Fatuos vocabant
» *longos & magnos*, ut apud Graecos Latinosque poëtas
» paſſim. Verſus eſt Homeri Iliad. φ'. [108.] οὐχ ὁράᾳς
» οἷος κ' ἀγὼ καλός τε μέγας τε. Tamen non ex Home-
» ro, verum *ex Timonis Sillis* ſumit Laurentius. Sed aliter
» fortaſſe diſtinguendum, producta parentheſi usque ad
» εἶναι, ut ſit ſenſus: Theodorum Cynicum in hoc Ti-
» moni ſimilem eſſe, quod gaudeat magis Cynulcus dici
» aſcititio nomine, quam eo quod a matre fuerat inditum;
» ſicut Timo lubentius audiebat Μισάνθρωπος, quam Ti-
» mo. Caeterum hanc coniecturam infirmant quae dicimus
» de Timone ſequente capite. « CASAUBONUS. — Vide eumdem Caſaub. ad pag. 163. d. Statuit Athenaeus, ipſum *Cynulcum* maluiſſe hoc nomine adpellari, (de quo confer paulo ante ad lit. b. adnotata) quam eo, *quod mater a nativitate impoſuerat:* quae locutio ex Odyſſ. σ'. 6. ducta eſt. (Proprium hominis nomen *Theodorum* finxerat auctor: vide XV. pag. 669. e. & 692. b.) At hactenus non cum *Timone Sillographo* conferre hunc debuerat Caſaubonus; quem eumdem cum *Miſanthropo* ſtatuens vir doctiſ-

d simus, mire a temporum ratione aberravit. Erat enim *Timo Sillographus*, Phliasius, Pyrrhonis discipulus, aetate multo iunior, quam ille qui Μισάνθρωπος solet cognominari, qui tempore belli Peloponnesiaci vixerat.

ὅτι κόγχος παρὰ προτέρῳ μνήμης τετύχηκεν Ἐπιχάρμῳ. Sensu cassum & manifeste vitiosum erat id, quod adhuc vulgabatur, παρ' ὁ ποτέρῳ: quod quidem in vetustis etiam membr. *A.* (nam in *Epit.* desunt ista omnia) eodem modo legitur. Certissima emendatio, quam in contextu reponere non dubitavimus, politissimo debetur Corayi nostri ingenio. »Malim παρὰ προτέρῳ, in» quit: id est, *ante Timonem*, cuius testimonium de κόγ» χῳ laudaverat Cynulcus.« — Simillima ratione eodem hoc libro pag. 172. d. legitur, προτέρου Στησιχόρου - - εἰρηκότος &c.

Ἐπιχάρμῳ ἐν τᾷ Ἑορτᾷ καὶ Νάσοις. Ita hoc dictum est, quasi unius eiusdemque fabulae titulus Ἑορτὰ καὶ Νάσοι fuisset; quemadmodum eiusdem Epicharmi fuit fabula, cui titulus Γᾶ καὶ Θάλασσα. Sin (quod res esse videtur) duae sunt diversae fabulae Ἑορτὰ & Νάσοι; commodius foret sic scriptum, ἐν τᾷ Ἑορτᾷ καὶ ἐν Νάσοις. Sed vulgatum tenent veteres membranae: nisi quod super extrema syllaba vocis Ἑορτᾷ & super prima vocis Νάσοις superscripta utrimque sit litera ν, communes Graecorum formas Ἑορτῇ & Νήσοις indicans. Fabula quidem Epicharmi Ἑορτὰ a nullo alio auctore, quod sciam, nisi a Nostro h. l. citatur: Νάσους vero praeter Nostrum citavit etiam Pollux X. 62. & Pindari Scholiastes ad Pyth. I. ut monuit Meursius ad Hellad. pag. 63.

Κογχίον τε μικρὸν, ἀλλᾶντός τε προστετμημένον. »In Antiphanis *versu*, κογχίον μικρὸν, est *pauca* »*concha*: hoc est, *parum conchis*. κογχίον, ut apud Lati» nos *lenticula*.« Casaub. — Mihi vero κογχίου utique legendum videtur, cum praesertim ἀλλᾶντος etiam in genitivo sequatur; ut sit μικροῦ κογχίου καὶ μικροῦ ἀλλᾶντος. Posterius hoc nomen cum accentu *circumflexo* scriptum recte dedit ms. *A.* pro ἀλλάντος, quod erat editum. Ad postrema verba adnotavit Coray: »Forsi. sic emen» danda, ἀλλάντος τε πρὸς τετμημένου. πρὸς valet »*insuper*. Infra, pag. 169. d. πολύπους τετμημένος.« — Mihi προτετμημένου legendum videbatur, *praesectum*: nempe μικροῦ μέρος ἀλλᾶντος προτετμημένου.

Γαλάταις - - θύειν τοῖς θεοῖς τοὺς αἰχμαλώτους. Conf. e Diodor. Sicul. in Excerpt. de Virtutibus & Vitiis, T. II. ed. Weſſel. pag. 582. (T. X. pag. 14. ed. Bipont.)

SOPATRI *eclogam* vulgo incipiunt a verbis Κἀγὼ καταλαύσειν. Mihi, quoniam praecedentia Γαλάτας μιμούμενος & perapte cum iſtis cohaerent, & poſterius hemiſtichium ſenarii efficiunt, illa ipſa etiam poëtae verba eſſe viſa erant. *Verſ.* 4. Bene habent editi καὶ μὴν & deinde φιλολογεῖν τ' ἀκ. ubi mendoſe καὶ μὴ & φιλολόγων τ' ἀκ. habent membr. *A.* *Verſ.* 6. τὴν πεῖραν ὑγιῆ λήψομαι. Pro ὑγιῆ, doctiſſimus IACOBS in Notis msstis ὑμῖν corrigit: ubi mihi quidem, ut metri reſpectu, ſic & ad ſententiam percommode ſtare vulgatum videbatur. ὑγιὴς, *verus, rectus:* vide Lexic. Polyb. & Indic. Graec. Epictet. πεῖρα ὑγιὴς, *experimentum verum, certum.*

Verſ. 7. πρόσθεν καπνίζων. »Sextus verſuum SOPA»TRI ſic editus a nobis: ut habetur in membranis. Lego, »πρὸς πῦρ καπνίζων. Senſus eſt: *Volo de vobis, o phi»loſophi, ſumere experimentum, utrum vere an falſo de malo»rum tolerantia vos iactetis. Ego vos, ad ignem admotos, fu»mo cruciabo: deinde, ſi quem veſtrûm crus reducere videro »dum torrebimini, addicam illum hero Zenonio & immiſericor»di, eâ lege ut extra fines deportetur; qui quidem ſapientiam »mentiatur, & falſo nomen philoſophi ſibi vindicet.* Haec »mens poëtae: quâ cognitâ, obſcuri nihil in illius ver»bis.« CASAUBONUS. — Totam *Sopatri eclogam* praetermiſit Epitomator. In προσ, quod habent veteres membranae, perſpicue πρόσθεν continetur; quod idem valet ac πρότερον, ut ad I. 12. f. vidimus, ubi ſimili compendio (omiſſa terminatione) ſcripta eadem vox. Neque aliud quid porro circumſpiciendum videtur. Syllaba τον, quae absque accentu ſequitur in eisdem membranis, ex imperite accepta gloſſa irrepſiſſe videtur; cum in vetuſtiore aliquo codice πρόσθεν illud per πρῶτον fuiſſet expoſitum. Ad ſenſum quidem optime GROTIUS in Excerpt. pag. 971. πρότερον ſcripſit. Quod καπνίζων dicit poëta, idem valet ac πῦρ ἀνάπτων: quemadmodum apud Homer. Iliad. β'. 399. κάπνισσαν interpretantur πῦρ ἀνῆψαν. vide Schol. min. & Euſtath. pag. 124, 35 ſq. Iam vero in poſteriori hemiſtichio utique deſideratur particula aliqua, qua fulciatur claudicans in vocula ἐὰν metrum.

f *Verſ.* 8. »Cave ne aſſentiaris Dalecampio, qui οὐ σπά»σαντα ſcribit, pro συσπάσαντα« CASAUB. — Nempe toto coelo a poſtremorum verſuum ſententia aberraverat optimus Dalecamp. de cuius erroribus h. l. admiſſis nil opus eſt ut moneamus. *Verſ.* 9 *ſq.* Cum παραθήσεθ' vitioſe editum eſſet, neſcio an conſentientibus membranis; monuit CASAUBONUS, ſic ſcribendum, ut edidimus, Ζηνωνικῷ παραθήσεθ' οὗτος κυρίῳ ἐπ' ἐξαγωγῇ &c. »*Zenonius herus*, inquit; inclemens, & miſereri neſcius. »Erat enim Zenonis dogma, τὸν σοφὸν σὺν ἐλεηθήσεσθαι: »*non cadere in ſapientem miſericordiam.* παραθήσεται κυρίῳ »ἐπ' ἐξαγωγῇ, ut editum eſt, negamus eſſe graecam »orationem: at παραθῆναι ἐπ' ἐξαγωγῇ, frequens apud »oratores & Graecos Iurisconſultos. Poenae ſervilis ge»nus erat, *hac lege atque omine vendi, ut extra fines depor*»*tetur ſervus nequam.* Aelianus in Epiſtolis: τὴν δὲ νύμφην »ἀποδώσομαι κἀκείνην ἐπ' ἐξαγωγῇ &c.« — Vide Reiskii Indic. Demoſth. in Ἐξαγωγή. Verſus iſtos Grotius latine ſic reddidit:

Ego me autem novi tres crematurum Diis
Dialecticos de genere ſuppoſititio,
Et quia vos colere literas intelligo,
ſapientiamqae, & maxime patientiam;
periclum faciam dogmatum, primum quidem,
fumo: mox ubi vos ignis aſſabit calor,
crus retrahentem veſtrum ſi quem videro,
vendetur ille Domino, ſed Zenonio,
& exportandus; ut qui ſapere haud didicerit.

AD CAP. LII.

a ANTIPHANIS *verſ.* 1. Quo pacto ferri potuerit quod vulgo legebatur,

Τῶν Πυθαγορικῶν δὲ τυχὸν ἄθλιοί τινες,

non video. Nam & verbum finitum deſiderabatur, & claudicabat metrum. Corrigendo δ' ἐνέτυχον pro δὲ τυχὸν, & ſententiae & metro ſatisfactum putavi.

Verſus 2. ſic editus legebatur, ἐν τῇ καρδίᾳ τρώγον τ' ἄλιμμα καὶ κακὰ, & pro τρώγον τ', unâ voce τρώγοντ' expreſſum in ed. Baſ. & Caſaub. Ubi τρώγοντες ἁλίμμα corrigendum monuit Caſaub. in Animadv. Sic vero perſpicue ſcriptum in ms. *A*. Eamdemque ſcripturam in-

dicabat ms. *Ep.* in quo quidem & contracta admodum & a aliâ ex parte corrupta legitur ista ecloga in hunc modum: Πυθαγορικοὶ ἀθλιοί τινες ἐν τῇ χαρᾷ διατρώγοντες ἅλιμα. De *alimo* nonnulla disputavit Casaubonus ad II. 58. f. Plura dabit BOCHARTUS Hierozoic. P. I. lib. III. c. 16. col. 876. ubi & haec ipsa Antiphanis verba tractavit, contulitque cum Graeca libri Hiob versione, cap. 30. vs. 4. qui locus inprimis ad illustrandum hunc nostrum facit. Et ibi quidem ἅλιμα adspiratâ vocali scribitur, quemadmodum & hîc scribendum Bochartus censuerat. Sed ita fluctuantes video aliorum auctorum codices, ubi *alimi* vel *halimi* fit mentio, & tam parum adhuc ad liquidum deductum videtur, quodnam plantae genus vel ἄλιμον vel ἅλιμον adpellaverint veteres, quae duo etiam nomina a Plinio & Solino inter se permutata & confusa conqueruntur nonnulli; (vide Bodaeum a Stapel ad Theophrast. IV. 20. & Salmas. ad Solin. passim:) ut discedere a scriptura codicum nostrorum, in ἅλιμα consentientium, nefas duxerim.

Vers. 3. τοιαῦτα συλλέγοντες ἐν τῷ κωρύκῳ. In superioribus editionibus post verbum συλλέγοντες continuo sequebantur ista, κἄν (minus recte etiam κᾆν cum accentu) τῷ κυρίῳ Κωρύκῳ δ' ἐπιγραφομένῳ φησί. Nec aliud habent veteres membranae. Ibi CASAUBONUS: »Non ausim, inquit, praestare sinceritatem huius lectio»nis, κᾆν τῷ κυρίῳ Κωρύκῳ δ' ἐπιγρ. Nam alibi simpli»citer haec fabula Antiphanis inscribitur Κώρυκος. [IX. »366. b. & 409. c.] Quamquam non hoc tam me mo»vet, quam quod divinare nequeam quid sit κύριος κώ»ρυκος. Dalecampius fortasse non male, κᾆν τῷ Κυρίου »κωρύκῳ, *Domini pera*, aut *panarium*: vel *corycus*; ut de »corymachia veterum exercitatione accipiamus.« — Quod divinare non potuerat Casaubonus, id propemodum acu tetigisse mihi visus est KOPPIERS, in Observ. Philolog. pag. 41. statuens, post συλλέγοντες intercidisse tria verba, quae senarium complevissent, ἐν τῷ κωρύκῳ. Et mediam quidem syllabam in κωρύκῳ corripi docuit idem vir doctus ex Aristoph. Lysistr. 1213. & ex Athen. XIV. 668. f. Iam deinde quidem (si modo recte enotavi, nam haec scribenti non amplius ad manum est libellus) nude κᾆν τῷ Κωρύκῳ ἐπιγρ. scribendum idem KOPPIERS censuit, plane abiecto vocabulo κυρίῳ: quod

a tamen minime de nihilo hîc positum videri debebat; immo vero, cuius quaenam vis & ratio esset, ipsum viri docti inventum declarabat. Nempe pro κυρίωι, quod in vetustis membranis est, (quod idem ac κυρίῳ valet) κυρίως oportebat: ac fortasse quae vocalis *iota* in fine vocis videtur esse in membranis, ea, si curatius inspicias, *figma* esse comperietur; aut *figma* certe fuerat in exemplo de quo illae descriptae sunt: qua de permutatione literarum ι & ς in fine vocum, cum alibi saepe, tum ad Polyb. I. 15, 10. monuimus. Quidquid sit, sic mihi persuasi, κἀν τῷ κυρίως Κωφύκῳ ἐπιγραφομένῳ hoc loco scriptum reliquisse Athenaeum; satis perspicuâ sententiâ, quam in latina versione expressi.

In ipso Fragm. ex ANTIPHANIS *Coryco* s. *Pera*, *verf.* 2 sq.

— — — τῆς δὲ πλείστης τοὐβολοῦ
μάζης μελαγχρῆ μερίδα λαμβάνων λέπει.

Cum τοῦ βόλου esset editum, CASAUBONUS τοῦ 'βολοῦ (sic) scribi iusserat: equidem contractam formam τοὐβολοῦ praetuli. Pergit CASAUB. »*Mazae, cuius summum* »*pretium sit obolus, crustam nigricantem sumit & decorticat.* »Significat, mazae male curatae & semiustulatae crustis »illum vesci. μελαγχρὴς, pro μελαγχροιὴς: ut apud Me»nandrum, μελαγχρὲς μειράκιον: auctor Eustathius. [ad »Od. π'. pag. 601, 2.] λέπειν hîc, mazae *crustam aufer*»*re*, ut arbori librum.« — Vide vero, ne verbo λέπει paulo diversa (nescio quae) vis sit tribuenda; verbi caussa *rodit*, *circumrodit*.

b In Fragm. ex ALEXIDIS *Tarentinis*, *verf.* 2. cum ait poëta, οὔτ' ὄψον ἐσθίουσιν, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲ ἓν ἔμψυχον: quid sit οὔτ' ἄλλο, se non capere ait SAM. PETITUS, Miscell. V. 8. pag. 97. nec ullum sensum istud ἄλλο habere contendit. Rescribit igitur οὔθ' ἅλα, *neque salem*: »quo absti»nuisse, inquit, Pythagoricos, mihi non dubium est.« Non meminerat cum ista scriberet Petitus, vocabulum ὄψον figillatim de *piscibus* usurpari; ex quo, quid dicat poëta οὔτ' ἄλλο ἔμψυχον, satis erat perspicuum. *Verf.* 3. πίνουσιν μόνοι. Sic recte ms. *A.* πίνουσι μόνοι edd. *Verf.* 5. ἀποκτείνας μὲν οὖν. Sic corrigendum monuit CASAUB. cum vitiose ἀποκτείνας γε νοῦ legeretur in edd. & ms. *A.* (Desunt tres posteriores versus in ms. *Ep.*) Quod ad sententiam spectat, similem iocum habes eiusdem Alexidis, IX. 386. c. d.

προελθών τε φησί. Sic ms. *A.* δὲ pro τε habent edd. In altero Fragm. ex ALEXIDIS *Tarentinis: verſ.* 2. διεσμιλευμέναι τε φροντίδες. De uſu verbi σμιλεύω & eius compoſitis, ad dicendi artificium translato, conſule quae docte collegit IACOBS ad Antiphil. Vol. I. Part. II. pag. 385. Septem priores verſus GROTIUS in Excerptis exhibens p. 588 ſq. ſic latine reddidit:

A. *Pythagoriſmi & fabulae*
acutae & ſaponatae ſolicitudines
illos ſaginant. Praeter haec datur in diem
cuique horum panis aſſus & aquae poculum: c
victus nihil praeterea. B. *Vitam carceris*
commemoras. A. *Atqui ſic viri ſapientiae*
addicti vitam vivunt aerumnabilem.

Verſ. 4. ἄρτος καθαρὸς, *panis purus putus, ſimplex, nulla arte paratus.* Vide ad p. 149. f. *Verſ.* 10 *ſq.* οἳ δ' ἡμέρας δεισπνοῦσι πέμπτης ἀλφίτων κοτύλην μίαν. » Non hoc dicit, » *quinque diebus eum cotylam hordaceae farinae unam abſu-* » *mere:* ſed, *quinto quoque die ſolum edere, & nihil edere ni-* » *ſi mazam factam ex hemina farinae hordaceae.* Erat autem » *cotyla*, octava pars choenicis, qui cenſebatur legitimus » modus diurni alimenti perſonae unius. « CASAUBONUS. — Poſt οἳ δ' ἡμέρας perperam ms. *A.* inſerit μιᾶς, in reliquis tamen nil mutans. Poſtremos quinque verſus huius eclogae, (excepto verbo διάγουσι) & plurima mox alia, omiſit Epitomator.

In Fragm. ex *Pythagoriſſante*, *Verſ.* 3. cum τοῖς Πυθαγορίοις vulgo legeretur, τοῖς Πυθαγορείοις ſcripſi, quod & ſermonis uſus & metrum deſiderabat. *Verſ.* 4. ὁποιονοῦν una voce edebatur. Diviſis vocibus ὁποῖον οὖν habet ms. *A.* ὁποῖον ἂν malle ſe ſignificavit CASAUB. quod quidem cum ſubiunctivo ἔχῃ aptius videre convenire. De argumento eclogae, haec notavit idem CASAUBONUS: » Dixerat alter, *exiſtimare ſe, convivium amici Py-* » *thagorici*, a quo erat invitatus, *futurum ex inſtituto di-* » *ſciplinae Pythagoricae, ſine carnibus; ſed pro illis datum* » *iri caricas, uvas paſſas, caſeum*, & ſimilia. Reſpondet » hîc: *Longe aliter futurum; nam convivatorem victimam eſſe* » *mactaturum, omnium quas haberet maxime opimam.* «

AD CAP. LIII.

e κατὰ - - Ἀντιφάνη - - ἐν Δραπεταγωγῷ. » Fabulae » nomen de eo interpretor *qui fugitivum retraxit.* « CASAUB. *Ibid. Verſ.* 2. » *Buccea*, quam deſcribit poëta, *parva* erat ἐκ » τοῦ πρόσθεν, id eſt, *ex anteriore parte, ex qua poterat con-* » *ſpici.* « CASAUB. — Dalecampius, *exiguam primum*, interpretatus erat. — Pro πρόσθεν, quod vulgo ponebatur, πρόσθε oportuit metri cauſſa; de quo etiam IACOBS monuit in *Notis msstis.* Quod vero mox dein idem (in eisdem Notis msstis) pro καταφάγετε, καταφάγω ſcribendum cenſuit: » quod & metrum, inquit, ae- » que ac contextus flagitat: « id quidem aliam habet rationem. Scilicet ante oculos erat docto Viro exemplum editionis Caſaubonianae ſecundae vel tertiae; in quibus verſu primo huius eclogae, pro ποιῶν (quod habent cum membranis ſuperiores editiones omnes) temere ποιῶ expreſſum eſt: quare pari ratione deinde καταφάγω in prima perſ. ſing. oportuiſſe iudicaverat. Scripturam καταφάγετε vero, cum editis, agnoſcunt ambo noſtri codices mssti; niſi quod in ms. *Ep.* κατεφάγετε ſcribitur, ſive temere id factum, ſive conſulto in praet. imperf. ponere verbum voluit Epitomator. Caeterum quum *tertius Verſus* vulgo ſic eſſet ſcriptus,

τὴν χεῖρα, καθάπερ αἱ γυναῖκες καταφάγετε πάμπολλα καὶ ταχύτατα: non modo non indicabatur, quanam in voce terminaretur iſte verſus; ſed &, verba illa καθάπερ αἱ γυναῖκες ad praecedentia-ne, an ad ſequentia eſſent referenda, non liquebat. Caſaubonus, quam in partem acceperit, non declaravit. Dalecampius, & cum eo Gallicus interpres, tertium verſum in τὴν χεῖρα finiunt: & Καθάπερ αἱ γυναῖκες cum ſequentibus iungunt: *Vos, ut mulieres, perquam multa celerrime devoratis.* Quam rationem, quamquam de iſta mulierum Graecarum virtute nihil mihi conſtat, nolim quidem praeciſe improbare: ſed commodius ad ſuperiora referri iſta verba mihi viſa erant, quum praeſertim etiam legitimâ ſenarii menſurâ cum illis τὴν χεῖρα decurrerent. Epitomator, omiſſis ſuperioribus, eadem verba Καταφάγετε πάμπολλα ad ſequentem *Antiphanis* eclogam ex *Thombycione* (ſive qui alius fuit illius fabulae index) retulit, ſic ſcribens: Ἀντι-

φάνης που φησί· κατεφάγετε πάμπολλα· ἔξον ὠνήσασθαι ε τὰς προσφόρους ὑμῖν τροφὰς, &c.

κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον ποιητὴν ἐν Θομβυκίῳ. » Quid » sit Θομβυκίων. non scio : nisi forte proprium nomen. Ali» bi citatur Antiphanes ἐν Βομβυλίῳ. Sed cogitemus am» plius. « CASAUBONUS. — Scilicet Θομβυκίωνι erat editum. Sed Θομβυκίωι habent membr. *A.* quod Θομβυκίῳ valet. De vulgata olim scriptura monuit KOPPIERS in Observ. Philol. pag. 29. vitiosam haud dubie esse, & in toto Graeco sermone nullum simile verbum aut vocabulum reperiri. Et ille quidem, conferens hunc locum cum III. 125. f. (ubi vide notata) utrobique ἐν Βομβυλίωνι legendum censuerat. At quoniam terminationem vocabuli nonnisi ex mendosa huius loci scriptura, quam editi libri dabant, acceperat vir doctus; supereſt, ut ex huius loci cum altero collatione coniectemus, Βομβυλίῳ hîc oportuisse, quemadmodum ibi dant libri omnes. Contra, si scripturam huius loci cum ea contuleris quae est apud Polluc. X. 179. (ubi Βομβυκίῳ) rursus probabile videbitur, apud Athenaeum pariter cum hoc loco, tum altero, (III. 125. f.) prorsus ut apud Pollucem, ἐν Βομβυκίῳ scriptum oportuisse. Denique illud certum videtur, initialem hoc loco literam Θ perperam (nescio quo casu) invectam esse, & in Β utique mutandam. Sed, quod ad consonam spectat, quae terminationem vocis praecedit, fortasse utraque scriptura vera fuerit, Βομβυλίῳ, & Βομβυκίῳ: ac fortasse (eâdem manente notione) perinde & promiscue utroque nomine, Βομβύλιος (vel Βομβυλιὸς) & Βομβύκιος, ferebatur olim fabulae illius index. Certe in vulgato Graecorum usu ambo ista nomina promiscue versabantur, idem significantia, nempe *animalculum* nescio quod *ex Apum vel Vesparum genere ;* ut partim ex Suida discimus in Βομβυλιὸς, partim ex Hesychio eâdem voce, collatâ cum voce Βόμβυκες, & cum Schol. ad Aristoph. Nub. 158.

In verbis ex illa fabula hîc prolatis, haud aegre quidem agnoscas hunc senarium,

τὰς προσφόρους ἡμῖν τροφὰς, σκόροδα, τυρόν.

Sed praecedentis sequentisque versus disiecta ac mutilata sunt membra. In extremis verbis, ἐστὶν δραχμῆς dedit ms. *A.* ἐστὶ δραχμῆς edd.

Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πυθαγορείοις. Quamvis

e apud nullum alium ſcriptorem mentio huius fabulae *Ariſtophaneae* occurrat, tamen nullâ ſignificatâ dubitatione BRUNCKIUS ſubiectam eclogam Comicorum principi tribuit, in Fragm. Ariſtophanis p. 264. At, Ἀριστοφῶν ſcribendum videri, non ſine inſigni ſpecie veri monuerat MENAGIUS ad Laërt. VIII. 38. quem vide. ARISTOPHONTIS quidem fabula, Πυθαγορισταὶ, cum ab aliis laudatur, tum ab Athenaeo, VI. 238. c. & XIII. 563. b. Sed nihil impedit, quo minus pariter Πυθαγόρειοι efferri potuerit eiusdem fabulae index: nam, quod discrimen nonnulli inter Πυθαγορείους & Πυθαγοριστὰς ſtatuerunt, (de quo vide eumdem Menag. ibid.) illud quidem nec perpetuum, nec ubique vulgo obſervatum fuiſſe conſentaneum eſt. Nec vero illud praetereundum, in vetuſtis noſtris membranis h. l. non Πυθαγορείοις ſcribi, ſed Πυθαγόροις: quod mendoſum quidem utique, ſed tale, ut, cum praeſertim οι & ι frequentiſſime permutet noſter librarius, decurtata illa vox ex Πυθαγορισταῖς poſſit videri. conf. mox ad *verſ.* 1. notata. Et Πυθαγορισταῖς hîc ſcriptum oportuiſſe, probabile etiam fit ex eo quod in ipſa ecloga adpoſita Πυθαγοριστὰ nominantur, non Πυθαγόρειοι. Caeterum nullus error magis in proclivi eſſe debuit librariis, quam ut *Ariſtophontis* nomen in *Ariſtophanis* detorquerent: quod idem & apud Suidam (in Πυθαγόρα τὰ συμβ. pag. 235. ed. Küſt.) olim factum, & apud ipſum pariter Athenaeum noſtrum, VI. 238. c. ab Epitomatore commiſſum eſt, ſive a librario certe qui noſtrum codicem *Ep.* exaravit; nam ibi quidem Ἀριστοφάνης pro Ἀριστοφῶν ſcribitur in hoc codice.

Verſ. 1. Τί; πρὸς θεῶν, οἰόμεθα &c. Sic edd. Τί πώποτε οἰομ. ms. *Ep.* qui tamen continuo deinde & τοὺς πάλαι ποτὲ tenet. Τί πρὸς τῶν θεῶν ms. *A.* quod utique non ferebat metrum. Sed probum foret Πρὸς τῶν θεῶν, absque Τί. Sic fortaſſe, quae praecedere debebat (ut modo dictum eſt) vox Πυθαγορισταῖς, ea temere in Πυθαγόροις & τί fuerit mutata.

f *Verſ.* 2. τοὺς Πυθαγοριστὰς γινομένους, οὕτως ῥυπᾷν. Quod ait BRUNCK l. c. »ſe in ſecundo verſu le»ctionem regii codicis repraeſentaſſe: « id partim ad iſtud initium verſus pertinet, ubi τοὺς articulum, qui deerat editis, mssti libri agnoſcunt omnes: partim vero ad vocem οὕτως, quae percommode ita ſcripta in illo cod. *B.*

quo olim Brunckius usus erat. Est is codex, ut iam saepius adnotavi, ab *Hermolao Barbaro* scriptus: & videtur ea emendatio ingenio deberi Hermolai: nam in ms. *A.* perspicue ὄντως scriptum, ut in editis. Sed iam saepe permutatas istas voces a librariis vidimus: & tenendam h. l. eamdem emendationem putavi. In ms. *Ep.* omissa illa vox est. Quod in *cod. vers.* γενομένους edidit idem Vir doctus, id a GROTIO accepit, qui sic ediderat in Excerpt. pag. 549. cuius est etiam Latina versio, quam Graecis versibus subiecimus. Commodius vero, quoad sententiam, videtur praesens tempus γινομένους, quod cum editis tenent mssti. Videtur primam verbi syllabam brevem voluisse Grotius, quae in γινομένους longa est. Sed ne hoc quidem repugnat metro: fit enim sic quartus senarii pes anapaestus, quem in illa sede non respuit comoedia. f

Vers. 8. αὐτοῖσιν scripsi cum Brunckio. αὐτοῖς quidem tenent mss. nostri ambo cum edd. Sed fulcro isto indigebat labans metrum: & expeditius hoc videbatur, quam αὐτοῖς ἂν, quo usus erat Grotius. *Vers.* 9. κατεσθίωσι καὶ τοὺς δακτύλους. Similiter *praerodere digitos* ait coquus glorioſus, quem in Pseudolo Plautus induxit.

Ludicrum HEGESANDRI *Epigramma in Cynicos Philosophos* ex Athenaeo in suam Anthologiae editionem recepit H. Stephanus, pag. 533. ubi quidem inscriptionem minus commode fecit Εἰς Γραμματικούς. Commodius Εἰς Φιλοσόφους inscripsit Brunck, Analect. T. III. pag. 172. nescio unde: sic vero etiam Epitomator scripserat, Ὅτι ἀρχαῖον ἐπίγραμμα εἰς φιλοσόφους πεποίηται. *Epigramma in Sophistas* nominavit Ios. SCALIGER, qui illud exhibuit in Notis ad Varron. de Ling. Lat. atque etiam Lucilianis versibus latine reddere conatus est. Vide Varr. de Ling. Lat. T. II. ed. Bipont. pag. 5 sq. In verbis illis, Οὐκ ἄκαιρον δ' ἐστὶ μνημονεῦσαι καὶ τοῦ εἰς ὑμᾶς ποιηθέντος ἐπιγρ. ipsum verbum μνημονεῦσαι ignorant membranae, adiectum in edd. sive ex recentioris librarii sive ex primi editoris ingenio. Recte vero adiectum putavi: nec enim, ut καιρός ἐστι τούτου dicunt Graeci, pari modo & ἄκαιρόν ἐστι τούτου dici potuisse videtur. a

Vers. 1. ῥινεγκαταπηξιγένειοι sic, uti editum est, scriptum in ms. *Ep.* In vetustis membr. *A.* vero pro vocali ι in prima & in sexta syllaba ει positum, ut persaepe alibi.

a *Verſ.* 2. σάκκογενειοτρόφοι. In hoc vocab. *accentum in antepenult.* ſignant mss. & editt. vett. *Penacute* ſcriptam rectius dedit Caſaub. quia notionem habet activam. Similiter vero γενειοσυλλεκτάδαι nominantur Cynici ſupra, IV. 157. a. ubi vide notata. *Ibid.* λοπαδαρπαγίδαι. Similiter dictum atque λοπαδάγχναι, III. 113. f. ſi vera illa ſcriptura, & λοπαδοφυσητής, VIII. 333. b.

Tertius verſus deeſt in ms. *Ep.* Ibi mendoſe editiones veteres ἱματανωπερίβαλλοι dederant cum ms. *A.* quod parum feliciter, ac neſcio quo ſenſu, in ἡματανωπερίβαλλοι mutavit Caſaubonus; quod ipſum etiam ipſius Caſauboni manu in libro, quo is olim uſus erat, ſic ſcriptum video. Recte ἱματανωπερίβαλλοι Scalig. & Brunck. ex ἱμάτιον, *pallium.* Dein νηλιποκαιβλεπέλαιοι habent editi omnes, quod & Scaliger & Brunck tenuerunt, absque α initio vocis; minime quidem male: nam ſicut ſine illo vocabuli augmento ratio conſtat verſui, ſic & commoda eſt ſententia. Sunt enim νήλιποι apud Heſych. & Suid. iidem qui ἀνυπόδετοι, id eſt, *discalceati*, *absque calceis incedentes:* quod ipſum haud dubie hoc loco dicere voluerat poëta. Satis enim notum eſt, ex Socratis imitatione Cynicos ἀνυποδήτους (vel ἀνυποδέτους) & ἀχίτονας inceſſiſſe: (vide Xenoph. Memorab. I. 6, 2. & ibi Interpp.) quorum alterum hac voce, alterum ea quae in eodem hoc verſu praecedit, indicatum poëta voluit. Quo ſpectat etiam quod in Etymol. M. col. 603, 30. ſic ſcribitur: Νήλιπος, ἀνυπόδητος καὶ μονοχίτων. Sed, verum ſi quaeris, ipſum hoc vocabulum νήλιπος vel νηλίπους proprie & ex origine vocis non tam *discalceatum*, *qui calceos non geſtat*, ſignificat, quam id quod eſt huius conſequens, qui *ſqualidos habet pedes;* ſcilicet ex νη, negante particula, & verbo ἀλείφω, *ungo*, aut nomine λίπος, *nitor*, vel λιπαρὸς, *nitidus*, *unctus*, compoſitum: unde πόδες νήλιποι, proprie, οἱ μὴ λιπαροὶ, οἱ αὐχμηροὶ καὶ ἀλιπεῖς, ut obſervavit Euſtath. ad Od. β'. pag. 74, 32. Contra, qui *calceos non geſtat*, *discalceatus*, Graece proprie ἀνήλιπος ſonat, ut quidem Etymologus docet, col. 107. lin. 14. quo vocabulo Theocritus IV. 56. doricâ formâ ἀνάλιπος uſus eſt; ubi originem eius longe diverſam a priore oſtendit Scholiaſtes, nempe a nomine ἦλιψ, quod τὸ ὑπόδημα, *calceum*, ſonat, & α privativo. Quare cum h. l. apud Athenaeum ἀνηλιποκ. cum α initio vocis dederint ve-

teres noſtrae membranae, minime aſpernanda fuit iſta a ſcriptura, quae ad metrum non minus, quam altera, apta erat. Sed de ſeſquipedalis illius verbi parte poſteriore, βλεπέλαιοι, quid ſtatuerem, incertus haerebam. Quid enim hoc ſibi vult, *oleum* aut *olivas ſpectantes?* niſi forte intelligas, *ſpectantes olivas ſi quas furari poſſint.* Quare ſuſpicabar, κλεπέλαιοι pro βλεπέλαιοι oportuiſſe: quod eo maiorem etiam veri ſpeciem habebat, quod iam ſaepius β & κ literas perperam inter ſe permutatas obſervavimus. vide Not. ad II. 71. a. & ad IV. 129. e. 130. b. 134. b. Sed, ne quid temere mutarem, retinuit id quod paulo inferius pag. 163. c. legitur, adprime huc pertinens, ἔπειθ' ἕωθεν περιάγεις τὴν λήκυθον, καταμανθάνων τοὔλαιον &c.

Verſ. 5. συλλαβοπευσιλαλητaί. »Συλλαβοπευσιλαβηταὶ ſunt, *qui in interrogando ſyllabas captant.* »Reſpicit dialectiorum interrogationes, & ſophiſtarum »elenchos. Non placet quod in Epitoma inveni, συλλαβοπευσιλαλητaί. Si cui aliter videatur, per me licet in»terpretetur de iis *qui nihil niſi ſyllogiſmos & ſoritas loquun»tur, quique minutis interrogatiunculis obvios cruciant.*« Casaubonus. — Mihi non diſplicebat - - λαβηταὶ, quod ubique editum erat: ſed, quod in Hoeſcheliano codice Epitomae invenerat Caſaubonus, idem ipſum non modo noſter pariter ms. *Ep.* ſed etiam veteres membr. *A.* dabant; adeoque recipi hoc a nobis reſtituique auctori debuit. *Verſ.* 6. »ζηταρετησιάδαι ſunt quos Latini vocant b »*aretalogos*; de quibus plura ad Suetonium. [ad Auguſt. »cap. 74.] Scripturam Excerptorum etſi non probo, ad»ſcribam tamen fidei meae cauſſa, ζηταρετησιάδης.« Casaubonus. — Noſter ms. *Ep.* cum ms. *A.* verum tenet, ſicut editum erat.

AD CAP. LIV.

Ἀρχέστρατός τε ὁ Γελῷος ἐν τῇ Γαστρολογίᾳ &c. »Epi»gramma iſtud debebant ſequi *verſus Archeſtrati de Diodo»ro Aſpendio*: ſed longiſſimo hyperbato obſcuravit au»ctor ſeriem ſermonis. Principium hyperbati eſt in his »verbis, ἵν μόνην ὑμεῖς &c. finis vero in iſtis, longo poſt »intervallo, [p. 163. c.] Ἀρχέστρατος δὲ, ὦ κύνουλκε, &c.

Ibid. Σφοδρίου. A recto caſu Σφοδρίας, quem h. l. po-

b fuit Epitomator, ita ſcribens: Ὅτι Σφοδρίας ὁ Κυνικὸς Τέχνην ἔγραψεν Ἐρωτικὴν &c. *Ibid.* Περσαίου - - Συμποτικοὺς Διαλόγους. Συμποτικὰ ὑπομνήματα dicit Noſter XIII. 607. a. de eodem ſcripto (ut videtur) loquens. De PERSAEO nonnihil dictum ſupra, ad p. 140. b. *Ibid.* συντεθέντας ἐκ τῶν Στίλπωνος καὶ Ζήνωνος ἀπομνημονευμάτων. »STILPO Dialogos IX. ediderat non magnae rei, vel Dio»gene Laërtio teſte. [Laërt. II. 120.] ZENONIS Stoici »*Commentariorum* mentionem faciens auctor, librum, opi»nor, intelligit ab eo editum Ἐρωτικῆς τέχνης, *De Arte* »*amandi.* Sed & DE Republica libri turpiculi erant; ſae»pe ut illorum diſcipulos ipſius puderet.« CASAUB. — Vide Laërt. VII. 4. & ibi Menag.

c ἐν οἷς ζητεῖ, - - - Πῶς ταῖς ἐπιχύσεσι χρηστέον; »In»ter exempla vaniſſimarum quaeſtionum a *Zenone* tracta»tarum, [immo a *Perſaeo;* nam ad hunc proxime refer»tur verbum ζητεῖ:] refert Athenaeus, πῶς ταῖς ἐπι»χύσεσι χρηστέον? *Quomodo trullis vinariis ſit uten»dum?* Hoc ſignificat ἐπίχυσις, qua voce etiam Varro »utitur. Hac vinum hauriebant e cratera, quae menſae »erat appoſita: dicitur & οἰνήρυσις.« CASAUBONUS. — Dalecampius interpretatus erat, *Quo modo vinum libationibus affundendum ſit?* At vocabulum ἐπίχυσις, pro *trulla vinaria*, vel *gutto*, quo e maiori vaſe vinum hauritur, quod in cyathum infundatur, iam ſupra occurrebat, IV. 142. d. rurſusque infra ex Menandro citatur XI. 484. d. De quo vide Varron. de Ling. Lat. IV. 26. pag. 35. ed. Bipont. & Cleric. ad Menandri Fragm. pag. 190. Nec vero de *vinaria* ſolum *trulla* uſurpabatur, ſed perinde etiam de *olearia;* quo ſenſu ſaepius citatur a Polluce, VI. 103. X. 92. & 109. Caſauboni interpretationem huius loci adoptavit Gallicus interpres: *comment il faut ſe ſervir des pots à verſer le vin?* Sed valde ego fallor, aut longe aliud quid ſpectaverat in illa quaeſtione Perſaeus. Nempe ἐπιχύσεις, *quae quo pacto inſtituendae ſint* praeceperat ille, ſunt genus aliquod *propinationum*, ſimile his quas *Toasts* Angli adpellant & nos hodie cum illis adpellare conſuevimus. Mos, quem dico, huiusmodi erat: ſub finem convivii poculum, cui *merum vinum infuſum* erat, (ἐπιχεῖν hoc vocabant) manu tenentes, nominabant vel honoris cauſſa nomen principis alicuius viri, vel amoris cauſſa nomen amaſii aut amaſiae, cuius in honorem libabant par-

tem vini, id est, in terram effundebant, reliquam vero c partem (ut consentaneum erat) ebibebant. Hae sunt αἱ τῶν ἀκρατοποτῶν (nam sic pro vulgato ἀκροατῶν haud dubie cum Toupio legendum) ἐπιχύσεις, quarum Theophrastus meminit apud Nostrum, X. 427. c. vel d. Eiusdem moris idem noster Athenaeus alibi quoque mentionem fecit, ut VI. 255. a. & 261. b. quem posteriorem locum si cum Plutarcho contuleris, (in Demetrio pag. 900. c.) videbis in eâdem re hunc pariter scriptorem τὰς παρὰ πότον ἐπιχύσεις dixisse. Idem vocabulum eâdem notione, ex Valesii coniectura, Polybio olim restituimus, lib. XVI. cap. 21, 12. nostrae edit. ubi illud in ἐπιλύσεις nullo sensu erat detortum. De eodem, quem dixi, more in primis porro conferendus Theocriti Scholiastes ad Idyll. XIV. 18. &, qui pleraque ex his, quae commemoravi, iam occupaverat, TOUPIUS ad Theocriti Idyll. II. 151. pag. 390.

Ista verba, πότε αὐτοὺς (nempe τοὺς ὡραίους) προσδεκτέον ὡραϊζομένους, καὶ πότε παραπεμπτέον ὡς ὑπερορῶντας, Dalecampius ita accepit, ut accusativos ὡραϊζομένους & ὑπερορῶντας ad ipsos τοὺς ὡραίους referret: *Quando venustate gratiaque commendabiles admittendi; quando ut fastuosi amandandi.* Similiterque iam olim BUDAEUS acceperat, in Comment. Ling. Graec. pag. 748. ubi ὡραϊζομένους interpretatus est, *decore conspicuos, decorem ostentantes.* Quae ratio nescio an propior sit vero quam ea, quae a nobis tentata est, cum accusativos illos ad convivas retulimus: attamen, in eâdem ratione, ὡραϊζόμενοι non tam intelligendi fuerint *decore conspicui*, aut *venustate commendabiles*, quam qui *formae laudem aucupantur*, qui *sibi placent* & *delicias faciunt*: nempe hi, si modum teneant, ferendi; si nimis superbiunt, ut ὑπερορῶντες amandandi. His scriptis, incidi in CORAYI nostri eruditam ad hunc locum Adnotationem, quae me propemodum praeterierat: »Ὡραϊζόμενοι (inquit in *Notis msstis*) sunt *qui* »*fidle recusant*; per oppositionem ad ὑπερορῶντας, *qui ve*»*re & serio* solicitatores *contemnunt.* Θρύπτεσθαι, καλλω»πίζεσθαι (Plat. in Crit. T. I. pag. 121. ed. Bipont. quod »non intellexit interpres) ἀκκίζεσθαι, immo & βαυκίζε»σθαι, sunt voces synonymae τοῦ ὡραϊζεσθαι. Hesychius »exponit βαυκίζεσθαι per θρύπτεσθαι: & βαυκιζόμενον, »per τρυφερὸν, καὶ ὡραϊστήν. Confer eiusdem Gramma-

c »tici gloſſas, Ἐναβρύνεσθαι, Κατωραΐζεσθαι, & Στεί-»νων.« —

Quod olim ſic edebatur, ὁ Σωφρονίσκου φιλόσοφος· ὃς περὶ ταῦτα &c. mireris a Caſaub. non in Animadv. ſaltem eſſe correctum: erat enim perquam abſurdum. At eodem modo tamen etiam in ms. *Ep.* diſtinctam orationem video. Rectius in ed. Ven. ſic diſtinguitur, ὁ Σωφρονίσκου, φιλόσοφος, ὃς περὶ &c. Manifeſte ὁ Σωφρονίσκου, ſc. υἱὸς, *Socrates* eſt: φιλόσοφος autem, quem dicit, *Perſaeus*.

Ibid. πιστευθεὶς - - ὑπ' Ἀντιγόνου τὸν Ἀκροκόρινθον. De *Antigono Gonata* agitur; cuius praeceptorem olim fuiſſe *Perſaeum*, Aelianus docet Var. Hiſt. III. 17. ubi vide quae
d huc ſpectantia adnotavit Perizonius. *Ibid.* ὑπὸ τοῦ Σικυωνίου Ἀράτου. Articulum, qui deerat editis, recte dedit codex noſter uterque. Rem copioſe narrat Plutarchus, in Arato, p. 1035 ſqq. *Ibid.* ὃς ὁ σοφὸς πάντως ἂν εἴη καὶ στρατηγὸς ἀγαθὸς, μόνον τοῦτο διὰ τῶν ἔργων διαβεβ. Recte πάντως dedit ms. *Ep.* (Mox vero in voce στρατηγὸς deſiit Breviator, ſequentia omittens, usque ad illa verba Κτησίβιος δ' ὁ Χαλκ.) Dein, cum ſic ederetur, μόνος τοῦτο διὰ τῶν ἔργων διαβεβαιωσάμενος, vocem μόνος cum praecedentibus, στρατηγὸς ἀγαθὸς, iungi iuſſit Casaubonus, ſcripturam πάντως etiam commendans, ut eſſet ſententia: »*Quod ſolus omnino ſapiens etiam bonus* »*ducor* exercitus ſit futurus.« — Quod per ſe utique non incommodum foret: ſed μόνον dedere veteres membranae; quod ad ſequentia haud dubie pertinere mihi viſum erat, ironice accipiendum.

e Συμποτικῶν διαλόγων. Sic ms. *A.* quemadmodum ſupra Συμποτικοὺς διαλόγους lit. b. Hoc loco, cum operarum errore Συμποσικῶν in ed. Ven. & Baſ. legeretur, tacite id Caſaubonus in ſua edit. in Συμποσιακῶν mutavit.

AD CAP. LV.

f Κτησίβιος δ' ὁ Χαλκιδεὺς ἐρωτηθεὶς - - τί περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ, &c. »De eodem interrogatus Ari-»ſtoteles quid reſponderit, apud Diogenem licet legere.« [Laërt. V. 20.] Simile quid etiam apud Eunapium in »Aedeſio.« Casaub. — De Ctesibio *Chalcidenſi* confer I. 15. c. *Ibid.*

Δειπνομανὲς, νεκροῦ ὄμματ' ἔχων, κραδίην τ' ἀκύλιστον.

Ad imitationem Iliad. α'. 225. dictum, ut solet alibi passim f idem Timon Homerum imitari, unde ὁ παρῳδὸς Τίμων vocatur Eustathio, hunc versum ex Deipnosophista citanti, ad Odyss. α'. pag. 37, 44. Nihil autem mutant libri, & νεκροῦ ὄμματ' ἔχων idem Eustathius eo spectare conjectaverat, quod δύσμορφος (*deformi facie*) fuerit ille parasitus. WESTON, in Hermesianacte pag. 15. vertit, *cui lumen ademtum.* Mihi, frequentem literarum β & κ permutationem cogitanti, (de qua paulo ante ad lit. a. huius pag. dixi; quae permutatio in ipsis etiam vocabulis νεκρὸς & νεβρὸς apud eumdem Nostrum aliquoties manifeste admissa est, II, 71. a. V. 187. f. IX. 368. d.) probabile visum erat, νεβροῦ fortasse h. l. oportuisse: *hinnuli oculos habens*, id est, *mobiles*, quibus prompte circumspicis & expiscaris, ubi lautam aliquam coenam adipiscaris. Sic, quod de *corde* Homerus dixerat, κραδίην τ' ἐλάφοιο, id ad *oculos* transtulerit Timon: contra, *cor* eidem homini esse *rigidum*, *immotum*, *durum* ait; scil. qui, si quid erogandum est, *flecti nescius*, symbolarum exactori (ut ait WESTON l. c.) more Cynico diceret, τοὺς δ' ἄλλους ἐράνιζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρα. Eustathius l. c. τὴν κραδίην ἀκύλιστον, τὸ ἀτεγκτον ἦθος interpretatur.

MNASALCAE *Epigramma* ex Athenaeo in Adpendicem a Anthologiae retulit H. Stephanus pag. 525. & Brunck in Analect. T. I. pag. 193. num. 14. Habet etiam Eustath. ad Iliad. β'. pag. 216. init. Confer IACOBS Animadv. in Anthol. Vol. I. P. 1. pag. 407. *Vers.* 1. pro τλάμων, perperam ταλάμων habet ms. *A.* Verum tenet ms. *Ep. Vers.* 2. pro vulgato κειραμένη, κειραμένα cum Brunckio scripsi, ut consentiret cum dorica forma ἀ ἀρετὰ vs. 1. & cum βεβολημένα vs. 3.

BATONIS *Comici* Eclogam in Excerpta sua retulit GRO- b TIUS pag. 830 sq. cuius Latinam versionem Graecis versibus subieci. *Vers.* 1. ἐνταυθοῖ καλῶ: quasi ἐγκαλῶ: *huc voco ad rationem reddendam.* Duo *verss.* 3 & 4. eisdem verbis ex Platonis Comici Συναπατῶντι supra citati sunt, III. 103. b. ubi vide notata. *Vers.* 5. Ἄνθρωπ' ἀλάστωρ. Sic edd. In ms. *A.* suo more Ἄνθρωπε absque apostropho scripsit librarius. *Vers.* 6. ἀδικεῖς τοὺς θεούς. Articulus deerat ed. Bas. & Cas. quem recte dedit ed. Ven. cum ms. *A.* Ex tota ecloga Epitomator nonnisi verss. 7 - 10. adposuit. *Vers.* 8. Ante ἣ πέφυκε, c c

c ſuperiore verſu intelligendum videtur τιμιώτερον: quaſi dixiſſet, τιμιώτερον σαυτοῦ, καὶ τιμιώτερον ἢ πέφυκε τῇ φύσει. *Verſ.* 10. Pro κακοῖς, ἀδικεῖς ſcripſit Epitomator ex vſ. 6.

Verſ. 12 *ſqq.* Ἔπειθ' ἕωθεν περιάγεις τὴν λήκυθον,
καταμανθάνων τοὔλαιον, ὥστε περιφέρειν
ὡρολόγιον δόξει τις, οὐχὶ λήκυθον.

» Tanta, inquit, te diffidentia tenet, *ut totum diem a ſum-*
» *mo mane circumferas ampullam, diligenter conſiderans ſub-*
» *inde quod intus eſt oleum: ut iure aliquis putet, non ampul-*
» *lam te huc illuc geſtare, ſed horologium.* Qui ex diffidentia
» metuunt alicuius rei iacturam, ſolent ei incubare, &
» ſubinde illam ſubiicere oculis ſuis, quibus ipſi miſeri
» vix credunt. Theophraſtus, in eius vitii deſcriptione,
» [περὶ Ἀπιστίας, Charact. cap. 19. ed. Caſaub.] καὶ
» φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον, καὶ κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν πό-
» σον ἐστίν. Quae verba pluribus ibi expoſuimus. Κατα-
» μανθάνειν eſt *diligenter aliquid explorare.* An autem in am-
» pulla oleum inſit, nec-ne, motitatione aut pondere
» cognoſci poterat: nam ampullae, ut alibi dicebamus,
» [ad Theophr. Charact. pag. 169. ed. Caſaub.] ſcorteae
» fuerunt, aut fictiles, vel ex aere. Notabis antiquiſſi-
» mum morem circumferendi *horologia*: cuius nullum aliud
» teſtimonium puto in literis antiquis extare, niſi quod
» Vitruvius horum meminit lib. IX. cap. 9. appellatque
» *viatoria, penſilia.* Hodie multiplicis formae horologia
» fiunt elegantiſſima, quae iam non utilitatis, ſed orna-
» menti gratia, etiam proletariorum mulieres ſibi appen-
» dunt.« CASAUB. — Apud Epictetum, Diſſert. I. 24, 11. philoſophi Cynici in itinere ſupellectilia ſunt λήκυθος & πῦρα. Quod hîc dixit poëta καταμανθάνων τὸ ἔλαιον, idem ſpectaverat auctor Epigrammatis pag. 121. a. cum βλεπελαίους Cynicos nominavit, ſi vera ibi illa ſcriptura. De *horologio*, cuius hîc fit mentio, nonnihil iam diſputaverat Caſaub. ad I. 1. e. Animadv. T. I. pag. 18. Adde, quos ibi laudavi, Menag. ad Laërt. II. 1. & Salmaſ. Exercit. Plinian. ad Solin. pag. 451 ſqq. Ipſum quoque hunc locum tetigit SALMASIUS ibi pag. 456. monens, » non poſſe ex his verſibus colligi, quod Caſaubonus » coniecerat, iam tum vulgata fuiſſe *horologia viatoria &* » *penſilia*, quorum meminit Vitruvius; quae recentioris » inventi eſſe conſtat.« — Neque vero ad liquidum per-

ducta quaestio de Horologiis veterum adhuc videtur. Hoc c loco, ubi *ampulla olearia* cum *horologio* quodammodo confertur, videtur *aquarium* quoddam *horologium* vel *clepsydra* intelligendum: quam video VILLEBRUNII quoque fuisse sententiam. Caeterum & illud ab eodem VILLEBRUNIO vere monitum videtur, verba περιάγειν & περιφέρειν hoc loco non tam notione *circumferendi*, *huc illuc gestandi* esse accipienda, quam notione *invertendi*. Sane, *secum circumferre*, graece, non περιφέρειν, nec περιάγειν, sed περιάγεσθαι sonat. Pro ὥστε περιφέρειν ὥρολ. δόξει τις, malebat ὡς σε CORAY. At ὥστε non minus recte, quam ὡς, cum indicativo pro infinitivo construi posse videtur: pronomen autem personale facile per se poterat subintelligi.

AD CAP. LVI.

ὁ Τίμων σου φησί. Nec parentheseos signa adiecta d habent superiores editt. & nullâ prorsus distinctione interiectâ sic scribunt, ὁ Τίμων σου περὶ τοῦ κυνὸς &c. Nec aliter ms. *A*. In *Ep*. desunt haec de *Timone*, simul cum *Archestrati* versibus. Monuit autem CASAUBONUS: » Scri» bendum, ὃν ἀντὶ τοῦ Ὁμήρου προσκυνεῖς διὰ τὴν γαστέ» ρα, ἧς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν, ὁ Τίμων σου φησί που. « — Mihi satis visum erat φησί: quod verbum omisit librarius, cum ad consecutionem orationis non adtenderet animum, & sequens verbum γράφει huc referendum putaret. Pergit CASAUBONUS: » De Epicuro dixit Timon in » Sillis, [nempe teste Athenaeo nostro, VII. 279. f.] γα» στρὶ χαριζόμενος, τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν. Ex reliquiis » poëmatum Timonis apparet quam diligens in Homeri » lectione fuerit. Multa enim illius usurpat pro suis, vel » ἀπαραλλάκτως, vel leviter immutans, ut hîc. Versus » enim Homeri est, [Od. ν'. 216.] Οὐ γάρ τοι στυγερῇ » ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο. « — Inde *parodum* TIMONEM Eustathio dictum paullo ante vidimus.

In ARCHESTRATI Fragm. *vers*. 2 *seq*. ὅσσοι κεπφωτ τελεβώδη ψυχὴν κέκτηνται. » *Fatuos & corrupti iudicii* » *homines*, quibus nihil palatum sapit, sic describit Ar» chestratus,

» Οὐδ' ἔσθειν ἐθέλουσ' ὅσσοι κούφην τελεβώδη » ψυχὴν κέκτηνται ἰχθῦς.

d »Quibus non erit maior linguae Graecae usus quam no-
»bis, aegre illis persuadebitur, τὸ τελεβώδη Graecum es-
»se vocabulum. Atqui non tantum isto loco, sed & li-
»bro septimo, ubi iterum describuntur Archestrati ver-
»sus, in ea lectione scripti cum editis consentiunt. Quid
»super eo verbo sit statuendum, iudicent acutiores. In-
»terea sunto coniecturae, quas subiiciemus, vel οὐκ ἐμ-
»πειρίας vel εὐστοχίας nostrae monumentum. Potest scri-
»bi, κούφην κ' ἐρεβώδη: *mentem levem & caliginosam.* Sic
»τόπος ἐρεβώδης apud Apollodorum. Potest etiam,

»Οὐδ' ἔσθειν ἐθέλουσ' οἳ κούφην κ' ἐλλεβορώδη
»ψυχὴν κέκτηνται.

»*quibus mens est ellebori egens*, &, ut ait Persius, *ebria ve-*
»*ratro.*« — At libro VII. pag. 303. e. ubi iidem versus repetuntur, non prorsus cum huius loci lectione consentiunt libri. Priorem enim versum ibi sic exhibent membr. *A.* cum editis:

Οὐδ' ἔσθειν ἐθέλουσιν ὅσσοι κούφαν γε λεβώδη.

Ibidemque in κούφαν (per vocalem α) consentit ms. *Ep.* (in quo hoc quidem loco omnes istos versus desiderari dixi:) sed in eodem cod. pro γε λεβώδη magis corrupte, & ad metrum prorsus inepte, καὶ λεμβώδη scribitur. TOUPIUS in Epist. Crit. p. m. 80. nude ὅσοι τὴν ἀττελεβώδη ψυχὴν legendum contendit, expulsa prorsus voce κούφην; quam nihil esse aliud, ait, nisi interpretationem τοῦ ἀττελεβώδη. CORAY, in *Notis msstis*, κούφην κ' ἀνεμώδη legens: »Sunt nimirum, inquit, ἀνεμώδη »ψυχὴν κεκτημένοι, illi ipsi quos & ὠεσίφρονες appellant, »vocabulo composito ex ἄω, unde ἄημα, synonymum »τοῦ ἄνεμος.« — Mihi aliquid magis reconditum videbatur latere in istâ bis fere eâdem recurrente scripturâ: probavique BENTLEII acute inventum, κεπφαττελεβώδη corrigentis, in *Differt. upon the Epistles of Phalaris* pag. 86 sq. Vocabulum non male conveniens Archestrati stylo, & percommode id quod voluerat poëta exprimens. Ἀττέλεβος (idem valens ac ἀττέλαβος) est *minuta locusta*, sive aliud quoddam *insectum, herbas & olera rodens*: ut mire conveniat hoc vocabulum cum his, quae deinde subiicit poëta, ὥστε πρέπει καθαρῶς, ὁπόσοι τάδε μωρολογοῦσι, τοῖς λαχάνοις προσάγειν. Κέπφας, interprete Hesychio, *avicula* est ita *levis*, ut a vento facile hinc inde pellatur; unde, ut adnotavit idem Grammaticus, etiam

κοῦφος ἄνθρωπος, *levis homo*, κέπφος adpellatur: d
(vides gloſſae κοῦφος originem:) eademque avicula ita *ſtupida* & *deceptu facilis* habebatur, ut κεπφωθεὶς vulgo diceretur ὁ ἀπατηθεὶς, *deceptus*: & ipſum nomen κέπφος, ut Suidas docet, diceretur ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνθρώπων, *in homines ſtolidos.*

Verſ. 3. Pro εἰσὶν δ' ἀπόπληκτοι, quod hîc habebant edd. cum msto, εἰσίν τ' ἀποπλ. ex coniect. corrigi iuſſerat CORAY: cui eo lubentius ſum obſecutus, quod altero loco VII. 310. e. eamdem particulam τε pro vulgata δὲ agnoſcat uterque noſter codex mstus; quamquam ibi imperite traiecta verba ſint in hunc modum, θνητῶν τ' εἰσὶν ἀπόπληκτοι. *Verſ.* 4. ὡς ἀνθρωποφ. Sic commodius hoc loco, quam ὡς δ' ἀνδρωποφ. quod habet altero loco ms. *A.* *Verſ.* 5. ἰχθὺς σάρκα φιλεῖ. Perperam h. l. σάρκας φιλέει ms. *A.* Pro ἄν περ, ſcribitur ἄν που p. 310. e.

Ἦν δ' ὁ Διόδωρος οὗτος -- Ἀσπένδιος. Huius *Theodori* e
Aſpendii mentionem fecit Iamblichus, in Vita Pythag. ſect. 266. De quo conf. Schefferum DE Nat. & Conſtit. Philoſ. Ital. pag. 172. Bentlei l. c. pag. 85. & Brucker. in Hiſt. Crit. Philoſ. T. I. pag. 1101 ſq. *Ibid.* ἀπὸ τοῦ Διοδώρου προαχθέν. Vide paulo inferius ad verbum προσαγαγόντα lit. f.

πρὸς ὃν ἐπιστέλλων ὁ Στρατόνικος ἐκέλευσε τὸν ἀπαίροντα τὸ ῥηθὲν ἀπαγγεῖλαι τῷ περὶ θηροπέπλου μανίας ὕβρεώς τε περιστάσιμον στοὰν ἔχοντι Πυθαγόρου πελάτᾳ. f
Cum in huius loci interpretatione toto coelo ab auctoris ſententia aberraſſet Dalecampius, CASAUBONUS (in Animadv.) Graeca iſta ſic latine reddidit: »*Ad quem ſcribens* »*Diodorus, iuſſit eum qui proficiſcebatur renuntiare quod ipſi* »*dixiſſet, Pythagorae clienti, cuius porticus magna frequentia* »*celebratur*, (dum diſputat) *de inſania amiciendi ſe more fe-* »*rarum, & inſolentia.*« Pergit inde CASAUB. »Non eſt »hic ſtylus aſſuetus *Stratonico*; quod declarant multa eius »acute dicta, quae magni ſcriptores nobis conſervarunt. »[vide Athen. VIII. pag. 347 ſqq.] Sed induit Stratoni- »cus φιλοκαινίαν orationis & χαυνότητα, ut eadem vi- »tia in factis illius, ad quem ſcribebat, irrideret. Porro »Stratonici verba, quae hic deſcribuntur, videntur eſſe »titulus atque ἐπιγραφὴ Epiſtolae, quam *Diodoro* mitte- »bat. Itaque vere Stratonici ſunt tantum haec: Τῷ περὶ

f » Ἠιροπέπλου & quae sequuntur: caetera adiecit Timaeus; » quem miror equidem, seriam Historiam professum, his » nugis chartas suas impleviſſe. Interpretibus nihil hîc lu- » cis affulsiſſe res ipsa loquitur: noſtra interpretatio quam » bene iis consentiat quae de Diodoro refert Athenaeus, » nemo non videt. Debemus Palatino codici elegantiſſi- » mam vocem περιστάσιμον. [Nempe sic edebatur » ubique, ὕβρεώς τε πέρι, στάσιμον στοὰν &c.] Πε- » ριστάσεις ποιεῖν, ut dicebamus ad Theophraſtum, [Cha- » ract. c. 9. περὶ Λογοποιίας. pag. 215. ed. Casaub.] est, » *agyrtarum more turbam circa se cogere.* Inde *locus* περιστά- » σιμος, *qui frequentia hominum celebratur.* Ἠιρόπεπλον μανίαν » quid aliud esse dicas, quam quod expreſſimus? Huc per- » tinent illa superiora verba, κομῶν, ῥυπῶν, ἀνυποδητῶν, » & alia in eam sententiam. ὕβρις est *inhumanitas & inso-* » *lentia* hominis, qui deficit a caeterorum moribus & in- » stitutis: nam in corporis cultu, ut docet Varro, aliud » est homini, aliud humanitati satisfacere. « — περιστά- σιμον recte, una voce, scriptum etiam in noſtris membr. *A.* Vocabulum περίστασις eadem notione, qua περιστά- σιμος στοὰ hoc loco dicta est, Polybio aliquoties usur- patum olim obſervavimus. Vide Lexic. Polyb. hac voce, num. 3. Pro πελάτῃ, quod erat editum, πελάτᾳ scri- psi cum membr. *A.* doricâ formâ, quae suo loco hîc stabat. Nescio vero an etiam Πυθαγόρα scriptum opor- tuerit pro vulgato Πυθαγόρου.

κατά τινα τύφον τὴν ἐπιτήδευσιν ταύτην προσαγαγόν- τα. καὶ κατά τινα erat editum, consentiente (quod sciam) msto *A.* Delevi incommodam h. l. particulam, auctori- tate msti *Ep.* Non damno προσαγαγόντα, quod uter- que codex cum editis agnoscit; quod sonare potest, *ad- hibuiſſe, adiunxiſſe* eum hoc institutum reliquis Pytha- goraе institutis. Suspicatus tamen eram, προαγαγόντα for- tasse oportuiſſe, quod idem valere videtur ac εἰσαγαγόν- τα, *invexiſſe, introduxiſſe*: quo sensu & προάγειν εἰς φῶς Graeci dicunt, *in lucem proferre.* Sic paulo ante, ἀπὸ τοῦ Διωδώρου προαχθὲν, *a Diodoro invectum, introductum*: nisi forte ibi verba ista sic reddenda fuerant, *a Diodoro deriva- tum, propagatum*, nam illa notione, quam modo dixi, quamque in versione posui, vereor ne non ἀπὸ, sed ὑπὸ scriptum oportuiſſet.

AD CAP. LVII.

ἢ ὡς εἰς ἀσώτιον, μαγειρικὰ σκεύη καταλέγειν μαθη- a
σόμενοι. Vocabulum ἀσώτιον non nisi eo consilio hic adposuit Athenaeus, ut viam sibi pararet de illius vocis usu deinde differendi. Eodem consilio (frigide satis, ut mihi videtur) μαγειρικὰ σκεύη nunc rursus nominat, quorum iam supra p. 149. a. facta erat mentio. Vide paulo post, pag. 165. d. & 169. a. b. *Ibid.* τὸν Ἀθηνογένους Κεφαλίωνα ἀποστοματιοῦντες. ATHENOGENIS *Cephalionem recitaturi.* Quis fuerit ille ATHENOGENES, aut quodnam eius scriptum, cui titulus *Cephalio*, doctioribus inquirendum relinquo. Mihi quidem nihil compertum: nam de *Athenogene Martyre*, (de quo egit Fabric. Bibl. Graec. T. V. pag. 195 sqq.) nemo hic cogitaverit: quod vero scriptionis titulum ad *Cephalionem, rhetorem & historicum*, Suidae commemoratum, spectare coniectaverat DALECAMPIUS, ut contra hunc *Athenogenes* nescio quis scripserit librum conviciis & probris plenum; ea quidem gratuita prorsus coniectura est.

In SOPHOCLIS Fragm. ex *Cedalione*, κέντρωνες, sunt *fures, qui merentur ut aculei & tormina eis admoveantur.* Vide Suidam, &, e quo ille sua hausit, Scholiasten Comici ad Nub. 449.

Quae sequuntur verba, δέον ὑμᾶς ἐπιφαγεῖν τι - - - b
ἡμᾶς ᾔδμις, eorum nec integritatem aut veritatem scripturae praestabo, & sententiam minime mihi liquere ultro profiteor. In ed. Ven. Bas. & Cas. 1. absque parentheseos signis edita ista leguntur; & in ed. Ven. & Bas. quidem sic, δέον ὑμᾶς ἐπιφαγεῖν τι - - - χαριτογλωσσεῖν ὑμᾶς ᾔδμις: in ed. Cas. 1. vero, δέον ἡμᾶς - - - χαριτογλ. ὑμᾶς ᾔδμις. Dein in Animadverss. monuit CASAUBONUS: »Ita haec distinguo, Ὅτι δ' ὑμεῖς οἱ φιλόσοφοι »περὶ τὰ δεῖπνα ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχετε (δέον ἡμᾶς ἐπιφα»γεῖν τι αἰτῆσαι, ἢ ἐπεσθίειν τι τῶν κυνικῶν βρωμάτων. »οὔτε γὰρ χαριτογλωσσεῖν ἡμᾶς ᾔδμις.) δῆλον ἐξ ὧν »καὶ Ἀλ. Scio quid de vocibus ἐπιφαγεῖν & ἐπεσθίειν »mox scribatur: nihilominus tamen isto [hoc] loco non »putem otiosam esse praepositionem. ἐπιφαγεῖν & ἐπε»σθίειν interpretor, *edere post alium*, &, ut ita dicam, »*arrodere iam rosa.*« — Cuius praescriptum hactenus secuti sunt ii, qui editionem Cas. 2. & 3. curarunt, ut eo loco,

b ubi Casaubonus iusserat, *parenthesεos signa* ponerent: sed δέον ὑμᾶς & ὑμᾶς θέμις, quod erat in ed. Ven. & Bas. utrobique repositum est in ed. Cas. 2. & 3. Ego vero tenendam scripturam nostrarum membranarum duxi, quae δέον ὑμᾶς & ἡμᾶς θέμις dederunt. In *Epit.* haec omnia desunt. Verbum ἐπιφαγεῖν proprie *superedere* sonat, quod Plinius dicit lib. XIX. 6, 34. id est, *insuper edere*, & sigillatim, *cum pane* vel *praeter panem comedere*, ut Pollux docet, VI. 39. Et sic commode infra accipi potest in Eupolidis verbis apud Nostrum, IV. 170. d. Sed videtur etiam simpliciter pro *comedere* accipi posse, quemadmodum haud dubie usurpatur vicinum verbum ἐπεσθίειν vel ἐπεσθειν, ibid. apud Nostrum in Aristophanis versu, tum in illis Epicharmi verbis, τὰ γλυκέα μὲν ἐντ' ἐπέσθειν, apud eumdem Nostrum, III. 85. d. pariterque in illis Callimachi, ἄλα λιτὸν ἐπέσθων, Epigr. LI. Et hoc loco utrumque verbum ἐπιφαγεῖν & ἐπεσθίειν non alio sensu accipiendum videtur: & utrumque quidem, quemadmodum & verbum χαριτογλωσσεῖν, (quod paulo ante de vocabulis ἀσώτιον & σκεύη μαγειρικὰ diximus) non alio consilio hic posuit Grammaticus noster Deipnosophista, nisi ut deinde Ulpianum suum inducere posset interrogantem, quisnam e veteribus auctoribus usus esset illis verbis; (pag. 169. a.) cui deinde alium e convivis faceret respondentem, testimoniaque veterum proferentem. Vide pag. 170. d. & pag. 165. c.

ἀπὸ βιβλίων - - λαβόντα ἐντυχεῖν. Vertit Dalech. *eum accipere qui casu obvenisset.* Id Graece sonabat, λαβεῖν ὃν ἂν τύχῃ aut ᾧ ἂν ἐντύχῃ. At λαβόντα ἐντυχεῖν, est *caperet & legeret.* Sic mox apud ipsum poëtam Linus ait, λάβε, ἔπειτ' ἀναγνώσει. Nihil ista notione verbi ἐντυγχάνειν vulgatius: vide Lexic. Polyb. & Ind. Graec. Epictet. hac voce, & Notas nostras in Epict. Differt. T. II. P. I. p. 7. Ad λαβόντα intelligendum τι vel ἕν, usitatissima ellipsi.

c In ALEXIDIS *vers.* 3. ἔπειτ' ἀναγνώσει recte dedit. ms. *A.* Cum perperam ἀναγνῶς esset editum, sic corrigendum suspicatus erat IACOBS in Notis msstis, ἔπειτ' ἀναγνῶς, πάντα γ' εὖ διασκοπῶν. *Vers.* 7. δηλώσεις γὰρ οὕτω τὴν φύσιν &c. Respicitur Prodici fabula, de *Hercule*

d *in bivio*, apud Xenoph. Memorab. II. 1. *Vers.* 12. Σιμοῦ τέχνην ἔλαβες. SIMI *artem sumsisti.* Simus, civitate Magnes, hilarodica poësi clarus, memoratur infra, XIV.

620. d. Sed ibi Σῆμον, non Σῖμον, habet uterque codex noſter; quod tamen mendoſum utique videtur. Alius eſt *Simus* Cous, Medicus, Straboni laudatus & Columellae, monente Fabric. in Bibl. Graec. T. XIII. pag. 424. & Harduin. in Ind. Auctorum a Plinio laudatorum, p. 66. Is, de quo hîc agitur, vere-ne ſcripſerit *Artem coquinariam*, an finxerit hoc poëta, non dixerim.

AD CAP. LVIII.

In CRATINI *verſ.* 1. Εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην. *Vidiſti-ne e Thaſium hoc ſalſamentum?* » Scripſimus auctoribus membranis Θασίαν, cum eſſet editum Θυσίαν, immani errore. Libro ſuperiore veram lectionem expoſuimus cap. XXXII. « CASAUB. — Vide Notata ad III. 119. c. Animadv. T. II. pag. 334. ſub fin. ubi poſt illa Plinii verba, de *ſalpa* piſce, *qui piſcis nusquam percoqui poteſt niſi ferula verberatus*, haec adiecit CASAUBONUS: Cynulcus libro » ſequente [nempe hoc ipſo loco] dictionem τάριχον per » circumlocutionem expreſſit, de Magno hunc verſum » pronuncians, Εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην οἵ' ἄττα βαύζει. » Nam Θασία ἅλμη idem valet ac τάριχος. Sic autem » eum locum emendamus ex ſcripta lectione. « — Recte vero Θασίαν (pro Θυσίαν, quod erat in ed. Ven. & Baſ.) dedere veteres quoque noſtrae membranae. *Verſ.* 2. » ἐκ » παραλλήλου dictum, ταχέως καὶ παραχρῆμα: neque mu» tanda eſt diſtinctio, ut ſentiebat Dalecampius. « CASAUB. — Nempe Dalecampius, tollens diſtinctionem poſt καὶ παραχρῆμα, verba haec cum ſequentibus iuncta voluerat, ſic vertens: *quam extemplo apud ſurdum caecus loqui viſus eſt!* — » *Tertius verſus* elegantiſſimum proverbium » continet, οὐ μέν τοι παρὰ κωφὸν ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι: » de eo qui maledicenti remaledicens, &, ut dicitur Grae» co proverbio, τὸν ξύοντα ἀντιξύων, probe ſe vindica» vit. « CASAUB.

κολάβρους ἀναγινώσκει καὶ μέλη πάραυλα καὶ ἀκρότητα κύμβαλα. Ad vulgatum olim κολάρους, ſic commentatus eſt CASAUBONUS: » Quid appellat κολάρους? aut omnino » quid ea vox ſignificat? Nobis id verbi alibi nusquam le» ctum. Quin hîc quoque illud non agnoſcit Euſtathius, ne» que Epitomae auctor. Dalecampius vertit *mutilos*: legit » nimirum κολούρους: quam frigidâ ſententiâ, omnes intel-

e » ligunt. Sed locus eſt emendandus literae unius adjectio-
» ne, ſcribendumque κολάβρους. Vide lib. XV. cap.
» XVI. [XV. 697. c.] μέλη παράυλα recte Eraſmus expo-
» ſuit, [in Proverbio, *Nihil ad Bacchum.*] *modos ad tibiam*
» *non reſpondentes.* Euſtathius: [ad Iliad. σ'. pag. 1214, 34.]
» Παρὰ Σοφοκλεῖ μὲν βοὴ πάραυλος, ἡ ἐξισουμένη αὐλῷ, ἢ
» κατὰ ἁρμῳδίαν, ἢ διὰ τὸ τρανές. παρ' ἑτέρῳ δέ τινι,
» μέλος πάραυλον, τὸ ἀπῳδόν· κατὰ τὸ, ὑπ' ἐμφύτου
» γαστριμαργίας καὶ ἡδυλογίας ἀναπέμπει (noſtri omnes
» [Athenaei] codices, ἀναγινώσκει) μέλη πάραυλα. Haec
» Euſtathius. Ἀκρότητα κύμβαλα, ſunt *cymbala male ſonan-*
» *tia, neque ex arte modulata.* E contrario κροτητὰ μέλη
» apud Sophoclem in Thamyra, [apud Athen. IV. 175.
» f.] Οἴχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη. « — Libro XV.
apud Noſtrum pag. 697. memorantur *οἱ τοὺς κολάβρους*
(ſic recte ibi ms. *A.*) καλουμένους συντιθέντες: & *Creſiphon*
Athenienſis, ποιητὴς τῶν καλουμένων κολάβρων. Ubi
haec monuit idem CASAUBONUS: » Κολαβρίζειν Graecis eſt
» σκιρτᾶν; [docente ſcil. Heſychio] *luſcive ſaltare.* Inde
» genus *ſaltationis petulantis & luſcivae*, κολαβρισμὸς eſt di-
» ctus. [vide Polluc. IV. 100.] Cantiones, quas inter co-
» labriſſandum cantitabant, κόλαβροι vocabantur: parum
» honeſtas, & ſpurcidicas eas fuiſſe, clarum ex Athenaei
» hoc loco. Vocem κόλαβροι, quomodo hîc capitur, pro
» *obſcoeno & inhoneſto carmine*, non temere alibi legas quam
» hoc loco & ſimili alio libri quarti, ſi per impuros li-
» brarios licuiſſet. « — Aliàs κόλαβρον graece vulgo *por-*
cellum (τὸν μικρὸν χοῖρον) dici ſolitum Suidas adnotavit:
pariterque apud Heſychium, in Κόλαβρον, pro vulgato
κοιλίδιον, χοιρίδιον legendum videtur. Epitomator h. l.
iſtud ipſum vocabulum, ignotum ipſi ac ſuſpectum, prae-
termiſit, ſic ſcribens: Ὑπὸ τῆς ἐμφύτου, φησὶ, (nempe
auctor Athenaeus) γαστριμαργίας καὶ ἡδυλογίας ἀναγινώ-
σκει μέλη (vitioſe μέλι noſter ms. *Ep.*) πάραυλα. De
dictione, ἀκρότητα κύμβαλα, conf. KÜSTERUM ad Heſych.
ad voc. Ἀκρότητα, pag. 207. ed. Albert. & VALCKENA-
RIUM ad Theocr. pag. 225. ubi ait, latere in iſtis Athe-
naei verbis verſum *Cratini* hunc,

Μέλη πάραυλα, κἀκρότητα κύμβαλα.

» Intelliguntur, inquit, *abſona carmina, & cymbala ſonos*
» *edentia diſſonos, atque adeo immodulatos.* « — Ac ſatis per-
ſpicue ſane ſenarius ille in Athenaei verbis continetur:

ſed, quo iure *Cratino* illum tribuerit Vir doctiſſimus, non video. Certe cum verſibus Cratini modo citatis nec quod ad ſententiam ſpectat cohaeret hic; & illi hexametri Alexandrini ſunt, hic iambicus eſt ſenarius.

In ALEXIDIS fragm. ex fabula *Exſule*, *Verſu penult.* te- a
mere Caſaubonus Hoeſchelio obſecutus eſt, qui pro τὸν ἑστιῶντα, quod in ed. Ven. & Baſ. recte poſitum erat, τῶν ἐσθιόντων corrigere iuſſerat, e ſuo (puto) codice misto Epitomae, quem dein eumdem Caſaubono utendum miſit. Recte vero τὸν ἑστιῶντα, id eſt, *convivatorem*, tenet noſter ms. *Ep.* cum editt. vett. & ms. *A.* In *alterius Fragmenti* ALEXIDIS *verſ.* 3. in fine, pro ἐστὶ γλυκύ, quod erat editum, ἐστὶν γλυκὺ commodius dedit ms. *A.*

Θεόπομπος δ' ἐν Ὀδυσσεῖ. »Pollux lib. VII. c. 16. b
»[ſect. 74.] fabulam hanc THEOPOMPI inſcribit Ὀδυσ-
»σεῖς, numero multitudinis. Quae de *Ulyſſe* hiſtoria
»fabularis continet, non ſolum Epicis & Tragicis mul-
»iorum poëmatum argumentum praebuerunt, ſed etiam
»Comicis multarum comoediarum. Citatur Epicharmi Ulyſ-
»ſes duplex, Αὐτόμολος, & Ναυαγός. Cratini quoque, ut
»Theopompi, Ὀδυσσεῖς ſaepe laudantur: item Alexidis
»Ὀδυσσεὺς ὑφαίνων. Nominatur & Anaxandridis Ὀδυσ-
»σεὺς Athenaeo. « CASAUB. — *Theopompus* ἐν Ὀδυσσεῖ, ut apud Noſtrum, ſic citatur a Scholiaſte Ariſtoph. ad Veſp. 1337. Theopompum ἐν Ὀδυσσεῖ α'. laudat Erotianus in Λάσιον, ut docuit Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 792. THEOPOMPI *verſ.* 1. Εὐριπίδου τ' ἄριστον οὐ κακῶς ἔχον. Nusquam vulgo diſtinguunt Graeca verba; quae Dalecampius & interpres Gallicus in hanc ſententiam acceperunt, *Euripidis prandium non male habens.* GROTIUS vero, in Excerpt. pag. 553. ſic edidit:

Εὐριπίδου τ' ἄρεσκον οὐ κακῶς ἔχον,
τἀλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Hac adiecta interpretatione:

Scitum comperior illud placitum Euripidis:
Vere beatus quisquis eſt, coenat foris.

De mutatione vero priori verſui adhibita nihil in Notis monuit Vir magnus. Puto autem ἀρέσκον eum voluiſſe, non ἄρεσκον: quamquam hoc ipſum ἄρεσκον, eodem modo ſcriptum, repetiit Barneſius in Notis ad Euripidis Fragm. ex incertis Tragoed. vſ. 396. At mihi ne illud quidem, Εὐριπίδου τ' ἀρέσκον, ſatis Graecum eſſe

b visum erat: nam Εὐριπίδῃ in tertio casu oportuerat: quare ab ista mutatione abstinendum putavi. Sed ἄριστον tenens, pro ἀριστον ἔπος accepi; tum vero proximis verbis, Οὐ κακῶς ἔχον, ipsius Euripidis dictum incipere mihi videbatur. Musgravius quidem in Fragm. Eurip. num. 222. omisso priore versu, posteriorem solum adposuit: hoc saltem ostendens, se ista verba, οὐ κακῶς ἔχον, cum aliis viris doctis non pro Euripideis habuisse.

AD CAP. LIX.

Πόθεν δὲ καὶ ἡδυλογία. » Proponuntur ab Ulpiano quae-» itiones aliquot super dictionibus nonnullis, quibus de » industria usus est auctor in superiore velitatione inter » Laurentium, Cynulcum, & Magnum. Primum quaeri-» tur auctor vocis ἡδυλογία, quae praecessit non longe, » [pag. 164. lit. e.] ὑπὸ τῆς ἐμφύτου γαστριμαργίας καὶ » ἡδυλογίας. « CASAUBONUS — Forsan καὶ ἡ ἡδυλογία (cum articulo) scriptum reliquerat Athenaeus.

ὦ χοιρίον εὐάρτυτον. Perperam εὐάρτητον ed. Ven. & Bas. de quo corrigendo monuerat Hoeschel. & correxit Casaub. consentientibus msstis. Idem Hoesch. ex sua Epit. χοιρίδιον commendavit, quod & noster ms. *Epit.* habet. Et probum quidem per se erat χοιρίον, quod cum editis agnoscit ms. *A.* Sin, ut mihi videtur, e Comico aliquo ducta ista verba sunt; praestabit (puto) ipsa illa scriptura, ὦ χοιρίδιον εὐάρτυτον, quod fuerit posterius hemistichium senarii alicuius iambici. Nec enim ita accipienda sunt pleraque ex eis dicteriis conviciisque, quae inter convivas iactata facit Athenaeus, quasi ab iratis cum livore proiecta: sed ut poëtarum flosculi, quibus illi iocantes ridentesque conspergere sermones suos exhilarareque voluerint.

Φρύνιχος ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν τῷ Ἐφιάλτῃ. » Huius dra-» matis & Scholiastes Comici in Aves facit mentionem, » & Iulius Pollux lib. VII. cap. XXIV. ubi male editum » est Ἰφιάλτῃ: hinc corrige. « CASAUB. *Ibid.* μνημονεύει τοῦ ἡδυλόγου. τοῦ ἡδυλογεῖν malueram, quoniam in adlata ecloga verbum ἡδυλογοῦσι occurrit: sed potest & ἡδυλόγου ferri, sive in masculino accipias, sive, quod equidem malim, in neutro genere, a τὸ ἡδυλόγον, quod idem valeat ac τὸ ἡδυλογεῖν. PHRYNICHI *eclogam* in

Excerptis ſuis exhibuit GROTIUS, pag. 497. monens eſſe partim anapaeſticos verſus tetrametros cataleſticos, partim iambicos ſenarios. *Verſ.* 1. Ἔστιν cum Grotio ſcripſi, metri cauſſa, pro ἔστι, quod erat vulgatum. *Verſ.* 3. γε particulam ex coniectura inſerui: ſic minimo negotio fulciri labans metrum poſſe viſum erat. Epitomator quidem, ex tota ecloga nonniſi haec verba excerpens, Ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν τοῖς δακτύλοις μισάνθρωπον, poſterius hoc nomen adiectivum ad ſubſtantivum κέντρον retulit. Quae ſi vera ratio eſt, fuerit ἀνθος ἥβης in accuſativo caſu accipiendum, *florem iuventutis*: quam in partem GROTIUS accepit, cuius eſt verſio totius Eclogae huiusmodi:

Quos iam poſſe evadere, rebus cunctis magis ardua res eſt:
aculeatum nam quid in promtu gerunt,
hoſtem aliorum, florem iuventutis. Compellant comiter omnes,
ſemperque forum circumcurſant, & ibi ſubſellia oberrant.
At, quos benigne affantur, his magnam affricant
ſcabiem: dein ſeſe occultantes, ſimul effuſe omnia rident.

Verſ. 4. αἰεὶ ſcripſi cum Grotio, primâ ſyllabâ longâ. ἀεὶ vulgo. *Ibid.* περιόντες per ſyncopen intelligendum pro περιιόντες poſitum. *Ibid.* ἐπὶ βάθροις ὅταν ὦσιν ſcripſi cum Grotio, deleto τοῖς articulo, quem non ferebat metrum; & verbis ὅταν ὦσιν ad ſuperiora relatis, a quibus diremta erant in ed. Baſ. & Caſ. commate poſt βάθροις interpoſito. Ad ὦσιν vero intellexi οἱ Ἀθηναῖοι vel οἱ πολῖται. *Verſ.* 5. Pro ἐκεῖ δὲ, quod pariter a Grotio accepi, poteras etiam ἔπειτα ſuſpicari. *Ibid.* Vere-ne admiſerit Phrynichus dactylum ἥδυλο in quartam ſenarii iambici ſedem, an alio modo ſuccurrendum metro fuerit, non dixerim. Illud utique recte a Grotio factum iudicaveram, quod verſum hunc pro ſenario accepit, & vocem ἀμυχὰς, quae vulgo ei iungebatur, inde ſeparavit ſequentique adtribuit. *Verſ.* 6. καταμύξαντες commode dedit ms. *A.* pro κατανύξαντες quod erat editum. *Ibid.* συγκρύψαντες poterat active accipi, intelligendo τὰ κέντρα: ſed nec male reciproce (intellecto pronomine ἑαυτοὺς) accepiſſe videtur Grotius. *Ibid.* ἅπαντα bene edd. ἅπαντες, quod eſt in *ms. A.* ad ſententiam non magis, quam ad metrum, aptum erat.

Τὸ δὲ χαριτογλωσσεῖν. Reſpicit locum ſuperiorem, pag. 164. b. ubi vide notata. *Ibid.* Αἰσχύλος &c.

c AESCHYLUS in *Prometh. Vincto*, vſ. 293 ſq. Priorem verſum, qui apud ipſum poëtam erat anapaeſticus dimeter, neſcio quis ſciolus temere apud Athenaeum cum iambico ſenario permutatum cupiens, ſic ſcripſerat,

Γνώσει τάδ' ὡς ἔτυμά γ' οὐδὲ γὰρ μάτην.

Sic quidem omnes Athenaei editiones. Sed vel ipſo claudicante metro prodebat ſe hominis imperitia: nam in voce ἔτυμα mediam longam fecit, quae ubique brevis eſt. Optimae noſtrae membr. *A.* cum Aeſchyli codicibus, omiſſis γ' & γὰρ particulis, amice conſpirant. *Initio verſus* eaedem membr. cum editis Atticam formam Γνώσει tuentur, quam apud Aeſchylum ex Athenaeo recte recepit SCHÜTZIUS. Vocem ἔτυμα pro more plene ſcriptam dedere membranae: ſed cum editis ignorant δὲ, quod poſt γνώσῃ recte legitur apud Aeſchylum. Omnia deſunt *Epit.*

d τὰ μαγειρικὰ σκεύη; τούτων γὰρ ἐμνημόνευσαν, ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς δείπνοις μνήμης ἠξιωμένων. Indefinite dicit ἐμνημόνευσαν, ſcil. οὗτοι. Nempe, proxime quidem, Magnus, pag. 164. a. paulo vero ſuperius (pag. 149. a.) alius e convivis, Plutarchus, ubi *de Phigalenſium conviviis*, quae *Arcadiae* civitas eſt, agebatur. Reſpondebitur vero ad iſtam Ulpiani quaeſtionem paulo inferius, p. 169. b. & ſeqq. *Ibid.* τὸ ἀσώτιον τοῦ κεῖται; Vide ſupra, pag. 164. a. & infra, pag. 169. a. b.

De dictione illa, σφαῖραν ἀπέδειξε τὴν πατρῴαν οὐσίαν, in ALEXIDIS fragm. *ex Cnidia*, (quae mox repetitur in

e fragm. ex eiusdem *Phaedro*, adiecta ſimili alia, συνεστρόγγυλλεν) dixi nonnihil ad II. 42. f. Animadv. T. I. pag. 304. Confer etiam II. 58. a. *Ibid. Verſ.* 3. perperam ἱκανῶς ms. *Ep.* pro ἰταμῶς.

AD CAP. LX.

Κτήσιππος δ' ὁ Χαβρίου υἱός. De hoc vide Plutarch. in Phocione p. 744. d. e. *Ibid.* Δίφιλος -- ἐν τοῖς Ἐναγίζουσι. »DIPHILI drama, quod hic Ἐναγίζοντες, *Parentantes*, in»ſcribitur, alibi vocatur Ἐναγίσιματα, *Parentalia*. « CASAUB. — Δίφιλος ἐν τοῖς Ἐναγίσμασι citatur apud Scholiaſt. Ariſtoph. ad Equit. 960. ut adnotavit HARLES ad Fabr. Bibl.

f Gr. T. II. p. 439. *Verſ.* 1. Εἰ μὴ συνήθης Φαιδίμῳ γ' ἐτύγχανεν. γ' ἐτυγχ. commode ms. *A.* dedit, pro τ' ἐτύγχανεν, quod erat editum. *Phaedimus* ille quis fuerit, non

dixerim. Uni e triginta Athenarum tyrannis Phaedimi nomen fuisse apud Demosthenem legimus, περὶ Παραπρεσβ. T. I. pag. 402. ed. Reisk. Fuisse eum, de quo hic agitur, illius nepotem, suspicari aliquatenus licet cum ex temporum ratione, tum ex more vulgato apud Athenienses, nepoti nomen avi imponendi. In *vers.* 5. nil adiuverunt nos vetustae membranae; in quibus, sicut in editis, est κατ' ἐνιαυτὸν ἕνα λίθον ἀμαξιαῖον, omisso verbo quod ad complendam sententiam desiderabatur. Epitomator totam eclogam praetermisit. CASAUBONI ad hunc locum haec est animadversio: »Versus ille, τὸ μνῆμα »κατ' ἐνιαυτὸν ἕνα λίθον, neque legitimum pedum numerum, neque sententiam implet. Lego, τὸ μνῆμα, κατ' »ἐνιαυτὸν ἕνα πωλεῖν λίθον. Iocus est Comicus παρὰ »προσδοκίαν. Nam auditor exspectabat verbum πρίασθαι. »*Volo*, ait, *legem ferre, quae Ctesippum coget monumentum* »*patris tandem perficere: ut quotannis unum saltem teneatur* »*saxum emere*, ad conficiendum tandem patris monumentum, quod diu est cum aliquot lapidum defectu visitur »imperfectum. Quia aliquot saxa de tumulo Chabriae »vendiderat Ctesippus, ut modo dictum est, id opus pro »inchoato tantum habebatur ab iis qui rei veritatem ignorabant. Ideo ait iste, lege adigendum esse Ctesippum, »ut operi incepto tandem colophonem imponat. Sed, »quia veritatem norat qui haec loquitur, pro πρίασθαι »dixit πωλεῖν, acerbo ioco immanitatem Ctesippi perstringens. « — Haec Vir doctus: quae mihi, ut dicam quod sentio, parum fecere satis; quamquam, quod in medium adferam melius, habeam nihil; &, prorsus obscurum mihi esse, quid duobus extremis versibus voluerit poëta, debeam profiteri. Nec sane quidquam DALECAMPIUS promoverat, sic reddere conatus poëtae sententiam: *quotannis unum tantum saxum poni; saxum, inquam, & vilis admodum pretii, & quantum plaustro vehi potest.* VILLEBRUNIUS comicum salem, simulque totius sententiae clavem sibi reperisse visus erat in ambiguitate verbi ἐπιτελεσθῆναι, quod aliàs quidem *absolvi, perfici*, ait, significare; hìc vero, penitus *destrui* & *aboleri*. Cuius interpretatio an & satis per se lucida sit, & rem videatur conficere, iudicet lector: *J'aurois proposé une loi* (sic ille) *qui n'auroit pas été inutile, à ce que je crois; de sorte qu'en vendant tous les ans une pierre* (vides Casauboni inventum

f πωλεῖν adoptasse hunc interpretem) *capable de charger un chariot, & à bas prix, comme je l'entends, le monument de son pere auroit été achevé en un an.* Equidem fateor, lucidiora certioraque etiamnunc a feliciore ingenio me exspectare. Interim hariolando, lacunam utcumque impleturus, verba illa, *conferret civium quisque*, supplevi: mordacem quemdam salem in hoc inesse statuens, ut dicat poëta, si quilibet civis Athenienſis quotannis lapidem grandem, qui plaustri onus esset, conferret, spem esse, non posse omnes lapides vendere Ctesippum; atque adeo profusionem hominis quamvis immanem, tamen non esse impediturum, quo minus absolvatur tandem patris monumentum.

Τιμοκλῆς - - Οὐδ' ὁ Χαβρίου &c. *Timoclis* verba prorsus in alienum sensum detorserat Dalecamp. sic vertens, *Chabriae vero filius Ctesippus ter adhuc tondetur*, &c. Huc spectavit CASAUBONUS, cum ait: »TIMOCLIS *versus de* »*Ctesippo* exponi debent convenienter menti auctoris, quod »docti non fecerunt. Ait poëta: Οὐδ' ὁ Χαβρίου Κτήσιπ»πος ἔτι τρὶς κείρεται, ἐν ταῖς γυναιξὶ λαμπρὸς, οὐκ ἐν »ἀνδράσι. Loquitur de Ctesippo paupere iam facto: & »ait, *mutatam ab eo esse vitae rationem, cum prius ter die* »*tonderi soleret.* Mollitiem obiici certum est: cuius argu»mentum vult esse, quod solitus fuerit ter quotidie ton»sori operam dare. Mos fuit θριλυδριῶν, barbam & pilos »capitis diligenter tondere: & hoc amplius, alas maxil»larum & alias corporis partes summo studio vellere. »Ideo, vellent, nollent, tonsoris opera plurimum coge»bantur uti. Apud Theophrastum inter notas hominis »qui nomen comti & venusti affectabat, leges τὸ πλει»στάκις ἀποκείρεσθαι. Itaque τρὶς κείρεται interpretor, »*ter quotidie operam dat tonsori.* Sic λούεσθαι πεντάκις in »versu Menandri, qui sequitur, de eodem Ctesippo.«

a MENANDRI *Fragmentum* habet Grotius in Excerpt. pag. 737. & Clericus pag. 136 sq. *Vers.* 4. καὶ βάψομαι. Dalec. *& intingar unguento.* Rectius, ut videtur, GROTIUS:

Nec unguentatus; at nunc pol tingar quoque.

Quem secutus CLERICUS, adnotationem adiecit: »Cri»nes & barbam *sibi pingebant* luxuriosi senes, ut iuniores »amicae viderentur; qua de re copiose & erudite egit »Hadr. Iunius lib. de Coma, pag. 552 & sqq.« *Vers.* 5. καὶ παραπιλοῦμαι. »Homines severiores nullo modo »vellebantur, molliores totum corpus velli curabant,

»quo respicit Seneca Ep. CXIV. *Alter se iusto plus colit*, »&c.« CLERICUS ibid. — Aliâs παρατιλμὸν notum est fuisse poenam, qua Athenis in adulteros saeviebant mariti: de qua hic non agitur. *Vers.* 7. κατέδομαι, Attice, b praesens pro futuro κατεδοῦμαι.

κιναιδίαν rectè ms. *A.* & *Ep.* κυναιδείαν edd. minus commode: foret hoc enim a verbo κιναιδεύω, quod nusquam (quod sciam) reperitur. *Ibid.* Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Ἀτελειῶν. Orationem dicit DEMOSTHENIS, quae *Pro Leptine* vulgo inscribitur; ubi vide p. 479. ed. Reisk. *Ibid.* τοὺς τὰ πατρῷα. Perperam aberat articulus τὰ in edd. & in ms. *A.* Quem cum ex coniect. iam adiecissem, in ms. *Ep.* rectè adiectum vidi.

MENANDRI pulcris versibus versionem subieci GROTII, ex eius Excerptis pag. 734. *Vers.* 5. Pro καὶ μηδ' c ἐπιβαίνειν, est καὶ μηδέποτε ἐπιβ. in ms. *Ep.* percommode id quidem ad sententiam, sed parum apte ad metrum. Videri quidem posset prodire iustus senarius, si deinde vocem οὕτως omitteres, quam tamen ipsam cum aliis agnoscit idem codex: sed ne sic quidem legitimus foret ille versus, ob spondaeum in quarta sede.

AD CAP. LXI.

Ἀξιόνικος ἐν Τυρρηνῷ. ἐν Τυρρηνικῷ legitur VI. 244. f. Fabulae titulum suo more tacuit Epitomator: auctor vero temere Ἀξιόμαχος nominatur in ms. *Ep.* ubi quidem nihil aliud ex hoc loco adfertur, nisi haec verba: Πυθοδήλου δὲ ἀσώτου Ἀξιόμαχος μνημονεύει· ὃν καὶ ἀσωτότατον ἀνθρωπον καλεῖ. *Vers.* 1. Ὁ Πυθόδηλος οὗτος ἰσοβαλλίων. »Ἰσοβαλλίωνα dici existimamus, quasi ἴσον »Βαλλίωνι: *moribus Ballioni similem. Balliones* in vetere »comoedia, etiam Cicerone teste, [pro Q. Roscio, cap. »7.] appellabant impurissimos homines, ut sunt *lenones*, »& id genus. Lege Pseudolum Plauti: quem poëtam & »nomen illud, & caetera omnia, imo plerarumque fa»bularum integra argumenta, de Graecis fabulis in suas »transtulisse, nemo est quin sciat.« CASAUBONUS. — Fortasse εἴσω Βαλλίων oportebat, ut εἴσω ad προσέρχεται referretur: *Pythodelus hic, cognomine Ballio, intro accedit.* *Vers.* 2. ἀσωτέστατος. »Proximus versus, »προσέρχετ' ἐπικαλούμενος ἀσωτότατος, transpositione

c » vocum posteriorum sanandus est, siquidem illum volu- » mus esse sanum: προσέρχετ' ἀσωστότατος ἐπικαλούμενος. « CASAUB. — At ne sic quidem iusta mensura inerit versui, nisi in ἐπι secundam syllabam productam volueris: quod fortasse fieri posse ob plurium brevium concursum iudicaverint nonnulli: sed erunt alii viri docti, quibus, etiamsi caeteroquin recte haberet metrum, ob ipsum illum frequentiorem brevium syllabarum concursum suspectus versus fuerit. Mihi certissima ratio sanandi versus visa erat, si ἀσωτέστατος scriberemus. Licet enim nusquam illam ipsam nominis huius formam reperire mihi contigerit; tamen ex quam plurimis simillimae formationis exemplis, quae sunt ab Eustathio ad Od. β'. pag. 89, 39 sqq. collecta, quibus usi sunt graeci poëtae, (ut ἀνιηρέστερος, αἰδοιέστερος, ἀμορφέστατος, δικαιέστερος, ἀνεικαιέστατος, γεναιέστατος, σπουδαιέστατος, & id genus alia) dubitari non debet, quin & hic poëta ἀσωτέστατος pro ἀσωτότατος dicere potuerit. Quod autem post hanc ipsam vocem in ms. *A.* (si modo recte accepi) vocabulum ἄνθρωπος adiectum est, merito omiserunt hoc editores, utpote invita Musa invectum.

Vers. 4. ἀπὸ τυμπάνου Ἰσχὰς κατὰ πόδας πορεύεται.

Ἀποτυμπανισχὰς tenet ms. *A.* cum edd. Quare non audiendus codex Paris. *C.* in quo (Villebrunio teste) ἀποτυμπανιστὴ aut aliquid simile scribitur. Sed illud utut sit, vix dubitari potest mendosum esse istud nomen, praesertim cum ex alio apud Nostrum loco (XIII. 587. e.) didicerimus, nobilem fuisse Athenis meretricem cui Ἰσχὰς nomen. Quare perspectissima utique habenda CORAYI nostri emendatio, sic scribi iubentis, ὑπὸ τυμπάνου Ἰσχὰς ut sententia sit duorum posteriorum versuum huiusmodi: *Ebriaque a tergo sapientissima Ischas cum tympano* (vel, *pulsans tympanum*) *illius vestigia premens incedit.* Sic apud Sophocl. Electr. 711. ὑπαὶ σάλπιγγος, *ad tubae sonum.* Poterat etiam in tertio casu, ὑπὸ τυμπάνῳ, dicere poëta: sic apud Appianum quidem est ὑπὸ σάλπιγγι, Civil. I. 58. & Macedon. cap. 2. T. I. pag. 515. nostrae edit. Et praepositionem ὑπὸ, sive cum genitivo, sive cum dativo constructam, nonnumquam pro μετὰ, *cum*, poni, pridem docuit H. Steph. Thes. T. III. 1755. g. & 1756. e. f. & Vigerus de Idiotism. pag. 585. editionis

Hoogev. Sed ne opus quidem esse putavi, ut a librorum scriptura hactenus discederemus, ut ἀπὸ, quod illi dabant, in ὑπὸ vellemus mutatum. Certe simili quadam ratione dictum apud Polybium V. 69, 8. ἀφ' ἑνὸς σημείου καὶ παραγγέλματος ἑνὸς, *ad unum signum datum unumque imperium*, & alia eiusdem generis apud alios scriptores, velut ἀπὸ σάλπιγγος apud Xenoph. in Hipparchico pag. 757. sub fin. quamquam non sum nescius, esse viros doctos, qui tradant in huiusmodi dictionibus praepositionem ἀπὸ proprie in significatione vocis *post* esse accipiendam: de quo vide H. Stephanum, Thes. T. I. 490. f. g.

Πολύευκτον δ' Ἀναξανδρίδης ἐν Τηρεῖ κωμῳδῶν. Cum d per operarum errorem Πολύευκτος in ed. Bas. legeretur, CASAUBONUS in sua illud in Πολυεύκτου mutavit. Dein miratus ipse in Animadv. insolentem verbi κωμῳδῶν constructionem, vidit tandem monuitque Πολύευκτον esse scribendum: qui si Venetam inspicere editionem voluisset, non aliter ibi scriptum reperturus erat: nec aliud habent nostrae membr. *A*. Videtur Casaubonus genitivum casum ex Epitome olim adoptasse: at ibi longe alia orationis structura est, nec verbum κωμῳδῶν comparet, sed sic scribitur: Πολυεύκτου δ' Ἀναξανδρίδης, (nempe μνημονεύει: quod e superioribus ibi supplendum) λόγων· &c. Ad ANAXANDRIDAE *vers.* 4. ἀρρὴν ὑπὸ θηλειῶν κατεκόπης, adnotavit DALECAMPIUS: »Perdices foeminas innuit, »nonnumquam libidine sic aestuantes, ut de maris con»gressu dum inter se certant, eum dilanient.« — Eamdem fabulam Villebrunius repetiit, quae tamen nec ulli veterum commemorata legitur, nec, si legeretur, huc magnopere convenire videtur. Vocabulum ὁ ὄρνις, in masculino genere, figillatim de *gallo gallinaceo* dici, notum est: & gallinaceorum a gallinis pugnâ victorum mentionem facit Aristoteles, Hist. Anim. IX. 49. & Aelian. de Nat. Anim. V. 5. Sed hoc utcumque sit, illud adparet, respexisse Anaxandridem, mediae comoediae poëtam, illos Aristophanis versus, ex Avib. 284 sqq.

A. Καλλίας ἆρ' οὗτος ὄρνις ἐστίν; ὡς πτεροῤῥυεῖ.
B. Ἅτε γὰρ ὢν γενναῖος, ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν τίλλεται,
αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά.

Conf. quae notavit Bergler ad Alciphr. pag. 112.

χωρίσαντές εἰσι. Cum deesset verbum εἰσὶ, CASAUBONO obtemperavi, monenti »χωρίσαντές εἰσι scriben-

»dum, Attice pro ἐχώρισαν.« Simili periphrasi dictum habes εἶπ λέγων, III. 104. f. & ἐστὶ γινόμενος III. 113. c.

Ibid. Εὔβουλόν φησι τὸν δημαγωγὸν ἄσωτον γενέσθαι. De *Eubulo* hoc consule Ruhnken. in Hist. crit. Orator. Graec. in Reiskii Oratorib. Graecis Vol. VIII. pag. 145 sqq. Adde Demosthenis loca a Reiskio in Indice Historico ad Demosth. voce *Eubulus Anaphlystius* indicata.

e Καὶ τοσοῦτον ἀσωτίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ διενήνοχε τοῦ δήμου τοῦ Ταραντίνων &c. Postquam multum ab auctoris sententia hic, ut persaepe aliàs, Dalecampius aberrasset, haec adnotavit CASAUBONUS: »THEOPOMPI *locum* quod »docti viri non recte ceperint, equidem facile illis con»dono, manifeste enim fallit nos Athenaeus, nisi falsi sunt »omnes nostri codices. Loquens auctor de *Eubulo*, *aso»to Athenienſe*, *teſtem* laudat *Theopompum*, ut qui illius »mentionem fecerit: & statim verba ista Theopompina »subiicit: καὶ τοσοῦτον - - τοῦ δήμου τοῦ Ταραντίνων, »ὅσον ὁ μὲν περὶ τὰς ἐστιάσεις εἶχε μόνον ἀκρατῶς· ὁ δὲ »τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προσόδους καταμισθοφορῶν διατε»τέλεκε. Quis non iure arbitretur, *de Eubulo* accipienda »esse verba Theopompi, cum id clare adeo Athenaeus »significet? At, si misso Athenaei testimonio, ipsa Hi»storici verba consideremus, clara luce clarius est, non »de *cive* aliquo hic loqui Theopompum, sed de univer»so *Athenienſium populo*; cuius comparationem instituit »cum populo Tarentino. *Longe*, inquit, *ſuperavit luxu & »avaritia populum Tarentinum: nam hic quidem epulis tantum »ultra modum deditus erat; Athenienſium vero populus etiam »publicos urbis reditus in mercedem ſibi diviſit.* Ita accipio »τὸ καταμισθοφορεῖν: nam sententia interpretum [*in alen»dis militibus conſumſit*, interpretatus erat Dalech.] alie»na est a Theopompi sententia: qui, ut vides, ista vo»ce Athenienſium πλεονεξίαν taxare voluit: quae autem »*avaritia* est, publicâ pecuniâ militem alere? Scimus ex »Demosthene insaniam eius populi, qui aera militum si»bi solitus dividere ad ludos spectandos: in quo uno duo »inerant complicata vitia: τρυφὴ & amor voluptatum; »cum spectacula anteponerent publicae salutis curae; ava»ritia & πλεονεξία; cum in eam rem dari sibi de aera»rio pecuniam postularent, suae parci, publicae prodigi.« — Haec Vir doctus; haud paulo propius utique, quam Dalecampius, ad verum accedens. At mihi nec Athe-

naeus nec eius libri fefelliſſe nos hoc loco viſi erant. Si e quid peccatum eſt, *Theopompus* peccavit, qui unius hominis mores atque inſtitutum, cum totius alicuius populi inſtituto moribusque contulerit. Quamquam nihil magnopere impedire videtur, quo minus unius cuiuspiam hominis mores cum moribus alicuius civitatis ſatis commode poſſint conferri, ſive publica civitatis inſtituta dicas, ſive civitatis mores eos intelligas, quos maior pars civium privatim etiam ſequitur. Igitur cum doceat nos Athenaeus, de *Eubulo demagogo iſta ſcripſiſſe Theopompum*; conſentaneum erat, ut verba illa, ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προσόδους &c. non, ut Caſaubonus fecit, ſic acciperentur quaſi ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος dixiſſet; ſed ut ὁ δὲ intelligeretur *Eubulus*, verba autem τῶν Ἀθηναίων ad καὶ τὰς προσόδους referrentur. De *Eubulo* autem verba feciſſe THEOPOMPUM *decimo libro Hiſtoriae Philippicae*, diſerte etiam Harpocration in Lexico Rhet. voce Εὔβουλος teſtatur; ubi haud dubie eumdem locum, ad quem provocat Athenaeus, in animo habuit. Confer Valeſium ad Harpocr. l. c. Verbo καταμισθοφορεῖν eâdem fere notione, qua Theopompus, Aeſchines uſus eſt in Orat. περὶ Παραπρεσβ. pag. 300. ed. Reisk. eâ differentiâ, quod ibi καταμισθοφορεῖν τὰ ὑπάρχοντα, ſit *facultates exhaurire mercede in milites mercenarios eroganda*, cum hoc loco de *mercede* agatur *qua Atticam plebem demereri* ſibique devincire voluerat demagogus. Illud ipſum verbum interpretari voluiſſe Harpocration videtur, cum l. c. de *Eubulo* ait, ἀργύριον συχνὸν πορίζων τοῖς Ἀθηναίοις διένειμε, *multam conficiens pecuniam Athenienſibus diſtribuit*. De re, quae hic agitur, conſulendus inſuper idem Harpocration in Θεωρικὰ, & Ulpiani verba, quae Valeſius adpoſuit in Notis ad Harpocr. pag. 38.

Καλλίστρατος δὲ &c. De hoc vide Ruhnkenium in Hiſt. Crit. Orator. Graecor. pag. 140.

τὸ δὲ τῶν ἰδιωτῶν πλῆθος &c. »Quod dicit, *Tarentinos* f »*omnes fere dies in conviviis transegiſſe*, facile credat qui »Strabonis verba legerit de Tarentinis, lib. VIII.« [pag. 280.] CASAUB. — *Plures*, ait Strabo, *publicas feſtivitates quotannis celebratas eſſe a Tarentinis, quam eſſent dies cuiusque anni.* De reliqua eorumdem luxuria vide Noſtrum lib. XII. pag. 522. *Ibid.* Τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους - - παρασκευάζεσθαι ζῆν· αὐτοὺς δὲ - - οὐ μέλλειν, ἀλλ' ἤδη

f βιῶναι. »Acutum ſcitumque dictum, & dignum quod »auctorem alium habeat quam voluptarium populum. Is »eſto Manilius, poëta inſignis, cuius ſunt verba lucu»lentiſſima:

»*Quid tam ſollicitis vitam conſumimus annis?*
»*torquemurque metu, caecaque cupidine rerum;*
»*aeternisque ſenes curis, dum quaerimus aevum,*
»*perdimus? & nullo votorum fine beati,*
»*victuros agimus ſemper, nec vivimus umquam?*

»Quod in Graeco eſt παρασκευάζεσθαι ζῆν & μέλλειν ζῆν, »dixit Manilius *victuros agere.*« CASAUB. — Vitioſe in editt. omnibus παρεσκευάζεσθαι legebatur, pro παρασκευάζεσθαι.

AD CAP. LXII.

a στρατιώτης γὰρ ὢν, καὶ λογίζεσθαι τὰ προσίοντα - ὃ οὐκ ἠδύνατο. »Forte delenda καὶ particula, niſi quis ὢν »in ἦν mutare voluerit.« CORAY. — Ferri poſſe vocu- lam putavi, hoc ſenſu, *etiam non poterat*, id eſt, *ne poterat quidem.* Sed deletam utique malebam. Paulo poſt, b ἀριστίνδην recte tenet ms. *Ep.* ἀριστήδην vero mendoſe ſcribit cod. *A.* *Ibid.* ἔπειτα δ' οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ &c. »De »*Philippo & eius ſodalibus* quae narrantur, ſimilia iis quae »libro ſexto de iisdem.« CASAUB. — Vide VI. p. 260. med. ubi ex eodem libro quadrageſimo nono eiusdem Theopompi ſimile teſtimonium citatur, quod apud Theopompum proxime excipiebat verba h. l. adpoſita; ut diſcimus ex Polybii Hiſtoriar. lib. VIII. cap. 11. ubi eadem Theopompi verba citantur, adiecto Polybii ſuper eis & omnino ſuper inconſtantia & maledicentia illius ſcriptoris iudicio. De vocab. λάσταυρος nonnihil dictum ſupra c ad I. 9. c. Animadv. T. I. pag. 96. *Ibid.* τὰ μὲν γὰρ οἱ πόλεμοι. Sequebatur haud dubie apud Theopompum aliud membrum orationis, a verbis τὰ δὲ incipiens, quod praetermiſit Athenaeus, ut nihil faciens ad ipſius inſtitutum. VILLEBRUNIUS, quo eſſet quod iſti τὰ μὲν reſponderet, mox τὰ δ' αἱ πολυτέλειαι pro καὶ αἱ πολυτ. ſcribendum cenſuit.

AD CAP. LXIII.

Παστκύπρου. »*Rex Cypri*, quem libri editi *Paſicyprum* c »appellant, Excerpta *Paſicryppum*. « CASAUB. — At noſter ms. *Epit.* perſpicue Παστκυπρον τον βασιλέα Κύπρου tenet. *Ibid.* Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν Τύρου πολιορκίαν Πνυταγόραν ἀποστέλλων. Vertit Dalecampius, *Alexander - - ad eum* (ſcilicet ad *Paſicyprum*) *Pnytagoram legatum miſit.* Ad quae verba nihil animadvertit Caſaubonus. Atqui iſta interpretatio manifeſte repugnat his, quae continuo deinde de Paſicypro traduntur. Nec fuit *Pnytagoras*, legatus Alexandri, ſed ipſe unus e Cypri regibus, qui Macedoni Tyrum oppugnanti cum claſſe auxilio venerant; ut ex Curtio, IV. 3, 11. & Arriano II. 19 ſqq. diſcimus. Et narrat quidem idem Arrianus, cap. 21. p. 97. ed. Gron. *quinqueremem Pnytagorae in pugna cum Tyriis eſſe demerſam*; ſed ex hoc Duridis teſtimonio intelligi par eſt, non periiſſe idcirco ipſum regem, ſed ſalvum evaſiſſe. Is igitur, cum Tyro capta domum rediret, petiit ab Alexandro *caſtellum* illud de quo hic agitur, quod olim *Paſicypri* fuerat. Quare verbum ἀποστέλλων non erat *legatum mittens* interpretandum, ſed *dimittens*, *domum dimittens*, ut apud Polyb. V. 10, 4. *Mox*, pro Πνμάτῳ, d habet Πνμάτωνι noſter ms. *Epit.*

In nomine Λιθίου nil mutant Libri. *Archiae* Corinthii, *Syracuſarum conditoris*, meminit Thucyd. VI. 3. & Strabo, cum alibi, tum VI. p. 269. c. *Ibid.* μελιτούτης recte ſcriptum dedere mss. *A.* & *Ep.* μελιττούτης edd.

AD CAP. LXIV.

Θεσμοθέτην αὐτὸν κατέστησεν. *Thesmothetae*, magiſtra- f tus Athenis ſex numero, inde nomen ſortiti, ὅτι τῶν νόμων τὴν ἐπιμέλειαν εἶχον. Vide Harpocr. h. v. *Ibid.* Ἵππαρχος pro ὕπαρχος corrigendum eſſe monuit CASAUB. »Primum, inquit, ita habent Excerpta noſtra: »deinde ſic legendum eſſe arguit perſpicue Xenophontis »Hipparchicus. « — Veram ſcripturam tenent ambo noſtri codices. Et, in feſtis publicis pompisque ducendis inſigne hipparchorum Athenis munus fuiſſe, clare docet Xenophon, pag. 756 ſub fin. & ſeq. *Ibid.* παρὰ τὸ ἀνάκτορον. *Prope ipſa adyta* interpretatur MEURSIUS in Eleu-

fin. I. 19. pag. 55. Satis esse putavi, *iuxta Cereris templum.* Vide infra, ad V. 113. e.

AD CAP. LXV.

a ἐκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγῖται. Perperam ἐκάλουν τε edd. Scriptam vero lectionem esse ἐκαλοῦντο, id est, *vocabant ad se in Areopagiticam curiam*, monuit CASAUB. Et ea sane unice vera est: quam eamdem nostrae membr. *A.* dederunt. Sic pag. praec. ἀνακαλεσαμένων αὐτὸν τῶν Ἀρεοπαγ. quod ipsum verbum hîc quoque repetiit Epitomator, sic scribens, Ἔξην δὲ τοῖς Ἀρεοπαγίταις - - ἀνακαλεῖσθαι καὶ κολάζειν.

Adnotavit ibidem CASAUBONUS: »Commode accipe »quod ait, *poenas luisse* τοὺς μὴ ἔκ τινος περιουσίας ζῶντας, *eos qui pauperes viverent.* Hoc Graeca verba sonant. »Saevos iudices! si paupertatem verterunt crimini, & »pro maleficio vindicarunt. Sed laxiorem sententiam ad »eos restringe, qui simul *pauperes* & *otiosi* erant.« [Quidni ad hos, qui simul *pauperes*, & *luxurioſi?*] »Quin et»iam ita fortasse scriptum fuerat, τοὺς μὴ ἐκ περιουσίας »ἀργῶς ζῶντας: *eos qui in magnis opibus non constituti*, »*otiose viverent.* Lege antiqua Athenienſium, otiosi ho»mines rationem vitae suae reddere tenebantur. Dioge»nes Laërtius in Solone.« —

Μενέδημον γοῦν καὶ Ἀσκληπιάδην &c. Eosdem etiam fabro interdum in aedificandis domibus operam locasse
b suam Diogenes Laërtius tradit, II. 131. *Ibid.* μυλῶνα scripsi praeeunte ms. *A.* *Ibid.* ἐπειδὴ ἀναγνοὺς dedit idem ms. *A.* ἐπεὶ ἀναγνοὺς, non minus bene, edd. & ms. *Ep.* *Mox* vero, εἶπεν scripsi cum ms. *Ep.* pro εἰπὼν, quod habebant editi cum ms. *A.* Monuerat etiam CASAUB. »Scribe εἶπεν, non εἰπών: nam praecedit »ἀναγνούς.« Sed vel sic tamen mira superest hoc loco ἀνακολουθία in orationis structura: Δημόκριτον Ἀβδηρίται κρίνοντες, - - ἀφείθη: ac vereor ne non satis excusari illa inconstantia eo possit, quod ante ἀφείθη proxime praecedit nominativus ἀναγνοὺς ad Democritum relatus. Quare aut ἀφεῖσαν scribendum videtur, aut statuendum intercidisse post τὰ πατρῷα verba nonnulla, fortasse de poena quam irrogaturi Philosopho erant Abderitae: (puta, κολάζειν ἤμελλον, aut aliquid in eam

sententiam :) post quae verba deinde nova periodus ini- b
tium ceperit in hunc modum: ἐπεὶ δ' ἀναγνοὺς &c. Sed, quidquid sit, vetus utique illa scriptura est: nam eodem modo in Epitoma legitur, Δημόκριτον δὲ Ἀβδηρίται δημοσίᾳ κρίνοντες, - - - ἀφείθη.

AD CAP. LXVI.

κατὰ τὸν Ἄμφιν. Vitiose κατὰ τῶν Ἄμφιν ed. Bas. & Cas. quod vitium cum non esset a Casaub. in Animadv. notatum, per ed. Cas. 2. & 3. etiam propagatum est. *Ibid.* »In *versu* AMPHIDIS, Πίνουσ' ἑκάστης ἡμέρας δύ' »ἡμέρας: coniecturam meam consensui librorum lubens »praetulerim, δι' ἡμέρας: *bibunt singulis diebus totos dies.*« CASAUBONUS. — Vulgatum tuetur ms. *A.* Codex vero Epitomae etiam exserte δύο ἡμέρας habet. In contextu quidem codicis *Paris. B.*, teste Villebrunio, δι' ἡμέρας scribitur; quod vel casu factum, vel ingenio debetur Hermolai Barbari, qui illum sua manu scripsit codicem: δὺ' ἡμέρας vero ibidem inter lineas legitur, quae vetus, & vera (ut mihi videtur) scriptura est. Cuius scripturae sententiam non satis expressisse Dalecampius videtur, cum ait, *quod in biduum sufficiat, quotidie bibunt:* nam hoc amplius dicere poëta voluit, *Quotidie bibunt tantum, quantum vix absumere aliquis posse videatur, si per duos continuos dies nihil aliud ageret.*

κεφαλὰς ἔχοντες τρεῖς ὥσπερ Ἀρτεμίσιον. »*Dianam* & c
»poëtae & pictores olim faciebant τρίμορφον & τριτρό»σωπον. Cleomedes libro secundo, ὅθεν καὶ τριπρόσωπον »τὴν Ἄρτεμιν ποιεῖν ἔθος ἐστίν. Eo respexit DIPHILUS »cum diceret, *asotos*, qui dies totos vino se ingurgitant, »*tria capita habere, tamquam aliquod Dianae simulacrum.*« CASAUB. — Nempe ita gravatum caput sentiunt, quasi *tria capita* gestarent. Proverbialis videtur fuisse illa locutio: quam exaggeravit deinde Menander, temulentum aliquem inducens dicentem, ἀνίσταμαι γὰρ τέσσαρας κεφαλὰς ἔχων: *surgo enim quatuor habens capita:* apud Athen. X. 442. d.

ἐν τῇ ὀγδόῃ πρὸς τοῖς εἴκοσι. Recte hoc dedit ms. *A.* d
πρὸς τῇ εἰκοστῇ edd. *Ibid.* συναναστρέφειν τοῖς νέοις. »συναναστρέφεσθαι scribunt meliores libri.«

d CASAUB. — Nempe ſic *Epitome* : editam vero ſcripturam, non minus probam, tuentur membranae *A*.

ὡς φησι Ποσειδώνιος - - Ἀπικιόν τινα &c. »*Poſidonius* »auctor hiſtoriae, quam commemorat Noſter ſuper *Api*»*cio* aſoto, is eſt qui Hiſtoriam τῶν Μετὰ Πολύβιον libris »LII deſcripſerat. Satis compertum eſt, vixiſſe illum ante »everſam rempublicam. Quamobrem *Apicius* iſte, cuius »mentionem facit Athenaeus ex Poſidonio, alius omni»no eſt ab illo ganeone pernobili qui imperante Tiberio »vivebat. Pater illius fortaſſe fuerit aut avus. Nam a »damnatione *Rutilii Rufi*, cuius dicitur iſte Apicius exſti»tiſſe cauſſa, ad tempora Tiberii & poſterioris Apicii anni »minimum centum intercedunt. De *Apiciis* plura libro »primo, cap. VI.« CASAUBONUS. — Vide Animadv. T. I.

e pag. 78 ſq. De *Rutilio* & eius *condemnatione* vide Ciceronem, frequenter eius mentionem facientem, locis in Erneſti Indice Hiſtorico indicatis, voce *P. Rutilius Rufus*. A nemine vero, praeter noſtrum Athenaeum, nomen accuſatoris, cuius opera damnatus Rutilius eſt, memoriae proditum eſſe, adnotavit Petrus Victorius Var. Lect. XVII. 6.

AD CAP. LXVII.

ἀνάλωκε. ἀνήλωσε, quod habent editi, ignorant noſtri mssti. Nec opus erat augmento, quod vocant Grammatici: quod in iſto verbo frequenter negligi ab optimis auctoribus ſolet. Sic paulo ante, pag. 167. a. ἀνάλωσεν ſcriptum conſentientibus libris. Sed & commodius h. l. videbatur perfectum tempus, quam aoriſtus: quare ἀνάλωκε recepi, quod dedere veteres membranae. *Ibid.* ἐφ'

f ᾧ πάλιν ὑπὸ πάντων ἐπερράπιζετο. Lepide Dalecampius, *apud quem illi colaphos omnes incuterent.* Quem locum absque animadverſione transmiſit Caſaubonus. Perſpecte vero idem ad X. 422. d. docuit, ἐπερράπισε Δημήτριον non debuiſſe ibi verti, *Demetrio colaphum impegit*, ſed *obiurgavit eum*, prorſus ac ſi eſſet ὠνείδισε. Pariter Polyb. II. 64, 4. τὸν ἐπιῤῥαπισμὸν dixit *convicia, acerbas obiurgationes.* Nec aliter hoc loco verbum iſtud accipi debuit.

ἐπιδόσεων δέ ποτε γινομένων. »Ἐπιδόσεων morem ex»ponebamus ad Theophraſtum, in charactere Illiberali»tatis, [cap. XXIII. pag. 335. ed. Caſaub.] ubi etiam ſe-

» quentem de *Phoco* locum explicuimus. « CASAUB. — Ibi f hunc locum sic interpretatus est vir doctus : » *Pecuniam* » *aliquando cum in usum publicum Athenienses conferrent, in* » *concionem & ipse prodiit, ac se quoque erogare dixit, accla-* » *mantibus unanimi consensu Athenientibus, Ad luxuriosam ne-* » *quitiam.* Sentiebat Phocus, se velle conferre aliquid : po- » pulus verniliter nimis accepit Ἐπιδίδωμι, ea notione » qua usurpatur pro *crescere*, & *in aliqua re proficere.* « — Hac posteriori notione cum alibi saepius occurrit id verbum, tum XII. 549. a. *οἱ δὲ εἰς πάχος σώματος ἐπέδωκαν.* Et in illa utique verbi ambiguitate, quae in latino quidem sermone exprimi non potuit, lusisse videntur Athenienses.

Pro φιλοπότης, est φιλοπώτης in ms. *A.* ut passim alibi in eodem vocabulo & eius cognatis. Vulgatum tuetur *Epitome :* in eadem vero desunt dein reliqua de *Phoco*, & quae sequuntur, usque ad ista verba, Μαγειρικὰ δὲ σκεύη &c.

ὡς ὁ πατὴρ εἰστία τοὺς ἑταίρους. Id est, *cum pater convivio exciperet sodales*, nempe *filii sui.* Atqui ex his, quae continuo subiiciuntur, perspicue intelligitur, convivium illud, de quo agitur, non *a patre* esse institutum, sed *ab aliquo amicorum filii.* Et id ipsum perspicue docet Plutarchus, in Phocione pag. 750. e. qui quidem, cum caeteroquin eisdem paene, quibus Athenaeus, utatur verbis, eumdem cum Nostro auctorem secutus esse videtur. Sic igitur Plutarchus: Νικήσαντος δὲ, καὶ πολλῶν αἱτουμένων ἑστιάσαι τὰ νικητήρια, τοὺς ἄλλους Φωκίων παραιτησάμενος, ἑνὶ τὴν φιλοτιμίαν ταύτην παρεχώρησεν. ὡς δὲ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἄλλην τε σοβαρὰν ἑώρα παρασκευὴν, καὶ ποδονιπτῆρας οἴνου δι' ἀρωμάτων &c. Itaque PETR. FABER, Agonistic. II. 18. suffragante BURETTE in Mem. de l'Acad. des Inscr. T. I. pag. 277. & RAMBACHIO ad Potteri Antiq. Graec. T. III. p. 608. sic refingenda apud Athenaeum verba censuere, ὡς ὁ πατὴρ εἱστιᾶτο ὑφ' ἑταίρου. Quae per se quidem expeditissima sanandi vulneris ratio videri poterat: sed tamen nescio quid incommodi nec satis liquidi habere mihi visa erat. Certe, si scripsisset ὁ πατὴρ εἱστιᾶτο ὑφ' ἑταίρου, consentaneum foret, ut intelligeretur ἑταῖρος *ipsius patris :* at cum deinde ait, οὐ παύσεις τὸν ἑταῖρον, adparet, ἑταῖρον illum, de quo agitur, esse *filii sodalem.* Porro si dixisset,

ὁ πατὴρ εἱστιᾶτο, non paulo post repetiturus fuisse videtur idem vocabulum ὁ πατὴρ, sed pronomen ἐκεῖνος ibi positurus erat, aut nomen ὁ Φωκίων. Illud quidem non urgeo, etiam ista verba λαμπρὰ μὲν ἦν suspecta videri posse, quoniam non sequitur vocula δὲ, quae illi μὲν respondeat: istud, inquam, nolim urgere; nam οὓς ἰδὼν, quod sequitur, idem valet ac ἰδὼν δὲ αὐτούς. Sed eae, quas dixi, rationes suspicionem mihi moverant, in voce ὁ πατὴρ, ubi priori loco posita est, latere nomen eius iuvenis, qui convivium illud Phoco & illius suisque sodalibus exhibuit, & ad idem convivium (ut consentaneum erat) patrem etiam Phoci Phocionem vocaverat.

a πλὴν Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου. *Praeter Calliam, Hipponici filium:* nempe, de quo *nemini opus erit quaerere*, quia omnibus notus est. Vide Aeliani Var. Hist. IV. 16. & 23. & ibi Perizon. Quod dein hunc etiam *puerorum magistris* ait *notissimum*, id ita interpretatur PERIZONIUS ad Aelian. IV. 16. quod »nempe frequens eius apud Aristophanem »fiat mentio.« Ac sane passim hunc exagitavit Comicus, quo & pertinent versus illi paulo superius a nobis ad pag. 166. d. prolati. *Paedagogis* autem notum esse ait, puto, non quod hi Aristophanem pueris praelegerent; quod didascalorum erat, non paedagogorum: sed quod frequenter exemplum hominis, quo deterrerentur pueri, ob oculos eis ponerent paedagogi.

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων &c. »Proposuerat Ulpianus paulo »ante duas quaestiones, [p. 165. d.] alteram de voce ἀσώ»τιον, alteram de *coquinariae instrumento:* deinde, aliorum »responsionem antevertens, de *asotis* quae legerat apud »veteres recitavit. Nunc, ut orationi suae finem impo»nat, redit ad propositas quaestiones, & ait, Περὶ δὲ τῶν »ἄλλων, ὧν φθάνω προβεβληκὼς, εἴ τι λέγειν ἔχετε, ἀνα»πεπταμένας ἔχω τῶν ὤτων τὰς πύλας. ὥστε λέγετε· »ἐπιζητῶ γάρ. καὶ Μάγνος εἴρηκε τὸ ἐπεσθίειν καὶ ἐπι»φαγεῖν. Legendum aio, ἐπιζητῶ γὰρ καὶ ὁ Μάγνος εἴρη»κε. *Iam*, inquit, *sermonis vices suscipite: quaero enim a »vobis, non illa tantum quae dixi ante: verum hoc amplius, »ubi legantur voces* ἐπεσθίειν & ἐπιφαγεῖν, *quibus modo usus »est Magnus.* [Vide pag. 164. a.] Lege superiora cum »vel mediocri attentione; neque dubitabis ita scribendum »& exponendum.« CASAUBONUS. — Vera haud dubie est docti viri interpretatio: atque etiam percommoda vi-

deri poterat eiusdem emendatio; sed haec quidem, omnia si reputas, parum fortasse necessaria comperietur. Ea, de quibus Ulpianus ait ἐπιζητῶ, *requiro*, *iterum quaero a vobis*, sunt haec eadem quae modo illis verbis significaverat, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὧν φθάνω προβεβληκὼς, *quae iam ante proposui & quaesivi*. Atqui nullam aliam proposuerat quaestionem, nisi has duas, Τίνα ἔστιν τὰ μαγειρικα σκεύη; καὶ τὸ ἀσώτιον ποῦ κεῖται; [pag. 165. d.] Nunc recordatur, Magnum, ubi istis verbis, de quibus ipse nunc quaestionem movet, usus erat, [p. 164. a.] simul usum esse verbis ἐπεσθίειν & ἐπιφαγεῖν. De his igitur pariter audire se cupere significat. Editorum librorum cum scripturam, tum distinctionem verborum, tuentur hoc loco veteres membranae.

Καὶ ὁ Αἰμιλιανὸς. Articulum, qui deerat editis, adieci ex ms. *A*. *Ibid.* τὸ μὲν ἀσώτιον. »Ἀσώτιον, est *ganea*: »dictum ut μαγείριον, & similia.« CASAUB. — Miram Epitomatoris halucinationem in vocabulo ἀσώτιον, infra ad lit. d. adnotabimus.

AD CAP. LXVIII.

In ANAXIPPI *vers.* 1. Ζωμήρυσιν φέροις, &c. Videtur colloquium versari inter coquum & dominum vel oeconomum. Coquus, veluti pro muneris sui auctoritate, varia vasa culinaria postulat: alter ei respondet, his nunc non esse opus; curare eum modo debere, ut his quae ad manus sunt utatur, & coenam nunc paret. »Ζωμήρυσις »proprie est *trulla ad hauriendum iusculum*; ut οἰνήρυσις, »*trulla vinaria*. Sed coqui varie abutebantur, ut in tollen»da ex olla spuma. Philippus in Epigrammate, [in Ana»lect. Brunckii T. II. pag. 215. num. 13.] ζωμήρυσίν τε »τὴν λίπους ἀφρηλόγον.« CASAUBONUS. — Perperam ζομήρυσιν expressum in ed. Bas. & Cas. 1.

Vers. 2. κρεάγραν, θυείαν, τυρόκνηστιν παιδικήν. θυίαν vel θυΐαν edebatur, nec ex ms. *A*. aliud adfertur: & θυΐαν habet etiam noster cod. *Ep*. Sed id non ferebat versus: itaque alteram vocabuli formam, non minus legitimam, recepi; quae & usui sermonis & metro satisfaciebat. Et sic scripserat fortasse Epitomator: certe sic scribit Eustathius, ἡ θυεία, ad Iliad. λ'. pag. 820, 3. ubi hunc Athenaei locum ob oculos habuit. — »Vocat

b »τυροκνῆστιν παιδικὴν, (nisi aliter scribendum) quia »libenter *radulam* tractant *pueri*, vel quia plurimum ea »utebantur in parandis infantium & puerorum cibis.« CASAUB. — Posteriorem rationem secutus est Gallicus interpres, *une râpe a râper le fromage pour les enfans.* Vocem παιδικὴν omisit Epitomator: de qua confer infra ad vers. 6. quae ibi adnotavit Dalecamp.

Vers. 3. »στελεὸν non puto esse *radulae manubrium*; sed »per se accipi debet, de quodam *ligno*, *manubrium securis* »similitudine quadam *referente*; cuius potuit esse in culi»nis multiplex usus.« CASAUB. — Per errorem στελεὸν scriptum esse, cum ἑλεὸν oportuisset, (i. e. *mensam coquinariam*) censuerat H. STEPHANUS in Ind. Thes. p. 58. g. Sed nil temere mutandum. Mihi στελεὸν non male Gallicus interpres *un rouleau* reddidisse visus erat, id est, *cylindrum* vel *lignum teres*, massae farinaceae in latitudinem extendendae & aequandae inserviens. *Ibid.* σκαφίδας τρεῖς. »σκαφίδες sunt *alveoli*, vasa inter maxime neces»saria coquinae. Errant qui *pelvem* esse putant. Usus al»veolorum multus. Antiphanes: [apud Nostrum IV. 172. »c.] καὶ δημιουργοὶ μέλιτος αἰτοῦσαι σκάφας. [cf. p. 170. »c.] Ariston, in epigrammate de coqui supellectile, καὶ »τὰν λιμοτόμον σκαφίδα: significat, *alveolis* solitum ex»cipi sanguinem mactatorum animalium.« [At σφαγίδα ibi, non σκαφίδα, legitur cum in Anthologia H. Steph. pag. 438. tum in Analectis Brunckii T. II. p. 258.] »Ite»rum in eodem, καὶ τὰν κρεισδόκον σκαφίδα: quia, ut »puto, in *alveolis* carnes coquendas lavabant.« CASAUB.

Ibid. δορίδα. Mireris ne verbulum quidem de hoc vocabulo adnotasse Casaubonum, quod tamen ab ipso primum ita editum est, cum διρίδα olim legeretur in ed. Ven. & Bas. quemadmodum etiam in cod. *A.* scriptum. Nempe ad scripturam διρίδα haec adnotaverat DALECAMPIUS: »δειρίδα: quo pecudes excoriant. δορίδα, »Pollux.« — Ac sane unice verum erat δορίδα, i. e. *cultrum excoriatorium.* Vide Poll. VI. 89. & X. 104. & Hesych. in Δορίδες. Omisit illam vocem Epitomator, & cum eo Eustathius ad Iliad. κ'. pag. 820, 3 sq. ubi ex hoc loco reliqua recenset vasa coquinaria: sed idem Eustathius ad Iliad. β'. pag. 184, 8. idem vocabulum δορίδες commemorans, μαγειρικαὶ τράπεζαι interpretatur: ubi ne (quod in mentem venire poterat) corrigendum ex He-

ſychio & Polluce μαγειρικαὶ μάχαιραι ſuſpiceris, vetat b Pollux eodem loco quem modo citavi; ubi δορίδας non ſolum interpretatur αἷς ἔδερον, ſed & ἐφ' ὧν.

Verſ. 4 ſq. οὐ μὴ πρότερον νεύσεις, θεοῖσιν ἐχθρὲ σὺ, τὸ λεβήτιον; κἀκ τοῦ χύτρου πάλιν ὑστερεῖς; Scabroſos duos verſus callide praetermiſit ſuo more Epitomator. In verbis nil mutant veteres membranae, & in diſtinctione etiam verborum (quantum ſcio) ſuperioribus editionibus adſentiuntur, quae interpungunt orationem poſt ἐχθρέ. dein vero nec poſt σὺ, nec poſt λεβήτιον, nec poſt ὑστερεῖς, ullum diſtinctionis ſignum ponunt. (Solummodo in ed. Caſ. 2 & 3. comma poſt ὑστερεῖς ponitur.) Eosdem verſus, puto, dixit CASAUBONUS, cum ait: »Sub finem in quibusdam haeret nobis aqua, ob »mendas codicis.« — Eosdem, cum eo qui ſequitur, ſic interpretatus erat DALECAMPIUS:

Et quem prius eluas, o coeleſtibus inviſe,
lebetem exiguum, rurſumque ollam poſtea,
ac cybelum agoniſteriam.

Quod vulgo νεύσεις ſcribitur verbum, id *eluas* reddidit, quaſi πλυνεῖς vel λούσεις eſſet ſcriptum. VILLEBRUNIUS, cui, ubi aliis haeret aqua, numquam non Muſae omnes atque Gratiae favent, confectam rem putavit, ſi οἴσεις pro νεύσεις, & verſ. ſeq. χυτρείου pro χύτρου legeret: quibus inventis fretus, controverſa verba ſic vertit: *va me prendre auparavant la marmite à l'endroit où on la ſerre.* Equidem unum ex his me profiteor quibus hic aqua haeret: &, quae in verſione Graecis ſubiecta ſcripſi, ea me tentando & hariolando ſcripſiſſe profeſſus ſum. Expeditiſſima utique corrigendae vulgatae lectionis ratio foret, ut, pro πρότερον νεύσεις, πρότερον εὔσεις vel εὕσεις ſcriberetur; ſi modo commodam inde ſententiam, cui uſus loquendi faveret, lucraremur: ſed multum abeſt, ut, eſſe hanc rationis noſtrae laudem, pro certo adfirmare auſim. Quum εὔειν vel εὕειν, Heſychio interprete, idem atque καίειν valeat; cogitaveram, quemadmodum in proxime ſequente teſtimonio τὴν κακκάβην κάειν vel καίειν Ariſtophanes dixit, eodem modo Anaxippum τὸ λεβήτιον εὔειν dicere potuiſſe. Sed quo prodiret tolerabilis aliqua ſententia, ſtatuendum fuit, κάειν τὴν κακκάβην in iſto Comici verſu non, ut a viris doctis accipi video, *adurere ollam* ſignificare, ſed *admoto*

igne facere ut ferveat. Quod *verſ. ſeq.* χύτρου editur, id ex iuniorum librariorum aut ex ipſius Veneti editoris ingenio eſt. Mendoſum λήτρου, quod habent vetuſtae membranae, peraeque ex λίτρου corruptum ſtatuere licebat, ac ex χύτρου: & iſtud quidem magis etiam in promtu erat: λίτρῳ autem (id eſt *nitro*) pro *ſale* & omnino pro condimento frequenter uſos eſſe veteres ſatis conſtat. conf. Athen. II. 68. a. & Polluc. VI. 66. Poteras etiam λίστρου cogitare, quod eſt *cochleare quo vertuntur quae in ſartagine friguntur:* ſed id quidem verſui non erat aptum. Denique vero & illud κᾷκ moleſtiam facit; niſi dictionem κᾷκ τοῦ λίτρου ſimili quadam ratione atque illam τὰκ τῆς τροφῆς, III. 124. a. accipere licuerit, ut valeat *& quod ad nitrum adtinet.*

Verſ. 6. καὶ τὴν κύβηλιν τὴν ἀγωνιστηρίαν. Cum τὴν κύβηλον eſſet editum, monuit CASAUBONUS: »Κύβιλιν »ſcribunt Excerpta: melius κυβηλὶς, ut in Heſychio, »qui hanc vocem diligenter expoſuit.« — Heſychius: Κυβηλίς· μάχαιρα. ἄμεινον δὲ πέλεκυν, ᾧ τὰς βοῦς καταβάλλουσι. Mox dein vero apud eumdem Heſych. rectius κύβηλις cum accentu in antepenult. ſcribitur, ut apud Suidam & apud Etymologum col. 8. l. 9. & col. 542 extr. In noſtro quidem ms. *Ep.* κύβιλλιν (ſic) ſcriptum: ſed Euſtathius in ſuo codice κύβηλιν reperiſſe videtur; certe ſic ſcribit ipſe ad Iliad. λ'. pag. 820, 4. ex eodem hoc Athenaei loco. Eamdemque ſcripturam κύβηλιν tuentur membr. *A.* Vocabulum ἀγωνιστηρίαν, quod vix alibi usquam iſtâ quidem formâ occurrit, omiſit Epitomator: nihil autem mutat ms. *A.* Neſcio an idem fere ac ἀγωνιστικὴν valeat: ſed de eadem voce ſimulque de ſignificatione vocab. κύβηλις non abs re fuerit, ſi quae DALECAMPIUS adnotavit, adpoſuerimus. »Κύβηλον, vel κύβιλιν, »inquit, [ſic enim ille veteres editiones ſecutus ſcripſit] »plerique omnes interpretantur *bipennem*, ac *ſecurim:* quod »ſi probamus, ἀγωνιστηρία fuerit *magna ſecuris*, diſcin»dendis pecudum artubus idonea, & quae certamini bel»lico apta eſſe poſſit. Pollux vero lib. VI. [89.] & X. »[104.] κύβηλον eſſe vult τυροκνῆστιν, *radulam caſeariam.* »Hoc ſi placet, duplicem fuiſſe ſuſpicor: alteram mino»rem, quam paulo ante [*verſ.* 2.] vocavit *puerilem*, παι»δικὴν τυροκνῆστιν; alteram maiorem, quam nunc appel»lat κύβηλον ἀγωνιστηρίαν, i. e. *non ſine labore tractandam.*«

Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. Cum Σκηναῖς vitiose ederetur, erudita ac copiosa disputatione (cui in *Indice Auctorum ab Athenaeo citatorum* olim locum dabimus) docuit CASAUBONUS, cum hoc loco, tum passim apud alios scriptores, ubi eadem scriptura vulgo obtinuit, Σκηνὰς scriptum oportuisse; fuisse enim illius *fabulae* ARISTOPHANIS indicem hunc, Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι, id est, *Mulieres locum ad tentoria sua* [scilicet, quibus merces venales exponerent,] *occupantes.* Docuitque idem, suam emendationem (non quidem hoc loco, sed lib. VII. p. 286. f. ubi idem error erat commissus) firmari codicis msti *Huraldini* auctoritate. At nostrae membr. *A.* non isto loco tantum, sed & hoc eodem in quo versamur, veram scripturam Σκηνὰς tenuere: eamdemque scripturam etiam Brunck in cod. Paris. *B.* hoc loco repererat. Fabulae indicem vero alii paulo aliter interpretantur; in his HEMSTERHUSIUS, cum ad Polluc. X. 106. scribit: »De ista loquendi formula, Σκηνὴν καταλαμβάνειν, θέαν καταλαμβάνειν vel προκαταλαμβάνειν, *praeoccupare commodum videndi locum*, videndus omnino vir eruditissimus P. LEOPARDUS lib. I. cap. 13.« — Quod vero ait Athenaeus, *Aristophanem* in illa fabula κακκάβην *dixisse, quam alii* χύτραν: »Non omnium hoc fuit iudicium: [ut monuit CASAUBONUS:] »Pollux enim eo loco κακκάβην interpretatur *patinam.* καὶ »κακκάβην, inquit, τὴν λοπάδα ἐρεῖς· εἰπόντος Ἀριστοφάνους ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις.« — Ipsum ARISTOPHANIS *versum*, qui deerat in vetustioribus Pollucis editionibus, multo emendatiorem, quam apud Athenaeum legebatur, e melioribus codicibus edidere posteriores Pollucis editores, in eumdem modum quo apud Nostrum correximus:

τὴν κακκάβην γὰρ κάε τοῦ διδασκάλου.

Quae scriptura a nostrarum membranarum scriptura (κατοῦ) nonnisi tenui illa lineola transversa differt, qua in vetustis codicibus litera ε a litera σ discernitur: de quo subtili literarum σ & ε discrimine, e quo similes passim errores nati sunt, diximus ad Polyb. XI. 9, 5. ipsasque figuras utriusque literae, quibus usi sunt paulo vetustiores librarii, ibi depictas dedimus. In illo versu Kühnius ad Poll. vocem κάε pro ἔκαε accepit, atque etiam ἔκαε legendum censuit, in hanc sententiam, *caccabum enim id-*

uſſit praeceptoris. Ego vero κάε in imperativo accipiens, in eum ſenſum interpretari tentavi, de quo paulo ante ad *Anaxippi verſ.* 4. dixi. Quae interpretatio invenerit fortaſſe praeſidium aliquod in Antiphanis verſ. 3. apud Noſtrum, X. 623. a. ubi verbum προσκάεται de ſummo *fervoris* gradu in elixando cibo accipi videtur: cui accedit, quod verbum πυροῦν, eiusdem cum κάειν ſignificationis, haud ſane infrequenter de *elixandis, ad ignem coquendis & ferveſaciendis* cibis uſurpatur. Eamdem ſcripturam, quam habent noſtrae membranae, etiam in Pariſ. *B.* ſervatam eſſe docuit Brunck in Fragm. Ariſtoph. p. 265. impoſitis etiam accentibus κάστοῦ διδασκάλου. Ea igitur ab aliis (neſcio utrum iunioribus librariis, an ab ipſo primo editore) ſic corrupta eſt, ut τὴν κακκάβην γὰρ Καρύστου διδάσκαλον ederetur: cuius ſcripturae, temere prorſus invectae, ac ne ullum quidem ſenſum fundentis, fruſtra patrocinium quaeſiveris in Antiphanis ex Paraſito verſu tertio, qui paulo inferius lit. e. legitur. Epitomator ex hoc loco nonniſi haec verba excerpſit: Ἀριστοφάνης δὲ τὴν χύτραν, κακκάβην που εἴρηκε.

In ANTIPHANIS, ex *Philothebano*, *verſ.* 2. pro Βοιωτίας, quod conſentiente ms. *A.* hîc edebatur, recte Βοιωτία legitur lib. XIV. pag. 622 extr. ubi iidem verſus, adiecto magno numero aliorum, qui hos apud poëtam excipiebant, adferuntur. Et hoc loco ms. *Ep.* veram ſcripturam Βοιωτία tenuit: quam etiam ex codice Hoeſch. adnotavit Caſaub. Quaenam ſit iſta mulier, quam dicit, *eiusdem nominis cum anguilla Boeotia*, haud adparet. De *domeſtica ancilla* cum Dalecampio accepit Villebr. *Verſ.* 3. Pro μιχθεῖσα, quod conſentiente utroque noſtro codice hic legitur, τμηθεῖσα habes pag. 623. a. id eſt, *diſſecta*, quod & hoc loco cum Dalecampio omnino repoſitum voluit KOPPIERS in Obſervatis Philolog. p. 57. Adnotaverat tamen DALECAMPIUS, cum *diſſecta* in contextu poſuiſſet: »Codex noſter [is quidem, ut iam ſaepe monui, non alius erat, niſi exemplum editionis Baſil.] *permixta*: ſubintellige, *cum ſuis condimentis.*« — Ac ſane tali quodam modo uſurpatum videri poterat idem verbum in Anaxandridae verſu, II. 68. b. ex lectione olim vulgata, σεμνύναι τὸ τάριχον ὁμοῦ μιχθὲν κοριάνῳ, *ſalſamentum coriandro conditum.* Sed ibi quidem, verum ſi quaeris, diverſa ratio eſt. Attamen abiicere h. l. librorum ſcriptu-

ram, quae non de nihilo esse videbatur, eâ potissimum de caussâ veritus sum, quod totius loci sententia minus mihi perspicua erat. Villebrunius, idem verbum μιχθεῖσα tenens, in alium prorsus sensum accepit: *& qui s'est accouplée dans le ventre creux de la caccabe*: nempe de Homerico verbi usu cogitans; cui tamen quo pacto hîc locus esse possit, ubi de *una* tantum anguilla, non de duabus, agitur, ipse viderit.

Βατάνιον δ' εἶρηκεν Ἀντιφάνης. Vocabula βατάνιον d & πατάνιον constanter apud Pollucem, Hesychium, aliosque grammaticos per *nudum iota* in penultima scribuntur: pariterque alibi apud Nostrum; velut I. 28. d. XII. 516. e. & f. Porro, quum continuo deinceps plurimi adferantur versus, in quibus illa vocabula occurrunt; in illorum versuum nullo scriptura per nudam vocalem refragatur metro, plura autem sunt loca, ubi scripturam per diphthongum non admittit metri ratio. Id satis caussae visum nobis erat, cur & hoc loco, & in tota sequente super istis vocabulis disputatione, reiectâ scripturâ per *ει diphthongum*, alteram per *nudam iota vocalem* adoptaremus; cum praesertim & in aliis quibuscumque verbis frequentissime eadem confusio in libris nostris obtinuerit. De corrigenda vulgata apud Nostrum scriptura monuerat etiam H. Stephanus in Indice Thes. voc. Βατάνια & Πατάνια. In nostro ms. *Ep.* hoc loco sic scribitur: Κατάνειον (sic mendose pro Βατάνειον, ex literarum β & κ confusione, de qua aliâs dixi; quae in eodem vocab. etiam apud Polluc. X. 108. olim admissa erat.) δὲ λέγονται μέν· οὐκ ἐμφαίνεται δὲ ἐνταῦθα τί σημαίνει. Proxime vero ante ista verba, imperite haec inseruit Epitomator: Σκεῦός δέ τι καὶ τὸ ἀσώτιον παρὰ Στράττιδι. Nempe perperam ac perverse huc traxit ea, quae paulo ante (lit. a. & b.) de vocabulo ἀσώτιον breviter quidem admodum dixerat Auctor.

In Antiphanis ex *Euthydico verf.* 1. pro πολύπους (quam scripturam quidem & Athenaei libri & Pollucis X. 107. communi consensu hîc exhibent) metri ratio postulaverat ut πουλύπους scriberemus; qua forma promiscue cum altera usos esse Atticos, poëtas certe, sed & prosaicos puto, satis adparet ex compluribus testimoniis a Nostro lib. VII. pag. 316. prolatis: & ibidem quidem perperam (de quo etiam Brunckius monuit, ad Fragm.

d Ariſtoph. pag. 234.) plerisque locis, ubi primam ſyllabam productam metrum flagitabat, nudam *o* vocalem poſuere vel librarii vel editores; at veram ibidem ſcripturam per diphthongum aliquoties tenuere noſtrae membranae: eamdemque ſcripturam omnes etiam libri tenent k. 5. d. & lk. 64 a. *Verſ.* 2. βατάνοισιν, quod & editi & ſcripti libri habent, nec Graecum erat, &, quamvis Graecum foret, tamen & metro & auctoris propoſito repugnabat. CASAUBONUS, cum adnotaret »Scribe βατανείοισιν« metri nullam rationem habuerat, quod nimis ſaepe accidit doctiſſimo viro. Rectius vero iam olim H. STEPHANUS (in Ind. Theſ. voce Βατάνιον) monuerat, βατανίοισιν hîc ſcriptum oportuiſſe metro poſtulante. Pollux X. 107. idem Antiphanis teſtimonium citans, ἐν πατανίοισιν ſcripſit, terminationem vocis recte exhibens, ſed in prima vocabuli litera ab Athenaeo diſſentiens. Eumdem Pollucis locum poſtquam citavit CASAUBONUS, haec adiicit: »Athenaeus legit hîc per β. βατάν. »Imo etiam Pollux ipſe.« Quod quo fundamento niſus ille dixerit, mirari ſubierat. Nam Athenaeum quidem hoc loco βατάν. per β literam ſcriptum voluiſſe, (puto, quod ſic in ſuo fabularum Antiphanis codice, aut certe in Adverſariis ſuis, ita ſcriptum inveniſſet) ex his quae paulo poſt ipſe ſubiicit, ſatis adparet. Pollux vero X. 108. diſerte tradit, eamdem vocis formam βατάνιον nonniſi in vulgi uſu verſari: ſatisque ſignificat, ſe illam apud nullum probatum auctorem reperiſſe. In quo adverſatur ille quidem Athenaeo & Heſychio: ſed de ſcriptura tamen, quam ipſe in ſuis codicibus aut adverſariis repererat, dubitare nos non ſinit. At nempe, Caſauboni aetate in eo, quem modo dixi, Pollucis loco non βατάνιον, ſed κατάνιον, edebatur. Igitur, quoniam apud eumdem Pollucem, ſect. 107. poſt adlata Antiphanis verba, de quibus quaerimus, continuo ſic vulgo legitur, Ἄλεξις δὲ πατάνια εἰρηκεν: haud improbabiliter colligere inde poterat Caſaubonus, in praecedente Antiphanis teſtimonio non πατανίοισιν ſcripſiſſe Pollucem, ſed βατανίοισιν. Sed, poſtquam altero loco apud hunc Grammaticum (X. 108.) pro mendoſo κατάνιον e melioribus codicibus vera ſcriptura βατάνιον reſtituta eſt; ſupereſt, puto, ut id, quod idem de Alexidis ſcriptura dicit, ita accipiatur, ut intelligamus Pollucem in ſuo Alexidis exemplo (vel in Adver-

fariis fu's, unde Alexidis teſtimonium deſcripſit) nec βατάνια, ut apud Athenaeum legitur, nec πατάνια ſcriptum reperiſſe, ut apud ipſum Pollucem vulgo editur, ſed πλατάνια, ſingulari prorſus nominis formâ, quam optimus Pollucis codex mſtus, teſte Iungermanno, exhibebat. Ut ad Antiphanem redeam: quod in utroque noſtro codice *A.* & *Ep.* ſcribitur:

ἐν βατάνοισιν ἑφθὸς ἐντετμημένοις:

poſſes ſuſpicari, veram ſcripturam eſſe ἐντετμημένος, & ſuperiori verſu delendam eſſe vocem τετμημένος, ut ex gloſſa invectam. Sed ſuperius quidem τετμημένος cum noſtris codicibus agnoſcit Pollux, qui dein vocem ἐντετμημένοις ignorat.

Ἄλεξις ἐν Ἀσκληπιοκλείδῃ. Apud Pollucem X. 107. olim ἐν Ἀσκληπιάδῃ editum erat: ſed apud eumdem e melioribus codicibus vera ſcriptura, cum Athenaeo conſentiens, iam pridem reſtituta eſt. ALEXIDIS verba non adpoſuit Pollux: nonniſi hoc ait, Ἄλεξις δὲ ἐν Ἀσκληπιοκλείδῃ πάτανια (ſive, ut vetus cod. ms. habet, πλατάνια) εἴρηκεν. Quid fit vero, quod CASAUBONUS ait: »πατάνια *Pollux legit per π. Athenaeus cum ſecunda lite-*»*ra* θ:« id quidem nullo pacto exputare poſſum, niſi plane ſtatuamus, aliud animo agentem ita illum ſcripſiſſe, cum voluiſſet ſcribere, *Athenaeus per literam* β. Nam nec apud Athenaeum in hoc vocabulo veſtigium ullum video ſcripturae per θ in ſecunda ſyllaba; nec quemquam alium, qui ita ſcripſerit, cognitum habeo. *Verſ.* 2. περὶ τὴν Σικελίαν. περὶ Σικελίαν edd. & mssti noſtri. Obtemperandum vero CASAUBONO putavi, monenti: »Se»cundus verſus adiectione articuli fulciendus, περὶ τὴν »Σικελ.« *Tertius verſus* ſic editus legebatur:

δειπνοῦντας εἰς βατάνεια γ' ἐκβαλεῖν ποιῶ.

Nil hic monuit CASAUB. Quare etiam in ora ed. Caſ. 2 & 3. nulla emendatio adnotata: ſed in Animadv. ad ſimilem locum eiusdem Alexidis, III. 107. d. hunc verſum ita citavit idem Commentator, ut ἐμβάλλειν pro ἐκβαλεῖν ſcriberet; quemadmodum ibi legitur,

δειπνοῦντας εἰς τὰ λοπάδι' ἐμβάλλειν ποῶ.

Poterat, propius inſiſtendo veteri ſcripturae, ἐμβαλεῖν h. l. ſcribere; quemadmodum malle ſe profeſſus eſt Iungermann. ad Polluc. X. 107. id quod verum putavi atque recepi. Mssti quidem noſtri ambo h. l. in primoribus

d verbi literis ἑκβ. ab editis non recedunt; sed ms. *A.* ἐκβαλεῖν tenet; ms. *Ep.* vero ἐκβάλλειν habet: particulam γ' vero, quae in edd. praemittitur, uterque codex ignorat. Et ms. *Ep.* quidem βατάνιον in sing. scribens, nihil quod ad metrum desideretur reliqui fecit. Praeferam tamen pluralem βατάνια, quem servat ms. *A.* cum editis. Quem si teneamus, erit versus ita, ut sub contextu significavi, constituendus:

δεινοῦντας εἰς τὰ βατάνι' ἐμβαλεῖν ποιῶ.

In fine versus, utrum ποιῶ scribas, in quod hoc loco libri consentiunt, an ποῶ, ut III. 107. d. nihil interest: nam in ποιῶ prima syllaba ob sequentem vocalem corripi potest.

Πατάνιον δὲ διὰ τοῦ π̄. Recte διὰ τοῦ codex uterque cum editt. vett. Perperam διὰ τὸ ed. Cas. *Ibid.* Ἀντιφάνης ἐν Γάμῳ. Aut sic, aut ἐν Γάμοις scribendum pro vulgato Σάμῳ, docuit KOPPIERS in Observ. Philog. pag. 8. & iam ante eum (ut ipse profitetur) docuerat Io. Sal. SEMLER in Miscell. Lect. Conf. Harles ad Fabric. T. II. pag. 418. not. hh. Scilicet Antiphanes ἐν Γάμῳ citatur IV. 160. d. ἐν Γάμοις vero, III. 95. a. quod perinde est. Et Ἀντιφάνης Γάμοις scribit Lexicographus San-Germanensis ineditus, eumdem locum respiciens, quem hic citat Athenaeus. Ex illo Lexicographo excerpta nonnulla ad Antiphanem spectantia, a Ruhnkenio sibi communicata, protulit Koppiers in libello modo laudato. Verba illius haec sunt: Βατάνια, τὰς λοπάδας, ὡς Ἀλεξανδρεῖς· Ἀντιφάνης Γάμοις. Ubi simul observabis veterum librorum in scribendo vocabulo, de quo hic differit Noster, miram dissensionem. βατάνιον per β literam nonnisi *ex vulgi more* dici aiebat (ut supra vidimus) Pollux X. 108. eamque scripturam apud nullum veterem auctorem a se repertam esse significat. Athenaeus ex Antiphanis Euthydico scripturam βατανίοισιν adfert, ubi Pollux πατανίοισιν scriptum viderat. Sangermanensis vero Grammaticus etiam in altera Antiphanis fabula, in qua per π scriptum vocabulum diserte adnotavit Athenaeus, scripturam βατάνια per β literam repererat. Hesychium si audias, βατάνια, pro λοπάδια, Sicula vox erat. In ANTIPHA-
e NIS *vers.* 2. pro ἄλες oportuisse ἄλας, indicabant accusativi praecedentes, χύτρας & λύχνους. Nihil tamen ex ms. *A.* adnotatum; in *Ep.* vero omissus iste versus.

In PHILETAERI *verſu*, a verbis οὗτος πατανίων ad iſta e ſimiliter exeuntia ἔξειν πατανίων aberraverat oculus librarii eius, cuius de exemplo expreſſa eſt Veneta editio: quare in ed. Ven. & Baſ. deſunt undecim verba προσελθέτω. καὶ πάλιν &c. quae ex Excerptis e codicibus Italicis auctori reſtituit Caſaubonus. Eadem verba, uti conſentaneum erat, vetereſ noſtrae agnoſcunt membranae. In iſtis verſibus, niſi firmando uſui vocabuli πατάνιον prolati eſſent, videri poſſet Πατανίων, *Patanio*, nomen proprium coqui eſſe: ac neſcio, an nihilo minus ſic accipi debeat.

Ἐν δὲ Παρασίτῳ ὁ Ἀντιφ. Articulum ὁ, cum deeſſet editis, dedit ms. *A*. *Verſ.* 2. ἴξει. Perperam ἔξει ed. Baſ. & Caſ. quod ex melioribus codd. corrigendum monuit Caſaub. Atqui verum tenebat etiam ipſa editio Ven. Vocem ἰσοτράπεζος ex Philoxeni Coena (ſupra, p. 147. b.) mutuavit coquus, doctus videri cupiens. *Verſ.* 3. Καρύστου θρέμμα. Perperam καρύστρου ms. *Ep. Caryſtiam patinam* dicit, ex *Caryſto* Euboeae; quo ſpectat illud ἀπ' Εὐβοίας λοπάδες, IV. 135. e. ubi vide notata. *Verſ.* 7. Ad vulgatam ſcripturam, χαίροντες ὀνομάζουσιν, εἴτε ſ σίττυβον, haec adnotavit CASAUBONUS: »Apud Pollu»cem ſcriptum, χαίρουσιν ὀνομάζειν: apud Euſtathium »[ad Iliad. λ'. pag. 820, 6.] & in Epitoma ſimpliciter »ὀνομάζουσιν. Omnes, retento ſenſu, verborum elegan»tiam & metri legem neglexerunt. Eſt enim venuſtatis »Atticae, χαίροντες ὀνομάζουσι, pro *nominant*, vel *nomi»nare ſolent*. Sed non aſſentior Euſtathio, qui poërae ver»ba ſic accipit, quaſi κάκκαβος, λοπὰς & σίττυβος idem »ſint. Nobis plane videtur contrarium. Ait enim qui iſta »loquitur, *non curare ſe verborum proprietatem, neque videri »ſibi quicquam intereſſe quo nomine vas illud appellet, ſive »κάκκαβον, ſive λοπάδα, ſive σίττυβον*. Haec iſte quidem: »at caeteris omnibus Graece loquentibus, aliud eſt κάκ»καβος, aliud λοπάς: & toto genere ab his diverſum »σίττυβος. Heſychius δερματίνην στολὴν interpretatur.« — At σιττύβαι, non σίττυβοι, apud Heſych. exponuntur δερματίναι στολαί. Sic & in Photii Lexico, Σιττύβαι, δέρματα. Vocabulum σίττυβος apud Heſychium prorſus non reperitur. Quod vero de iſta dictione χαίροντες ὀνομάζουσιν ſcripſit Caſaubonus, in eo memoriam fefelliſſe doctiſſimum Virum perſpecte monuit VALCKENAR. ad He-

frodot. VII. 236. docuitque non esse dubitandum quin χαίρουσιν ὀνομάζοντες scripserit Antiphanes, quemadmodum apud Pollucem X. 106. e melioribus codicibus iam pridem restitutum est, pro eo quod mendose ibi editum erat χαίρουσιν ὀνομάζειν. Confer Hoogeveen ad Viger. de Idiot. pag. 249.

Vers. 8. πλὴν ὅ τι λέγεις ἀγγεῖον, οἶδα. Ferri hoc fortasse potest, hâc sententiâ, *caeterum novi quodnam dicas vas.* Sed vide, ne sic scriptum oportuerit: πλὴν ὅτι ὃ λέγεις ἀγγεῖον οἶδα; intelligendo, Ἄλλο μοι οἴει διαφέρειν πλὴν ὅτι οἶδα ὃ λεγεις ἀγγεῖον; *Credis — ne aliud mea interesse, nisi ut sciam* (vel, *dummodo sciam*) *quodnam tu vas dicas?*

Εὔβουλος δ' ἐν Ἴωνι καὶ βατάνια καὶ πατάνια λέγει &c. »Eubuli *ex Ione* locum affert Athenaeus ut probet non sem»per esse idem βατάνειον & πατάνειον. Eumdem [ex parte] »recitat Pollux, [X. 106.] ut evincat, non plane idem »esse πατάνειον & λοπάς. Neuter firmo admodum argu»mento nititur: nam quid mirum, si bis idem dictum »sit a Comico? qui fortasse stomachabundum aliquem ea »loqui faciens, dedita opera battologiam ei attribuit. »Sane cum ait, πατάνεια πυκινὰ ταρφέα, diversis voci»bus idem bis dicit: nisi quis putet τὸ πυκινὰ interpre»tamentum esse vocis poëticae ταρφέα. a Casaubonus. — At nec dixerat Athenaeus, nec ullo modo significaverat, sibi diversa quadam notione apud Eubulum accipienda videri duo vocabula βατάνια & πατάνια.

AD CAP. LXIX.

a In Alexidis ecloga, ex *Lebete, personarum partes* distinxi quemadmodum perspecte indicaverat Coray in *Notis mssstis.* *Vers.* 1. Commode habent editi Καὶ μὴ προφάσ, ubi, contra quod metrum flagitabat, Μὴ προφάσ. *absque* καὶ habet ms. *A.* (In ms. *Ep.* desunt quatuor priores versus.) At perinde consultum fuisset metro, si Μηδὲ προφάσ. legeretur. Et sic forsan scripserat poëta. *Vers.* 2. Ἀλλά γε λέγ' οὗ δεῖ. Cur Ἀλλ' ἄγε scribi iusserit Casaubonus, causa nulla erat: immo percommode istud habebat, *At dic modo, dic saltem.* Ἀλλ' ἄγε sonat, *Sed age;* quod non tam aptum huic loco esse videtur. Conf. Koen. ad Corinth. de Dialect. pag. 36. Sed, quod dissimulari non debet, ex emendatione sive iunioris librarii,

ſive primi editoris, ipſa iſta eſt lectio. Vitioſe prorſus a in vetuſtis membranis ſcribitur, Ἀλλὰ λέγοντα οὐ δεῖ. *Ibid.* λήψομαι poſſit eſſe *ſumam, capiam & tibi dabo:* poſſis vero etiam intelligere, *emam.* Vide ad III. 118. a. Animadv. T. II. p. 326. *Verſ.* 5. μάραθον recte mss. & edd. quod cur in μάραθρον mutaretur nulla cauſſa erat, licet ſic ſcribatur id nomen apud Polluc. VI. 66. ubi iidem Alexidis verſus citantur. Vide II. 56. c. & ibi notata. *Ibid.* καυλὸν, σίλφιον. » Malit aliquis non ſine cauſſa, καυ» λὸν σιλφίου. Sed nec ſine cauſſa placeat quod eſt edi» tum, καυλὸς, σίλφιον. Vide locum Antiphanis quem ex» ponimus libro ſuperiore cap. XXI. « CASAUB. — Vide III. 100. f. quo refertur caput XXII. (non XXI.) animadverſionum Caſauboni; ubi nonnihil notatum de iſtis nominibus. Conf. II. 63. d. & I. 28. d. & utrobique adnotata, Animadv. T. I. pag. 212. & 427.

Verſ. 6-8. Loco omnium, quae tribus iſtis verſibus comprehenduntur, in ed. Ven. & Baſ. nonniſi haec legebantur, ſic ſcripta,

Κορίαννον· αὖον· ῥοῦν· κύμινον· σίραιον.
σέσελλι πήγανον. πράσον.

CASAUBONUS vero in hunc modum edidit:

κορίαννον, αὖον, ῥοῦν, κύμινον, κάπταριν,
ὀρίγανον, γητειὸν, σκορόδιον, θύμον, σφακὸν σισίραιον, b
σέσελλι, πήγανον, πράσον.

Tum IDEM *in Animadv.* ait: » In ſexto verſu, recte libri » noſtri, κορίαννον αὖον, ῥοῦν, κύμινοι [κύμινον voluerat] » κάπταριν. Male apud Pollucem, [VI. 66.] κορίαννον » αὖρον: quod male emendarunt nonnulli, κορίαννον δαῦ» κον, corrupto metro: nam iambicos eſſe verſus teſta» tur diſerte Pollux. « [Recte vero hodie apud Poll. κορίαννον αὖον editur.] » Deinceps perturbata ſunt omnia:

» ὀρίγανον, γήτειον, σκορόδιον, θύμον, σφακὸν,
» σίραιον,
» σέσελι, πήγασον, [πήγανον voluerat] πράσον.

» Reſtitue eâdem operâ & veram lectionem & metri legem:

» ὀρίγανον, γήτιον, ἄνισον, θύμον, σφακὸν,
» τό τ' αὖ σίραιον, σέσελι, (vel πέπερι, ex Pollu» ce) πήγανον, πράσον.

» Vocem ἄνισον reſtituimus ex Polluce, ubi tamen ἄνητον » minus bene editur. Omiſſum hoc nomen fuerat, quia » in *quinto verſu* ἀνήθου poëta recenſuerat: ſed, aliud eſſe

b »*anethum*, aliud *anisum*, consulti herbariae rei sciunt. »σφάκος est *salvia*: hoc est, ἐλελίσφακος.« — Scilicet verba, quae in contextu supplevit Casaubonus, dederant ei Aegii notae & alia excerpta ex Italicis codicibus; cum quibus consentit noster ms. *A.* nisi quod in hoc γήτειον recte scribitur antepenacute, non γητειὸν, quod casu, non consulto, in ed. Cas. 1. sic scriptum videtur; tum σκόροδον, non σκορόδιον. Porro σίραιον recte scriptum in ms. *A.* & *Ep.* ut in ed. Ven. & Bas. non σισίραιον, quod ex operarum errore in editionem Casaub. irrepsit: denique σέσελι, non σέσελλι, recte scriptum in ms. *A.* & *Ep.* Ex omnibus quidem aromaticis herbis, quae istis versibus commemorantur, Epitomator nonnisi has nominavit: ἄνηθον, μάραθον, ἀσταφίδα κεκομμένην, νάπυ, σέσελι, θύμον, καὶ σίραιον: reliquorum loco, καὶ ἄλλα adiecit. Quas emendationes proposuit Casaubonus, sunt eae omnes ex Polluce ductae; apud quem rectius utique, quam apud Nostrum, procedit versuum modulus. Nam apud Nostrum extremus quidem versus, σφάκον - - πράσον, bene habet: sed penultimus,

ὀρίγανον, γήτειον, σκορόδιον, θύμον,

eo peccat, quod dactylum habet in quarta sede: tum vero vocabuli σκορόδιον terminatio diminutiva, quae ad complendam versus mensuram necessaria videbatur, est ea quidem e codicibus msstis, petita; nam ex Aegiana etiam collatione Romani codicis eamdem vocis formam adscriptam orae libri, qui olim Casauboni fuerat, video: sed non est illa ex veteri scriptura, quae (ut paulo ante docui) σκόροδον habet. Nec vero idcirco, abiecto toto vocabulo, prorsus diversum ἄνισον ex Polluce obtrudere Athenaeo consultum duxi. γήτειον quidem, quod praecedit, recte habet: perinde enim & γήτειον & γήτιον dicebant Graeci, & utralibet forma uti poterat poëta, prout vel productam penultimam syllabam, vel correptam vellet. Conf. ad II. 68. e. Animadv. T. I. pag. 461. Eadem de caussa, in proxime sequente ecloga vers. 6. ubi γήτειον dabant libri, haud dubie γήτιον fuit scribendum.

Ἐν δὲ Πανυχίδι ἢ Ἐρίθοις μάγειρον δὲ ποιεῖ λέγοντα. Illam δὲ particulam, importune repetitam, cum editis membranae etiam nostrae agnoscunt: quam delere non sum ausus, cum, quid sub ea lateret, nescirem. In huius Eclogae *vs.* 6. γήτιον corrigendum fuit, flagitante me-

tro: de quo vocab. paulo ante dixi. *Verſ.* 8. Duo verba, *οὐ ξύλον*, operarum culpâ omiſſa ſunt in ed. Caſ. 2. & 3. *Ibid. οὐ σκάφων* : *non alveolum. σκάφων Petrus* VICTORIUS Var. Lect. XX. 14. intelligebat *inſtrumentum quo coqui ex olla ius hauriunt;* quo & refert locum Antiphanis pag. 172. c. At ea quidem *ζωμήρυσις* eſt, de qua pag. 169. b. *Σκάφη* vero quodvis aliud potius vas fuerit intelligendum: de quo vocab. nonnihil adnotavit Caſaub. ſupra ad vocem *σκαφὶς*, IV. 169. a. conf. III. 109. c. & d. & Heſychii Interpp. ad vocem *Σκαφηφόροι*. Conſentaneum eſt, ſic dictum fuiſſe *vas* quodvis *oblongum, modice concavum*, varii generis uſibus deſtinatum.

In ALEXIDIS ecloga ex *Aerumnoſa*, *Verſ.* 2.

πρώτιστον ὑποτίθει εἰς λοπάδα νεανικήν.

Cum *ὑποτίθεις* conſentiente ms. *A.* eſſet editum, monuit CASAUB. »Scribe *ὑποθεὶς*: nam *ὑποτιθεὶς* facit »verſum hypermetrum & exlegem.« — Nempe, non quidem hypermeter erat verſus; ſed, contra legem iambici ſyſtematis, (de qua lege confer tamen quae infra ad pag. 175. a. adnotavimus) dactylum pedem habebat in quarta ſede. Cui incommodo remedium quidem adlatura erat Caſauboni emendatio: ſed cacophoniam, venuſto poëta Alexide indignam, efficere mihi videbantur duae ſyllabae *θεις* & *εἰς*, non modo continuo ſeſe excipientes, ſed & in eodem verſiculi pede concurrentes: tum vero & illud incommodum cum vulgata ſcriptura commune habebat eadem emendatio, quod in tota ecloga nullum *verbum finitum*, quod dicunt Grammatici, comparebat. Itaque *ὑποτίθει* in imperativo praetuli. Sic commode procedit verſus, quia diphthongus in fine vocis, ob ſequentem vocem a vocali incipientem, corripitur: iamque tertius pes anapaeſtus eſt, quartus vero tribrachys. *λοπάδα νεανικὴν* quum *ollam novam* interpretatus eſſet Dalecampius, monuit idem CASAUBONUS, debuiſſe *magnam patinam* verti. »Νεανικὸν, non eſt *νέον*; [inquit:] ſed *vehemens*, *more* »*iuvenum*: pro *magno* accipitur. Ut apud Ariſtotelem pri»mo Hiſtoriarum, *πόρει νεανικοί*: ſic *λοπὰς νεανικὴ*, *pa»tina ingens*: & apud Ariſtoph. in Pluto, *κρέας νεανικὸν*, »*magnum fruſtum carnium.*« — Satis vulgatus uſus illius vocabuli: quem ubi docuit H. Stephanus in Theſ. III. 1036. ipſum etiam hunc Alexidis locum adferre non neglexit, *in magnam* & quaſi *ſtrenuam patellam* exponens. Commo-

dissime fortasse *validam* dixeris. Aristoteles Hist. Anim. VIII. 20. *βροντὴν νεανικὴν* dixit, *validum tonitru*: & *νόσημα νεανικὸν*, *validum, vehementem morbum.*

Vers. 3. *τρίμμα.* Conf. I. 31. f. & VII. 293. b. c. *Ibid. διειμένον.* Passivum verbi *δίημι, madefacio, perfundo*: cuius medium *διέμενος* ex Aristophane citatum vidimus II. 67. d. Activum vero *δίεις* habes VII. 293. d.

d Ἐπεσθίειν. Vide supra pag. 164. b. & 169. a. ibique notata. *Ibid.* Εὔπολις Ταξιάρχοις. Monuit CASAUBONUS, Ταξιάρχους & Ταξιάρχας vocari eam fabulam apud Pollucem. At hodie ubique apud illum Grammaticum, *ἐν Ταξιάρχοις*, editur. Caeterum perinde erat. Vide quae notavimus ad Polyb. VI. 24, 3. & X. 22, 4. *Versus* ex ARISTOPHANIS *Pluto* citatus, est num. 1006. (vs. 1005. ed. Br.) quo loco de verbo *ἐπεσθίειν* multa erudite disputavit Hemsterhusius. Caeterum consentaneum erat, ut hoc Aristophanis testimonium de verbo *ἐπεσθίειν* praeponeretur isti ex Eupolide de verbo Ἐπιφαγεῖν. Et sic quidem Epitomator; sed omisso priori testimonio ex Teleclide petito: Ὅτι, inquit, *καὶ τὸ ἐπεσθίειν εἴρηται παρὰ τοῖς ἀρχαίοις: πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἐπήσθιον. καὶ τὸ ἐπιφαγεῖν.* Εὔπολις &c. Cum editis vero consentit ms. *A.* In ipsis Comici verbis pro *ἐπήσθιον*, quod erat in edd. & msstis, *ἐπήσθιεν* correxi ex libris Aristophaneis.

AD CAP. LXX.

e ANTIPHANIS ex *Μετοίκῳ* f. *Inquilino versus tertius* corruptissime editus erat, cum Θ' *ἑτοίμασα* (in ed. Cas. 2. & 3. etiam vitiosius Ο *ἑτοίμασα*) & dein *ποιήσα* scriberetur, insuperque in distinctione verborum varia ratione peccaretur. Corrigendum monuit CASAUBONUS,

θ' ἑτοιμάσει, σπονδὰς ποιήσει, τ' ἄλλ' ὅσα &c.

quem sequi non dubitavi; nisi quod θ' particulam superiori versui adnectere malui cum KOPPIERS; quem caeteroquin non probavi, in Observ. Philol. pag. 44. sic corrigentem,

— — *λυχνούς θ'*
ἑτοιμάσει, σπονδάς τε, ποιήσει τ' ἄλλ' ὅσα &c.

Nec enim opus erat particula *τε*, perincommode (ut mihi quidem videbatur) inserta. Iungenda vero verba *σπον-*

δὰς ποιήσει: dein ad τ' ἄλλ' idem verbum intelligendum, e τὰ ἄλλα ποιήσει &c. Hoc satis erat, nec desiderabatur vocula copulativa. Eclogam istam omisit Epitomator. Codex *A.* vero, in priori certe verbo ἑτοιμάσει, (nescio an & in ποιήσει) veram tenet scripturam: & illud quidem minus commode habet, quod τ' ἑτοιμάσει, non θ' ἑτοιμάσει scribit. Nempe supereſt ea scriptura ex vetustiore scriptura, quam frequenter aliàs idem ipse noster codex tenet; ubi vocalis non elidebatur, sed plene scriptum erat λυχνούς τε ἑτοιμάσει. *Vers.* 4. Pro τούτοις, quod erat editum, commode τούτῳ dedit idem ms. *A.* scilicet τῷ τραπεζοποιῷ.

στρούκτωρα. Nihil admodum mirum est, si in adoptandis nominibus Latinis non semper quantitatem syllabarum ex usu Romanorum religiose servarunt Graeci; praesertim ubi terminationem habebat latinum nomen similem terminationi Graecae, quae alia quantitate a Graecis pronunciabatur. Itaque non praeciſe damnem equidem editam scripturam στρούκτορα, quam tuentur etiam veteres membranae: sed quoniam στρούκτωρα dedit ms. *Ep.* recipiendum hoc putavi. Paulo post quidem (pag. 171. a.) ὀψωνάτορα tenui, quod uterque codex cum editis agnoscebat. *Ibid.* ἐκ δράματος Ἀλεξάνδρου. ALEXANDRUM *Aetolum* dicit; cuius & alias fabulas passim laudat Noster. *Vers.* 1. λαβεῖν αὐλητρίδα. Verbum λαμβάνειν, sicut interdum *emendi* notione accipitur, (vide supra ad lit. a. in Alexidis vs. 2.) sic hoc loco & *versu sequenti* pro *conducere* positum esse, satis adparebat. *Vers.* 2. δημιουργόν. Vide paulo inferius, pag. 172. (cap. LXXII. nostrae edit.)

Φιλήμων, Παρεισιόντι. Παριόντι legitur XII. 516. f. f Sed istud rectius videtur. Περὶ τοὐπτανεῖον. Sic recte ms. *A.* quemadmodum ex ingenio corrigi iusserant BENTLEI & VALCKENAER, pro τοὐπτανεῖον, quod invito metro erat editum. Vide supra ad III. 102. f. Animadv. T. II. pag. 201. *Ibid.* οὐ γίνεθ' ἥ. οὐ γίνεται ἡ ms. *A.* quod teneri poterat: nam anapaesto pedi perinde ibi locus erat. Sed *vers.* 2. ubi ἐστὶν ἐπὶ τοῦ διακονεῖν consentientibus eisdem membranis erat editum, necessario ἐστ' ἐπὶ per apostrophum fuit scribendum cum BENTLEIO, ad Philemonis Fragm. pag. 115. Nec enim aliter metro constabat ratio, ob vocalem α in διακονεῖν ex con-

ſtanti Graecorum uſu productam. Sic VI. 245. c. in Menandri verſu. Confer Barnes ad Anacr. IV. vſ. 63.

a *νῦν δ' ὀφωνάτορα.* Vide quae paulo ante ad voc. *στρούκτωρα* adnotavimus. De vocab. *Obſonator*, praeter Lexica latina, conſuli poteſt Taylor ad Lyſiam T. I. p. 18. ed. Reisk.

Ξενοφῶν ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημ. Leguntur illa verba in *Memorab. Socr. Lib. I.* cap. 5, 2. *Ibid. ἐθέλοιμεν* ſcripſi cum ms. *A.* quod ad Xenophonteam formam propius accedit. *Θέλοιμεν* edd.

Παρὰ δὲ Μενάνδρῳ - - ἐν Φανίῳ. Sic perſpicue ms. *A.* quod propius accedit ad ſcripturam *ἐν Φανῷ*, quae habetur VII. 314. b. & propius etiam ad illam, *Φάννιον*, quae exſtat XIII. 567. d. MENANDRI iſta verba,

Φειδωλὸς ἦν καὶ μέτριος ἀγοραστής,

ſenarii numerum utique non implent. Poterant autem variae corrigendi verſus rationes excogitari. In illa, quam iniit Caſaubonus, nihil eſt quod magnopere deſideres. Aliam vero propoſuit IACOBS in *Notis msstis*, ita ſcribendum ſtatuens:

— — *Φειδωλὸς ἦν καὶ μέτριος*
— *ἀγοραστής.* — ut prima quatuor verba priorem terminaverint ſenarium, tum initio alterius nomen aliquod ſit omiſſum. Poteras etiam, absque ulla vel mutatione vel lacuna, in hunc modum diſpoſita verba cogitare:

— — — — *Φειδωλὸς ἦν,*
καὶ μέτριος ἀγοραστής. — —

In Clerici Fragmentis Menandri fruſtra quaeras hoc *ἀποσπασμάτιον*. Cuius defectus cauſſa haec eſt, quod in *Dalecampii Indice Scriptorum ab Athenaeo citatorum* (quo ex Indice maiorem partem Fragmentorum Menandri corraſit Clericus) eo loco, ubi fragmentum hoc citatur, confuſio quaedam in numeris admiſſa erat ab his qui illum Indicem ad editionem Caſaub. 2. & 3. adcommodarunt.

b In ARISTOPHANIS verſu ex *Tageniſtis*, *Ὡς ὀφώνης* legebatur in ed. Ven. & Baſ. Id ſua auctoritate Caſaubonus in *Ὡς οὐκ ὀφώνης* mutavit, & de ea mutatione (quod merito mireris) ne uno quidem verbo monuit in Animadv. Neſcio vero an ſic ſcriptum legatur in iunioribus quibusdam msstis. Brunckius quidem, in Fragm. Ariſtophanis, pag. 267. num. 3. eodem modo repetens hunc verſum, ſicut erat a Caſaubono editus, nullam ex cod.

Pariſ. *B.* (quem is olim contulerat) diſcrepantiam com- b
memorat. Nec Villebrunius vel ex ms. *B.* vel ex *C.* aliud quid protulit; ſed Caſaubonianam lectionem ſequens, Gallice ſic reddidit: *Il ne faloit pas que le pourvoyeur retardât notre diner.* At Ὡς εὐφώνης eſt in ms. *A.* & perſpicue planiſſimeque Ὡς ὁ ὐφώνης (i. e. Ὡς ὁ ὀφώνης) in ms. *Ep.* quod non dubitare debui, quin auctori reſtituerem. Porro teneri quidem poterat ἡμῶν, quod habent edd. cum ms. *A.* ſed magis placuit ἡμῖν, quod dedit idem ms. *Ep.* In eodem codice videri poterat διατρίβη ſcriptum, quod vitioſum utique foret, pro διατρίβειν: ſed verum ſi quaeris, quae videtur eſſe vocalis H, fuerit compendioſa nota, qua ſyllaba finalis ειν debebat indicari: quam quidem notam, cum ſuperne adpingi verbo debuiſſet, perperam ad latus literae β poſuit librarius.

Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις οὕτως. Nil mutant libri. Quae de titulo fabulae hoc loco diſputavit Ceſaubonus; ea in Indice ſcriptorum olim ſuo loco referemus. Factum ſubinde videmus, ut ipſe Athenaeus conſulto omiſerit verba ſcriptoris, ad cuius auctoritatem provocaret: quemadmodum continuo deinde, ubi Alexidem teſtem invocat. Sed hoc loco adiecta vox οὕτως indicare omnino videtur, per librariorum negligentiam intercidiſſe CRATINI *teſtimonium*: quare defectum indicavimus, qui iam in ed. Ven. *vacuo nonnullo ſpatio relicto* indicatus erat. Pariterque (ni fallor) in ms. *A.* nonnihil ſpatii eodem loco relictum eſt.

Ἄλεξις ἐν Δρωπίδῃ. » Δρωπίδης Alexidis, Δρῶπις eſt »in libris Pollucis lib. X. cap. 26. Utrumutrum verum »ſit, proprium videtur. Legi in Heſychio, Δρόπις τρυ»γητός: de quo cogitandum.« CASAUB. — Apud Pollucem, X. 121. ubi Δρώπιδι olim editum erat, mssti libri Δρωπίδι dabant, pro quo Δρωπίδῃ ex Athenaeo reſtituerunt viri docti. Recte: nec enim hic ſolum ſcripturam illam cum editis tenent veteres membranae, ſed & ſupra, III. 125. f. niſi quod ibi ſuo fere more Δρωπείδῃ ſcripſit librarius. Rurſus vero XI. 496. a. ubi ἐν Δρωπίδι apud Noſtrum edebatur, recte ἐν Δρωπίδῃ eſt in membranis. Fuiſſe autem Δρωπίδης proprium nomen, Suidas adnotavit.

Εἰλέατροι. Sic plane ms. *Ep.* nec vero aliud debuerat ſcriba membranar. *A.* in quibus eſt εἰλαίατροι, ſolenni

b vocalium ε & αι permutatione. Sed inde εἰλείατροι factum in ed. Ven. pro quo denique ἐλεατροι posuit editor Bas. & hoc tenuit Casaub. Ac sane commodissimum hoc videri debebat, cum ob id quod mox addiicitur, παρὰ τὸν ἐλεόν: tum quod communi consensu alii Grammatici, qui huius vocabuli meminerunt, Ammonius, de Differ. Voc. pag. 48. Etymologus, col. 326, 46. & Eustathius, ad Odyss. ξ'. pag. 553, 24. ἐλέατρος scribunt, non εἰλέατρος. Sed, quoniam & Suidas in Εἰλεὸς, & Etymologus l. c. & col. 298, 32. & Eustathius l. c. diserte docent, perinde ἐλεὸν & εἰλεὸν & ἐλεὸν dici τὴν μαγειρικὴν τράπεζαν: consequens erat, ut & εἰλέατροι & ἐλέατροι dici potuisse intelligeremus. Quare ab ista scriptura, quam praeiverat uterque codex mstus, non discedendum putavi. De vocab. ἐλεὸς, vide Nostrum p. 173. a. Consule etiam Animadversionem proxime sequentem. Recte vero mox παρὰ τὸν ἐλεὸν cum edd. habet ms. *Ep.* Corrupte παρὰ τὸ ἔλαιον ms. *A.*

AD CAP. LXXI.

Ἐκάλουν δὲ, φησὶ, καὶ τοὺς προγεύστας ἐδεάτρους· ὅτι προήσθιον τῶν βασιλέων. ἐλειάτρους h. l. habent ed. Ven. & Bas. sed ἐλέατρους ed. Cas. Omnes vero edd. mox deinde ἐλέατρος & ἐλέατρον. Et sic ubique ms. *Ep.* At mirum sane videri debebat, quo pacto dici potuerit, τοὺς ἐλεάτρους nomen sortitos esse ὅτι προήσθιον τῶν βασιλέων. Contra, perspicue apud Ammonium legitur: Ἐλέατρος καὶ Ἐδέατρος διαφέρει. Ἐλέατρος μὲν γάρ ἐστιν ὁ μάγειρος, παρὰ τοὺς ἐλεούς· τράπεζαι δ' εἰσὶ μαγειρικαί. – – Ἐδέατρος δὲ, ὁ προγεύστης, παρὰ τὰ ἐδέσματα. Planissime vero rem conficit Suidas in Ἐδέατρος, & Eustathius ad Odyss. α'. pag. 37, 16 sqq. qui eisdem fere, quibus Noster, verbis utuntur; quamquam iis non ex *Pamphilo* vel *Artemidoro*, ut apud Athenaeum, (nam non satis perspicuum est, verbum φησὶ hoc loco utrum ad *Pamphilum*, an ad *Artemidorum* sit referendum) sed ex alio Grammatico, Aelio Dionysio, depromtis. Quare perspecte VALCKENARIUS in Animadv. ad Ammonium pag. 74. non dubitare se professus est, quin ista vox hoc loco, & in his quae sequuntur, Athenaeo sit restituenda. Ac sane clarissima illius vocabuli vestigia in vetustis no-

ſtris membranis ſuperſunt. Nam eae primo quidem loco ſic b
habent προγεύσας αιδε ελαιατρους: ubi quum αι pro ε
uſurpaverit librarius, vides eum primo ἐδεάτρους ſcribere voluiſſe, puto, quod ſic in exemplo ſcriptum ob oculos habuiſſet: ſed mox cum cogitaſſet vocabulum ἐλέατρος, quod modo praeceſſerat, corrigere mendam volens, quam hìc ſubeſſe putabat, ἐλαιάτρους ſcripſit; nec vero id quod ſcribere coeperat, delere voluit. Eâdemque de cauſſâ paulo poſt, pro ἐδέατρος, iam non haeſitans, ſed rectâ ſtatim ἐλαίατρος per λ literam poſuit. At paulo inferius, ubi eſt ἐδέατρον ἀποδειχθῆναι, quum iam tertio idem vocabulum per δ ſcriptum in exemplari videret, porro non auſus eſt δ in λ mutare, ſed plane αἰδέατρον ſcripſit. Poſſis etiam ſtatuere, primo loco duas ſcripturas, alteram e contextu, alteram quae ſuperne adpoſita fuiſſet, imperite in unam eſſe contractam.

ὃν νῦν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Sic codex noſter uterque: c
non καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι, ut erat editum.

Ἀριστοφάνης ἐν προτέραις Νεφέλαις. » Immo ἐν δευ-
» τέραις « adnotavit h. l. BRUNCK in ora ſui libri. Vide quae monuit IDEM in Fragm. Ariſtoph. pag. 256. & confer Noſtrum, VII. 299. b. & VIII. 345. f. *Verſus* ex ARISTOPHANE citati leguntur in Νεφέλαις δευτέραις, quae hodie ſuperſunt, num. 1196 ſqq. ubi vide quae notarunt Interpp. *Verſ.* 2. Pro ἀρχαὶ eſt αἱ ἀρχαὶ in ms. *A.* ex ſcholio, reclamante metro. *Ibid.* τὰ πρυτανεῖ'. » Πρυτανεῖα in foro Athenienſium, quod in Romano *ſa-*
» *cramentum.* Varro: *Ea pecunia, quae in iudicium venit in*
» *litibus, ſacramentum a ſacro. Qui petebat & qui inficiaba-*
» *tur, de aliis rebus uterque quingenta aeris ad pontem depone-*
» *bant: de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium.*
» *Qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat:*
» *victi ad aerarium redibat.* « CASAUBONUS. — Τὰ πρυτανεῖα Scholiaſtes Ariſtoph. ad Nub. 1134. cum *ſportulis* confert quas Romani vocabant. Ac ſane, pecuniam, de qua hìc agitur, non tam ad publicum aerarium rediiſſe, quam, veluti ſportulam, privato iudicum fiſco acceſſiſſe, vel ex hoc ipſo Comici loco intelligi videtur.

In fragmento ex PHERECRATE ſic erat editum: ἀλλ' d
οὐκ οἶδα σύ. Ubi ἀλλ' οὐκ οἶσθα σύ, vel οἰδασι, corrigendum monuit CASAUBONUS. οὐκ οἶδας σύ. ex ms. *C.* adfert Villebr. Recte vero οὐκ οἶσθα σύ. dedit ms. *A.*

d Quae verba commode fortaſſe interrogative accipientur: *at tu nonnè noveras?*

Ait PHILYLLIUS: Βούλεσθε δῆτ' ἐγὼ &c. »*Vultis dicam* »*quis ego ſim? Dorpia dicor, primus Apaturiorum dies,* »*quo die praeguſtatorum turba multum eſt operata.* Ex verbis »ſequentis Senatusconſulti, ita exponi debere hunc lo»cum, liquet. Sententia eius *Senatusconſulti* eſt haec: »*Quo poſſit ſenatus, cuius hoc decretum eſt, feſtum Apatu*»*riorum cum caeteris civibus concelebrare, per tot dies ſena*»*toribus remitti neceſſitatem veniendi in ſenatum, per quot dies* »*reliquae curiae vacent: quinque nimirum dies ab eo quem Prae*»*guſtatores celebrant.* Athenis plures curiae fuere, Quin»gentorum, Areopagitarum, aliae. In *Areopago* vide»tur hoc *Senatusconſultum* eſſe factum. Initio, quae fuit »curiae huius ſeveritas, pauca erant feſta, quibus legi»timus ſenatus ab Areopagitis non ageretur. Mutatione »facta publicorum morum, paulatim & hoc mutavit.« CASAUBONUS. — Quod PHILYLLIUS ait, ἡ τῶν προτεν-θῶν, intellige ἡμέρα vel ἑορτή: idem autem ſubſtantivum ἑορτὴ ad Δορπία etiam intelligendum, quod proprie adiectivum eſt; a ſubſtantivo τὸ δόρπον, vel ὁ δόρπος, *coena*, ductum. Δόρπεια ſcribitur apud Suidam, hac voce, & in Ἀπατούρια; itemque apud Heſychium, in Ἀπατούρια: nec id male, nempe in plurali neutrius generis; quâ formâ fere omnia feſtorum nomina apud Graecos ſolent efferri. Nec vero ſatis id cauſſae fuerat, cur apud eumdem Heſychium alio loco, (cum ſic ſcriberetur, Δορπία· ἡ τῶν Ἀπατουρίων πρώτη ἡμέρα οὕτω καλεῖται) ſcripturam Δορπία in Δόρπεια mutaret doctiſſimus editor. Nam non modo apud Pollucem VI. 102. pariter Δορπία ſcribitur: ſed hoc loco in Philyllii verſu metri ratio prorſus non patitur, ut de alia ſcriptura cogitemus; nam & penultimam vocis ſyllabam brevem, & ultimam longam neceſſario in illa ſede poſtulat iambici ſenarii lex & men-e ſura. In *Senatusconſulti* formula, ubi legitur ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι, temere ὥσπερ expreſſum eſt in ſola ed. Caſ. 3.

Ibid. διαφεῖνται ex noſtra coniectura eſt. In ed. Ven. & Baſ. corrupte διαφέται ſcribitur: nec aliter in ms. *A.* (In *Epit.* totum deeſt ſenatusconſultum.) Pro eo Caſaubonus, ſive ex ſua, ſive e neſcio cuius viri docti coniectura, διαφίενται edidit, nulla mentione illius mutationis in Animadverſionibus facta. Mihi aptius viſum erat

praeteritum διαφεῖνται, quemadmodum & paulo ante e ἀφεῖσθαι in praeterito positum est. ἀφίεσθαι est *dimitti*, *vacationem impetrare*: ἀφεῖσθαι, *vacationem habere*, *feriari*. Sic & apud Demosth. ἀφειμένης τῆς βουλῆς, *senatu vacationem habente*, *ferias agente*, T. II. pag. 708, 13. ed. Reisk. De *Cephisodoro Archonte*, cuius fit mentio in illo Senatusconsulto confer Meursium in Graecia Feriata, voce Ἀπατούρια, & Corsini Fast. Attic. T. IV. pag. 13.

Ξενοφῶν ἐν τῷ ἐπιγραφ. Ἱέρωνι. XENOPHON in *Hierone* pag. 717. extr. ed. Leuncl. *Ibid.* σιτίοις. Corrupte σιτίτοις ed. Ven. & Bas. Inde σίτοις ed. Cas. Sed σπίοις habet ms. *A.* in quo haud obscure latet σιτίοις: (ΣΠΙΟΙΣ, ΣΙΤΙΟΙΣ:) quod & per se commodius, & id ipsum est quod exhibebant libri Xenophontei. Vox ista deest ms. *Ep.* *Ibid.* καὶ ποτοῖς recte edd. Perperam καὶ f πότοις codex noster uterque. Duas istas voces apud Xenophontem non agnoscunt veteres editiones: recte fecerint recentiores editores, si eas auctori restituerint. *Ibid.* ἀντὶ τοῦ ἀπαρχ. Fortasse & hoc Xenophonti restituendum, pro πρὶν τοῦ, quod apud eum vulgatum est. Temere ἀντί του expressum est in ed. Cas. quasi του hic encliticum esset. *Ibid.* μὴ καὶ ἐν τούτοις bene dedere nostri mssti, ut est apud Xenoph. Ignorabant edd. apud Nostrum καὶ particulam.

Παραγεύσεταί σοι. Sic perspicue membran. *A.* a quam scripturam temere deseruerunt posteriores, Προγεύσεταί σοι scribentes. Probum verbum παραγεύεσθαι vidimus II. 45. a. *obiter gustare*, *per occasionem gustare*; aut simpliciter, *gustare*. Notio *praegustandi*, quam spectantes illi introduxisse videntur istam novationem, satis continetur in adiecta voce πρῶτον.

AD CAP. LXXII.

Τοὺς δὲ τὰ πέμματα, προσέτι τε τοὺς ποιοῦντας τοὺς πλακοῦντας. Cum in editt. vett. desiderarentur duo verba τοὺς ποιοῦντας, CASAUBONUS in hunc modum edidit: Τοὺς δὲ τὰ πέμματα προσέτι τε τοὺς πλακοῦντας ποιοῦντας. Quo spectat eiusdem Animadversio: »Restituimus »antiquam lectionem in istis, Τοὺς δὲ - - ποιοῦντας. In »editis necessariâ voce ποιοῦντας locus erat mutilatus. »Quod si mei arbitrii res fuisset, locum paulo aliter

a »concepiſſem. Fuiſſe enim *viros* ullos, qui δημιουργοὶ ap-
»pellarentur *quod placentas conficerent*, &, ut loquitur au-
»ctor libro primo, ἀπὸ τῆς τῶν πεμμάτων δημιουργίας,
»[vide I. 18. d.] neque probant ſequentia Athenaei,
»neque verum cenſeo. Scripſerim igitur, Τὰς δὲ τὰ
»πέμματα, non τοὺς: & ποιούσας, non ποιοῦντας.
»*Mulierum* δημιουργῶν mentio clara in ſubiectis teſtimo-
»niis. Heſychius paulo auctius hanc vocem accipit, λέ-
»γεται καὶ γυνὴ δημιουργὸς ἡ ἐν τοῖς γάμοις πέμματα
»πέσσει. Ita vult appellari, non *publicas piſtrices*, ſed *eas*
»*mulieres, quibus in nuptiarum ſolemnibus munus* ſolitum
»mandari *fingendarum placentarum.* Pollux explicat libro
»III. capite de Nuptiis. [ἡ δὲ τὰ πέμματα μάττουσα,
»- - δημιουργός. Poll. III. 41.] Platoni, libro quinto de
»Republica, inter *muliebria opera* recenſetur, ἡ τῶν πο-
»πάνων θεραπεία. Proclus interpres refert ad morem
»Athenienſium, qui ſoliti ſint in efficiendis Deorum libis,
»mulierum uti induſtria. Verba doctiſſimi viri ſunt iſta:
»Ἔνθα καὶ ἔθος ἐδίδαξε τὸ Ἀττικὸν, ὡς ἄρα γυναῖκες ἦσαν
»οὐχ αἱ ἀλετρίδες μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ ποπανοποιοὶ, μι-
»μούμεναι τὰς φύσεις, τὰς πλαττούσας ὅσα τοῖς θεοῖς
»ἀνιᾶσι ζῶα καὶ φυτά. Conferendus eſt cum iſtis Procli,
»pulcherrimus Theocriti locus in deſcriptione pompae
»Ptolemaicae. Ait poëta, recenſens pompae illius fer-
»cula, [XV. 115 ſqq.]

»Εἴδατα θ' ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῃ πονέονται, &c.

»Mos autem, de quo Plato & Proclus, non in omni-
»bus ſacris obtinuit Athenis. Nam in Furialibus id mini-
»ſterium obibant nobiles ephebi: quod docet nos Philo
»Iudaeus, cuius verba ſubſcripſi, quia ſunt elegantiſſi-
»ma. Διό μοι δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυδερκέστατοι - - -
»τὴν ὑπηρεσίαν τιθέμενοι. « — Philonis verba, parum
huc ſpectantia, leguntur in libello, Quod omnis probus
liber, p. 886. b. edit. Francf. 1691. Duas voces, τοὺς
ποιοῦντας, eo loco, quo a nobis editae ſunt, poſitas
dedere noſtrae membr. *A.* Hae igitur editis libris hacte-
nus quidem adſentiuntur, quod *maſculino* genere, non
foeminino, utantur. Nec aliud in ſuo codice repererat
Epitomator, qui ſic habet: Ὅτι οἱ τὰ πέμματα καὶ τοὺς
πλακοῦντας ποιοῦντες, δημιουργοὶ πρότερον ἐκαλοῦντο.

καταμεμφόμενος τοὺς μαγείρους. καταμεμφ. δὲ τοὺς
μαγ. ſcribitur in ms. *A.* ubi quid ſibi velit repetita par-

ticula δὲ, non video. Commode quidem eam neglexerunt editores. In MENANDRI ecloga (quam totam praetermisit Epitomator) diversas personarum partes, praeeunte fere Dalecampio, distinxit CLERICUS in Menandri Reliquiis pag. 194. sic: A. Μάγειρ' &c. tum *vers.* 2. B. Πέφας -- ποιεῖν. tum rursus *eod. versu:* A. Τρίτον. &c. Quae vero inde sequuntur, omnia eidem personae *A.* tribuit. Quam rationem merito improbans BENTLEI, in Emend. in Menandr. pag. 72. omnia perpetuâ oratione decurrere monuit. *Vers.* 5. παραθήσω μίαν. Corrupte παράθες b σημίαν ms. *A.* (quemadmodum etiam in ms. *B.* scribi adnotavit Villebr.) quod in παράθες σὺ μίαν mutarunt alii; & sic habent editi:

τί σοὶ διαφέρει τοῦτο; παράθες σὺ μίαν. Id est:

Quid hoc tua interest? adpone tu unam.

At hoc quidem ferri non posse, monuit BENTLEI l. c. »Nam versus, inquit, & sententia laborat: non enim »coqui erat, sed ministrorum, *mensam apponere.* Lego er»go certissime,

»τί σοι διαφέρει τοῦτο; παραθήσω μίαν.

»*Apponam unam.* Ipse scilicet dominus id facere recte di»citur, quod eius iussu pueri faciunt.« — Sic ille: cui, quoniam certius nihil habui, obsecutus sum. Nam editam quidem scripturam pes trochaeus, in senarium iambicum invectus, manifesti vitii arguebat. Sed quod si etiam sententia postulabat, ut παραθήσω legeretur; eadem ratio pariter videri poterat postulare, ut praecedente *versu* 4. ποιήσω pro ποίησον legeretur: nisi forte hoc ipsum ποίησον ita sit accipiendum, quomodo latine dicimus, *fac;* id est, *pone, finge:* quod Gallice *supposez* dicimus, aut *mettez le cas;* quem usum illius verbi H. Stephanus in Thes. III. 431. a. ex Xenophontis Ἀναβ. lib. V. adnotavit.

Vers. 6. οὐκ ἔστι καυδύλους ποιεῖν; Quo sensu hoc dicat, haud satis adparet. Dalecampius interrogative accepit; sed omissa negatione: *Candylos num potes facere?* Villebrune, absque interrogatione, in hunc modum: *Il ne s'agit pas de faire des candyles.* Clericus: *Non licet candylos facere?* Videtur haec esse sententia, *Nonne tu potes candylos & alia, quae soles, facere, nisi scias quot ego mensas sim positurus?* Sed mihi non satis liquere profiteor. Κάνδυλον esse *placentam ex amylo, caseo, lacte, & melle confectam*, vidimus ad I. 9. a. Anim. T. I. pag. 94. Versus

b hic & ſeptem ſequentes repetuntur apud Noſtrum XIV. 644. c. d. ubi pro οἷα σὺ, in fine verſus, eſt ὅσσα σύ.

Verſ. 7. Pro καρυκκεύειν, καρυκεύειν ſcribitur p. 644. Neutra ſcriptura auctoritate caret: ſed praeſtare videtur haec cum *duplici* κ litera. Vide ad IV. 160. a. In Clerici Fragm. Menandr. pag. 194. temere in hoc verſu, pro καρυκκεύειν, editum eſt παρακυκκεύειν, ſive operarum errore, ſive (quod BENTLEIO viſum erat) ipſius Clerici παροράματι.

Mire vero foedatum edebatur *Verſu* 9. poſterius hemiſtichium: ὁ μάγειρος γὰρ ἐν Πιχηχέτου ποιεῖ. Itaque monuit CASAUBONUS: »Ferri diutius non debet »monſtrum lectionis: nam ex libro XIV. ſcribendum, ὁ »μάγειρος γὰρ ἐγχύτους ποιεῖ, πλακοῦντας ὀπτᾷ, »&c. Probat autem *omnia perverſe agi, quia coquus opera »dulciaria effingat;* cum eius ſit munus carnes coquere aut »piſces, & condimenta condire. *E contrario* ἡ δημιουργὸς, inquit, *coqui aemula, partes illius obit, carnes coquit, turdos parat*, & alia curat quae ad coquorum curam pertinent. Hic eſt ſenſus ſequentium verſuum. « — Utique ἐγχύτους ſcribitur pag. 644. d. & diſerte ibidem proxime ante pariter ſcribitur, Ἐγχύτων δὲ πλακοῦντων μνημονεύει Μένανδρος. Quare lubens iſtud, ſicut voluit Caſaubonus, auctori hîc reſtitui pro monſtroſa huius loci ſcriptura, a qua parum etiam diſcedunt noſtrae membranae, in quibus ſic eſt, ἐνπιχυχετους. PIERSONUS quidem ad Moeridem p. 85. minori cum mutatione ἐπιχύτους h. l. corrigi poſſe cenſuerat. Ac fuit utique etiam ἐπίχυτος placentae nomen, Noſtro quoque memoratum, ſed ſub peculiari rubrica, & paulo poſt ἐγχύτους, XIV. 645. c. ut diſtinguere duo genera videri poſſit Athenaeus: quamquam revera unum genus fuit, diverſis nominibus, ſed iis vicinis admodum & cognatis; unde apud Etymologum (col. 367, 32.) Ἐπίχυτος exponitur ὁ ἔγχυτος πλακοῦς. Igitur illud ſcripturae monſtrum, quod membranae habent, ex duabus contractum ſcripturis fuiſſe videtur, quarum altera olim in contextu fuerat, ἐνχύτους, (nam νχ frequenter in vetuſtioribus libris, atque etiam in eisdem noſtris membranis, pro γχ ſcribi, iam aliâs obſervavimus) altera ſuperne adſcripta, vel ſaltem indicata, ἐπιχύτους.

Verſ. 13. κρεάδια ὀπτᾷ, καὶ κιχλὰς, τραγήματα,

κρεάδι' ὀπτᾷ edd. sed κρεάδια plene scriptum dedit ms. *A.* b quod cur non teneremus nulla causſa erat. Caeterum, ſive plene ſcribatur vox, ſive per apoſtrophum, nihil intereſt: ſed aliam h. l. dubitationem movere poterat id quod de eadem voce κρεάδιον ad Ariſtophanis Plut. 227. Brunckius monuit, ex analogiae lege brevem in illo vocabulo haberi debere α vocalem antepenultimae ſyllabae: quare ille apud Comicum aliam ſcripturam, λεβήτιον, pro λοπάδιον probavit. Hemſterhuſius ibi vulgatum defendebat: ſed vellem de quantitate ſyllabae, de qua quaerimus, ſcrupulum nobis exemiſſet vir doctiſſimus. Nulla hic dubitatio ſupereſſet, ſi verba ita, ut p. 644. d. vulgo factum, diſtinguerentur, κρέα διοπτᾷ: quod non diſplicuit CASAUBONO, qui ita etiam legi poſſe diſerte cenſuit. Sed aegre equidem mihi perſuadeo, legitimum verbum eſſe διοπτᾶν; in quo quamnam vim habeat διὰ praepoſitio, difficile dictu fuerit. *Ibid.* Pro καὶ τραγήματα, quod conſentiente quidem ms. *A.* ſed invito metro, edebatur, τὰ τραγήματα ſcribendum cenſuit *Adr.* HERINGA Obſervat. cap. 29. pag. 258. idque interpretatus eſt *bellariorum loco.* Mihi delenda potius particula viſa, quae vel imprudenti alicui veteri librario exciderat, vel ex ſcholio interlineari irrepſit.

Verſ. 14 ſqq. Ἔπειθ' ὁ δειπνῶν μὲν &c. »Etſi laxa ſignificatione vocis δεῖπνον & *antecoenia & miſſus omnes cum* »*bellariis* continentur; peculiari tamen notione ita vocabant *miſſum medium*, qui ex ſolidioribus cibis conſtabat. »Ideo ſuperiori libro extremo δείπνου ἀρχὴ eſſe dicebatur *miſſus ille qui guſtationem excepit.* Ita accipiendum »verbum δειπνεῖν in 14. & 17. Menandri verſu, de coena loquentis, ubi perverſa ſunt omnia.« CASAUB.

Verſ. 16. δειπνεῖ τὰ μελίπηκτα absque lacunae ſigno c edebatur, neque aliud habent veteres membranae. Ibi notavit CASAUB. »Deeſt (poſt δειπνεῖ) vox una: haud »ſcio an σύναμα.« — At iſtud quidem metro non faciebat ſatis. Mihi in eamdem fere ſententiam probabilius videbatur verbum μεμιγμένα, ab eisdem primoribus literis atque vox μελίπηκτα incipiens; quae res, ut ſaepe aliàs, omiſſioni dare potuerat occaſionem.

ANTIPHANIS *verſ.* 3. μέλιτος αἰτοῦσαι σκάφας. Vide ad pag. 170. c.

Μέναν δρος Δημιουργῷ. Indicem fabulae latine, e re ipſa,

Piſtricem reddidi. conf. ſupra ad lit. a. Grotius, *Libificam*; nempe *mulierem* (ſive *puellam*) *quae liba conficit*. Quare etiam *verſ.* 1. παῖ, non tam *puer*, ut ibi Grotius vertit, (cuius verſionem caeteroquin adoptavi) reddi debuit, quam *puella*. Clericus, in Fragm. Menandr. pag. 43. Δημιουργὸν, *Hyponymphidem* reddidit, Suidam ſecutus & Schol. Ariſtoph. ad Eq. 647. ubi ſic: Δημιουργοὺς ἐκάλουν καὶ τὰς νῦν καλουμένας ὑπονυμφίδας, τουτέστι τὰς παρεστώσας τῇ νύμφῃ γυναῖκας.

d μνημονεῦσαι Πανύασιν. PANYASIS, vetus poëta, Graecas antiquitates carmine deſcripſit: de quo vide Voſſium lib. IV. De Hiſtoric. Graec. cap. 6. Inde poëtica dictio, quae ſequitur, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνεις, & *multos gallinarum pullos*. νοσσάδες, pro νεοσσοί. conf. Euſtath. ad Iliad. β'. pag. 173, 24 ſq. Pro ὄρνεις, eodem ſenſu ὄρνις ſcribitur in Epit. & inde apud Euſtath. l. c. Iablonski, in Pantheo Aegyptior. lib. III. cap. 3. ſect. 7 ſq. ubi de cruentis apud veteres Aegyptios ſacrificiis agit, (quae ab Amaſi rege abolita eſſe Porphyrius de Abſtin. lib. II. c. 55. ex Manethone docet,) tangens hunc Athenaei locum, evidens eſſe cenſuit, (pag. 75.) deeſſe aliquid in iſtis Athenaei verbis, tali quodam modo ſupplendum: Πολλὰ μὲν ἀντὶ ἀνθρώπων, πάλαι τυθέντων, ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, &c. ut hoc dixerit Athenaeus: *Seleucus ait, Panyaſin primum placentarum mentionem feciſſe, ubi de victimis humanis, in Aegypto offerri olim ſolitis, narrat, dicens, loco hominum immolatorum, poſtea placentas multas oblatas fuiſſe.* At, ſicut minime equidem negaverim, fieri poſſe, ut in eam ſententiam, quam dicit vir doctus, ſcripſerit aliquid Panyaſis eo loco, quem ex Seleuco Grammatico Athenaeus citavit: ſic non neceſſe eſſe arbitror, ut ſtatuamus, vel Athenaeum vel Seleucum alia verba, praeter ea quae hodie in libris noſtris ſuperſunt, ex eodem Panyaſidis loco excerpſiſſe aut excerpere debuiſſe.

Stesichori vel Ibyci *verſiculum primum*, in hunc modum edidit Casaubonus: Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δῶρ' ἀσαμίδας. In Animadv. vero ait: »Lego cum doctis viris, Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δῶρα σησαμίδας.« Nempe recte *ſeſamidas* interpretatus erat Dalecampius. At σασαμίδας, doricâ formâ, clare dederant edit. vett. cum ms. *A*. in quibus ne unâ quidem literâ omiſſâ, (modo per-

peram distinctis vocibus) δορὰς ἀσαμίδας scribitur. Communem vocabuli formam habes infra, XIV. 646. f. σησαμίτης ἄρτος nominatur III. 114. a. b. Ad metrum quod spectat: primi versiculi modulum iis definiendum relinquo, qui in Lyrici carminis legibus initiati sunt: illud non debeo dissimulare, posterius vocabulum a primo versu ad secundum esse a nobis traductum; quo factum, ut *verss.* 2. & 3. legitimi sint anapaestici dimetri.

SIMONIDIS *versiculos de Meleagro*, ex Athenaeo in Frag- e menta Lyricor. recepere Ursinus & H. Stephanus, tum Brunck in Analect. T. I. p. 122. Conf. Iacobs Animadv. Vol. I. Part. I. pag. 207 sq. Ursini editio non est nobis in promtu. H. Stephanus tres priores tantum versiculos exhibuit: quos cum ex veterum Athenaei editionum lectione describeret, primum versiculum sic conceptum dedit:

Ὡς δουρὶ πάντας νικᾷς ἐνεούς.

Perspecte vero monuit, pro νικᾷς ἐνεούς, quod quidem eodem fere modo tenent nostrae membranae, (totam vero eclogam omisit Epitomator) νίκασε νέους oportuisse. Pro Ὡς initio versus, Ὅς edidit Casaubonus, consentientibus membranis. *Vers.* 2. Pro Ἄναυρον ὑπὲρ, Dalecampius *trans Nauron* posuerat. Quem castigans CASAUBONUS: »Vide, inquit, quid sit vulgatorum exemplarium »fidem sequi temere. Nam virum doctum in eum erro»rem impulerunt Strabonis editiones quae nostram prae»cesserunt; in quibus Ναῦρος hic Thessaliae fluvius no»minatur: perperam, ut olim diximus, & est certum »atque indubitatum.« — Vide Strab. IX. pag. 436. c. ed. Casaub. *Versus* 4 & 5. pro uno numerantur in Athenaei editionibus omnibus: quos in duos versiculos partitus sum, praeeunte Brunckio. *Vers.* 4. In οὕτω γὰρ Ὅμηρος nil mutant libri: BENTLEI vero in *Dissert. upon Phalaris* pag. 40. ubi eosdem recitat versiculos, οὕτω καὶ Ὅμηρος scripsit: casu-ne, nescio, an consulto.

AD CAP. LXXIII.

περὶ Δηλίων ἃ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος εἴρηκεν. Ad f APOLLODORI libros Ἐτυμολογουμένων retulit HEYNE, in Apollodori Fragm. pag. 1150. *Ibid.* ὅτι μαγείρων καὶ τραπεζοποιῶν παρείχοντο χρείας - - - καὶ ὅτι ἦν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν πράξεων ὀνόματα, Μαγὶς καὶ Γογγύλος.

&c. Ad hunc locum sic commentatus est CASAUBONUS: »Delii, inquit ex Apollodoro Athenaeus, coquis suis no»mina indere soliti a ministerio quod plurimum obibant. »Inde originem habent Deliacorum coquorum appella»tiones, *Gongylus* & *Magadis*, vel, ut scriptum in Ex-a »cerptis, *Magasis*: ἐπειδὴ τὰς μάζας φησὶν Ἀριστοτέ»λης ἐν ταῖς Δοίναις δι' ἡμέρας τρίβοντες παρεῖχον ὥσπερ »ἐν γυναιξὶ γογγύλας μεμαγμένας.« [Cum caetera verba ex lectione vulgata adposuerit Casaubonus, postremum verbum tamen tacite h. l. correxit: nam μεμιγμένας habent editt. omnes cum ms. *A*. In Epit. autem deest id verbum.] »Sine dubio latet vulnus in hac peri»copa. Vult exponere duarum superiorum vocum *Maga»sis* & *Gongylus* τὸ ἔτυμον. *Magasidas* coquos fuisse nun»cupatos, *qui in sacris epulis totos dies mazas subigerent.* »Hactenus recte. Quid illa sibi volunt, ὥσπερ ἐν γυναιξὶ »γογγύλας μεμαγμένας? Oculis corporis nihil invenio »in blattariis membranis quod in hoc aestu me adiuvet: »oculus mentis videtur inveniisse veram lectionem: ὥσπερ »οἱ Γογγύλοι γογγ. μεμαγμ. vel etiam retenta voce γυ»ναιξὶ: ὥσπερ καὶ γυναιξὶ Γογγύλους γογγύλας μεμ. »*sicut & Gongyli ita sunt dicti, quod mulieribus conficerent* »*quas vocabant gongylas mazas.* Excerpta sic: ἐπεὶ τὰς »μάζας φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Δοιν. δι' ἡμ. τρίβοντες »παρεῖχον γογγύλας. [Sic & noster ms. *Ep.*] Ita nul»lum erit discrimen inter *Magasidas* & *Gongylos*. Cur su»perioris coniecturae nos poeniteat, opinor non est. Quid »si tamen ne illa quidem vera? Venit enim nobis in »mentem loci cuiusdam *Aristophanei*, quem suspicio est »ex ora libri in contextum verborum esse admissum in»consulto, & cum *Aristotelis* verbis in unum veluti cin»num confusum. Comici versus in Pace sunt: [vs. 27 sq.]

»Ἦν μὴ παραθῶ τρίψας δι' ἡμέρας ὅλης,
»ὥσπερ γυναικὶ, γογγύλην μεμαγμένην.«

— Haec CASAUBONUS. Et, ut inde incipiam, ubi ille desiit, profecto quisquis adlata Comici verba inspexerit, non dubitabit, quin illa ipsa in animo habuerit Apollodorus, haec scribens quae ex eo Athenaeus refert. Quo pacto vero statuere Casaubonus potuerit, ex ora libri temere in contextum recepta esse illa *Aristophanis* verba, & cum *Aristotelis* verbis confusa, id quidem exputare non possum. Quisnam enim, quaeso, hîc supererat locus

verbis Aristotelis? aut quaenam sunt hîc verba philoso- a
phi, cum quibus confundi verba Comici potuerint? Quanto simplicius erat, fateri id quod in oculos (corporis oculos dico, non modo mentis aciem) incurrebat, temere a librariis nomen *Aristotelis* in locum *Aristophanis* fuisse substitutum. Eamdem nominum confusionem rursus in nostro ms. *Ep.* admissam paulo post (ad lit. e. eiusdem paginae 173. in qua versamur) videbimus. Possit aliquis suspicari, ὥς φησιν scriptum oportuisse; quam PURSANI video fuisse sententiam, qui illam ὡς particulam in suo libro hîc adiecit. Sed frequentissime istâ citandi auctoris formulâ, φησὶν, absque ὡς, utitur Athenaeus. Ex adlatis Comici verbis adparet etiam, (quod iam ante intelligebatur,) recte a Casaubono μεμαγμένας esse correctum, & in contextum recipi hoc debuisse. Denique ex eisdem verbis probabile admodum, nisi plane certum, fiebat, non ὥσπερ ἐν γυναιξὶ scriptum oportuisse, sed vel nude ὥσπερ γυναιξὶ, vel ὥσπερεὶ γυναιξί. Iam, p.
ut ad superiora redeam: non, (quod CASAUBONUS ait) 172
coquis suis Delios indidisse ista nomina, scribit ex Apol- f
lodoro Athenaeus: sed, *inter ipsos Delios frequentia illa nomina fuisse*. Porro, quo pacto *illud recte habere* sibi persuaserit CASAUBONUS, quod *nomen* Μάγαδις *vel* Μάγασις impositum fuisse perhibeatur nonnullis *eo, quod in sacris epulis totos dies mazas subigerent*; id non magis, quam alia, quae hîc commentatus est vir doctissimus, exputare equidem potui. Nam illud quidem manifeste indicare Athenaeus videtur, nomen illud ad nomen μᾶζα habuisse respectum: at Μάγασις, quod in Hoescheliana Epitome legerat Casaubonus, (estque etiam in nostro ms. *Ep.*) nihil prorsus significat: Μάγαδις autem, quod habent vetustae membranae, nihil cum μᾶζα commune habet; sed instrumentum musicum significat, satis in vulgus notum, cuius paulo post mentio fit, IV. 182. d. rursusque lib. XIV. pag. 634 & sqq. Eiusdem etiam supra, IV. 151. e. ex Xenophonte meminerat Noster, ubi formâ nonnihil diversâ μαγὰς, μαγάδος, dicebatur. Nomen illud vocabulo μᾶζα cognatum, quod h. l. scripserat Apollodorus, haud dubie Μαγὶς erat: quod in communi usu & τράπεζαν ἔνθα τὰ μεμαγμένα significabat, id est, *mensam pistoriam*, sive etiam *mactram*, in qua mazae & placentae parantur; & ipsam *mazam* aut

placentam: de quo vocabulo veteres Lexicographi, Hesychius, Pollux X. 8. & Etymologus consuli possunt, & Hesychii Pollucisque interpretes. De eodem vocab. nonnihil monuit Hemsterh. ad Luciani Dial. Mort. III. plura de eodem Foesius in Oecon. Hippocr. collegit. Obiter monebo, quae Suidas de eadem voce habet, spectare ea ad Graecam Vet. Test. versionem libri Iudicum, cap. 7, 13. conf. Biel Thes. Philol. T. II. p. 304. Esse igitur hanc vocem Nostro hic restituendam, viderat quoque VILLEBRUNE, ab ADAMO puto admonitus. Et ille quidem etiam insuper, haud sane improbabiliter, statuit in plurali numero Μαγίδες olim scriptum fuisse, quod tanto facilius in Μάγαδις potuisset corrumpi: qua corruptione semel admissa, in promtu erat, ut etiam in sequenti vocabulo, quod Γογγύλοι olim scriptum fuisse statuit idem, singularis Γογγύλος pro plurali inveheretur.

a 'Αρτυσίλεω – – καὶ 'Αρτυσίτραγοι. » Illorum coquorum, » quos Delii 'Αρτυσιλάους & 'Αρτυσιτράγους vocabant, » subobscura est nominis ratio: non aliter tamen libri ma» nuales, nisi quod 'Αρτυσίλεω scribit Eclogarius. « CASAUBONUS. — 'Αρτυσίλαοι edebatur; & sic est etiam in ms. *A.* at in eodem imperite duae iunguntur terminationes, 'Αρτυσίλαοιεω: noster cod. *Ep.* (sicut Hoeschelianus) unam terminationem 'Αρτυσίλεω habet, quam adoptandam duxi; ita tamen ut *iota* subscriberem, quod in hac terminatione uterque codex ignorat. Haud obscure vero significat id nomen *eum, qui pro populo cibos condit* vel *parat.* 'Αρτυσίτραγος autem, *qui* τραγήματα, i. e. *bellaria parat.* Commode h. l. admonuit VILLEBRUNIUS, plurima ex familiarum nominibus eis, quae inde a quartodecimo fere seculo ad hunc diem in Europae populis obtinent, similiter ab opificiis vel artibus, quas profitebantur earum progenitores, originem duxisse. Sed id quidem satis in vulgus notum: illud minus vulgatum, quod idem Vir doctissimus, cui nomen familiae LEFEBVRE (*Faber*) est, de singulari *honore fabris* olim *a Regibus habito*, eadem occasione lectoribus Athenaei narravit.

HOMERI *versus*, quem citat Noster, legitur Iliad. ι'. 215. ubi pro eo, quod vulgo ibi editur, ἔχευεν, alios libros ἔθηκεν legere monent Scholia brevia, & Scholiastes Villebr. quam scripturam etiam veteres Homeri editiones tenuerant.

Πολυκράτων, ὁ Κρίθωνος, Ῥηναιεὺς, δίκην γραφόμενος, οὐ Δηλίους αὐτοὺς ὀνομάζει, ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῶν Ἐλεοδυτῶν ἐπιτιάσατο. CASAUBONUS, cum Ῥηναίους δίκην γραφ. edidisset, haec adnotavit: » Restituimus pri- » scam scripturam Ῥηναίους: quae improbo scelere muta- » ta fuerat in Ἡρηναίους. [Ἡρηναίους, sic, expressum in ed. » Ven. & Bas.] *Polycrato*, ait, *Crithonis filius, dicam Rhe- » naeis aliquando impegit: quos tamen Delios appellavit » nunquam; sed actionem suam inscripsit, Adversus τὸ κοινὸν » τῶν ἐλεοδυτῶν, commune coquorum.* Rhenaei, sunt inco- » lae Rhenae, vel, ut alii vocant, Rheneae, parvae insu- » lae ad Delum, quatuor tantum stadiorum intervallo dis- » sitae. Hanc Polycrates Samius olim Delio Apollini con- » secravit, ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον, *Delo annexam* » *catenis*, ait Thucydides. [III. 104.] Quare & Rhenaei » ex eo Delii dicti. Imo vero omnes Delii, Rhenaei erant. » Quia enim neque nasci neque denasci in Delo fas erat, » & primum & ultimum vitae diem in ea insula omnes » agebant. Puto tamen, excidisse hinc vocem, ita resti- » tuendam, Ῥηναίους δίκην γραφόμενος, οὐ Ῥηναίους οὐ- » δὲ Δηλίους αὐτοὺς ὀνομάζει: *in actione contra Rhenaeos, ne- » que Rhenaeos neque Delios eos vocavit.* « — Haec ille. Epito- mator ista omnia omisit: veteres autem membr. *A.* id ipsum quidem (ni fallor) quod Casaubonus edidit, Ῥη- ναίους, agnoscunt. At, quam contorta sit docti viri inter- pretatio, (praesertim, cum, *Rhenaeos* pariter *Delios dici solitos esse*, nemo veterum tradiderit) satis adparet: at- que ipse etiam intellexerat, cum supplemento opus esse coniectaret. Verissime haud dubie ab alio Viro docto, nescio quo, in Miscell. Obsevat. Crit. Vol. VII. T. I. pag. 109. monitum est, Ῥηναιεὺς, pro Ῥηναίους scri- ptum oportuisse. (conf. Steph. Byzant. in Ῥήνη.) Et adi- ecto quidem articulo, ὁ Ῥηναιεὺς, corrigebat ille: sed percommode abesse potuit articulus; atque rectius etiam abest, ubi praecessit ὁ Κρίθωνος. Iam restituto vocabulo Ῥηναιεὺς, suspicari aliquis posset, sic dein oportuisse δίκην γραφόμενος τοὺς Δηλίους, οὐ Δηλίους αὐτοὺς &c. Ac potuerat quidem sic scribere Athenaeus, sed minime opus erat adiectis duabus vocibus: cum e praecedenti- bus verbis, tum e sequentibus satis adparebat, de *De- liis* agi.

Κρίτων δ' ὁ κωμῳδιοποιὸς ἐν Φιλοπράγμοσι. Con-

b ſtanter κωμῳδιοποιὸς ſcribit cod. *A.* (ut iam ſaepe monui) pro κωμῳδοποιὸς, quod habent editi. De Indice fabulae adnotavit CASAUBONUS: »Non facile dixerim quî ſit factum ut in noſtra editione ſcribatur ἐν Φιλοπαίγμονι. »Nam prius edebatur Φιλοπράγμονι: quo nomine etiam »Timocles comoediam docuerat. Ego non memini, quando hunc ſcriptorem cum msstis contuli, & ex iis emendavi, usquam ita ſcriptum reperire: niſi forte in Palatino codice, qui nunc ad manum non eſt.« — Praeterierat illa Caſauboni adnotatio cum Fabricii tum Harleſii diligentiam, qui in Biblioth. Graec. mendoſum fabulae titulum, Φιλοπαίγμων, tenuere. ἐν Φιλοπράγμονι tuentur veteres membranae cum ed. Ven. & Baſ.

Eclogam ex illa CRITONIS fabula praetermiſit Epitomator. Nihil vero in ea ab editis diſcedit ms. *A.* niſi quod *verſ.* 4. pro ἐθέλησεν ἐκ Πειρ. recte ἐθέλησ' ἐκ Πειρ. per apoſtrophum ſcripſit; quam ſcripturam ibi metrum flagitabat. *Verſ.* 1. μεγάλου κύριον βαλλαντίου. βαλλάντιον, *crumena* vel *marſupium* adſervandis numis. Vide Iacobs ad Anthol. Vol. I. P. I. p. 291. &, quem is laudat, Wetſten. ad Lucae cap. 10, 4. *Verſ.* 2. ναύκληρον ἐν τῷ λιμένι ποιήσας ἄπλουν. Dalecamp. *Cui navigium non erat in portu, navicularium fecit.* CASAUBONUS: »Illum verſum interpretor, *cum in portu naviculatorem conſtituiſſet hominem navigationis expertem.*« — At hoc quid ſit, ut dicam quod ſentio, paene magis obſcurum videtur quam Graeca verba. Si hoc voluit Caſaubonus, *conſtituiſſe cum, de quo agitur, ſibi naviculatorem*, id eſt, *pactum eſſe cum navicularío vel nauclero, ut ſe quo vellet navi traiiceret*, tum vero ποιησάμενος oportuerat, non ποιήσας. Immo vero nec ποιεῖ nec ποιεῖται aliquis ναύκληρον, ſed navem eius μισθοῦται: ſignificat enim ναύκληρος *dominum navis*, (qui latine *navicularius* vel *naviculator* dicitur) non *gubernatorem*, qui eſt ὁ κυβερνήτης. Porro vox ἄπλους eâ notione, quam illi tribuit vir doctus, nec occurrit usquam, nec ſic accipi poſſe videtur. θάλασσα ἄπλους dicitur *mare, quod* (ſive ob vim tempeſtatum, ſive ob piratarum metum) *navigari non poteſt.* ναῦς ἄπλους, *navis quae navigationi non eſt apta*, & *mari committi non poteſt.* Homo ἄπλους is dici videtur, *qui navigare non poteſt*, id eſt, *qui quacumque de cauſſa in portu retinetur, & impeditur quo minus ſolvere & navi proficiſci poſſit.* Itaque duorum prio-

rum verſuum ſententiam in hunc modum equidem acceperam: *Opulentum mercatorem Phoenicium, qui duabus navibus, quae ipſius erant, merces Athenas devexerat, paraſitus* ille de quo hîc agitur, (vide verſ. 5 ſqq.) homo luxuriâ perditus & alios per luxuriae illecebras perdens, *eo redegerat, ut*, abligurita omni pecunia, ob contractum aes alienum *portu ſolvere non poſſet.*

Ad *verſ.* 3. καὶ φορμιῶσαι ναῦς ἀναγκάσας δύο, eidem CASAUBONUS: »Iſta, inquit, non intelligo, niſi »hoc ſimilive modo corrigamus, καὶ ἀφορμίσασθαι »ναῦς ἀναγκάσας δύο: *cum coëgiſſet naves duas ſtationem* »*deferere*, id eſt, *navigare.*« — At, ut alia huius interpretationis incommoda taceam, verbum iſtud ἀφορμίσασθαι Graecus ſermo non agnoſcit. Equidem verbum deſideraveram, quod *vendendi* notionem haberet, ut ſenſus eſſet, *& coëgit eum duas ſuas vendere naves.* Quum tale nihil occurreret, videndum putavi, an levi quadam mutatione φωριᾶσαι legi poſſit, hoc ſenſu: *coëgit eum, ut naves* (ſive alienas, ſive, quod verius videbatur, ſuas, quas nunc creditores ſuo iure ſibi vindicare potuerant) *furtim e portu ſubduceret.* Sed ipſum illud verbum φωριᾶσαι, quod coniecturâ finxeram, fateor eâdem fere difficultate premi, qua Caſaubonianum ἀφορμίσασθαι. Nam adnotavit quidem verbum φωριᾶν Heſychius; ſed ita, ut videatur pro ſynonymo habere cognati verbi φωρᾶν: quod nusquam, quod ſciam, aliter uſurpatum hodie reperitur, niſi notione *indagandi furtum* aut *in furto deprehendendi.* Nam, quod apud Ariſtophanem Nub. 499. *furandi* ſenſu verbum φωρᾶν accepit interpres Friſchlinus, id quidem (quamquam Friſchlino etiam ſuffragantem virum haud vulgariter Graece doctum Dammium video, in Lexico Etymol. pag. 2541.) perlectis quae & a Graeco Scholiaſte & ab aliis Interpretibus ibi notata ſunt, urgere non auſim. Sed mirari ſubit tamen, cum non modo nomen φὼρ Graece *furem* denoret, ſed & φωρὰ, *furtum*, & φώριον, *rem furto ablatam;* quid ſit quod ab his nominibus verbum nullum deductum reperiatur, quod *furari*, *furto auferre*, ſignificet.

Verſ. 6. οὗτος τρία μόνος ἀγαθὰ &c. Editam olim ſcripturam μόνον tuentur veteres noſtrae membranae. Parendum vero CASAUBONO putavi, monenti: »Scriben»dum eſt μόνος: *ſolus hic locus tria habet paraſitis ad*»*modum utilia & bona.*«

AD CAP. LXXIV.

c Ἀχαιὸς - - ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ Σατυρικῷ. Satis erat ἐν Ἀλκμαίωνι Σατυρικῷ, quemadmodum TOUPIUS scripsit in Epist. Crit. pag. 50. absque τῷ articulo. Sed, quoniam ferri etiam articulus poterat, absque codicum auctoritate delere eum nolui. Confer vero paulo post, lit. e. *Ibid.* καρυκοποιοὺς duplicatâ in medio literâ κ scripsi praeeunte ms. *Ep.* cui eo magis hîc parere debui, quod mox dein uterque codex in καρυκεύειν consentit. Venetus editor ubique duplici κ usus est; Basileensis inconstantior semel simplici: sua auctoritate Casaubonus tef deinceps alteram literam κ abiecit. Vide supra, ad pag. d 172. b. In ACHAEI *versu*, pro προσβλέπων, perperam προβλέπων scribitur in sola ed. Cas. 3. *Ibid.* τὰ ἱερεῖα περιτέμνοντες. Nil mutant libri. Vide vero, ne παρατέμνοντες oportuerit. περιτέμνειν est *circumcidere*: παρατέμνειν videtur esse *discindere* aut *praecidere* quod vel Diis offeratur vel adponatur convivis. Vide ad p. 152. a. Animadv. p. 505.

ARISTOPHANIS duos versus Anapaesticos in Brunckii Fragmentis Comici frustra quaesivi: nec sunt tamen (quod sciam) ex una e fabulis ducti, quae integrae supersunt.

» Quod sequitur [rursus] testimonium ex ACHAEO, Τίς » ὑποκεκρυμμένος μένει σαραβάκων κοπίδων συνομώνυμε, » corruptissimum est: nec interpretari prius, quam emen- » daveris, licet. Alius aliam affert medicinam: nobis haec » non displicebat, Τί δ' ὑποκεκρυμμένος μένεις σαλάκων, » κοπίδων σύ γ' ὁμώνυμε; *Quid te clam occultans manes ne-* » *quam, qui vulgo* κοπὶς *cluis?* Σαλάκων proprie quis di- » catur, notum ex Aristotele & Theophrasto. Hîc simpli- » citer accipio pro *improbo* aut *nequam homine*. Vocat au- » tem κοπίδων ὁμώνυμον, quasi dicas *victimarum*, vel *car-* » *nium ad minutalia incisorem*. Κοπίδας in coquorum in- » strumento recensent veteres. Ariston, in Epigrammate » de coqui supellectile, Σπόγγον ὑπὸ στιβαρᾷ κεκλιμένον » κοπίδι.« [Analect. Brunck. T. II. pag. 258. Adde Anaxippum apud Nostrum, IV. 169. b.] » Ex eo κοπίδας » appellarunt Delphi eos qui in culinis copidas tractarent. » Athenaei quae sequuntur verba hanc interpretationem » non obscure confirmant. Ait, Ἐπισκώπτουσι γὰρ &c.«

CASAUBONUS. — Eadem verba latine sic converterat Dalecampius: A. *Cauponum ecquis abditus hic manet?* B. *Cui κοπὶς nomen idem est ac cultro coquinario.* Nos TOUPII amplexi sumus emendationem ex Epist. Crit. p. m. 50. »Nimirum hic coquus [inquit] coquum alloquitur, quem »festive vocat Σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμον: *a brother »tradesman.* [puta, *artis collegam.*] Sunt autem κοπίδες »Σαραμβικαὶ, *cultri coquinarii.* Nam Σάραμβος, *caupo* sive »*coquus* Atticus, satis notus.« —

Ἐπισκώπτουσι γὰρ οἱ Σάτυροι τοὺς Δελφούς. οἱ Σα- e τύρειοι edebatur. Perspecte vero monuit CASAUBONUS: »Doctis viris οἱ Σατύρειοι sunt *satyrici poëtae.* Minime ve»ro. Non meminerant, satyram totam esse Romanorum: »etsi Tragicorum erant quaedam *satyrica drâmata;* at ipsi »ex eo nunquam *satyrici poëtae* dicti. Scribo, οἱ Σάτυ»ροι: & intelligo *satyros,* quos in *Alcmaeonem* suum in»troduxerat ACHAEUS. Ex praecedentibus ita exponen»dus est hic locus.« — Id ipsum vero, Σάτυροι, recte dedere nostrae membr. *A.* In *Epit.* desunt haec verba cum Achaei versu.

Ἀριστοτέλης δ', ἢ Θεοφρ. &c. Pro his in ms. *Ep.* scribitur Ἀριστοφάνης δέ φησι περὶ Μαγνήτων &c. eadem nominum confusione, de qua paulo ante (ad lit. a. huius pag.) dictum. *Mox,* pro τοσαύτας ἐπιτελοῦντας, fortasse τοιαύτας ἐπιτ. malles: sed nil opus videtur, ut solicitetur vulgata scriptura: intellige *tot res,* quot mox deinde enumerantur. Et pari ratione dicere amant Graeci, τοσαῦτα ἔχω εἰπεῖν, ut pag. 174. e. & saepe aliâs. Quod sequitur, ἱεροὶ τοῦ Διός, ad illustrandam vim huius f dictionis conferri possunt, quae ad I. 1. e. a Casaubono adnotata sunt; vide Animadv. T. I. pag. 22 med.

Δημήτριος - - ἐν ἑκκαιδεκάτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ Διακοσμ. Articulum τοῦ, quem habent editi, ignorat h. l. ms. *A.* Parum interest: lubens vero tenui articulum, quem & alibi, ubi idem citatur Demetrii opus apud Nostrum, video adiectum. *Ibid.* ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς καλουμένης Ὑακινθίδος. *Hyacinthiam viam* nomen habere statuit MEURSIUS in Atticis Lect. IV. 18. ab Hyacinthio colle eique subiecto pago, quem Ὑακινθόκωμον appellari ait apud Hesychium in Ὑάκινθος. At ibi quidem τὸ ὑακινθόκωμον, vel (ut rectius alii) ὑακινθόκομον, est herbae quoddam genus. Commode H. STEPHANUS in Thesaur. Ling. Gr.

T. III. 1711. a loco dictam illam viam statuit, quo interfectus Hyacinthus est.

ἱδρύσθαι ἥρωας Δαίτωνα καὶ Κεράωνα ὑπὸ τῶν - -
a ποιούντων τε τὰς μάζας καὶ κεραννύντων &c. » Quae de » ridiculis veterum Graecorum numinibus *Daetone*, *Ce-* » *raone*, & caeteris narrantur, totidem fere literis apud » Eustathium leguntur in Odysseae commentariis. Non » dissimilia apud veteres Romanos Deorum mendicabula, » de quibus S. Augustinus & alii patres. « CASAUBONUS. — Ad eumdem locum KÜSTERUS in libro, qui illius olim fuerat, haec adnotavit: » Vide supra pag. 39. c. ubi » male Κέρδων vocatur, [qui hic Κεράων.] Sed ibidem » rectius puto Μάττων scribi, pro Δαίτων, propter ea, » quae hic sequuntur. « — Pariter Μάττωνα h. l. potius, quam Δαίτωνα, legendum MEURSIUS censuerat, Miscell. Lacon. lib. I. cap. 6. pag. 22. monens tamen, vetus esse mendum; quoniam sic etiam apud Eustathium legatur. Nempe quae habet Eustath. ad Odyss. α'. p. 50, 34 sqq. ex Epitome Athenaei ducta sunt, quae cum editis libris & vetustis membranis in scripturam Δαίτωνα hoc loco consentit: quam scripturam, licet paulo minus commoda quam altera videri possit, tamen mutare non sum ausus; cum praesertim τὸ μάζας ποιεῖν ad δαιτροῦ munus, unde ductum illud nomen, possit referri. Caeterum confer notata ad II. 39. c. Anim. T. I. p. 276.

Δαίταν. Sic ms. *A.* cum edd. Δαίτην ms. *Ep.* Δαίτυν Eustath. l. c. οὗ μνημονεύειν Μίμνερμον. Sic recte edd. Perperam μνημονεύει ms. *A.* qui tamen Μίμνερμον in accusativo tenet. Desunt ista verba Epit. *Ibid.* Δία Εἰλαπιναστήν. Sic ms. *Ep.* & Eustath. Δι' Ἐλαπιναστὴν ed. Ven. & Bas. cum ms. *A.* Δι' Εἰλαπιν. ed. Cas.

AD CAP. LXXV.

Πολλῶν δὲ τοιούτων ἔτι λεγομένων. Particulam ἔτι, quam ignorabant editi, dedit ms. *A.* *Ibid.* πάνυ τις. Ferri h. l. τὶς posset, nisi idem pronomen eidem nomini adiectum proxime iam praecessisset. Nunc utique πάνυ τι scripsisse auctorem puto, pervulgatâ formulâ. *Mox*,
b pro κατακηληθέντας, operarum errore κατακληθέντας expressum in ed. Cas. 2. & 3. *Dein*, ubi ὁ Ἀλκείδης & mox τὸ ὄργανον τοῦτο ἡ ὕδραυλις dedere membr. *A.* cum

ed. Ven. temere articuli ὁ & ἡ omiſſi ſunt in ed. Baſ. & b Caſ. *Ibid.* εὕρημα. εὕρεμα ms. *Ep.* Neutrum male.

Ad totum hunc locum haec adnotavit CASAUBONUS: »Apud veteres Graecos & Romanos conviviorum haec »ratio fuit, ut, poſtquam corpora dapibus ſatiaſſent, »oculos auresque varie oblectarent. Ideo finitis epulis »acroamata, tibicinae, ſaltatrices, & qui dicebantur Bac»chi artifices, in coenationes introducebant. Haec eſt »cauſſa cur Athenaeus *decimo quarto* demum *libro* de *Mu»ſica & muſicis Inſtrumentis* ſerio tractat. Nam qui fuit »ordo conviviorum, idem eſt horum librorum, ut ſaepe »diximus. Mirari igitur licet, quo conſilio vir eruditiſſi»mus huc infercerit ſermonem *de Organis muſicis*, qui »deinceps hoc in libro habetur: eſt enim alieno loco »poſitus, cum ad librum XIV, ut diximus, pertineat. »Sed videtur Athenaeus nihil eorum voluiſſe praetermit»tere, quae in eo convivio dicta eſſent, cui apud Lau»rentium interfuerat. Quare, etſi alius erat ab illo aſ»ſignatus locus huic tractationi: quia tamen inter epulas »de muſicis quibusdam inſtrumentis ſermo ex occaſione »inciderat; noluit auctor committere, ut ea pars τῶν »ἐπιτραπεζίων λόγων in hoc opere deſideraretur. Verum »hac de re plura nobis alio loco erunt dicenda.« — In proximis hisce verbis PROLEGOMENA ſua reſpexit Caſaubonus, quae lucem quidem numquam viderunt; quibus de totius operis huius argumento prolixe dicturus erat. Quod ad dubitationem ſpectat, quam hic movit Vir doctus: utique in hoc opere ſecutus eſt Athenaeus ordinem qui in conviviis teneri ſolet: ſed, quod iam aliâs profeſſus ſum, etiam atque etiam perſuaſum habeo, in hoc quidem egregie falſum eſſe Caſaubonum, quod propoſitum fuiſſe Athenaeo ſtatuit his eisdem libris eos ſermones memoriae prodere, qui revera habiti fuiſſent in aliquo convivio apud neſcio quem Laurentium vel Larentium Romae celebrato, cui convivio ipſe Athenaeus interfuiſſet. Perſpicuum eſſe mihi videtur, quod iam in introitu dixeram, nihil aliud propoſitum fuiſſe auctori, niſi ut ſuae eruditionis (quae in Grammatica maxime & Philologia, quam dicimus, verſabatur) theſauros, ex Adverſariis & commentariolis ſuis, quibus illos condiderat, commodo quodam habitu, qui quamplurimos adliceret lectores, in publicum ederet. Eo conſilio totum hoc

b finxit Convivium: convivasque eruditos, veluti dramatis alicuius personas finxit, quarum cuique consentaneas partes tribueret. Eodem consilio universe quidem secutus est, ut dixi, ordinem in magnis splendidisque conviviis servari solitum: sed non ita scrupulose eum secutus est, quin interdum prorsus ex oculis amisisse videatur & convivium & convivas suos, idque unice spectasse, ut vel varietate rerum, de quibus dissereret, delectaret lectorem, vel quaecumque in commentariolis suis tum, cum scriberet, maxime parata & promta haberet, ea prae caeteris suis adponeret lectoribus. Iam igitur nil mirum, (quod ne in vero quidem convivio mirandum magnopere foret) si in eo temporis intervallo, quod inter gustationem & ipsam coenam intercedebat, instrumenti alicuius musici sonum finxit audiri a convivis, indeque occasionem ab his captam, de Musica veterum (de qua sub finem operis proprius copiose dicendi locus erit) nonnihil disputandi.

c Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ Χορῶν. ARISTOCLES ille quis fuerit, quove tempore vixerit, non liquet. Grammaticum maxime fuisse libellum, qui hic citatur, quo de nominibus Instrumentorum musicorum actum fuisset, HEYNIUS censuit, in Fragm. Apollodori pag. 1172. At plura scripsit ille tamen ad Rem musicam spectantia. Et ipsum quidem opus περὶ Χορῶν pluribus libris erat comprehensum: certe alibi *primum Aristoclis librum* περὶ Χορῶν citat Noster. Vide XIV. 620. d. Rursus eiusdem librum περὶ Μουσικῆς laudat ibidem paulo post, pag. 620. e. Denique eiusdem Epistolam commemorat, pag. 636. f. pariter ad Rem musicam pertinentem. Domo *Alexandrinum* fuisse, intelligi videtur ex his quae continuo deinde ex eo adfert Athenaeus. Vide mox ad lit. d.

Πλάτωνα – – νυκτερινὸν ποιήσαντα ὡρολόγιον &c. Excussit hunc locum SALMASIUS in Exercit. Plinian. p. 450. *Ibid.* καὶ τὸ ὑδραυλικὸν δὲ ὄργανον δοκεῖ κλεψύδρα εἶναι. Edebatur δοκεῖ κλεψύδρας εἶναι. Adnotavit vero CASAUBONUS: »In Excerptis κλεψύδρα εἶναι, quomodo legêre interpretes. Membranae κλέψυδρας. Sine dubio scribendum cum Eustathio [ad Iliad. σ'. pag. 1214, 27.] κατὰ κλεψύδραν. Absurdum est dicere, *hydraulica organa esse clepsydram*: verissimum est, *clepsydram ea referre*.« — Sic ille: at nostrae membr. *A.* itemque ms.

Ep. in eam ſcripturam, quam edidimus, conſentiunt, δοκεῖ κλεψύδρα εἶναι: quae nihil incommodi habere mihi viſa erat. Potuerat dicere auctor, δοκεῖ κλεψύδρα τις εἶναι: *videtur eſſe quaedam clepſydra:* in eamdem vero ſententiam ipſa illa librorum ſcriptura accipi poſſe videtur: & ita eam acceperat Euſtathius, qui ſententiam clarius expreſſurus, κατὰ κλεψύδραν dixit: non quod ita apud Athenaeum legiſſet, ſed quod iſta, quae libri dabant, verba ita intellexiſſet.

ἐμπνευστὸν δ' ἂν ἴσως. δὲ particulam, quae deerat edi- d
tis, commode dedere noſtri mssti. *Ibid.* καὶ ἀρασσομένου τοῦ ὕδατος. Melius fore ταρασσομένου, adnotavit CORAY. At cur in vulgato non adquieſceremus, quod libri tenent omnes, cauſſam nullam videre mihi licuit. ἀράσσειν, *tundere, pulſare, concutere, agitare.*

ἔτι δὲ διϊκνουμένων ἀξόνων διὰ τοῦ ὀργάνου, ἐμπνέονται οἱ αὐλοί. ἀξινῶν (id eſt, *bipennibus*) cum editt. vett. agnoſcit codex noſter uterque: pro quo cum ἀξόνων ex coniectura edidiſſet CASAUBONUS, adnotavit dein: »Haec videtur citra controverſiam recta ſcriptu»ra, ut vidit etiam Dalecampius: nam & Vitruvius [X. »13.] *axes ex torno ſubactos* in hydraulicorum deſcriptio»ne habet. Omnes tamen manu exarati codices ἀξινῶν »retinent.« — *Axibusque praeterea inſtrumentum pervadentibus* in verſione poſuerat DALECAMPIUS, tum in ora etiam diſerte adnotaverat: »ſe quidem ἀξόνων legere, ſed »Philandrum in Commentariis ſuis in Vitruvium ἀξινῶν »tenere, nec mendum hoc corrigere.« Athenaei verba, ſive potius Ariſtoclis, latine ſic reddidit PHILANDER ad Vitruv. X. 13. *Fiſtulae ima parte in aquam verſae ſunt, qua commota ab adoleſcentula, axinis per organon motis, & percurrentibus, ſpiritu inflantur fiſtulae, & ſuavem ſonum reddunt.* ἀξονίων legi volebat VILLEBRUNIUS, intelligebatque *parvos cylindros* aut *axes verticales.*

ἔοικε δὲ τὸ ὄργανον βωμῷ στρεγγύλῳ. »Hero compa»rat βωμίσκῳ. Vitruvius [l. c.] *arae* & *arulae*, ut emen»davit Turnebus.« CASAUB. — *Arca* & *arcula* vulgo legitur apud Vitruvium. Hero, quem Caſaubonus dicit, is eſt, cuius Πνευματικὰ, ſive *Spiritalia*, ut interpretantur, exhibentur in Veterum Mathematicorum Operibus, Pariſiis anno MDCXCIII. editis, ubi pag. 227 ſq. conſtructio Ὑδραυλικοῦ ὀργάνου exponitur: cuius tamen ratio

d diversa est ab illius *Hydrauleos* structura, de qua hic agitur. καί φασι τοῦτο εὑρῆσθαι ὑπὸ Κτησιβίου κουρέως, ἐνταῦθα οἰκοῦντος ἐν τῇ Ἀσπενδίᾳ. » Legendum ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. *Ctesibius* enim *res pneumaticas excogitavit* » *Alexandriae in taberna sui patris tonsoris*, ut disertissimis verbis narratur a Vitruvio lib. IX. cap. 9. Falsissimum est quod putarunt docti homines, de *Aspendo* » Pamphyliae civitate haec posse accipi. [Sic Dalechamp.] » Nam omnino locus emendationis eget : nisi dicere lubeat, fuisse aliquam *urbis* eius *partem*, quae sic vocare» tur, in qua habitaverit Ctesibii pater. De eo statuant » eruditi : ego enim nullam habeo cognitam *Aspendiam* in » urbe Alexandrina, neque in eius vicinia. « Casaubonus. — *Alexandrinum* fuisse *Ctesibium*, paulo ante (lit. b.) diserte etiam docuerat Athenaeus ; & vixisse quoque *Alexandriae*, haud obscure significare videtur. Pariter Philo Byzantinus, auctor Βελοποιϊκῶν, qui diu se apud artifices Alexandrinos versatum profitetur, (in Vet. Mathem. p. 50.) de *Ctesibio* loquens, Κτησίβιον ait τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γεγονότα, ibid. pag. 67. Item Athenaeus ille, Nostro multo vetustior, qui de Machinis Bellicis scripsit, de eodem loquens, Κτησίβιος, ait, ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μηχανικός. (Vet. Mathem. pag. 8.) Quare, quisquis tandem fuerit ille *Aristocles*, e quo haec tradit auctor noster, illud non dubitandum videtur, vixisse eum scripsisseque librum περὶ Χαρῶν, e quo haec ducta sunt, in urbe *Alexandrina*, & illud adverbium ἐνταῦθα, *hic*, recte de *Alexandria* intelligi. Quid sit vero, quod ἐν Ἀσπενδίᾳ adiiciatur, non magis mihi quam Casaubono liquet. Nihil in illa scriptura mutant vetustae membranae. Epitomator vero, ista verba omittens, nonnisi haec posuit : Εὑρὼν δὲ ταύτην Κτησίβιος ἐπὶ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου, διέπρεψέ τε μεγάλως καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Θαΐδα ἐδίδαξεν. Illud quidem aegre mihi persuadeo, quod Casaubono probabile visum erat, temere a librariis vocem Ἀσπενδίᾳ pro Ἀλεξανδρείᾳ esse invectam. Sed multo minus audiendus videtur Villebrunius, cum ἐν τῇ Ἀσπενδίου corrigit, id est, *in aedibus Aspendii ;* quem *Aspendium* ille » celeberrimum ex omni antiquitate citharoedum fuisse « nobis narrat. Nam video quidem Ciceronem Verrina prima cap. 20. *signum* commemorantem *in Pamphyliae oppido Aspendo* olim positum *citharoedi*, singulari quadam ratio-

ne citharâ canentis; videoque ibidem eâdem occasione d commemoratum *Graecum proverbium*, Ἀσπένδιος κιθαριστὴς, quod pluribus etiam expositum Zenobius, Proverbior. Cent. II. num. 30. (conf. Erasmi Adagia, in *Intus canere*, & *Aspendius Citharoedus*:) sed citharistam, *Aspendium* nomine, de quo hic cum aliqua veri specie cogitari possit, nusquam reperio. Quare, donec aliud quid certius adferatur, statuamus interim, quod ne Casaubono quidem displicuisse video, fuisse parti cuidam urbis Alexandriae, aut tribui alicui Alexandrinae, nomen Ἀσπενδίαν aut aliquod simile. Spes quaedam adfulserat, posse fortasse veram huius loci scripturam restitui ex cognomine Auctoris nostri scriptore illo, cuius libellum περὶ Μηχανημάτων paulo ante citavi: apud quem eodem loco, ubi de *Ctesibio* agitur, ex msstis Parisinis sic editum est in Vet. Mathem. pag. 8. Κτησίβιος ὁ Ἀσκληνὸς (in ora Ἀσκρηνὸς) ὁ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μηχανικός. Cum enim eamdem editionem Parisiensem plurimis scatere vitiis compertum haberem, nossemque servari in Bibliotheca Universitatis nostratis codicem manuscriptum optimae notae, eumdem libellum cum aliis eiusdem generis continentem, sperabam reperturum me forte in illo codice hoc loco scripturam propius ad eam, quam apud nostrum auctorem exhibent libri, accedentem: sed nihil aliud ibi, nisi ὁ Ἀσκρινὸς, pro Ἀσκληνὸς vel Ἀσκρηνὸς, reperire nobis contigit: quod sit-ne patris, an patriae, an tribus nomen, non dixerim equidem. Ex eodem Athenaei Mechanici testimonio ductum est, quod in Animadversionum Casauboni editione tertia, (puto etiam in secunda) in illis Casauboni verbis, quae ex editione prima supra retuli, *Ctesibius enim res pneumaticas* &c. post vocem *Ctesibius* haec verba inserta leguntur » *Ascrenus*, *ut vocatur* » *a veteribus*. « Apud iuniorem Heronem *Ascraeus* vocatur, cuius verba retulit Fabricius Bibl. Graec. T. II. pag. 592. not. *a*.

Sed quoniam in mentionem incidi Codicis illius Manuscripti Argentoratensis veterum Mechanicorum: quum iam diu mihi in votis fuisset, ut reperiretur Vir tam Graece doctus, quam rerum peritus quae in illis scriptis tractantur; qui diligenter excutiendi eiusdem Codicis, &, quae ille proba commodaque obtulisset, in usus communes conferendi laborem susciperet; non possum quin

d hac occasione eis ex Lectoribus nostris, quibus haec talia curae sunt, laetus nunciem, repertum esse his ipsis diebus quem quaesieramus: Virum dico iuvenem, ut bellica virtute egregium, sic civilibus omnibus humanioribusque laudibus cumulate ornatum, *Paulum* COURIER, Parisiensem; in una ex illis cohortibus, quarum in regendis Machinis instituendisque Operibus bellicis praecipua opera versatur, in copiis Reipublicae Francicae centurio. Is & universae rationis, quibus partes cunctae artis bellicae continentur callentissimus, & veteris omnis recentiorisque historiae institutorumque omnium populorum notitia abunde instructus, in Graecis vero Romanisque literis ita versatus, ut veteranum aliquem literarum professorem diceres, qui in illis studiis totam aetatem exegisset: postquam nuperrime in hanc urbem praesidii causa missus est, post officii militaris curam nihil prius atque antiquius habuit, quam ut rationes circumspiceret, quibus & suae ampliora semper addiscendi cupiditati, & quae didicisset in usus publicos convertendi studio satisfaceret. Igitur, cum eruditum opus non modo moliatur, sed iam paene perfectum habeat, quo omnem Rei tormentariae, & universae rationis qua ab aliquot retro seculis vel in muniendis locis vel in oppugnandis hostium munimentis usi sunt aut adhuc utuntur Europae populi, Historiam exposuit; cui operi praemittere constituerat commentationem de Veterum in eodem genere Inventis Artibusque: eo consilio Codicem illum, quem dixi, Manuscriptum cum editione Parisiensi coepit conferre, in eoque non modo ad emendandos impressorum librorum tam frequentes, quam immanes saepe, errores, & ad supplendas quibus illi scatent lacunas, luculentissima praesidia invenit; verum etiam opuscula nonnulla nondum in lucem edita, haud exiguum momentum ad pernoscendam universam veterum in eo genere rationem collatura, eodem codice comprehensa reperit. Quare non intra prius suum consilium brevem de Veterum ratione commentationem scribendi subsistere decrevit: sed hoc amplius, quae inedita Opuscula continet ille codex, suis Animadversionibus illustrata in lucem edere, reliquaque scripta in Parisiensi Veterum Mathematicorum editione comprehensa, emendatiora dare constituit. Denique, ut ad Athenaeum redeam nostrum, huic ipsi etiam auctori praesidia minime spernenda ab

eiusdem Viri cum doctrina, tum felicitate ingenii, acceſ- d
ſura mihi ſpondeo. Vix ille quidem his diebus in difficilem illum locum, qui libro ſecundo T. I. pag. 170 ſq. noſtrae editionis legitur, coniecerat oculos, cum primo intuitu rationem pervideret mecumque communicaret, qua difficultatis pars ſaltem aliqua, quae & Caſauboni & meam prorſus effugerat animadverſionem, levari atque adeo tolli haud dubie debuiſſet. Nam cum pag. 171. lin. 1. noſtrae edit. conſentientibus ſcriptis editisque libris ſic legatur, καὶ ἀπέστησαν πρὸ τοῦ εὑρεῖν τὸ πραττόμενον: quae verba, ut ſonabant Graeca, ſic a nobis latine reddita ſunt, *priusquam id quod res eſſet reperiſſent, deſtiterunt:* perſpecte vidit ille, vitium verbo ἀπέστησαν ineſſe, ac pro eo ἠπίστησαν ſcriptum oportuiſſe; *non crediderant, fidem non habuerant, priusquam ipſi rem ita eſſe reperiſſent.* Quae emendatio ita & certa & per ſe ipſa evidens, puto, cuilibet videbitur, ut mirari ſubeat eam non cuique ſua ſponte occurriſſe. Ac nunc quidem reperio, eamdem emendationem iam olim a DALECAMPIO fuiſſe adhibitam, qui hunc locum latine ſic reddiderat, *antequam ſatis rem exploraſſent, non credidiſſe.* Et Dalecampium ſecutus erat vel ADAMUS vel VILLEBRUNIUS, T. I. Gallicae verſionis p. 162. ſic ſcribentes: *Des curieux, qui ne pouvoient le croire ſans en être témoins, entreprirent de l'obſerver.* Quorum verſiones doleo eo tempore, quo hunc locum tractavi, hac ex parte minus diligenter fuiſſe a me inſpectas. Sed earum neutram tunc inſpexerat ſolertiſſimus noſter Criticus, cum eamdem emendationem e veſtigio, ut aiunt, proprio ex ingenio depromeret. Et propoſuerat ille quidem ſtatim verbum paulo diverſâ formâ (quae propius etiam a librorum ſcriptura abeſſet) ſcribendum, nempe ἀπίστησαν: quemadmodum etiam a PURSANO, qui nonniſi Dalecampianas fere emendationes in Graecum ſermonem transferre conſueverat, ad oram libri, qui ipſius olim fuerat, video adnotatum. Sed augmentum in illo verbo negligere & analogia grammatica vetabat, & uſus ſermonis, qui ἠπίστησαν utique deſiderabat: quâ formâ cum alibi occurrit id verbum, tum apud Lucian. in Dial. Mort. III. & apud Polyb. III. 98, 1. & IV. 18, 8.

Sed ad penſum redeamus, in quo ſubſtitimus. *Cteſibium* mechanicum *vixiſſe* ait apud Athenaeum noſtrum Ariſto-

d cles ἐπὶ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου, i. e. *ſub ſecundo Evergete.* Eſt autem *Ptolemaeus Evergetes ſecundus*, ſeptimus Aegypti rex, (cf. lib. VI. pag. 252. e.) idem qui *Phyſcon* aliâs cognominatur; quem ſe quidem *Evergetem* adpellari voluiſſe, ſed ab Alexandrinis ob peſſimos mores rectius Κακεργέτην adpellatum Noſter tradit, IV. 184. b. c. & XII. 549. d. qui circa annum a Roma condita DCVIII ad regnum acceſſit. Contra adnotavit Fabricius, (Biblioth. Graec. T. II. pag. 592. not. b.) Salmaſium ad Solinum, & Franc. Iunium in Catalogo Artificum, ex Hedyli epigrammate quod exhibet Noſter XI. 497. d. e. collegiſſe, multo ante *ſub Ptolemaeo Philadelpho*, ſecundo Aegypti rege, *vixiſſe eumdem Cteſibium.* Iunii liber non eſt ad manus: Salmaſium vero, ubi de Cteſibio & de Hedyli epigrammate agit (Exercit. Plin. ad Solin. p. m. 449 ſq.) non video ex illo epigrammate collegiſſe, ad Philadelphi Ptolemaei tempora referendam eſſe Cteſibii aetatem: nec id recte colligi inde poſſe videtur. Aliud argumentum, quod maiorem habet ſpeciem, ipſe ibidem FABRICIUS adfert, quo falſi argui videri poterat vel Ariſtocles, e quo haec tradit Athenaeus, vel ipſe Athenaeus aut eius librarii, qui in deſcribendo Ariſtoclis teſtimonio erraverint, cum Cteſibium ſcripſerunt *ſub ſecundo Evergete* vixiſſe: nempe hoc ipſum, quod vetus ille Athenaeus Mechanicus, ut ſupra vidimus, Cteſibii huius meminerit: ſcripſiſſe autem illum Athenaeum circa Ol. CXLII. cum ſecundus Evergetes Ptolemaeus nonniſi Olymp. CLVIII. coeperit regnare. At, cur ad illud tempus aetatem Athenaei Mechanici retulerit vir doctiſſimus, nullam aliam cauſſam reperio, niſi quam ipſe paulo ante (Bibl. Gr. T. II. pag. 588.) referebat, ſcilicet quod libellum ſuum περὶ Μηχανημάτων Athenaeus ad *M. Marcellum* ſcripſerit, qui Syracuſas cepit Olymp. CXLII. Iam video quidem, libellum illum ad *Marcellum* aliquem fuiſſe ſcriptum; quem his verbis ὦ σεμνότατε Μάρκελλε compellat auctor. Video etiam, praeeuntem Fabricio Lambecium (cuius verba ex Biblioth. Caeſar. T. VII. ad cod. CXIV. exhibentur in Praefatione Editioni Pariſienſi praemiſſa pag. X.) de *M. Marcello*, qui *Syracuſas* expugnavit, hic agi ſtatuiſſe. At in toto libello nihil reperire mihi contigit, quo illa firmetur interpretatio. Quare, niſi alioquin etiam parum probabile videri deberet, Ptolemaei Philadelphi aetate Mathematicum

Graecum ad virum Romanum librum ſcripſiſſe; ad la- d befactandam illam hypotheſin ſatis (puto) foret, ſi rationes noſtras in hunc modum ſubduceremus: *Athenaeus* Mathematicus & Mechanicus librum ſuum *Marcello* alicui dicavit: idem vero Athenaeus meminit *Cteſibii* illius, quem vixiſſe *ſub ſecundo Evergete* ex diſerto Ariſtoclis apud Athenaeum noſtrum teſtimonio novimus: ergo *Marcellus* hic non eſt ille *M. Marcellus*, qui ante ſextum & ſexageſimum annum quam Evergetes II. regnare coepit, *Syracuſas* expugnaverat.

διαπρέψαι τε. Verbum hoc, quod, ex hac orationis ſtructura, ad τὸ ὄργανον pertinet, ad Cteſibium refertur ab Epitomatore; cuius verba paulo ante adpoſuimus. Idem dein καὶ τὴν αὐτοῦ ſcripſit, ut habent edd. *Ibid.* e ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα εἰ περὶ τὸ ὄνομα σφάλλεται. Omiſit haec Epit. Recte vero εἰ περὶ dedit ms. *A.* quod & ex aliis codd. commendavit Caſaub. pro εἴπερ τὸ ὀν. quod erat editum. Ad rem quod ſpectat, merito dubitavit CASAUBONUS, quam in partem iſtud dixerit Athenaeus. »Quis ille *error*, [inquit] *in nomine*, quem *Tryphoni* ob»icit? an quia *mechanicum* appellaverat Cteſibium, hy»draulicorum inventorem? nam hydraulicorum ratioci»nationes a tractatu de machinis Vitruvius quoque vide»tur ſeparare. An in eo potius eſt error, quod *auctorem* »*hydrauleos* non *Cteſibium* appellaverat Trypho, ſed vel »*Chryſippum*, vel neſcio quo alio ſimili nomine, hodie »in noſtris libris depravato?« — Poſterior ratio potior videtur. Suſpicari quidem poteras, in eo errorem quaeſiviſſe Athenaeum, quod *ſcripsisse* de hydrauli Cteſibium Trypho perhibuerit; quem inventorem quidem fuiſſe, ſed librum nullum de illo organo edidiſſe ſtatuerit Noſter. At *Commentarios* quosdam de variis artis ſuae inventis edidiſſe *eumdem Cteſibium* clare docet Athenaeus ſuperior pag. 8. eodem loco, quem ſupra citavimus, & Vitruvius lib. I. c. 1. & in Praefat. libri VII. Praeterea, ſi id dicere voluiſſet noſter Athenaeus, adiectâ καὶ particulâ dicturus erat καὶ συγγράψαι: nec vero ad nomen Κτησίβιον adiecturus videtur illud τὸν μηχανικὸν, ſi eumdem *Cteſibium* hic dixiſſet, de quo adhuc agebatur. Mox dein pro ῥᾴδια ſuo arbitratu Epitomator ῥᾶον ſcripſit.

AD CAP. LXXVI.

ℓ γιγγραΐνοισι - - - ἐχρῶντο αὐλοῖς. Duplicatam literam γ dedit ms. *Ep.* & ex Epitoma Euſtathius ad Il. σ'. p. 1214, 19. Recte: nam & dein γίγγρης & γίγγροι, & γίγγρας & μέλη γιγγραντὰ conſtanti mſstorum noſtrorum conſenſu per duplicatam literam γ ſcribuntur: nec aliter apud Heſych. & Pollucem. Vocales αι vero in eadem voce ambo noſtri codices non in *diphthongum* αι iungunt, ut eſt in editis; ſed *ſeparant*, duobus punctis vocali ϊ ſuperne adpoſitis. Terminationem οισι tenet ms. *A.* cum editis: γιγγραΐνοις vero habet Epit. & Euſtath. quod ex eisdem fontibus commendavit CASAUB. Pro vulgata olim ſcriptura γιγγραίνοισι, H. STEPHANUS in Ind. Theſ. pag. 681. d. γιγγαίνουσι legebat, tamquam a verbo γιγγραίνω: quod bene per ſe haberet, niſi cum iſta voce perſpicue cohaererent verba ſequentia, ἐχρῶντο αὐλοῖς. *Ibid.* ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν. » *Xenophontis* locum quae» rant ſtudioſi: mihi enim in mentem nunc non venit: » quin, ſi memini ſatis, nulla hodie in eius libris *gingri*» *narum tibiarum* mentio. « CASAUBONUS. — Nec mihi *Xenophontis* locum, qui huc ſpectet, vel meminiſſe contigit, vel reperiſſe: nec a viris doctis, qui de iſto tibiae genere varia veterum teſtimonia collegerunt, Salmaſio ad Solin. pag. 87. Bocharto in Chanaan lib. II. cap. 7. aut ab Heſychii Interpretibus, indicatum illum vidi. Quare, quamquam idem *Xenophontis* nomen hoc loco uterque noſter codex atque Euſtathius (loco paulo ante citato) teneant, haud immerito ſuſpectum illud habere licebit: nec tamen de alio ſubſtituendo nomine coniectura ulla ſatis probabilis nobis occurrebat.

τούτοις δὲ καὶ οἱ Κᾶρες χρῶνται ἐν τοῖς θρήνοις. Pariter Pollux IV. 75. Λέγεται δὲ, inquit, καὶ Φρύγας εὑρεῖν αὐλὸν θρηνητικὸν, ὧ κεχρῆσθαι τοὺς Κᾶρας, παρ' ἐκείνων λαβόντας. θρηνῶδες γὰρ τὸ αὔλημα τὸ Καρικόν. Inde Καρικὸν μέλος apud Noſtrum XV. 665. f. eſt *lugubre carmen*. *Ibid.* εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ Καρία Φοινίκη ἐκαλεῖτο. Vide Bochart. in Chanaan, lib. I. cap. 7. pag. 394 ſq. edit. Cadom. Eodem ſpectat quod ex Ergea Rhodio refert Noſter, VIII. 360. c. *Phoenices olim Rhodum inſulam habitaſſe*.

τὸν γὰρ Ἄδωνιν Γίγγρην καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες. Ad *Ulpianum* diriguntur iſta verba, qui Tyrius atque

adeo *Phoenix* erat. Vitiose Γίγριν expressum in ed. Bas. f & Cas. Γίγγριν habet Epit. & inde Eustath. ad Iliad. σ'. pag. 1214, 21. Rectius putavi Γίγγρην, quod cum ed. Ven. habet ms. *A.* quod magis etiam convenit non modo cum eo quod paulo post apud Nostrum γίγγρας vocatur vel tibia ea, de qua hic agitur, vel cantus qui ad illam tibiam canitur: verum etiam cum eo quod est apud Pollucem IV. 76. cuius verba h. l. adposuit CASAUBONUS, sic scribens: » *Has tibias* tradit Athenaeus *ita dictas, quod* » *eas inflari moris esset in Adoniis: nam Adonim*, inquit, » *vocant Phoenices* Γίγγρην. Pollux quoque: ἡ Φοινίκων » γλῶττα Γίγγραν τὸν Ἄδωνιν καλεῖ, καὶ τούτῳ ὁ αὐλὸς » ἐπωνόμασται. Aliis placet, a fictitia voce γιγγρὶ nomi- » natas esse *tibias gingrinas*. Festus deducit a verbo *gin-* » *grire*, quod de anseribus proprie usurpatur. Etiam grae- » ce χνίζειν de *tibia canentibus* dixerunt, ut scribitur in » XIV. [lib. XIV. pag. 657. e.] Hebraeorum *Agur* [*ain*, » *gimel*, *resch*] quidam expositorum *anserem*: inde γίγγρος » & γιγγρίζειν: τὸ *ain* mutatum in *gamma*; sicut in aliis » multis.« — Probabiliorem originationem Bochartus dabit, in Chanaan, lib. II. cap. 7. p. m. 807.

μνημονεύει τῶν γίγγρων αὐλῶν. Vitiose μνημονεύειν a habet sola ed. Cas. 3. operarum errore. αὐλῶν restitutum a nobis ex ms. *A.* cum αὐτῶν esset editum. Epitoma nec haec habet, nec sequentia Amphidis & Axionici testimonia.

In AMPHIDIS *vers.* 1. si vera est lectio, γίγγραν τε, quam cum editis tuentur veteres membranae, intelligi debet, eum qui ista loquitur, subiecturum fuisse aliud quid, quod ad illam τε particulam referretur, nisi interpellatus fuisset ab altero. Cogitaveram, oportuisse fortasse γίγγραντα; qui foret quartus casus a primo ὁ γίγγρας. Sed quoniam & γίγγρης & γίγγρας in nominativo reperitur, vereor ne obliqui casus non γίγγραντος, γίγγραντι, & sic porro formari debuerint, sed γίγγρου, γίγγρᾳ, γίγγραν.

Versus 3 - 5. sic concepti & distributi legebantur in ed. Ven. Bas. & Cas. 1.

ἧμέτερον. ὃ θεάτρῳ μὲν οὐδὲ πώποτ' ἐ
δείχθη γ' Ἀθήνησιν δὲ κατακεχρημένον
ἐν συμποσίοις ἥδιστον. διὰ τί δ' οὐκ ἄγεις &c.

Ubi nil aliud, nisi hoc, adnotavit CASAUBONUS: » *Am-*

»*phidis* verſum quintum leviter emenda, & ſcribe, ἐν »συμποσίοις ἐστι. [ſic] τί δ' οὐκ ἀγεις.« — In ed. Caſ. 2. & 3. vero in ora, pro hac Caſauboni emendatione ſic ſcribitur, ἐν συμποσίοις δ' ἐστί. τί δ' οὐκ ἀγ. Nempe (ut ab hoc incipiam) viderant, qui ita ſcripſerunt, eſſe in Caſauboni iſta Animadverſione aliquid ab operis peccatum: quod cum ex eo adparebat quod metrum non conſtabat verſui, tum ex ipſa vitioſa ſcriptura, ubi verbum ἐστι nullo accentu erat notatum, nec tamen ad ſuperiorem vocem reiici accentus potuerat. Sed, erratum iſtud peſſime ab his correctum eſſe adparet. Caſaubonus quid potiſſimum in animo habuerit, ſatis videtur perſpicuum. Nempe hoc voluerat,

ἐν συμποσίοις ἥδιστόν ἐστι. τί δ' οὐκ ἀγεις.

Et ſic quidem corrigi oportebat, ni velles in quarta ſenarii iambici ſede dactylum pedem, qui ibi obtinet ex vulgata ſcriptura, a qua quidem in hoc verſu nil diſcedunt vetuſtae membranae. *Tertius & quartus* in ed. Caſ. 2. & 3. prorſus neglecta omni metri ratione ſic ſcripti leguntur:

ἡμέτερον. ὃ θεάτρῳ μὲν οὐδὲ πώποτ' ἐδείχθη γ'
Ἀθήνησιν δὲ κατακεχρημένον.

Praeterea in ed. Caſ. 3. novo etiam operarum errore ὃν θεάτρῳ expreſſum eſt pro ὃ θέατρ. Equidem, cur tertius verſus non finiretur in πώποτε, aut cur quartus non ab ἐδείχθη inciperetur, cauſſam nullam vidi: &, quin ſic ederem, non dubitandum exiſtimavi. Tum vero γε particulam, quam poſt ἐδείχθη perincommode intruſerant iuniores, delevi auctoritate veterum membranarum.

b *Verſ.* 8. Cum ἀνατριαίνωσι editum eſſet, quod ipſum eaedem noſtrae membranae tenent, ἀνατριαίνῶσι corrigi iuſſit CASAUBONUS, ſimul adnotans: »Elegantiſſimum verbum ἀνατριαινοῦν, *perturbare*, *miſcere omnia*.« — Verbum τριαινοῦν legitur apud Comicum, Pace vſ. 570. de *fodienda* vel *vertenda terra*. Sed a verbo in *εω* deſinente non magis ἀνατριαινῶσι formari potuerat, quam ἀνατριαίνωσι, quia ſubiunctivo modo non erat hic locus. Placuit tamen id ipſum ἀνατριαινῶσι, quod propoſuerat Caſaubonus; ſcilicet a themate ἀνατριαινάω derivatum. Et hoc quidem thema a nemine adnotatum reperio: ſed, a vocabulo ἡ τριαινα formari potuiſſe verbum in *αω*, analogia ſuadebat; &, fuiſſe etiam olim in

usu, intelligi videtur ex nomine substantivo τριαινατῆρες, quod adnotavit Hesychius, qui ἀροτριοῦντες interpretatur. A themate τριαινοῦν, oportebat ἀνατριαινοῦσι, quemadmodum in suo libro correxit PURSANUS. In ed. Ven. & Bas. deest vox πράγματ', quam e msstis adiecit Casaub.

AD CAP. LXXVII.

Φοινίκων εἶναι καὶ τοῦτον (τὸν νάβλαν) εὕρημα. »Nablum esse *Phoenicum* vel Hebraeorum *inventum*, ipsum »nomen indicio est, ut ad Strabonem dicebamus.« CASAUB. — Vide eumdem ad Strab. X. pag. 471. & Bochart. in Chan. II. 7. pag. 807 sq. ed. Cadom. Vocabulum per mercatores Phoenicios in Graeciam translatum, quod ab *utre coriaceo* nomen habere docebunt Lexica Hebraica. Conf. Valckenar. in Callimachi Elegiar. Fragm. pag. 16 sq. c

»De *Nablo* ait SOPATER, οὔτε τοῦ Σιδωνίου νάβλα λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος. Hoc est: *neque Sidonii »nabli fides sunt corruptae.* λαρυγγόφωνος τύπος, periphrasis est *fidium*, per quas intentas sonus editur, ut per gut»tur vox prodit. ἐκχορδοῦσθαι, ut ἐξαυλεῖσθαι: unde γλῶτται ἐξηυλημέναι & παρεξηυλημέναι.« CASAUB. — Perperam Σιδώνου pro Σιδωνίου scriptum in ed. Ven. & Bas. Vir doctus Anonymus, cuius *Coniectanea in aliquot Athenaei loca* exhibentur in ed. Cas. 3. pag. 703. pro τύπος, quod cum edd. tenet ms. *A.* κτύπος rescribi suo periculo iussit. Et significat utique κτύπος *fremitum*, *sonitum*, cum armorum aliumve, tum & *instrumentorum musicorum.* Ac posset quidem τύπος, vi communis originis, idem fere significare: sed, quod sciam, non ista notione hoc vocabulum est in usu. At ne satis quidem certum est, ista voce *sonum* vel *sonitum* significare voluisse poëtam. Rectius fortasse τύπος λαρυγγόφωνος intelligetur *forma* (i. e. instrumentum singulari formâ) *ex imo gutture sonum edens.* Pro νάβλα scribitur ναῦλα in ms. *Ep.* per imperitam literarum β & υ permutationem; quae quidem & apud alios passim scriptores in eodem vocabulo haud infrequens est. Perperam λαρυγγοφώνος penacute scribitur in ed. Bas. & Cas.

Καὶ ἐν Μυστακοῦ δὲ ἀντίῳ φησίν. »Inscriptio fabulae »obscura, ut diximus libro superiore.« CASAUB. — Vi-

c de ad III. 119. a. Mire ingenio ſuo indulſit *Sam. Petitus*, in Miſcellan. lib. V. cap. 9. ubi & titulum & argumentum illius fabulae, & verſiculos inde hîc adlatos explicare conatus eſt: ſed multis motibus nihil prorſus, ut mihi quidem viſum erat, promovit. Cuius molimina qui cognoſcere cupit, ipſum adeat. Prudentior CASAUBONUS, cum monuiſſet corruptiſſimos eſſe SOPATRI *verſus* qui ſequuntur, nihil emendare auſus eſt, niſi quod *verſ.* 2. cum Dalecampio παγεὶς, pro παγὶς ſcribi iuſſerit. *Lotum* ibidem pro *tibia* dici, vel ex Latinis poëtis notum. Conf. Noſtrum pag. 182. d. e. In *primo verſu*, ſi Graeca ex eiusdem DALECAMPII verſione corrigere liceret, ſic ſcribendum foret cum PURSANO, Νάβλας ἐν ἄλλοις ὀργάνοις οὖν εὐμελής: quibus quidem in verbis multum abſum ego ut veram auctoris ſcripturam agnoſcam. VILLEBRUNIUS in eodem *primo verſu*, qualis vulgo legitur, eam ſententiam reperiſſe ſibi viſus erat, quam his verbis in ſua verſione expreſſit: *Un nablas discordant avec les notes.* Tum in ſubiecta Adnotatione ait: »ἄρθροις »γραμμάτων *deſigne ici l'enſemble de tous les caracteres, le-* »*tres, ou autres, par lesquels les Grecs écrivoient leur mu-* »*ſique.*« Denique, ſi quid in Graeca ſcriptura mutandum, ait Idem, in hunc modum optime legetur: Νάβλας σὺν ἄρθροις γ' ἀσμάτων οὐκ ἐμμελὴς, &c. De qua ſive interpretatione ſive emendatione penes doctos ſit iudicium.

Verſ. 3. Pro illis, ἐγρέτου δέ τις, non video quid PURSANUS ſecutus ſit, ſic corrigens, ἐγρέτης δέ τις, & dein τῆς ἡδονῆς &c. In promtu erat, ἔγρετ' οὐδέ τις corrigere; ſi quae *verſ.* 4. ſequuntur, ſatis convenirent. Et VILLEBRUNIUS quidem diſerte confirmat, poſita iſta correctione ἔγρετ' οὐδέ τις pro ἔγρετο οὐδέ τις, omnia in liquido eſſe. At eiusdem viri verſio huius loci, quae ex ADAMI ſchedis ducta videtur, non ἔγρετ' pro ἔγρετο ſupponit, ſed ἔγρε τ' pro ἔγρε τε: quae DALECAMPII fuerat probabilis utique coniectura. Nam Gallica verſio ſic habet: *Aucun homme, pris d'une fureur bacchique, n'animoit de choeur* [ſic] *dont la melodie rappelât la joie.* Quae quidem ipſa interpretatio novo rurſus Oedipo indigere mihi videtur. Epitomator, ut conſentaneum erat, totum hunc locum praetermiſit: ex ms. *A.* vero nulla prorſus ab edi-
d tis diſſenſio adnotata eſt. Ad *quartum verſum* eſt DALECAMPII adnotatio huiusmodi: »Εὐάζων. Virgilius, *Evantes*

» *orgia circum.* Hinc apparet, in orgiis Bacchi animos eo- d
» rum qui festum celebrarent, nablis ad choreas & tripu-
» dia Phoenices irritare solitos. « — Denique ne quis forte conqueratur, dissimulari a nobis *Samuelis* PETITI inventa, breviter commemorabo, postquam is titulum fabulae hunc statuit, Μύστας Κοτύτιος, i. e. *Cotitiis sacris initiatus*, (quibus de nefandis sacris, sacris Deûm Matris similibus, conferre iussit Strab. X. 470. d. Horat. Epod. XVII. 56. Iuvenal. Sat. II. 92. & Suidam in Κότυς. conf. infra Animadv. ad IV, 183. f.) poëtae verba in hunc modum ab eodem esse constituta:

Νάβλας ἐν ἄρθροις ἀσμάτων οὐκ ἀμελὴς
ὦ λῶτος ἐμπλήρη σύμψυχος πάγιον,
ἔμπνουν ἀνίει μοῦσαν· ἔκροθεν δέ τις
τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν.

PHILEMONIS ex *Moecho* verba citaverat etiam Pollux IV. 61. sed ibi, cum a librariis omissa fuissent, suppleta aliquatenus sunt ab editoribus ex Athenaeo. Apud Nostrum: » *Secundus versus* (ait CASAUB.) est imperfectus, hoc si-
» milive modo farciendus:

» νάβλαν τιν'. ὁ δὲ νάβλας τί ἐστιν; εἰπέ μοι. «

Vocem δέσποτα supplevit Clericus in Philemonis Fragmentis pag. 310. Ego defectum indicare malui, quam, invecto supplemento prorsus incerto, dissimulare lacunam. Ubi prior persona νάβλαν τιν' dicit, ibi facile intelligitur ex pervulgato sermonis usu (qui hodieque vernaculis nostris communis est) *instrumentum* nominari pro *homine instrumentum pulsante:* quemadmodum apud Polybium vocibus σαμβύκη & σάμβυξ non modo *sambucam*, sed & *sambuciστriam* denotatam vidimus. *Vers.* 3. Recte μὰ Δί' οὐ habent editiones omnes. Perperam μὰ Δία ms. *A.* ignorans negativam particulam. In *Epit.* ecloga tota desideratur. *Vers.* 4. Cum οὐδὲν οὖν οἶσθ' ἀγαθὸν esset editum, Casaubonus οἶσθα ἀγαθὸν corrigi iussit: quo nihil promovebatur, quoniam α illud ante vocalem omnino elidi debebat: ut monuit BENTLEI in Emend. in Menandr. & Philem. pag. 114. Rectius igitur idem Bentlei, suffragante BRUNCKIO in Notis msstis, οὐδὲν οὖν οἶδας ἀγαθὸν corrigebat. Adiecit quidem Britannus criticus: » Sed, cum Aldina editio οὐδὲ νῦν habeat, non οὐδὲν
» οὖν: fortasse sic potius legendum est,

» οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲ νῦν οἶσθ', ἀγαθέ; «

d Nempe pro οὐδὲν οὖν, quod recte Casaubonus edidit, habent quidem οὐδὲ νῦν ed. Ven. & Bas. sed id operarum errore, invitis msstis. Nostrae certe membranae οὐδὲν οὖν tuentur. *Vers.* 5. Post σὺ bene particulam γ' inseruere editores, quam ignorant nostrae membr.

ὡς καὶ τὸν καλούμενον λυροφοίνικα σαμβύκην. In hanc scripturam cum editis consentit codex noster uterque. Ex qua verborum structura videri poterat Iuba, e quo haec adferuntur, vocabulum σαμβύκην in masc. gen. usurpasse, τὸν σαμβύκην tamquam a recto casu ὁ σαμβύκης. At non modo alii omnes auctores aut ἡ σάμβυξ, aut (quod frequentius) ἡ σαμβύκη dicunt (conf. quae ad Polyb. VIII. 6, 2. adnotavimus, & ad eiusd. lib. V. 37, 10. ubi etiam de ipso instrumento nonnihil diximus:) verum etiam ex eodem *Iuba* apud Hesychium eâdem formâ vocabulum ἡ σαμβύκη in recto casu citatur; & τὰς σαμβύκας ex Euphorione citat Noster, IV. pag. 182. f. & τῇ σαμβύκῃ XIV. 637. b. ex Semo Delio. Quare ita accipienda fuerint ista verba, quasi dixisset, καὶ τὴν σαμβύκην τὸν λυροφοίνικα καλούμενον, id est, *& illud sambucae genus quem lyrophoenicem vocant.* cf. pag. 183. c. & XIV. 636. b.

e Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῳ Ὡρῶν. Neanthes *Cyzicenus, primo libro Annalium.* Ὡρῶν, ut erat editum, sic habent membr. *A.* (Titulum libri, ut fere constanter solet, praetermisit Epitomator.) Inde, *libro primo de Horis*, in versione posuit Dalecampius, adnotans haec in ora: »Τῆς ὥρας multiplex significatus est. *Anni partes* »*quatuor* hîc commode nos intelligemus. « — Idem scriptum Neanthis commemorans Vossius de Historic. Graec. l. 15. pag. 98. satis habuit, *de Horis* interpretari. Villebrunius *anni tempora* intelligit: *dans le premier livre des Saisons.* Similiter apud Nostrum, XI. 470. b. citatur *Theoclytus*, sive potius, ut est in nostris membranis, *Theolytus* (qui etiam VII. 296. a. commemoratur) ἐν δευτέρῳ Ὡρῶν, ubi *libro secundo de Tempestatibus* vertit Dalechamp. Iam video quidem Comicos nonnullos Fabulas edidisse, quibus titulum Ὧραι fecerunt; ut Cratinus, itemque Aristophanes: de cuius fabulae Aristophaneae argumento Casaubonus nonnihil disputavit ad Athen. IX. 372. b. At Neanthis & Theolyti praedicta scripta, historica sunt: & utroque loco agitur de re e veterum tem-

porum memoria repetita. Utrobique haud dubie Ὥρων, e non Ὡρῶν, ſcriptum oportebat: vertique debuit, *primo*, *ſecundo Annalium* ſive *Chronicorum* libro. Ὦρος, auctore Suida, idem ſignificat ac ἐνιαυτὸς, *annus*. Apud eumdem Suidam vocabulum ὡρογραφία absque interpretatione adnotatum eſt; ubi Küſterus in verſione latina ſatis habuit, *Horarum deſcriptio* ponere: conſultius ibidem *Aemileus* PORTUS ſic ſcripſerat: » *Horarum - deſcriptio.* Vel, *An-* » *nales.* ὧραι enim, *quatuor anni tempeſtates.* Et ὦρος apud » Hippocratem & Suidam, *annus:* & ὡρογράφος, *anna-* » *lium - ſcriptor.*« Prior interpretatio (*horarum - deſcriptio*) rectius omiſſa prorſus fuiſſet: nemo enim veterum eam agnoſcit; in alteram conſentiunt omnes. ὦρον *annum* dixiſſe veteres Graecos, omnes Gloſſographi adnotarunt: atque etiam ipſe noſter Athenaeus X. 422. e. vel f. Et apud Noſtrum quidem loco modo citato ὦροι levi ſpiritu vulgo ſcribitur. Sed apud Heſychium ſic habes: Ὧροι οἱ ἐνιαυτοί. Rurſusque, Ὧρος· ἐνιαυτός. Rurſus apud eumdem: Ὡρογράφοι· ἱστοριογράφοι, τὰ κατ' ἔτος πραττόμενα γραφοντες. ὦροι γὰρ, οἱ ἐνιαυτοί. Erotianus in Lex. Hippocr. Ὧρος, ὁ χρόνος. καὶ Ὡρογράφοι, οἱ περὶ χρόνου γράψαντες. Etymologus: Ὧρος, ὁ ἐνιαυτός. - - καὶ Ὡρογραφίαι, αἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἀναγραφαὶ γινόμεναι τῶν ἐν τοῖς πόλεσιν. Mirum vero omnino debebat videri, cum omnes iſti Lexicographi nos doceant, ὡρογράφους dictos olim fuiſſe *Annalium ſcriptores*, & ὡρογραφίας dictas eſſe *Deſcriptiones rerum memorabilium in civitatibus geſtarum, iuxta Annorum ſeriem digeſtas;* quid ergo eſſet quod in infinito numero librorum hiſtoricorum, quorum tituli ab eis ſcriptoribus, qui ad noſtram aetatem ſuperſunt, commemorantur, ne unus quidem reperiatur, (in Voſſii quidem toto opere DE Hiſtoricis Graecis nullum reperire mihi contigit) cuius in titulo veſtigium conſpiceretur vocabuli Ὧρος, a quo Ὡρογράφοι nomen habuere. At ſalva res eſt. In *Ionicorum* praeſertim, aut *Ioniae vicinorum* Scriptorum hiſtoricis operibus nomen illud eſſe quaerendum, probabile ex eo fiebat, quod Erotianus, Ionicarum gloſſarum interpres, in Lexico ſuo Hippocrateo utrique vocabulo, Ὧρος, & Ὡρογράφοι, locum dediſſet. Atqui, praeter duos Scriptores, alterum *Cyzicenum* ex Ioniae vicina Myſia, alterum *Methymnaeum* ex Lesbo inſula, (VII. 296. a.) quos vidimus libris quibusdam

e ſuis hiſtoricis generale nomen Ὥρων (*Annalium*, ſive *Chronicorum*) inſcripſiſſe, ſupereſt apud ipſum Athenaeum noſtrum plurium aliorum Auctorum memoria, qui ſingularum civitatum Ionicarum Ὥρους ſcripſerunt; modo ne vel librariorum vel Editorum imperitia temeritasque id ipſum nomen, de quo quaerimus, obſcuraſſet. Nempe, ut ex Ὥρων & hic, & altero quem diximus loco, Ὡρῶν fecerunt, ſic idem nomen alibi in Ὅρων corruperunt illi homines: ubi tamen nonnullis in locis veram ſcripturam opportune ſervarunt optimae noſtrae membranae. Libro XIV. pag. 650. d. citatur (ſecundum vulgatam ſcripturam) Ἀέθλιος ἐν πέμπτῳ Ὅρων Σαμίων, id eſt, *libro quinto de Limitibus* vel *Finibus Samiorum*. Ibi noſter ms. *A.* ἐν πέμπτῳ Ὡρων Σαμίων habet, *libro quinto Annalium Samiorum*. Lib. VI. pag. 267. a. citatur Μαλαχὸς ἐν τοῖς Σιφνίων ὅροις, *libro de Siphniorum Finibus*. At ibi rurſus membranae noſtrae Ὥροις dant, id eſt, *in Siphniorum Annalibus*. Iam quid faciamus aliis ſimillimis locis, quibus de veteri civitatum Graecarum & praeſertim Ionicarum hiſtoria agitur; ubi, cum pariter Ὅροις vel Ὅρων ſcripſerit librariorum inſcitia, nullus a vulgata ſcriptura diſſenſus ex noſtris membranis enotatus eſt? ſive quod eodem errore illae teneantur, ſive quod ſpeculator noſter nonnullis in locis neglexerit veram ex illis enotare ſcripturam. Non dubitabimus, puto, XIV. 653. e. pariter atque pag. 650. d. ἐν πέμπτῳ Σαμίων Ὡρων, pro ὅρων, corrigere: nam de eodem teſtimonio utrobique agitur. Iam lib. XII. pag. 540. citatur Alexis Samius, hiſtoricus, ἐν τρίτῳ Σαμίων ὅρων: & ibi quidem, quamquam nihil ex membranis adnotatum video, tamen vix dubito veram eas tenere ſcripturam Ὡρων, quam eamdem ibi ipſa etiam Veneta editio ſervavit: ſed, quidquid ſit, fidenter (puto) ibi pariter Ὥρων reſcribemus; neque aliter lib. XIII. pag. 572. f. ubi idem citatur Ἄλεξις ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ ὅρων (immo Ὥρων) Σαμιακῶν. Quibus ita poſitis, non tenebimus profecto illud, Δοῦρις ἐν τοῖς Σαμίων ἐπιγραφομένοις ὅροις, XV. 696. e. Et ibi quidem alia etiam ratio, quae cunctari nos non ſinit quin Ὅροις corrigamus, accedit: nempe quod, ubi apud alios ſcriptores idem *Duridis* opus citatur, in alterum errorem huic oppoſitum, ſed propius quodammodo ad verum accedentem, quem initio notavimus, inciderunt librarii.

Nam apud Porphyrium in Vita Pythagorae vulgo ſic e ſcribitur, Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ὡρῶν. Pariter apud Euripidis Scholiaſten ad Hecub. vſ. 934. citatur Δοῦρις ἐν τῷ ιβ'. τῶν Ὡρῶν, ut quidem in ed. Barneſ. itemque in ed. Musgravii ſcribitur: ſed ibidem in Hervagiana editione (quae ad manus nobis eſt) Scholiorum in VII. Euripidis Traegoedias, Baſil. 1504. pag. 94. ſic expreſſum video, ἐν τῷ ιβ'. τῶν ὥρων, quod iam a vero non niſi *ſpiritu leni* abeſt, pro *aſpero* poſito. Sane poſt ea quae in hanc partem a nobis diſputata ſunt, non morari nos debebit ſpero doctiſſimi Vossii ſententia, qui ex corruptis Athenaei codicibus, cum apud Porphyrium, tum apud Euripidis Scholiaſten, Ὅρων, id eſt, *de Finibus*, ſcribendum cenſuerat, lib. I. De Hiſtoric. Graec. cap. 15. pag. 97. Denique, ut ad Athenaeum redeamus: apud eumdem iam tuto & lib. VIII. pag. 361. c. Κρεώφυλος ἐν τοῖς Ἐφεσίων Ὡροις, & XI. 475. b. vel c. Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς Ὡροις, non ὅροις, & XII. 520. d. ὁ Λαμψακηνὸς Χάρων ἐν δευτέρῳ Ὡρων, non ὅρων, ſcribemus; quamvis in his poſtremis pro vulgata ſcriptura etiam Suidae auctoritas in Χάρων invocari poſſit, ubi ὅρους Λαμψακηνῶν *quatuor libris conſcripſiſſe Charon Lampſacenus* traditur. Iam ut ad eum locum, unde digreſſi ſumus, revertar: facile mihi perſuadeo, Neanthis *Cyzicenι* Ὥρους, quos hic nominavit Noſter, non *generales* intelligendos eſſe *Annales*, ſed *Annales Cyzicenorum*; pariterque *Theolyti Methymnaei*, (XI. 470. b. conf. VII. 296. a.) ſigillatim *Methymnaeorum* fuiſſe aut certe omnino *Lesbiorum Annales*. En igitur ὡρογράφους complures, quorum prorſus delera eſſe videbatur memoria, velut ex inferis reſuſcitatos!

τὸν μόναυλον συνεχῶς ὀνομάζεις ἐπιχωριάζοντα παρ' ἡμῖν. Vide pag. 174. b. Videtur autem adverbium συνεχῶς non ad verbum ὀνομάζεις, ſed ad ἐπιχωριάζοντα, referendum. De *monaulo* conf. Salmaſ. ad Solin. pag. 83 ſq. ubi »Μόναυλος (ait) dicitur *ſingularis tibia*, ad differentiam »τοῦ ζεύγους, cum *binae* ſimul inflantur.«

AD CAP. LXXVIII.

Σοφοκλῆς ἐν Θαμύρᾳ. Nil mutant membranae: pariterque p. 183. f. & XIV. 637. a. in eamdem ſcripturam

f consentiunt. Sed quoniam apud alios auctores, atque etiam apud ipsum Nostrum l. 20. f. non Θαμυρας perhibetur illius Fabulae index, sed Θάμυρις, cuius etiam satis nota persona est; (conf. Brunck in Fragm. Sophocl. p. 14 sq) videndum ne ex errore librariorum orta sit ista scriptura, & ΘΑΜΥΡΙΔΙ olim fuerit scriptum, idque perperam in ΘΑΜΥΡΑΙ (quod valet Θαμύρᾳ) mutatum. Potuerat enim perinde ἐν Θάμυρι dici, ut est apud Polluc. IV. 75. & ἐν Θαμύριδι, ut apud Eustath. ad Odyss. β'. pag. 271, 40. Reperitur tamen eadem scriptura, ἐν Θαμύρᾳ, quae apud Nostrum h. l. vulgata est, etiam apud Scholiasten Sophocl. ad Oedip. Colon. vs. 391. & in brevi nota, quam ex Lexicographo inedito San-Germanensi protulit Brunck in Lexico Sophocleo ad voc. Κάνναβις. Denique & Θάμυρις & Θαμύρας nomen eidem homini fuisse, diserte Suidas adnotavit. Quare nil temere mutandum.

Verba e SOPHOCLE prolata tenui sicuti edita erant: rectius fortasse facturus, si membranarum nostrarum scripturam, quamvis mendosam, in contextu posuissem. Sed eam tamen simul cum edita lectione haud longo ex intervallo oculis subiectam dedimus Lectoris, si quis, quid vel ingenio vel doctrina ad tentandam emendationem valeat, experiri voluerit. Eamdem fere scripturam ex aliis msstis protulit CASAUBONUS, nullam tentans medicinam. »*Sophoclis* e *Thamyra* testimonium, [inquit] nihilo emendatius legitur in membranis; quarum haec lectio, λύρα μόναυλοί τε, χειμών τε ὡς: & sequente versu κωμασάσης. « — *Vers.* 1. πηκτὶς est instrumentum musicum, de quo conf. XIV. 635. b. κροτητὸν non nude *pulsatum* vel *sonorum* intelligendum, sed oppositum τῷ ἀκροτήτῳ, (de qua voce ad pag. 164. f. dictum est) adeoque *harmonice pulsatum*, *bene modulatum*. Quae *vers.* 2 *sq.* leguntur post verba λύρα μόναυλος ἥ τε, ea necdum integritati a se restitui potuisse professus est Valckenar. ad Theocrit. pag. 225. Eademque verba desperata esse pronunciavit Brunck in Sophoclis Fragmentis. Tentavit tamen doctissimus IACOBS in Notis mssis, pro vulgato χειμώνων πλέως, corrigere χαρμονῶν πλέως: (quod utique perquam foret probabile, si modo editae isti scripturae magis conveniret cum veterum codicum scriptura:) tum *vers.* 3. pro ναὸς idem Vir doctus δόναξ ες

legit: »deinde fuiſſe debet (inquit) vocabulum ut τέκ- f
»νον, φύτευμα, vel ſimile quid.«

ARAROTIS *verſ.* 1. Ὁ δ' ἁρπάσας. VALCKENARIO obſecutus ſum, ad Euripidis Hippol. pag. 215. monenti, verſum initio mutilum ſic praeponendis voculis Ὁ δ' compleri debere. TOUPIO quidem (ad Suid. Part. III. p. m. 402.) in hunc modum ſcribi placuit:

— — — — Ἁρπάσας
μόναυλον εὐθὺς, πῶς δοκεῖς, ἀνήλετο
κύφως. — — — —

ANAXANDRIDAE verba ſic edita erant, tamquam unum a complerent ſenarium: quae mihi ita, ut a nobis factum, diſtribuenda viſa ſunt. »In iſto verſu e SOPATRI »*Bacchide*, Καὶ τὸν μόναυλον μέλος ἦχησε deeſt partici- »pium λαβὼν, aut ἀναλαβών: ut in verſu praecedente »ex Anaxandride, ἀναλαβὼν μόναυλον &c.« CASAUB.

»Sequitur PROTAGORIDAE locus ex eo libro quem »ſcripſerat *de Spectaculis*, in ſuburbano Antiochiae Sy- »riacae *Daphne* dicto celebrari ſolitis: [cf. pag. 150. c. »& 183. f.] Παντὸς δὲ ὀργάνου κατάμιτον ἧπται κροτά- »λων ὑπὸ φανοῦ παυδόρου, τῷ τε ἡδεῖ μοναύλῳ, τὰς ἡδί- »στας ἁρμονίας ἀναμινυρίζει. Mendas eſſe in prioribus ver- »bis multas, nemo eſt quin fateatur. Nobis ſic videtur »eſſe ſcribendum: παντὸς δὲ ὀργάνου κατὰ μίτον ἧπται, »καὶ κροτάλων, ἡδυφώνου τε παυδόρου. *Peritiam habet om- »nis organi fidibus conſtantis, & crepitaculorum, & pandori »ſuaviter canentis.* ἧπται ſic accipiendum ut apud Ariſto- b »telem ſaepe, ἧπται φιλοσοφίας, *animum appulit*; & in »Metaphyſicis, τοῦτο φανερὸν τοῖς καὶ μετρίως ἠμμένοις, »*vel mediocriter verſatis in ea ſcientia.* ὄργανα κατὰ μίτον, »periphraſis eſt elegans eorum muſicorum inſtrumento- »rum, quae ἔνταται vel καθαπτὰ nominantur: aut legen- »dum κατὰ μίτου, quod erit idem atque ἐντατοῦ. »Iam pro ὑπὸ φανοῦ, quod a ſententia huius loci eſt »alieniſſimum, facimus ἡδυφώνου, quo nihil convenien- »tius.« CASAUBONUS. — In *Epit.* totus locus deſideratur. Membranae *A.* nihil de ſcriptura olim edita mutant, niſi quod παυδούρου pro παυδόρου dederunt: recte, quemadmodum & alibi ſcribitur & pag. 183. f. ubi ipſe hic reſpicitur locus. Fuiſſe inſtrumentum Τρίχορδον, id eſt, *tribus fidibus tenſum*, Pollux docet IV. 60. apud quem quoniam quartus caſus παυδοῦραν circumflexo accentu

b notatur, rectus casus fuerit ἡ παυδοῦρα, ut apud Hesychium; cum apud Nostrum ὁ παυδούρας, τοῦ παυδούρου statuatur nomen. Confer de eo instrumento Meibom. ad Nicomachi Harmonic. pag. 45. In verbo ἧπται nulla difficultas inest. κατὰ μίτον distinctis vocibus scribi non placet: quamvis enim οἱ μίτοι dicantur *chordae* vel *fides* quibus tensum est musicum instrumentum; tamen dictio ista, ὄργανα κατὰ μίτον, pro *instrumentis quae fidibus tensa* sunt, non videtur analogiae sermonis satis consentanea. *Facere* aliquid, *scribere*, *pertexere* κατὰ μίτον dicunt Graeci; sed notione longe diversa ab ea quae huic loco conveniat. (vide Notas ad Polyb. III. 32, 2.) Itaque, si tenendum esset κατὰ μίτον, ad verbum ἧπται referenda fòret haec dictio, tali quodam sensu, *adcurate*, *subtiliter*, *tractavit*. Sed praeferendum utique ὀργάνου καταμίτου: ut ὄργανον κατάμιτον dici intelligatur *instrumentum omne fidibus tensum*, quemadmodum ἑπτάμιτος κιθάρα apud Scholiasten Pindari, Pyth. II. 129. est *cithara septem chordis sonans*. Quod ad ὑπὸ φανοῦ spectat, ex quo ὑδυφώνου Casaubonus fecit, probabilior videtur Villebrunii sententia, ὑποφώνου scribentis; quod de *submisso* quodam & *gravi sono* intelligatur, qui cantantis vocem comitatur: quod non male convenire videtur partim cum natura instrumenti tribus solum chordis tensi, (nonnulli etiam monochordon intelligebant panduram, ut Nicomachus docet Harmonic. I. pag. 8.) partim cum ipsius nominis originatione, ex ὑπὸ & φωνεῖν.

πετάσια δ' ἐπιτεθειμένοι καὶ προσκόπια. »Elegans locus Posidonii, de ridicula expeditione Apamensium contra Lariss aeos. Describitur eorum ornatus cum »in procinctu essent, qui potius comessabundis adolescentibus conveniat, quam veram pugnam pugnaturis. In »ea historia sunt haec verba: πεταστὰ δ' ἐπιτεθειμένοι καὶ προσώπια, σκιὰν μὲν ποιοῦντα, καταπτεῖσθαι δ' οὐ κωλύοντα τοὺς τραχήλους. Etsi nihil variant »codices mssti, tamen scribendum omnino πετάσους, »nisi cui probetur metaplasmus generis in hac voce. »πετάσους vel πέτασα ἐπιτεθειμένοι, valet, *petasati*, *petasos habentes capitibus impositos*. Sic apud Pausaniam, »ἐπιτεθειμένη γυμναστοῦ σχῆμα. Usitatius est τὸ περικεῖσθαι in hoc loquendi genere. Προσώπια non aliud »sunt quam *parvae personae*, vel *faciei tegumenta*, ex tenui

» & subtili materia factae. Has *personas*, ait POSIDONIUS, b » *ita fuisse aptatas, ut faciem quidem inumbrarent, at vento* » *non obsisterent quo minus cervices afflaret.*« CASAUBONUS. — Ex toto Posidonii testimonio nil aliud, nisi ista verba adposuit Epitomator: Ποσειδώνιος δ' ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, φωτίγγια φησὶ καὶ μοναύλια, κώμων οὐ πολέμων ὄργανα. Membranae *A.* in πεταστὰ nil mutant. Mihi vero non dubitandum videbatur, esse illam vocem ex πετάσια corruptam, quae esset legitima forma diminutiva: ὁ πέτασος, τὸ πετάσιον. Eamdem emendationem iam a VILLEBRUNIO video occupatam. Mirum vero, quod in προσώπια etiam consentire omnes libros msstos affirmare videatur Casaubonus. Nempe codices Italici, e quibus ille lectiones habebat excerptas, cum exemplo Aldinae editionis fuerant collati: ita nihil ad istam vocem ex illis adnotatum repererat Casaubonus. At προσκόπια habent membr. *A.* nec aliter ed. Ven. Tum demum in ed. Bas. operarum errore προσκώπια expressum: quod Dalecampius pro προσώπια accipiens, *larvas* interpretatus est. Hoc est unicum fundamentum, quo nisus erat Casaubonus, cum fidenter προσώπια legeret, & nihil hoc loco variare codices msstos affirmaret. Ac voluisse quidem ipsum etiam Basileensem editorem ut προσώπια ederetur, intelligo ex eodem exemplo editionis Aldinae, quod *Bedroti* olim fuerat, in quo ille sua manu προσώπια correxit. Ex quo nihil aliud efficitur, nisi fuisse illam duorum doctorum virorum, Bedroti & Dalecampii, coniecturam, Casauboni calculo comprobatam. Cui coniecturae illud quidem praesertim addebat speciem, quod vocabulum προσκόπιον nusquam alibi reperiatur, nec, quaenam eius vis sit, certo queat definiri: sed, quoniam iustâ analogiâ a verbo προσκοπέω, *prospicio*, formatum est nomen, non satis idoneae istae causae erant, cur ab editore illud abiiceretur & prorsus e memoria hominum eliminaretur. Potuerat aliquod *galeae* genus, aut nescio quod aliud capitis tegumentum eo nomine designari. Habent quidem Gallo-franci nomen Graeco isti fere respondens, *visière*, quo anteriorem galeae partem insigniunt. At, quum tamen certi nihil haberem, in latina versione scripturam a Casaubono vulgatam defensamque tenui: quamvis, ut dicam quod sentio, non satis videam, cui usui eis, qui *petaso* fuissent *inumbrati*, fuerit etiam *persona* fa-

b ciei impoſita ad arcendum ſolis ardorem. Taceo, quod diminutivum vocabuli πρόσωπον, προσωπεῖον formari ſoleat, non προσώπιον.

ὄνους ἐφελκόμενοι γέμοντας οἴνου καὶ βρωμάτων παντοδαπῶν. »Non neſcio, γέμειν recte poſſe verti aliquando, »eſſe onuſtum: ſed tunc cum onus recipitur intus, & fit »πλήρωμα τοῦ βαστάζοντος. Sic *navis* γέμειν dicitur, »*onuſta eſſe*: plena videlicet γόμου. Aſinos γέμοντας οἴνου »nove dixit Poſidonius, pro *onuſtis vino*. Scribebam ὄνους »ἐφελκ. καὶ γέμοντας ἀσκοὺς οἴνου. Sed etiam alii auctores ea voce ita utuntur improprie.« CASAUB. — Ego vero valde dubito, an ullus Graecus ſcriptor *aſinum*, aut aliud iumentum, dixerit γέμοντα οἴνου, pro σεσαγμένον aut πεφορτισμένον. At eſt ὄνος etiam *vaſis* nomen, ſigillatim *vinarii*, apud Ariſtoph. Veſp. 614. (616. ed. Br.) ubi vide Schol. Parique notione *aſellum* Latine Petronius dixit, cap. 31. De quo monuit Salmaſius ad Tertull. de Pallio, pag. 438. neque praetermiſerat illum graeci vocabuli uſum H. Stephanus, Theſaur. T. II. col. 1339. c. Potuerat autem idem vas etiam *cibis condendis* inſervire. Fuiſſe amphorae genus utrimque anſatae, ſtatuit Burmannus ad Petron. pag. 123 ſq. A forma, aſini fere ſimilitudinem referente, nomen inveniſſe coniectaverat Graecus Comici enarrator. VILLEBRUNIUS verba τοὺς τραχήλους a ſuperioribus divellit, & in τοῖς τραχήλοις mutata, ad ſequentia verba refert: quod ſpecie non caret; at non ita, ſi cum ipſo ὄνους pro *aſinis* iumentis accipias, ſed ſi intelligas, *iſtos homines vaſa, quae vinum & carnes continerent*, e collis ſuſpenſa *ſecum circumtuliſſe*.

c τιτύρινόν φησι καλεῖσθαι τὸν μόναυλον. »*Monaulum* di»ctum eſſe etiam τιτύρινον, ex AMERIA Athenaeus, ex »Athenaeo probat Euſtathius. Minus recte apud Heſy»chium hodie, Τιτυρῆνος.« CASAUB. — Quae ex Athenaeo Euſtathius huc ſpectantia habet ad Il. σ'. pag. 1214, 17. ea ex loco paulo inferiore pag. 182. d. ducta ſunt, qui locus cum hoc conferendus. *Ibid.* Ἴδε ἀπέχεις - - τὸν τῆς φώτιγγος μνημονεύοντα. Scilicet, *idoneum ſe auctorem adlaturum*, promiſerat p. 175. f.

Ὅτι δὲ ὁ μόναυλος ἦν ὁ νῦν καλούμενος καλαμαύλης, σαφῶς παρίστησιν Ἡδύλος. »Ut probet Athenaeus, *mo»naulum* non aliud fuiſſe organon muſicum ab eo quod »καλαμαύλην vocabant, Hedyli affert epigramma.« CA-

SAUB. — At, ὁ μόναυλος hîc non intelligendum *organon* c
muſicum, ut ait Caſaub. ſed *tibicen illâ tibiâ canens*: quod perſpecte etiam H. STEPHANUS Theſ. I. 621. c. monuit, ubi Euſtathii verba citavit, ex hoc loco & ex his quae proxime poſt Hedyli epigramma adiecit Noſter ducta. Perſpicua res eſt, cum μόναυλον dicat eumdem eſſe, qui nunc καλαμαύλης vocatur: καλαμαύλης autem, vel καλαμαυλήτης, *tibicinem* denotat, non *inſtrumentum*. Et in ipſo ſtatim epigrammatis initio habes ὁ μόναυλος – – αὐλητής. Si de inſtrumento velles hoc loco accipere, oportebat dein ſic ſcriptum ὁ νῦν καλούμενος καλάμαυλος. At nil mutatu opus eſt: & de inſtrumento ne in uſu quidem videtur fuiſſe nomen καλάμαυλος, quod nusquam reperitur; nam inſtrumentum, quo canit ὁ καλαμαύλης, κάλαμος vocatur, ut mox lit. d. aut ὁ καλάμινος αὐλός, ut pag. 182. c. d. Sed & illud in aprico eſt, nihil intereſſe inter vocabulum καλαμαύλης, & καλαμαυλήτης, quo uſus eſt Hedylus in epigrammate.

Τοῦτο Θέων ὁ μόναυλος &c. »HEDYLI *Epigramma*, non »invenuſtum, ſed multis mendarum portentis factum in»forme, adſcribemus hoc loco; ſi quam forte illius ma»lis medicinam queamus excogitare.«

Τοῦτο Θέων ὁ μόναυλος ὑπ' ἠρίον ὁ γλυκὺς οἰκεῖ
αὐλητὴς, μίμῳ κ'ἠν ϑυμέλησι χάρις,
τυφλὸς ὑπαὶ γήρως εἶχε, καὶ Σκίρπαλον υἱόν, d
νήπιόν τ' ἐκάλει· Σκίρπαλον εὐπαλάμου
ἀείδειν αὐτοῦ τὰ γενέθλια· τοῦτο γὰρ εἶχε
πᾶν μαρπᾶν * ἥδυμα σημανέων.
νῦλει δὲ γλαύκης μεμεθυσμένα παίγνια Μουσέων
νὴ τὸν ἐν ἀκρήτοις Βάτταλον ἡδυπότην.
ἢ καὶ Κώταλον, ἢ καὶ Πάγκαλον. ἀλλὰ Θέωνα
τὸν καταμαυλήτην εἴπατε, Χαῖρε Θέων.

»Theonem μόναυλον appellat, qui μοναύλῳ ſciret cane»re: metri lex verabat dicere μοναύλης, ut τυμβαύλης; »vel μοναυλήτης, ut in ultimo verſu καλαμαυλήτης. Ex »primi & ultimi verſus comparatione intelligitur, *monau»lum* & *calamaulum* idem eſſe, quod erat probandum. »*Tertium* ita ſcribo:

»τυφλὸς ὑπαὶ γήρως· εἶχεν τὸν Σκίρπαλος υἱόν:

»*quem habuit filium Scirpalus*, id eſt, *Scirpali filius*. Dein»de lego:

»νηπίαχόν τ' ἐκάλει Σκίρπαλος Εὐπάλαμον,

d » ἀείδων αὐτοῦ τὰ γενέθλια.
» *Hunc recens natum Scirpalus appellavit Eupalamum, cum* » *eius natales celebraret.* Εὐπαλάμους Graeci vocant ho- » mines *manu solertes.* Poëta ait, Scirpalum nomen hoc » filio suo imposuisse, animo praesagientem futuram il- » lius τῆς αὐλητικῆς peritiam. Tibicinum & eorum om- » nium qui tractant organa ἐντατὰ καὶ ψηλαφητὰ, erudi- » tos digitos esse oportet. Sic paulo post [pag. 183. d.] » ait Athenaeus, Epigonum fuisse μουσικώτατον κατὰ τὴν » χεῖρα. Ex his constare arbitror, scribendum esse in se- » quentibus:

— — » τοῦτο γὰρ εἶπε
» τοὔνομα, τὰν μολπᾶν ἥδυμα σημανέων.

» Duriuscule dictum, pro, τὸ τᾶν μολπᾶν ἥδυσμα ση- » μανέων: *ut significaret dulcedinem cantilenarum illius.* ἥδυ- » μα, pro ἥδυσμα: ut θαυματὰ ἔργα apud Poëtam pro » θαυμαστὰ, & alia id genus, de quibus alibi diximus. » Postea ait, nomen *Eupalami* omen habuisse, & evasisse » illum tibicinem suaviissimum. Lego:

» Ἤϋλει δὲ γλεύκους μεμεθυσμένα παίγνια Μουσέων.

» *Ille igitur tibia canebat musto ebria ludicra Musarum.* Aut » omnia me fallunt, aut veriissime ita emendamus. Nam » γλαύκης ineptum est multis modis: nostrum γλεύκους » plane confirmat vox μεμεθυσμένα. *Battalus, Cotalus,* & » *Pancalus,* nomina sunt sodalium Theonis, sive Eupala- » mi, qui soliti dies condere cum illo potantes: meri- » to igitur poëta illos testes ciet dulcium Theonis mo- » dulationum. « Casaubonus. — Lubens cum Casaubono totum Epigramma tale adscripsi, quale vulgo apud Athenaeum legitur; quo facilius per se ipse iudicare pos- set eruditus lector, cum quaenam essent verba quae emen- datione egere ipsi viderentur, tum quae prae caeteris commodissimae videri debeant ex magno numero conie- cturarum a viris doctis propositarum. Nil differt autem scriptura editionum Ven. & Bas. ab ea quam in sua edi- tione tenuit Casaubonus, nisi quod in ed. Ven. & Bas. *vers.* 1. pro μίμῳ κἠν sic scribitur μίμῳ κην, tum *vers. penult.* πάκαλον, pro πάγκαλον. Epitomator totum omi- sit Epigramma. Parum autem, & rectius ut dicam, nihil praesidii hic offerebant vetustae membr. *A.* in quibus edi- torum librorum errores aliis etiam monstris aucti sunt: unde constat, iam a primo editore aut a iunioribus libra-

riis nonnulla correcta esse. Nam *vers.* 1. deest in membranis primum verbum Τοῦτο: tum *ibid.* pro ὑπ' ἠρίον ὅ, sic scribitur ὑπηριονον ὅ. Eaedem *vers.* 2. pro μίμῳ κην vel κὴν habent μιμωμένην: *vers.* 4. pro νήπιόν τ' ἐκάλει, νηπίοιτε καλεῖ: *vers.* 5. εἶχεν, pro εἶχε: *vers.* 6. ἥδυσμα, pro ἥδυμα: *vers.* 8. ἀκρης τοις, pro ἀκρήτοις; & ἡδυπώτην, pro suo more, pro ἡδυπότην. In πάκαλον vero *vers.* 9. in πᾶν μαρπᾶν *vers.* 6. & in aliis id genus, nihil mutat. Quale in ed. Ven. expressum erat hoc Epigramma, tale repetiit H. Stephanus in Adpendice Anthologiae pag. 521. nihil mutans, nisi quod *vs.* 2. μίμῳ κὴν scripsit; & *vs.* 8. καὶ τὸν, pro νὴ τόν. Dein Brunckius suis Analectis ita illud inseruit T. I. pag. 484. ut verbotenus Toupium sequeretur, qui a se emendatum dederat in Epist. Crit. p. m. 20 sq. nonnullas quidem Casauboni tenens emendationes, sed alia multa suo arbitratu mutans, speciosa magis ratione, quam vera; ut cum Schneidero recte iudicavit Iacobs, cuius utique consulendae ad hoc Epigramma Animadversiones, Vol. I. Part. II. pag. 339 sqq. Supereſt ut earumdem emendationum, quae a nobis adoptatae sunt, paucis rationem reddamus. *Primum versum* recte iam a primo Editore constitutum iudicavi. *Vers.* 2. μίμων probavi, a Toupio propositum; qui μίμων χάριν *mimorum florem* interpretatus est. Potuerat tamen etiam cum Casaubono μίμῳ teneri; μίμου non personam, sed *actionem mimicam* intelligendo: quasi dixisset καὶ ἐν μίμῳ, καὶ ἐν θυμέλῃσι. *Vers.* 3. In vulgata scriptura εἶχε καὶ acute mihi observasse Iacobs visus erat, aliud quid latere: probavique οἴχωκε, quod timidiuscule quidem ille proposuerat. Quo recepto, simul ibidem, cum eodem docto Viro, Σκιρπάλου υἱὸς fuit corrigendum. Et ille quidem sic proposuerat scribendum:

— μίμων κὴν θυμέλῃσι χάρις,
(τυφλὸς ὑπαὶ γήρως ᾤχωκε) Σκιρπάλου υἱός.

Nobis vero visum erat, necesse non esse ut ista verba in parenthesi posita intelligerentur, negligi autem posse augmentum in verbo οἴχωκε. *Vers.* 4 & 5. Casauboni tenui emendationes. Ad verba vero, τοῦτο γὰρ εἶπε, commode subintelligi posse τοὔνομα, nec opus esse ut *vers.* 6. diserte cum Casaub. adiiciatur id nomen, opportune ex Eurip. Phoen. 12. docuit Iacobs: qui tamen,

d quoniam eodem verſ. 6. vocem ἥδυμα habuit ſuſpectam, ſic corrigere tentavit:

— τοῦτο δ' ἔθηκε
τὰν παλάμων ἀρετὰν τοὔνομα σημανέων.

Puto παλαμᾶν ſcribere voluerat Vir doctus, non παλάμων. Tenui ibi equidem, quamquam incertus, vocem ἥδυσμα, quam ſic ſcriptam dedere membranae: ubi literarum σμ concurſus, tamquam debilis poſitio, quam dicunt, non impedierit fortaſſe, quo minus corripiatur ſyllaba; quod quidem negari ſcio ab Hephaeſtione in Enchirid. pag. 5. Initio eiusdem *verſ.* 6. quidquid pro corruptis vocibus πᾶν μαρπᾶν ſubſtituas, vereor ne incerta ſemper manſura ſit coniectura. Equidem πᾶσαν τᾶν ἀρετᾶν tentavi. Nec vero ſane diſplicet Caſauboni μολπᾶν. Quod ſi in ἥδυσμα aliud quid quaerere volueris, (quod tamen non videtur neceſſarium) poſſis ſuſpicari,

πᾶσαν τὰν ἀρετὰν αἴσιμα σημανέων.

Id eſt, *omnem virtutem auſpicato* (vel, *qua ut ille excelleret, erat in fatis*) *ſignificans.* Omnium minime placet Toupii inventum, in quo quidem maxime ille exſultavit. Nempe is verſum hunc cum tribus praecedentibus ſic ſcriptos voluerat:

Τυφλὸς ὑπαὶ γήρως. εἶχεν καὶ Σκίρπαλος υἱὸν,
νήπιον οὐκ αὐλεῖν Σκίρπαλον, εὐπάλαμον
ἀείδειν αὐτοῦ τὰ γενέθλια. τοῦτο γὰρ εἶχε,
τοῦτο πανημέριον ἥδὺ μάσημα νέων.

Verſu 7. Quamvis ſpecioſa fuiſſet Caſauboni emendatio, tamen tenendam eſſe librorum ſcripturam Γλαύκης, docuit Iacobs ex Theocr. IV. 31. & ibi Schol. itemque Plutarch. de Pythiae Orac. T. II. Opp. p. 397. a. Nempe *Glauca* celeberrima olim citharistria. *Verſ.* 8. Pro mendoſo νὺ τὸν, (pro quo καὶ τὸν ediderat Stephanus) recte ἢ τὸν ſcripſit Toup: nempe litera, in quam deſinit vox praecedens, voculae etiam ſequenti adhaeſerat. Vocem ἀκρήτοις idem in ἀκρήβοις (i. e. *adoleſcentibus*) mutavit: quod non videtur fuiſſe neceſſe. *Battalum, Cotalum, Pancalum*, quos *ſodales Theonis* Casaubonus ſtatuerat, Iacobs coniectavit fuiſſe ex *tibicinum, citharoedorum* & *poëtarum* numero; de *Battalo* etiam provocans ad Lucian. adv. Indoct. c. 23. Quae interpretatio haud dubie multo probabilior alterâ: at putem tamen equidem, intelligenda hic nomina iſta potius ut *titulos*

cantilenarum, quibus canendis tibicen Theon prae caeteris excelluisset.

Ὥσπερ οὖν τοὺς τῷ (vitiose οὖν οὐκ τῷ ed. Cas. 2. & 3.) καλάμῳ αὐλοῦντας, καλαμαύλας λέγουσι νῦν· οὕτως καὶ ῥαπαύλας, - - - τοὺς τῇ καλάμῃ αὐλοῦντας. »Scripta lectio, ῥαππαύλας. [Sic noster cod. uter-»que.] Eustathius [ad Od. σ'. pag. 1214, 18.] ῥαπταύ-»λας: melius: est enim pro ῥαπαταύλης. Quare etiam »sequentia in Athenaeo corrigenda, τοὺς τῇ ῥαπάτῃ »αὐλοῦντας: vel certe, τῇ ῥαπάτῃ καλάμῃ αὐλοῦντας. »Hesychius: Ῥαπάτην, καλάμην· καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ αὐ-»λοῦντας, ῥαπαύλους. Scribe ῥαπταύλους, vel ῥαπαταύ-»λους.« CASAUB. — Non ita subtiliter, ut Athenaeus fecit, ista vocabula distinguit Epitomator: qui omnia inde ab illis verbis, supra ante Hedyli epigramma positis, ὅτι δὲ ὁ μόναυλος & quae sequuntur, in haec brevia contraxit: Ἦν δὲ ὁ μόναυλος ὁ νῦν καλούμενος καλαμαύλης, ὁ καὶ ῥαππαύλης. Inde sua hausit Eustathius l. c. qui tamen videtur in suo codice Epitomae ῥαπταύλης reperisse. Si deinde vera est apud Nostrum vulgata scriptura τοὺς τῇ καλάμῃ αὐλοῦντας, intelligendum fuerit, usu fuisse pervulgatum, & omnibus notum fuisse, τὴν καλάμην (i. e. *stipulam*) alio nomine etiam ῥαπάτην aut aliquo tali nomine adpellari. At, si adeo pervulgatum fuisset hoc nomen, non videntur glossographi illud in glossariis suis fuisse interpretaturi. Est tamen, ni fallor, etiam apud recentiores Graecos tale aliquod nomen in usu: adnotavit certe Du Cange in Glossario, ex Crusii Turco-Graecia, vocabulum ῥάπη, *paleam* significans; quod nescio an huc spectet. Caeterum *stipulam* pro *fistula pastoritia* etiam Virgilius dixit Eclog. III. 27.

AD CAP. LXXIX.

τὰ παρὰ τὰς κρούσεις ἁμαρτήματα. Ferendum atque adeo probum videri poterat περὶ τὰς κρ. At nonnisi ex operarum errore ortum hoc erat, scripturae compendium quod erat in ed. Ven. perperam interpretantium. παρὰ cum ed. Ven. tuentur mss. *A.* & *Ep.* Est autem παρὰ τὰς κρούσεις, *inter pulsandum, in pulsando.*

οὐ μόνον τοὺς παρθενίους καλουμένους &c. Eadem *tibiarum genera* recensentur infra lib. XIV. pag. 634. f. Eadem-

f que commemorat Pollux IV. 81. atque etiam nomina interpretatur. τῶν παρθενίων αὐλῶν, & τῶν ὑπερτελείων, mentionem etiam fecit Ariſtoxenus, Harmonicor. lib. I. pag. 20. ubi conf. Meibomii Notas p. 90. *Ibid.* τοὺς γὰρ ἑλύμους αὐλοὺς &c. »*Tibias* ἑλύμους apud Sophoclem in»terpretatur Athenaeus, *Phrygias:* alii longe aliter acce»perunt, ut docebit te, ſi operae eſt ſcire, Heſychius.« CASAUB. — Cum Athenaeo conſentit Pollux, IV. 74. Ἕλυμος, inquit, τὴν μὲν ὕλην, πύξινος· τὸ δ' εὕρημα, Φρυγῶν.

Ἔτι τε μεσοκόπους. Cum μουσοκόπους eſſet in editt. omnibus, monuit CASAUBONUS: »Breviator ſcribit με»σοκόπους: quam eſſe rectam ſcripturam non dubito. »Heſychius: Μεσόκοποι αὐλοὶ, οἱ ὑποδεέστεροι τῶν τελείων, »μέσοι.« — Veram ſcripturam praeter ms. *Ep.* tuentur etiam noſtrae membr. *A.* Apud Heſych. μεσοκόποι penacute editur, quod minus rectum videtur: apud Pollucem IV. 77. pariter quidem μεσοκόποι editur, ſed in msstis eſt μεσόκοποι. In Xenarchi verſu apud Noſtrum XIII. 569. b. μεσόκοπον μείρακα interpretantur *media aetate puellam.*

a Ἰόβας δὲ τούτους &c. Intellige φησί: quod verbum frequentiſſime a Grammaticis praeſertim ſolet praetermitti. *Ibid.* ὀνομάζεσθαι δὲ καὶ σκυταλίας. Suo more fecit librarius noſter cum σκυταλείας ſcriberet: ſic tamen & apud Polluc. IV. 82. ex uno cod. ms. σκυταλεία adfertur, ubi alii σκυταλία tenent. Heſychius pluraliter σκυτάλια habet, quod αὐλίδια interpretatur, i. e. *tibiolas* vel *parvas tibias:* pariterque, quod ad rem ſpectat, τὴν σκυταλίαν Pollux μικροῦ αὐλίσκου nomen eſſe tradit; quae videri poterant repugnare ei quod Athenaeus tradit, nomen habere has tibias κατ' ἐμφέρειαν τοῦ πάχους, i. e. *a craſſitie, quâ ſimiles ſunt ſcytalis;* niſi admodum tenuem ſtatuas ſcytalam. Nihil horum habet Epitoma.

Τίς σ' ἐρασμίη τρέψασα θυμὸν ἐσέβη &c. »ANA»CREONTIS *teſtimonium de hemiopis tibiis*, in omnibus hodie exemplaribus valde corruptum. Ait Athenaeus: περὶ ὧν φησιν Ἀνακρέων· Τίς ἐρασμίην θρέψας θυμὸν ἐσέβην τέρεν' ὡς ἡμιόπων ὑπ' αὐλὸν ὀρχεῖσθαι. Tentarunt multi doctiſſimi viri horum verborum emendationem: »quorum ſententias non referemus; ſed, quid nobis vi»deatur, paucis aperiemus. Lego, Τίς ἐρασμίη σ' ὦ θρέ»ψασ' θυμὸν ἐσέβη, τερένων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι;

»Videtur poëta Artemonem compellare, olim *servum*, a »poſtea luxus & mollitiei perfectum exemplum: quod »ex alio eiusdem Anacreontis cantico ſcimus, libro XII. »[pag. 533 ſq.] magna ex parte deſcripto. In eum, aut »alium ſimilis conditionis, ſimiliumque morum, invehens »poëta, *Quae*, inquit, *libido, o ſerve, te invaſit, ſaltandi »ad teneras hemiopas?* Poſtrema ſane illa, τερένων ἡμιόπων »ὑπ' αὐλῶν, non aliter concipienda eſſe, liquido conſtat »ex ipſo Athenaeo, ſcribente aliquanto infra, [p. 182. »c.] διὸ καὶ τέρενας αὐτοὺς (τοὺς ἡμιόπους) κέκληκεν ὁ »'Ανακρέων. Non igitur eſt quod vereamur omnibus mem»branis fidem hîc abrogare: ſunt enim vitiatae omnes.« CASAUBONUS. — Caſaubonianum Θέραψ cum reliquis emendationibus adoptavit BARNES in Anacreontis Fragm. pag. 303. num. 155. ſed vocabulum ἐράσμιν pro adiectivo accipiens, poſt Θέραψ ſubſtantivum *μανίν* inſerere conatus eſt, ſic ſcribens:

Τίς ἐράσμιν σ', ὦ Θέραψ,
μανίν θυμὸν εἰσέβη,
τερένων ἡμιόπων
ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι.

Eamdem Caſauboni emendationem probans IACOBS, (Animadv. in Anthol. Vol. I. Part. II. pag. 97.) reliqua ſic ſcribenda cenſuit: Τίς ἔρως φίλον, ὦ Θέραψ, θυμὸν ἐσέβη &c. PAUWIO ſic placuit: Τίς, ἐράσμιν, τέρψις θυμὸν ἐσέβη. Equidem cum Caſaubono vocab. ἐράσμιν, quamquam nulla alia auctoritate probatum, pro ſubſtantivo accepi: ſed quum *ſervus* hoc loco minus placeret, τρέψασα praetuli, a VILLEBRUNIO propoſitum. In quo non id quidem me movit, quod in codice ſuo *A.* (qui nobis cod. *B.* eſt, ab Hermolao Barbaro ſcriptus) τρέψας legi, non Θρέψας, ille confirmat: nam vulgatum Θρέψας vetuſtae noſtrae tenent membranae. Sed quum id ipſum Θρέψας defendi nullo modo poſſe videretur, commodiſſimam iudicavi eam quam dixi emendandi rationem. τρέπειν νόον eſt, *mutare animum, & ad aliud impellere*, quod aliàs προτρέπειν Graece ſonat. Caeterum Villebrunius vocem ἐράσμιν de *amaſia* accepit: *Quelle fille charmante a pû s'emparer de ton coeur?* Sed, ut dicam quod ſentio, in minutis adeo laciniis veterum ſcriptorum, miſere per librarios alteratis, vereor ne vana plerumque ſit omnis emendandi opera. Cuique ſua inventa placent: veritatem

praestare nemo potest. Quare consultius fortasse GAILIUS fecit, in nitida sua Anacreontis editione fragmentum hoc quale vulgo apud Athenaeum legitur adponens, (num. XXXV.) virorum doctorum coniecturas in Adnotationibus referre contentus. In posteriore fragmenti parte, illud mirum videri poterat, quod ὑπ' αὐλὸν ediderit Casaub. eamdemque scripturam, tamquam consentientibus libris vulgatam, repetierit in Animadversionibus; cum tamen ὑπ' αὐλῶν, ut ipse corrigi iussit, sic plane legeretur in ed. Ven. & Bas. itemque in ms. *A*. Denique vero videndum, quid sit quod ὀρχεῖται, non ὀρχεῖσθαι, habeant eaedem vetustae nostrae membranae.

p. 182 c. Αἰσχύλος γ' οὖν κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίωνι φησί· Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα &c. In omnibus Athenaei editionibus, post ista verba, ἐλάσσονες τῶν τελείων, sic pergitur: Αἰσχύλος γ' οὖν κατὰ μέτρα σπουδάζοντας εἰσήγαγε. Ξενοφῶν δὲ καί τινας ἰδιώτας συνέμιξεν. πολλῷ τοίνυν κάλλιον Ὅμηρος ἐποίησε, &c. Inde postquam per aliquot paginas complura de *Conviviis apud Homerum* dicta sunt, denique pag. 182. b. c. ad *Tibias*, de quibus adhuc agebatur, sic redit oratio: Κατὰ μεταφορὰν Ἰξίων φησὶ, Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα, ταχέως ὁ μέγας καταπίνει. Εἰσὶ δ' οἱ αὐτοὶ τοῖς παιδικοῖς καλουμ. – – – διὸ καὶ τέρενας αὐτοὺς κέκληκεν ὁ Ἀνακρέων &c. Ubi cuique ad id, de quo agebatur, vel mediocriter advertenti animum duae res in aprico esse debebant: primum, minime cohaerere illam disputationem, quae vulgo h. l. sequebatur, cum eo argumento quod hoc ipso loco auctor tractaverat: alterum, arcte cohaerere ista, quae pag. 182. b. c. & deinde leguntur, cum his ipsis rebus verbisque, in quibus nunc pag. 176. & p. 177. a. versabatur disputatio. Idque ipsum, quod dico, perspecte vidit CASAUBONUS, & de istis *turbis ex transpositione foliorum nonnullorum ortis* monuit his verbis: »De *hemiopis* »*tibiis* loquens Athenaeus, necdum absoluto eo sermone, repente quasi oestro quodam percitus, alio transilit. Plane enim παρὰ προσδοκίαν quod aiunt, lectorem »in diversa rapit auctor, ἀσύγκλωστα συγκλώθων πράγματα, ut ait Plato; &, quae nihil omnino commune »habeant, coniungens. Quid enim commune est disputationi de peregrinis & antiquis instrumentis musicae, »cum enarratione *Homericorum conviviorum*? Fatebor hoc

»loco errorem meum: nam qui rationem nullam exco- c
»gitare poſſem, cur res adeo diſiunctae εἰς μίαν μύκονον,
»τὸ τοῦ λόγου, eſſent congeſtae; ſcriptorem eruditiſſimum
»ſaepius apud me ἀταξίας & ſupinae cuiusdam negli-
»gentiae reum egi, eoque nomine poenas ab illo exegi.
»Ἀλλ' οὐκ ἦν ἔτυμος ὁ λόγος dicebat olim Steſichorus,
»recantans opprobria quae in Helenam temere effude-
»rat. Nobis quoque idem neceſſario faciendum. Nul-
»lum enim hîc negligentiae exemplum ab auctore editum
»eſt: ſed magna potius facta illi iniuria ab iis qui hoc
»opus transſcripſerunt. Neſcio enim quo caſu factum ſit,
»ut ex libro ſequente transferrentur aliquot pagellae in
»locum hunc, & in medium ſermonem de tibiis hemio-
»pis. Nam dubitari non poteſt, quin coniungi debeant
»quae de illis tibiis hic dicuntur, cum iis quae interval-
»lo ſatis magno deinceps de iisdem obſervantur. Ana-
»creontis verbis quae ſuperiore capite [nempe Animad-
»verſionum capite XXIV. ex diſtributione Caſauboni]
»emendabamus, ſubiiciuntur iſta, pag. 177. in editione
»recente: εἰσὶν δ' οἱ αὐλοὶ οὗτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων.
»Quae deinde ſequuntur usque ad iſta, Κατὰ μεταφορὰν
»Ἰξίων φησὶ, Τὸν ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα, &c. quae
»habentur pag. 182. omnia aliena ſunt ab hoc loco, per-
»tinentque alio, ut facile quivis intelligat admonitus a
»nobis. Vide libri ſequentis caput primum. Iis igitur in
»ſuum locum reiectis, coniungamus quae malo exem-
»plo divulſa ab aliquot retro ſeculis fuere. Quare ita
»continuemus integram Athenaei de *hemiopis tibiis* obſer-
»vationem: Οἴδαμεν δὲ καὶ τοὺς ἡμιόπους καλουμένους,
»περὶ ὧν φησιν Ἀνακρέων, Τίς – – ὀρχεῖσθαι; Εἰσὶ δ' οἱ
»αὐτοὶ οὗτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων. Κατὰ μεταφορὰν δ'
»Ἰξίων φησί· Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα, & *caetera*,
»ad libri finem usque. [Id eſt:] *Notas habemus & hemio-*
»*pas tibias; de quibus Anacreon*, Quae, *inquit*, libido, o
»ſerve, te invaſit ſaltandi ad teneras hemiopas tibias?
»*Hae tibiae minores ſunt iis quas perfectas vocant. Per trans-*
»*lationem dixit Ixion*, hemiopon & minorem cito magnus
»devorat. *Sunt autem iſtae tibiae eaedem cum iis quas pueri-*
»*les vocant; quibus cum in commiſſionibus non eſſet locus, ute-*
»*bantur ad convivia. Ideo* teneras *dixit illas Anacreon.* Non
»poterant Platonica illa humani corporis ἡμίτομα aptius
»copulari atque arctius, quam iſta inter ſe cohaerent.

c » Verſus Ixionis de piſcibus intelligi debet. ἡμίοπος ἰχθύς: » ut ſi latine dicas *gingrinam apuam*, pro parva; quia gingrinae tibiae erant breves. Piſces minutos praedam & » eſcam eſſe magnorum, certum eſt. - - Sed quisnam » iſte IXION poëta? Nam *Demetrium Ixionem Grammaticum* ex Diogene Laërtio & Athenaeo ſatis habemus notum: *Ixionem poëtam* neque Athenaeus alibi, neque alius » quisquam, opinor, commemorat e veteribus ſcriptoribus. Suſpicor ſcribendum eſſe, Ἴωνα φησὶ, non Ἰξίωνα. » *Ion Chius*, inter antiquiſſimos & celeberrimos poëtas, notus omnibus. Tentari etiam poteſt, nec abſurde, ſcripſiſſe Athenaeum: Κατὰ μεταφορὰν δ' Ἰξίωνα φησὶν . . . » . . . . Τὸν δ' ἡμ. In lacuna haec aut ſimilia deſunt, » εἰρηκέναι Ἴωνα τὸν Χῖον. Atque haec de *hemiopis* Athenaeus, & nos cum illo. Cum iſtis pulcherrime cohaerent quae ſequuntur deinceps ad finem huius libri. Pergit enim auctor varia tibiarum genera recenſere, de » quibus dictum hactenus non eſt. Nimis certum, haec » ita continuanda eſſe: clara enim & aperta eſt ſeries diſputationis. Hunc tamen errorem tantum neque interpretes odorati ſunt, neque eruditus ille Grammaticus, » qui ante tot ſecula Epitomen horum librorum contexuit: ſequitur enim κατὰ πόδας ordinem qui in libris » editis. « — Haec CASAUBONUS: quae, quod ad diſputationem ſpectat alieno prorſus loco inſertam, qua continens ſermo, ſuper argumento longe diverſo inſtitutus, ſubito ac plane abſurde medius dirimebatur, ita manifeſta ſunt, ut nec verbo ullo eius rei demonſtrandae cauſſa adiecto ſit opus, nec diutius ferri iſtae turbae ab Athenaei Editore debuerint; cum praeſertim eidem diſputationi, quae importune hoc loco inſerta erat, vera ſua ſedes certiſſimâ ratione libro V. pag. 187. b. adſignari potuerit. Nec vero erat cur magnopere miraretur Caſaubonus, quo tandem caſu ortae illae turbae eſſent: quarum cauſſa in promtu eſſe videtur, quod in vetuſto aliquo codice folia nonnulla, quum vinculis ſuis ſoluta eſſent, temere alieno loco poſita fuerint: quod hodieque nonnumquam uſu venire videmus, ubi imprudens librorum compactor opus deproperat. Inde in pluribus veterum auctorum codicibus manuſcriptis, atque etiam editionibus, ſimilium transpoſitionum exempla proſtant: veluti illud in Appiani Hiſtoria Belli Mithridatici, de quo in Adnot.

ad illum ſcriptorem pag. 588 ſq. diximus; aut iſtud in c Epicteti Diſſertationibus, de quo conſuli poſſunt Uptoni & noſtra notata ad Epict. Diſſ. III. 26, 33. Illud utique merito mireris, cum adeo manifeſta hoc loco res eſſet, tamen nemini ante Caſaubonum, nec editori, nec interpreti, nec librario fuiſſe animadverſam. Eſt autem (de quo iam ex parte ipſe etiam Caſaubonus monuit) pervetuſta haec labes, ut quae ex eo codice manarit, qui fuerat fons communis e quo vetuſtiſſimae noſtrae membranae *A*. & ille liber propagatus eſt, quo Epitomator uſus erat. Nam in membranis noſtris eaedem turbae obtinent, quae iuniores codices occuparunt: & Epitomator poſt illa verba, καὶ τοὺς διόπους καὶ μεσοκόπους καὶ ὑποτρήτους, quae ex p. 176 extr. ducta ſunt, praetermiſſis interiectis ſic pergit: Ὅτι ἐδίδαξεν Ὅμηρος οὓς οὐ δεῖ καλεῖν &c. quae vulgo hîc paullo poſt ſequebantur pag. 177. b. c. quae nunc ſuo loco (Libro quinto ad pag. 187.) lectores noſtri reperient.

Orationis filum, quod adeo importune abruptum erat, commodiſſime a ſe connexum gratulatus ſibi erat Caſaubonus. Nempe praeſtitit Vir doctus, codicibus msstis deſtitutus, quod praeſtare potuerat; quippe qui neſciret, callide iuniorem aliquem librarium, e cuius exemplo editio Venera ducta eſt, ſive ipſum Venetum editorem, conatum eſſe diſſimulare incruſtareque, quoad poſſet, duplex illud vulnus, quo oratio ita violenter diremta non potuerat non utràque ex parte adfligi. Scilicet cum in vetuſtis noſtris membranis, e quibus derivati ſunt alii omnes quotquot hodie ſuperſunt Athenaei codices, ſic eſſet ſcriptum, Αἰσχύλος γ' οὖν κατα μετα σπουδάζοντας εἰσήγαγε· Ξενοφῶν δὲ &c. homo ille, quo aliqualem ſenſum extunderet, ſic poſuit, Αἰσχύλος γ' οὖν κατὰ μέτρα σπουδαζοντας εἰσηγαγε. quam ſcripturam editiones omnes tenuere. Deinde pag. 182. cum membranae ſic darent, κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίωνι φησὶ, ille κατὰ μεταφορὰν Ἰξίων φησὶ ſcripſit. Quibus callidis inventis prorſus obſcurata & obliterata vetus veraque ſcriptura eſt; quae qualis fuerit, ex membranis noſtris perſpicue adparet. Nempe in illo vetuſtiore codice, e quo manarunt illae turbae, folium verſum, quae erat pagina poſtrema quaternionis, deſierat in haec verba, εἰσὶν δ' οἱ αὐλοὶ οὗτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων. Αἰσχύλος γ' οὖν. — Inferne vero

c in eadem pagina, cuſtodis loco (quem vocamus) adpoſita haec erant verba κατὰ μετα, quae referebantur ad iſta, κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίωνι φησὶ &c. a quibus incipiebat prima pagina novi quaternionis, qui proxime ſequi debebat. Iam inter duo iſta folia inſertus erat alienus quaternio ex libro V. huc translatus, (quaternionem ſuſpicor fuiſſe, non octo foliorum, ſed quatuor foliorum in forma quadrata, quot folia dediſſet quaeque membrana in illam formam plicata;) qui quaternio ab his verbis incipiebat, σπουδάζοντας εἰσήγαγε. Ξενοφῶν δὲ, &c. quae verba vere cohaerebant cum iſtis ex lib. V. p. 187. b. ὧν ὁ μὲν Πλάτων τὸν μὲν Ἐρυξίμαχον ἰατρὸν, τὸν δὲ Ἀριστοφάνην ποιητὴν, ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως —. Igitur librarius, qui ex illo codice ſic turbato opus Athenaei deſcripſit, poſtquam ex ultima pagina praecedentis folii verba iſta Αἰσχύλος γ' οὖν ſimul cum cuſtode κατὰ μετα deſcripſiſſet, continuo ſic perrexit, σπουδάζοντας εἰσήγαγε, Ξενοφῶν δὲ & ſic porro; donec, abſolutis quatuor foliis alieno loco inſertis, (quae in iſta verba deſinebant, pag. 182. b. Τηλέμαχε ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος, cum cuſtode ὀδόντων) perveniſſet ad alterum quaternionem, qui proxime ſequi debuerat, ab his verbis incipientem (pag. 182. b.) κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίωνι φησί. &c.

Quibus ita a nobis, fuſius etiam fortaſſe & enucleatius quam neceſſe erat, explicatis, abunde intelligi arbitror, ſic ſcripſiſſe hoc loco Athenaeum, ut a nobis editum eſt: Αἰσχύλος γ' οὖν κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίωνι φησί· Τὸν ἡμίοπον &c. neque adeo opus eſſe nobis quaerere, quis fuerit *Ixion poëta?* aut fuerit-ne *Ion* pro *Ixione* nominandus? Nam AESCHYLI fabulam fuiſſe, *Ixionem* inſcriptam, niſi aliunde conſtaret, vel ex hoc ipſo Athenaei teſtimonio diſcere poteramus. Citatur vero etiam Αἰσχύλος Ἰξίωνι ab Heſychio, in Ἱερεῖτιν. Referturque inſuper in eiusdem *Aeſchyli fragmentis ex Ixione* (pag. 640. ed. Stanlei.) verſus ille, Βίου πονήρου θάνατος εὐκλεέστερος, adiecta hac nota: *Stob. Eth.* 122. Scilicet legitur ille verſus apud Stobaeum, in Sententiarum Serm. CXX. p. 606. ed. Geſn. ubi *Aeſchyli* quidem nomen, at non fabulae index adiectus eſt: at indicem fabulae, *Aeſchylus Ixione* ex Pariſienſi (puto) codice msto adnotavit Grotius in Floril. pag. 498. tit. CXXII. Fuerint igitur duo haec teſtimonia de *Aeſchyli* fabula *Ixione*, alterum Stobaei, alte-

rum Athenaei, adnotanda ad Fabricii caput illud Bibliothecae Graecae, quo de deperditis huius Tragici Fabulis agitur. Sunt autem verſiculi, qui ab Athenaeo hîc citantur, Τὸν δ' ἡμίοπον &c. anapaeſtici: ſive, rectius ut dicam, unus eſt anapaeſticus verſus tetrameter catalecticus; quem in duo hemiſtichia non aliâ de cauſſâ diſtributum ſcripſimus, niſi quoniam integrum verſum non capiebat unius lineae ſpatium. Quid ſit vero cur de *piſcibus* intelligendum illud poëtae dictum ſtatuerit Caſaubonus, non video: ac ſane ἡμίοπος ἰχθὺς tam ridicule abſurdeque Graece dictum videri deberet, quam ſi quis latine *gingrinam apuam* diceret. *Metaphora*, qua uſum eſſe Aeſchylum ait Athenaeus, in eo poſita videtur, ut, quod in ἡμιόπῳ & *minori tibia* uſu venit, ut ſonus eius *a maiori obruatur & quaſi abſorbeatur*, id generatim ad alia omnia transferri poſſe ſignificaverit poëta, dixeritque, *ubique, quod minus ſit, id a maiori obſcurari & quaſi deglutiri.* Poëtae verba ut in illum ſenſum interpretaremur, cum per ſe conſentaneum erat, tum ſuadebat Pollux, qui, cum lib. VI. ſect. 161. (ubi de nominibus ex ἡμι compoſitis agitur) adnotaret, ἡμίοπον αὐλὸν dixiſſe *Aeſchylum*, haud dubie non alia Tragici verba, niſi haec ipſa ab Athenaeo h. l. citata, in animo habuerat.

AD CAP. LXXX.

Οἶδα δὲ καὶ ἄλλα γένη αὐλῶν, τραγικῶν τε, καὶ λυσιῳδῶν, καὶ κιθαριστηρίων. »De *lyſiodis* tibiis adi ad librum »XIV. [pag. 620. e. cf. VI. 252. e.] Κιθαριστήριαι adhi»bitae in concentum cum citharis.« CASAUB. — Conf. pag. 176. f. & Polluc. IV. 77. & 81. *Ibid.* Ἐφορός τ' ἐν τοῖς Εὑρήμασι. Cum Εὔφορός τ' eſſet editum, haec adnotavit CASAUB. »*Euphorus*, qui ſcripſit de priorum In»ventis, ſit-ne *Ephorus*, notus omnibus hiſtoricus, an »alius, nondum conſtitui.« — Ἔφορος ſane, ἐν δευτέρῳ περὶ Εὑρημάτων, citatur apud Noſtrum, VIII. 352. c. rurſusque Ἔφορος ἐν τοῖς περὶ Εὑρημάτων, XIV. 637. a. b. Et ſic hîc quoque haud dubie ſcriptum oportuiſſe evicit REINESIUS, Variar. Lection. II. 6. p. 159. & pag. 166 ſq. provocans ad Strab. XIV. pag. 428. (pag. 622. d. ed. Caſaub.) & ad Plin. lib. I. in Auctoribus externis, quibus in libro VII. uſus Plinius erat: ubi quidem mendoſe

c *theoremata* pro *heuremata* vel εὑρήματα legebatur ante Harduinum. Extra dubitationem, si qua supererat, rem ponunt nostrae membr. *A.* quae perspicue h. l. sicut duobus aliis locis, Ἔφορος habent. Praetermisit *Ephori* mentionem Epitomator, a voce κιθαριστηρίων statim ad illa pergens, ὁ δὲ καλάμινος αὐλός.

ἔτι δὲ καὶ Ἀλέξων, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ Αὐλῶν. Haec verba, cum errore iuniorum librariorum omissa essent, simili exitu huius ῥήσεως cum proxime praecedente deceptorum, adiecimus ex membr. *A.* In quibus quidem cum sic scriptum sit, Ἄλεξις ὢν καὶ αὐτὸς &c. id ita interpretatus sum, ut, quod saepe aliâs ab eodem librario factum observavimus, hic pariter ab eo admissum statuerem; scilicet ut duas lectiones, alteram quae in contextu scripta erat, (Ἄλεξις) alteram quae superne literis ων indicata erat, imperite confuderit miscueritque. Nempe Ἄλεξις statim scripserat ille librarius, de cuius exemplo descriptus noster codex est, quod nomen familiare esse debuit scribae Deipnosophistarum Athenaei, in quibus persaepe Alexidis comici testimoniis usus est auctor: deinde, postquam animadvertit ille errorem, veram nominis terminationem superne inter lineas adscripsit. At haec ita ego coniecturâ statuens, perquam probabili illâ quidem, ut arbitror, tamen profiteri debeo, nusquam alibi mentionem ullam ALEXONIS, qui *de Tibiis* aut omnino de Re musica scripserit, factam me reperisse: sed ne ALEXIDIS quidem. Quare de hoc Docti viderint. Ac ne ullum quidem ALEXONEM usquam memoratum reperio, nisi *Alexonem Myndium*, qui Μυθικῶν libros edidisse perhibetur apud Diogenem Laërt. I. 29. Sed ibi viri docti probabili admodum ratione contendunt, Ἀλέξανδρος pro Ἀλέξων scriptum oportuisse.

d ὁ δὲ καλάμινος αὐλὸς τιτύρινος καλεῖται &c. Conf. p. 176. c. & Eustath. ad Iliad. σ'. pag. 1214, 17. καλάμινος αὐλὸς est *stipula* vel *tenuis avena* Virgilii. De originatione vocabuli τιτύρινος varie praecipiunt. Vide Eustath. l. c. & Interpp. Hesychii ad Τίτυρος. Adde P. Victorium Var. Lect. XVII. 7. & Lexica latina in *Tityrus*. *Ibid.* Ἀριστοφάνιος legas (ut dedit ms. *A.*) an Ἀριστοφάνειος, ut editum erat, perinde fere fuerit; sed praestat edita scriptura.

Ἀναξανδρίδης ἐν Ὁπλομάχῳ. Vulgatum Ἀλεξανδρίδης tuetur ms. *A.* cum hic, tum XIV. 634. e. ubi

idem teſtimonium repetitur. Utrobique & nomen poëtae, d & teſtimonium, deſideratur in Epitoma. Vulgatam quidem ſcripturam utrobique, nulla adiecta animadverſione, tenuit Caſaubonus; qui tamen in Animadv. ad VI. 261. f. de eiusdem veritate dubitavit. Sed, citra dubitationem Ἀναξανδρίδης corrigendum eſſe, MEURSIUS monuit, in Rhodo, II. 4. p. 87. Recte: nam *Alexandrides* quidem *Delphus*, hiſtoricus fuit: de quo poſt Voſſium lib. III. DE Hiſtoric. Graec. pag. 320. praecipue conſulendus Hemſterhuſ. ad Polluc. IX. 59. *Alexandrides comicus poëta* nullibi umquam, niſi in corruptis quibusdam veterum ſcriptorum libris, exſtitit. De quo poſt ea, quae ad Ariſtophanis Plutum p. 223 ſq. idem Hemſterhuſius diſputavit, nihil eſt quod a nobis addatur, niſi ut doceamus quam pulcre vetuſtae noſtrae membranae ſententiam doctiſſimi viri confirment. Nempe apud Athen. VI. 261. f. ubi Ἀλεξανδρίδης vulgo editur, non modo in Epitoma (quod ibi etiam Caſaubonus adnotavit) Ἀναξανδρίδης recte ſcribitur, verum etiam in membr. *A*. Pariterque XI. 460. e. pro edita ſcriptura παρ' Ἀλεξανδρίδῃ eaedem membranae perſpicue παρ' Ἀναξανδρίδῃ exhibent.

Μάγαδιν λαλήσω, μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγα. »Scio »ſic legi & alibi hunc verſum in Athenaeo, & apud »veteres nonnullos Grammaticos. Sed mihi durius dictum »videtur, μάγαδιν λαλεῖν, pro, *inter loquendum magadin »imitari.* Deinde etiam illud, ſi quid iudico, duriuſcu»lum, μάγαδις μέγας aut μικρὸς, pro *gravi aut acuto »magadis ſono.* Excogitavimus igitur planiorem & non »paullo venuſtiorem lectionem, Μάγαδις λαλήσω μι»κρὸν ἅμα σοι καὶ μέγα. Corruperunt qui non vide»bant particulam ſimilitudinis indicem venuſte omiſſam »eſſe. *Loquar tecum* ut *magadis, alte & remiſſe.*« CASAUBONUS. — Repeti eumdem verſum apud Noſtrum XIV. 634. e. iam paulo ante docuimus. Quinam autem ſint alii veteres Grammatici, apud quos eumdem legi verſum Caſaubonus ait, mihi non liquet; niſi forte *Tryphonem* Grammaticum dixit, e quo eum Athenaeus pag. 634. citavit: ſane apud eos Grammaticos, quorum ſcripta hodie ſuperſunt, Suidam, Heſychium, Pollucem, Etymologum, Euſtathium, fruſtra eumdem verſum quaeſivi. Haud immerito vero miratus eſt WESTON in Hermeſian. pag. 21. cur dura Caſaubono viſa ſit dictio illa, Μάγαδιν λαλή-

d σω: cum ὀρχεῖσθωι τὸν Γλαῦκον, τὸν Κύκλωπα, & id genus alia dicantur, pro, *inter ſaltandum imitari Glaucum, Cyclopen*, &c. Idem vero *Weſton*, ſi quid mutandum, Μάγαδι in dativo caſu ſcribendum cenſebat, ut apud Theocr. XX. 28 ſq. σύριγγι μελίσδω, αὐλῷ λαλέω. At apud Theocritum alia ratio eſt: nihilque in illo vocabulo hîc mutandum. A poëtico utique ſermone minime aliena videri debuit iſta locutio, *Magadin tecum loquar*, pro, *ſimiliter tecum loquar atque ſonat magadis:* nempe ſimul *remiſſa tenuique voce*, ſimul vero etiam *grandi & alta*. At illud haud dubie recte viderat Caſaubonus, μέγα pro vulgato μέγαν ſcriptum oportuiſſe: in quo lubens ei morem geſſi.

λώτινοι αὐλοί. Eaedem tibiae nude etiam λωτοὶ dictae, ut ad pag. 175. c. notavimus. Et ſimpliciter λωτὸς, pro *tibia*, vel *fiſtula;* ut apud Euripid. Troad. 544. & Helen. e 169. *Ibid.* Θηβαίων δ' εὕρημά φησιν εἶναι Ἴβυκος τὸν ἐκ νεβρῶν κώλων κατασκευαζόμενον αὐλόν. » De *tibiis ex hinnulorum oſſibus* dictum libro ſecundo extremo. « CASAUB. — Vide II. 71. a. & ibi notata, Animadv. T. I. p. 475. Verba iſta ex Athenaeo repetens Euſtath. Iliad. σ'. pag. 1214, 24 ſq. ad nomen Θηβαίων ſua ex coniectura adiecit, τῶν κατ' Αἴγυπτον ἴσως: de cuius interpretationis veritate dubitare licebit. *Ibid.* ὁ δὲ Τρύφων. *Tryphon* Grammaticus, ſecundo libro περὶ Ὀνομασιῶν. vide XIV. 618. c. & 634. d. *Paulo poſt*, pro ναβλισταὶ, habet ναυλισταὶ ms. Ep. ſicut ναῦλα pro νάβλα ſcripſerat p. 175. b. c. f τὸν γὰρ βάρωμον καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέων μνημονευούσι. » Non βάρωμον, ſed βάρμον libro XIV. » ſcribitur. [pag. 636. c.] Putabam voce βάρμον alludi ad » etymum vocis βάρβιτος: nam perſuaſum fuit veteribus » Graecorum criticis, [vide Etymolog. M. in Βάρβιτος.] » βάρβιτον quaſi βαρύμιτον eſſe dictam; cum vel Strabone » teſte [lib. X. pag. 471. c. ed. Caſaub.] barbara ſit ea » vox Graecis, & Syriaca. Sed *baromum* ſive *barmum* diſtinguit auctor a *barbito*. « CASAUB. — *Ibid.* ὑπὸ Λεσβοθέμιδος. An apud alium ſcriptorem eiusdem artificis mentio reperiatur neſcio. Apud Plinium quidem, XXXIV. 8, 19. num. 25. in nobilium caelatorum, eorumdemque pictorum numero, *Lesbocles* nominatur.

Ἀριστόξενος δ' ἐκφυλα ὄργανα καλεῖ φοίνικας. Cum φοινικικὰς eſſet editum, adnotavit CASAUBONUS: » Legebam καὶ ἐκφ. ὀργ. καλεῖ καὶ φοινικικά. Neque enim

»*phoenicica* ullum muſicum organum nominatum: plera- f
»que autem eorum quae hic commemorata ſunt, a Syris
»Graeci acceperant. Sed ſcribendum, καλεῖ Φοίνικας
»ex lib. XIV. [pag. 636. b.] ubi geminus huic locus:
»& ſcribit ibi Athenaeus, [pag. 637. b.] *phoenicem or-*
»*ganum a Syris* [*a Phoenicibus*, ſcribit] *inventum* ταύτης
»τυχεῖν τῆς προσηγορίας.« — Mendo hic non caret ms.
A. ſed codex *Epit.* proxime ad verum accedit, φοινικὰς (ſic) ſcribens. Neſcio an idem inſtrumentum intelligatur, quod alii λυροφοίνικα vocant. pag. 175. e. & 183. c. d. Proxime *dein*, μαγαδίδας penacute ſcriptum tenui, ſicuti editum erat conſentientibus msstis; certe e ms. *A.* nil aliud adnotatum; & in cod. *Ep.* ſic perſpicue ſcriptum video. Potuerat ita placere Ariſtoxeno, quamvis conſtanter fere ubique aliàs antepenacute efferri ſoleat id vocabulum. Video tamen etiam XIV. 636. c. ubi μαγάδιδας editur, ibi conſulto ex utroque noſtro codice penacutam ſcripturam μαγαδίδας adnotatam.

καὶ κλεψιάμβους. »Noli quaerere κλεψιάγ-
»γους, qui nominantur ex Ariſtoxeno, apud ſcriptores
»alios. Nusquam reperies. Legendum κλεψιάμβους. He-
»ſychius: Κλεψίαμβοι· Ἀριστόξενος μέλη τινὰ παρὰ Ἀλκ-
»μᾶνι. Vides eundem auctorem laudari ab Athenaeo &
»Heſychio. Nominis cauſſam explicat Noſter libro XIV.
»[pag. 636. b. c.] ἐν οἷς παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς ἰάμβοις,
»[ἐν τοῖς μέτροις ſcribitur, ſed vox μέτροις ad *iambos* re-
»fertur] κλεψιάμβους ἐκάλουν. Quare iubeamus μακρὰν
»κλαίειν commentitios iſtos *clepſiangos*, & illa *furtiva va-*
»*ſa*, interpretum [Dalecampii certe] ſomnia. In excer-
»ptis non melius, κλεψιάνους.« CASAUBONUS. — In codicum omnium h. l. diſſenſu, conſultiſſimum fuit certam docti Viri emendationem, ab ipſo Auctore noſtro ſuppeditatam, adoptare. Idem vocabulum κλεψίαμβος eadem pag. 636. ſub finem tertio occurrit, conſentientibus libris: firmaturque inſuper Pollucis auctoritate lib. IV. ſect. 59.

Πλάτων δ' ἐν τρίτῳ Πολιτείας. »PLATONIS locum ex-
»ple atque explica ex ipſo. [pag. 196. ed. Maſſey.] Nam
»pauculorum verborum praetermiſſio contrariam eius
»menti ſententiam hic peperit. Plato enim *negat*, *rem-*
»*publicam a ſe inſtitutam artifices alturam* τριγώνων καὶ πη-
»κτίδων, *& caeterorum*.« CASAUB.

AD CAP. LXXXI.

a Ἔστιν δ' ὁ σκινδαψὸς &c. Recte sic, acute, σκινδαψὸς edd. vett. cum msstis: & sic p. praec. f. σκινδαψοὺς, & hac pag. mox iterum iterumque, σκινδαψὸς, σκινδαψὸν, & σκινδαψούς: denique rursus κλεψίαμβοι, σκινδαψοὶ, ἐννεάχορδα, XIV. 636. b. ubi quidem media vox temere in editis omissa. Hoc loco cum nescio quo casu ὁ σκινδαψος absque accentu in ed. Cas. 1. scriptum fuisset, temere deinde in ed. Cas. 2. & 3. σκίνδαψος posuerunt: pariterque dein in Matronis & in Theopompi testimoniis σκίνδαψος & σκίνδαψον edidere; licet recte ibi σκινδαψὸς & σκινδαψὸν in ed. Cas. 1. expressum esset. Ad extremum, in Anaxilae testimonio, ad verum rediere omnes, communi consensu σκινδαψοὺς scribentes. De σκινδαψῷ, instrumento musico, conf. Ptolemaeum Hephaest. libro VI. extr. pag. 334. ed. Gal. De eiusdem vocabuli usu apud Logicos vide Fabric. ad Sextum Emp. pag. 482 sq.

ὁ παρῳδὸς φησι Μάτρων ἐν τούτοις· Οὐδ' ὑπὸ πασσαλόφιν &c. »MATRONIS imitatio Homerica est in his, ita »scribendis verbis atque exponendis:

»Οἱ δ' ὑπὸ πασσαλόφιν κρέμασαν, ὅθι περ τετάνυστο
»σκινδαψὸς [τετράχορδος ἀνηλακάτοιο γυναικός.]

»*Illi vero paxillo* id *appenderunt: unde etiam scindapsus pen-*»*debat.* Prima verba, quid paxillo appenderetur, non de»clarant: fortasse aliud instrumentum musicum: fortasse »lagena vini, ut in illo Hermippi comici, [apud Athen. »XI. 480. e. f.] Χία δὲ κύλιξ ὑψοῦ κρέμαται περὶ πασσα»λόφιν.« CASAUBONUS. — Imitatio Homerica spectat ad Odyss. β'. 67. & 105. Potuerat Οἱ δ' ὑπὸ scribere Matro, ut voluit Casaubonus: sed nulla magnopere necessitas urget, ut librorum deseramus scripturam Οὐδ' ὑπὸ, quam cum editis tuetur ms. *A.* Eamdem scripturam Brunckius tenuit in Matronis Fragmentis, Analect. T. II. pag. 250. num. 5. Epitoma quidem nil aliud habet, nisi, Ἔστι δὲ σκινδαψὸς τετράχορδον ὄργανον, ὡς Μάτρων ὁ παρῳδός φησι. In *vers.* 1. ultima syllaba verbi κρέμασαν producitur positione, quae efficitur ex consona ν & spiritu aspero a quo incipit vox sequens. *Vers.* 2. ἀνηλακάτοιο γυναικὸς, *mulieris colum-non-tractantis;* ut interpretatus est H. Steph. in Ind. Thes. Ad quae verba adnotavit hoc loco DALECAMPIUS: »Nimio studio musicae te-

»nebatur, ut colum ſuam & nendi artem negligeret.« — a Habent autem haec quoque nonnullum ad Homerica verba reſpectum: nempe ex poëtae praecepto ἱστός τε ἠλακάτη τε debent eſſe propria ἔργα γυναικῶν, Iliad. ζ'. 491 ſqq. & alibi. Nec verbum illud τετάνυστο verſ. 1. parodiae exſors eſt: reſpicit enim ad Odyſſ. δ'. 535. ἠλακάτη τετάνυστο.

Θεόπομπος ὁ Κολοφώνιος, ἐποποιὸς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἁρματίῳ. »THEOPOMPI *Colophonii* poëma, Ἁρμάτιον »in libris publicis inſcriptum, in membranis dicitur Αἰμάτιον & Αἰματία: de quo pronunciet quisque τὴν ἀρέσκουσαν. Inde ſunt haec,

»Σκίνδαψον λυρόεντα μέγαν χείρεσσι τινάσσων
»ὄξυινον, προμάλοιο τετυγμένον αἰζήεντος.

»Dalecampius ſcribit ὀξύνων initio poſterioris verſus: »quod ſententiae non poteſt convenire. Lego ὀξύϊνον, »*fagineum*. Nam ὀξύα Theophraſti, quam *ſciſſimam* indi»getavit Theodorus Gaza, iudicio eruditorum *fagus* illa »eſt, operibus ligneis apta arbor, de qua Plinius lib. XVI. »capite de lignis ſectilibus: [cap. 43. ſect. 84.] *Facilis* »*& fagus, quamquam fragilis & tenera: eadem ſectilibus la*»*minis in tenui flexilis, capſisque ac ſcriniis ſola utilis.* Ex »hac arbore factum ſcindapſum ait poëta. Sed videntur »ad ſcindapſi fabricam non unius generis ligna deſide»rata. Ideo ſubdit, προμάλοιο τετυγμένον αἰζήεντος: *ela*»*boratum e ligno promali grandis.* αἰζήεντος valet εὐτραφοῦς, »interprete Heſychio. τετυγμένον interpretor non de prae»cipua ſcindapſi materia, ſed de ligno ad quasdam par»tes neceſſario. Sic obſervat Theophraſtus in V. de Plan»tis, [cap. 8. pag. 114. ed. Heinſ.] ilicem non eſſe uti»lem ſimpliciter ad lyram, ſed ad ζυγὰ λύραις καὶ ψαλ»τηρίοις. *Promalum* eſſe arboris, non fruticis nomen, ad »Theocritum probabamus: an ſit *myrica* ſive *tamarix*, »quaerant amplius rhizotomi.« CASAUBONUS. — *Poëtae Epici*, THEOPOMPI *Colophonii*, absque hoc teſtimonio foret, apud Athenaeum conſervato, memoria perierat. Eiusdem tamen mentionem etiamnum alibi obiter quidem factam, haud ſine veri ſpecie, ſibi viſus eſt reperiſſe doctiſſimus SCHNEIDER, quem adi in Animadverſſ. in Nicandri Alexipharmaca pag. 81. Corruptas fuiſſe membranas oportet, e quibus titulum poëmatis, quod dicit Athenaeus, Αἰμάτιον vel Αἰματία enotatum reperit Ca-

b ſaubonus. In noſtris quidem vetuſtiſſimis membranis perſpicue Ἁρματίῳ ſcriptum, ſicut in editis legitur. Recte σκινδαψὸν, non σκίνδαψον, ſcribi in editt. vett. & msstis, paulo ante monui: & ſic etiam in ed. Caſ. 1. ſcriptum; pro quo temere in eiusdem Caſaub. Animadv. σκίνδαψον expreſſum eſt, quod deinde in ed. Caſ. 2. & 3. perperam in contextum receptum. Non ὄξυινον, ut in eisdem Anim. adverſ. perhibetur, ſed ὀξυίνον (ſic) ſcriptum in editionibus omnibus. At perſpicue & exſerte ὀξυΐνον exaratum in membr. *A.* Πρόμαλος Heſychio eſt *myrica*. Eſt autem *myrica*, *tamaris Gallica* Linn. ut ad Theocrit. I. 13. in edit. Harleſii Schreberus adnotavit. αἰζήεντα πρόμαλον de *viridi* ac *novella* myrica intelligi volebat Spanhem. ad Callimach. pag. 59. immemor nempe ad quodque genus ſupellectilium, ſed maxime ad muſica inſtrumenta, inutile eſſe recens lignum. *Iuvenem*, *validam* arborem rectius, puto, intelligemus.

Ἀναξίλας ἐν Λυροποιῷ. »Non memini legere alibi »fabulae titulum Λυροποιός. Apud Stobaeum tamen, Serm. »LV. citatur *Anaxilas* ἐν Μυροποιῷ: ſed puto ſcribendum »Λυροποιῷ, aut certe Λουτροποιῷ. Pollux lib. VII. cap. »XXX. [ſect. 167.] in ſermone de Balneis: Ἀναξίλας »λουτήρια ἀνόμασε τοὺς νῦν λουτῆρας, ἐν Λουτροποιῷ λέ»γων, Ἐν τοῖς βαλανείοις οὐ τίθεται λουτήρια. Eadem re»petit lib. X. cap. x. [ſect. 46.]« Casaubonus. — Apud Noſtrum, ἐν Λυροποιῷ tenent cum editis membr. *A.* Eſt autem λυροποιὸς, *qui lyras & alia* id genus *muſica inſtrumenta* (qualia in hoc ipſo teſtimonio nominantur) *conficit*, ut adnotavit Pollux IV. 64. & VII. 153. Nec vero aliter ſcriptum oportebat apud eumdem Noſtrum, XII. 548. c. ubi ἐκ τοῦ Ἀναξίλα Λυροποιοῦ mendoſe editum eſt, & haud multo melius in membr. *A.* ſcribitur (ſic) ἐκ τοῦ ἀναξιλαυροποιου. Apud Stobaeum, cum in ed. Ven. & Geſn. 1. mendoſe Ἀναξίων nominaretur auctor, abſque fabulae titulo; dein in ed. Geſn. 2. & 3. ſic editum eſt, *Anaxilai* ἐκ μυροπίου. Tum rurſus Grotius nude *Anaxilaus* adſcripſit in ora Florileg. tit. LVII. pag. 218. puto, quod mendoſum prorſus titulum videret. Nam in codice Pariſino, quo Brunckius uſus eſt, quem eumdem (ni fallor) Grotius olim conſuluerat, ſic ſcribitur, Ἀναξιλάου ἐκ μυρεπίου: quod ex μυροποιοῦ vel μυρεψοῦ corruptum eſſe adnotavit Brunck in Florilegii Grotiani ex-

emplo, quod ipsius olim fuerat, nunc ex dono optimi Viri b noſtrum eſt. Facile autem credo, λυροποιοῦ ibi, ut apud Athenaeum, ſcriptum oportuiſſe. Ac fortaſſe ex Athenaeo corrigendi etiam Pollucis codices: apud quem quoniam eo loco, ubi de *balneis* agitur, citatur iſta fabula, facile decipi potuerunt librarii, ut ἐν Λουτροποιῷ pro ἐν Λυροποιῷ ſcriberent. Taceo, nusquam alibi reperiri vocabulum λουτροποιὸς, & ne commodum quidem ſenſum videri admittere; niſi forte intelligere volueris *hominem qui balnea curat*, quemadmodum τραπεζοποιὸς apud Noſtrum IV. 170. f. dicitur *qui menſam curat.*

Σώπατρος δ' ὁ παιρῳδὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Μύσται. Vide notata ad III. 119. a. & ad IV. 175. c. In SOPATRI *verſ.* 1. pro Μούσῃ, in ms. *A.* perperam Μούσης ſcribitur; literâ iota, quae in ſine adſcribi debuerat, in figuram literae *ς* detortâ, ut paſſim alibi. *Verſ.* 2. Si magis pro- c baveris πῶς interrogative ſcriptum, vertes, *in manum* (*tuam*) *quo pacto pervenit?* Teſtimonia iſta praetermiſit Epitomator, ſatis habens haec verba adpoſuiſſe, βάρβιτος δὲ τρίχορδον (nempe ὄργανόν ἐστιν) κατὰ Ἀναξίλαν· πηκτὶς δὲ δίχορδον κατὰ Σώπατρον.

Τῶν δὲ παριαμβίδων Ἐπίχαρμος ἐν Περιάλλῳ μνημονεύει. » *Pariambidas* videntur appellaſſe veteres *tibiarum ge-* » *nus quoddam iambicis verſibus aptum.* Apollodorus, au- » ctore Heſychio, παρὰ τοὺς ἰάμβους αὐτὰς φησι πεποιῆ- » σθαι, ἃς οἱ κιθαρῳδοὶ ᾄδουσιν. « CASAUB. — Ut κλεψίαμβος, (ſupra, pag. 182. f.) ſic παρίαμβος apud Polluc. IV. 59. eſt inſtrumentum muſicum: παριαμβίδες vero eodem Polluce auctore, IV. 66. & 83. ſunt νόμοι τινὲς κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσῄλουν, id eſt, *modi quidam citharoedorum, quibus etiam tibia ſuccinebat.* Aliâs, in doctrina de Metro verſuum, *pariambus pes* idem dicitur qui vulgo *pyrrichius:* de quo vide Meibom. in Notis ad Ariſtidem Quintilian. de Muſic. pag. 274. Fabulae titulus, ἐν Περιάλῳ editus erat, ſed ἐν Περιάλλῳ dedere membr. *A.* Vide notata ad IV. 139. c.

Σεμέλα δὲ χορεύει· &c. » Non ſemel conqueſti ſumus » de EPICHARMI fato: cuius omnia pridem eſt cum fue- » re; pauculis fragmentis exceptis, quae in hoc potiſſi- » mum ſcriptore [Athenaeo] hodie ſuperſunt. Illa vero fere » ſunt omnia quam corruptiſſima. Quid enim hac lectione » contaminatius? Σεμέλα δὲ χορεύει, καὶ ὑπαλίσφιγ σοφὸς

c » κιθάρα παριαμβίδας· [περιαμβίδας ed. Caſ. operarum » errore, ex ed. Caſ. 1. in ed. 2. & 3. propagato] ἃ δὲ » γεγαθεῖ πυκινῶν κρεγμῶν ἀκροαζομένα. Lego, Σεμέλα δὲ » χορεύει ὑπ' αὐλόφιν καὶ κιθάρᾳ καὶ παριαμβίδεσι. *Saltat* » *Semele ad tibiam, & citharam, & pariambidas.* αὐλόφιν, ut » παρσαλόφιν, & ὀστεόφιν, & ſimilia. γεγαθεῖν ver- » bum eſt Siculae formae, ut aiunt antiqui critici, pro » γαθέω: ut πεπλήγω, πεποίθω, & id genus. Tamen mssti » χεγήθει: quod varie accipere eſt. « CASAUBONUS. — Initio fragmenti IACOBS in *Notis mssti*s ſic corrigit, Σεμέλας δὲ χορεύει παῖς: nihil praeterea monens, ut videatur reliquis Caſauboni emendationibus ſuffragari. Equidem, ſicut iſtud Σεμέλας - - παῖς minime ſperno, ſic non video quid magnopere movere nos debeat ut eo confugiamus: praeterea, quod ſequitur ἃ δὲ γεγάθει &c. id vulgatae ſcripturae patrocinari mihi videbatur. Quo minus vero Caſauboni probarem coniecturas, retinuere cum nimia in mutando citra neceſſitatem audacia, tum id quod paulo ante ex Polluce obſervavimus, vocabulo παριάμβιδες non *inſtrumenta*, ſed *modos* quosdam *muſicos* denotari. Paulo propius ad verum mihi acceſſiſſe VILLEBRUNIUS viſus eſt, ſic legendum cenſens, ὑπαυλοῦσί (vel ὑπαυλῶντί dorice) [ὑπαυλοῦντί puto voluerat] σφιν σοφῶς κιθάρας παριαμβίδας. Quae verba ſic ille gallice reddidit: *Sémèle danſe en choeur, & de leurs flûtes ils accompagnent habilement les pariambides de leur cithare.* Sed, in tam brevi praeſertim & abrupto fragmento, in ſimpliciſſima minimaque mutatione adquieſcendum ratus, ſatis habui, ὑπαυλεῖ σφιν pro ὑπαλίσφιν ſcribere, & κιθάρᾳ in tertio caſu, pro κιθάρα. Quae quidem emendandi huius loci ratio iam a perſpicaciſſimo noſtro CORAY in Notis mssti*s* occupata erat. Verbum ὑπαυλεῖν, *ſuccinere, inſtrumento muſico comitari cantum*, aut *ſaltantibus modos praeire*, habes apud Noſtrum VI. 252. e. & apud Lucian. de Saltat. c. 83. tum apud Polluc. IV. 67. Idem valet ἐπαυλεῖν, pag. 185. f. Σοφὸς eſt *ſolers*, ut frequenter aliâs, de quovis genere artificum. Ac poterit fortaſſe κιθάρα cum hoc vocabulo coniungi, ut σοφὸς κιθάρα ſit, *ſolers citharoedus*: ſed id quidem non neceſſe. Pronomen plurale σφιν refertur ad totum ſaltantium chorum, quorum in numero *Semele* erat. In *poſtremo verſu*, ad verbum. γεγαθεῖ nihil ex noſtris mem-

branis (quae nec in aliis verbis quidquam mutant) ad- c
notatum eſt : nec tamen dubitavi γεγάθει penacute
ſcribere. Non enim praeſens tempus γεγαθέω eſt , ſed
γαθέω, (dor. pro γηθέω) unde praet. γέγαθα, plusquam-
perf. γεγάθειν, *laetus eram , delectabar.* Eſt autem verſus
ille , anapaeſticus trimeter : cui menſurae cum non re-
ſpondeat praecedens , nec ſatis integrum illum , nec for-
taſſe ſatis adhuc perſanatum eſſe , facile largiar.

Τὸ δὲ ψαλτήριον &c. »De *Pſalterio* multa doctores ec-
»cleſiaſtici , Hieronymus , Chryſoſtomus , Auguſtinus,
»alii. Sicut autem pleraque alia muſica inſtrumenta a Sy-
»ris mutuati ſunt Graeci : ita huius & inventum & no-
»men Syris imputarunt. Ac miratus ſum ſaepe , iam in-
»de a temporibus Nabuchodonoſori veruſtiſſimi regis Ba-
»bylonii *pſalteriorum* nomen in ultimum fere orientem
»penetraſſe : nam apud Danielem [cap. 3. vss. 5. 7. 10.
»& 15.] *peſanterin* , graeca ſunt ψαλτήρια. Videtur au-
»tem Athenaeus *pſalterium* diſtinguere ab alio organo ,
»quod vocat ψαλτήριον ὄρθιον , quodque proprio nomine
»λυροφοῖνιξ dicebatur. De hoc fortaſſe debent intelligi
»Chryſoſtomi verba in Protheoriis ad Pſalmos : Ψαλτή-
»ριον τῶν ἐντατῶν μὲν ἦν, πλὴν ὄρθιον, καὶ ἀνωθεν εἶχε
»τῶν φθόγγων τὰς ἁφορμάς. « CASAUBONUS. — At , quod
de ψαλτηρίῳ ὀρθίῳ dicit Noſter , id non ad τὸν λυροφοίνικα d
ſpectat , (de quo conf. pag. 175. e. & de *φοίνικι* , p. 182.
f.) ſed ad τὸ Ἐπιγόνιον : nec ait , idem eſſe inſtru-
mentum ; ſed nonnihil quidem mutatum , nomen tamen
retinuiſſe. Ἐπιγόνειον penultimâ longâ ſcribitur apud
Ariſtoxenum , Harmonicor. Elementor. lib. I. p. 3. item-
que apud Polluc. IV. 59. ubi docet , quadraginta chordas
habuiſſe. De *Epigono* confer Noſtrum XIV. 637 extr. &
638. a. & Polluc. l. c. Quod δημοτείπτος Athenaeus hic
dicit , in eamdem ſententiam Pollux τιμῇ δὲ Σικυώνιος
dixit. Aliàs τῷ φύσει opponitur τὸ θέσει , non modo de
filio adoptivo , ſed & de cive : velut apud Helladium in
Chreſtom. pag. 14. ed. Meurſ. παρὰ Εὐφορίωνι , τῷ φύσει
μὲν Χαλκιδεῖ , θέσει δὲ Ἀθηναίῳ.

μουσικώτατος δ' ὢν κατὰ χεῖρα, δίχα πλήκτρου ἔψαλ-
λεν. Videri poterat ſic diſtinguenda oratio : μουσικώτατος
δ' ὤν , κατὰ χεῖρα δίχα πλήκτρου ἔψαλλεν : ut κατὰ χεῖ-
ρα ad ἔψαλλεν referretur ; quo pacto Dalecampius accep-
pit , cuius fere tenui hoc loco verſionem latinam. Atque

d etiam eâdem, quam dixi, ratione distincta verba in ed. Ven. video. Ad sententiae summam parum interest: at videtur tamen, si id spectasset auctor, potius ἐκ χειρὸς, quam κατὰ χεῖρα, fuisse dicturus. Quare lubens tenui eam distinctionem, quae in ed. Bas. & Cas. obtinet; quam eamdem, ni fallor, tenent veteres nostrae membranae: in cod. *Ep.* quidem prorsus sic scribitur, quemadmodum edidimus, ut cohaereant verba μουσικώτατος κατὰ χεῖρα, id est, *solertissimâ manu musicus*: ad quam dictionem supra provocavit Casaubonus, in exponendo nomine Εὐπάλαμος in Hedyli epigrammate, p. 176. c. *Paulo post*, multo commodius fluit oratio ex membranarum praescripto, καὶ ἐν οἷς ἂν, quam antea, cum abesset καὶ particula.

AD CAP. LXXXII.

e Sophoclis ex *Mysis* duo versus sic scribebantur in editis:

Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος αὐτισπαστά τε
Λύδης ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία.

Ibi haec Casaubonus: »Scribe ἀντίσπαστα retracto ac»centu: non enim potest esse pro ἀντισπάστη. Πολὺς δὲ, »ait, Φρὺξ τρίγωνος, ἀντίσπαστά τε Λύδης ἐφυμνεῖ πη»κτίδος συγχορδία. *Multus resonabat trigonus Phrygius, &* »*e contrario resonabat Lydiae pectidis concentus.*« — Recte; nisi quod Λυδῆς praeterea, pro Λύδης, fuit scribendum: & sic Brunckius edidit in Fragm. Sophocl. p. 21. num. 4. Constructio sic intelligenda: Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος, scil. ὑμνεῖ· καὶ συγχορδία πηκτίδος Λυδῆς ἐφυμνεῖ ἀντίσπαστα, id est, ἀντισπαστικὰ, *quae ei ex adverso respondeant.* ἀντίσπαστ. pro αὐτίσπαστ. recte ms. *A*. Notemus obiter in foeminino genere non dicendum fuisse ἀντισπάστη, (ut videtur indicare Casaubonus) sed vel ἀντίσπαστη vel ἀντίσπαστος. *Ibid.* καὶ ἐν Θαμύρᾳ. Vide ad pag. 175. f. notata.

f Eupolidis verba, ut monuit Brunck l. c. & Hermann de Metris pag. 123. non tam unum versum efficiunt, (quemadmodum vulgo scribebantur,) quam duos dimetros trochaicos. In *priori versiculo* lubens Ὡς καλῶς scripsissem cum eodem Brunckio: sed quoniam defendi vulgata scriptura poterat, teneri ea debuit. Et tuetur

eamdem cum editis & membranis *A.* etiam Epitomator; ſ qui, omiſſis Sophoclis verſiculis, Eupolidis teſtimonium his ipſis verbis complexus eſt: Εὔπολις δὲ περὶ τοῦ τριγώνου φησίν· ὃς καλῶς τυμπανίζει καὶ διαψάλλει τριγώνοις. Ad *Indicem fabulae* quod ſpectat, Βαπταῖς ſcribit ms. *A.* ſed IX. 370. a. idem codex (quantum quidem novi) in Βάπταις conſentit: quae vera eſt ſcriptura. De eiusdem fabulae argumento haec adnotavit DALECAMPIUS: »*Cotys* & *Cotyto* Dea nocturnis ſacris Athenis »colebatur, obſcoeno quidem ac turpi ritu. EUPOLIS »*Baptas* comoediam ſcripſit, qua ſacri eius cultores acer»be exagitavit, ab illisque ſic irritatis in mari demerſus »& ſuffocatus eſt. Iuven. *Cecropiam ſoliti Baptae laſſare* »*Cotyto.* Politian. cap. 10. Miſcellan. Iunius adagio, *Co»tyos contubernalis.* « — Vide Iuvenal. Sat. II. 92. ibique Interpretes. Ad idem argumentum ſpectaſſe Sopatri fabulam, quae Μυστάκου ἄπιον vulgo inſcribitur, Samuel Petitus cenſuerat: de quo dictum ad III. 119. a. & ad IV. 175. c. & d.

Τοῦ δὲ καλουμένου παυδούρου. Repete ex ſuperioribus, μνημονεύει. τῆς παυδούρας ſcripſit Epitomator ſuo arbitratu: nihil autem mutato fuit opus; nam & τὸν παυδούραν dici vidimus pag. 176. b. *Ibid.* Εὐφορίων μέν, ὡς προείρηται. Vide p. 182. e. *Ibid.* καὶ Προταγορίδης &c. Vide pag. 176. a. b. *Ibid.* Πυθαγόρας δὲ ὁ γεγραφὼς περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Rurſus citatur idem auctor lib. XIV. pag. 634. a. Conf. Voſſium lib. III. De Hiſtoric. Graec. p. 409 ſq.

Ibid. τὴν παυδούραν. Sic, cum articulo foeminini a generis, & acuto accentu in penultima nominis, ſcribitur cum in editis, tum in utroque noſtro codice: quod tamen minus rectum videtur; nam aut τὸν παυδούραν oportuit, aut τὴν παυδοῦραν. Sic quidem in foem. gen. Παυδοῦρα circumflexo accentu ſcribitur apud Heſych. & Polluc. IV. 60.

ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης δάφνης. *Ex lauro quae ad mare gignitur.* Euſtathius, hunc locum reſpiciens, ad Iliad. σ'. pag. 1214, 32. κατὰ θάλασσαν ſcripſit, interpretationis cauſſa; nam id ipſum valet ἐν θαλάσσῃ, quod cum edd. & msto *A.* tenuit etiam Epitomator. Vide Lexic. Polyb. voce Ἐν, num. 1. & conf. Polyb. XXXIV. 8, 1. ex Athen. VII. 302. c.

a Τυῤῥηνῶν. Συῤῥηνῶν ms. *Ep.* errore eius qui rubras literas adposuit: nam primores verborum literae, ubi novum argumentum incipitur, atque nomina plerumque Auctorum, minio picta sunt in illo libro. In eodem libro, *mox*, εὕρεμα pro εὕρημα scribitur, quod perinde est. *Ibid.* φησὶν εὑρεῖν Μαρσύαν. Sic recte ms. *A.* Perperam φησὶ Μαρσύαν absque εὑρεῖν. ed. Ven. & Bas. Ex quo tacite Casaubonus in sua editione φησὶν εὗρε Μαρσύας fecit, praeeunte Hoeschelio. Nempe εὗρε Μαρσύας scripserat quidem Epitomator, sed omisso verbo φησί. Nempe sic, Σύριγγα δ' εὗρε Μαρσύας.

Εὐφορίων δ' ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ περὶ Μελοποιῶν. Eumdem dicit *Euphorionem*, quem modo nominaverat; cuius librum περὶ Ἰσθμίων pag. 182. e. citavit: quare hoc loco Epitomator, cum paulo ante omisisset Euphorionis nomen, sic scripsit: Εὐφορίων δ' ὁ ἐποποιὸς, ὁ καὶ τῆς παυδσύρας μνησθεὶς, φησὶ, τὴν μὲν μονοκάλαμον σύριγγα &c. Eumdem *Euphorionem*, natu *Chalcidensem*, saepius citans Athenaeus, fere constanter adiecto vocabulo ὁ ἐποποιὸς solet ab Euphorione Athenienśi, Tragico, Aeschyli filio, discernere. Mireris vero, cum copiose de isto EUPHORIONE egerint & Meursius ad Helladium pag. 54 sqq. & Vossius lib. I. DE Historic. Graec. cap. 16. pag. 105 sq. tamen a neutro horum virorum mentionem factam huius scriptionis περὶ Μελοποιῶν: quem eumdem titulum operis cum editis Athenaei libris tuentur vetustae nostrae membranae. Cuius omissionis non aliam fuisse caussam suspicor, nisi quod in *Indice Scriptorum*, a Dalecampio edito, & in ed. Cas. 2. & 3. repetito, erratum est in numero paginae, qua huius libri mentionem fecisse Athenaeus perhibetur. *Ibid.* τὴν μὲν μονοκάλαμον. Voculam μὲν, in editis omissam, dedere mssti *A.* & *Ep.* *Ibid.* τὴν δὲ πολυκάλαμον, Σιληνὸν· Μαρσύαν δὲ, τὴν κηρόδετον. SALMASIUS Exercit. Plin. pag. 584. b. sic corrigendum censuerat: τὴν δὲ πολυκάλαμον, Σιληνὸν Μαρσύαν, τὴν κηρόδετον. At vulgatam scripturam tuetur codex noster uterque.

AD CAP. LXXXIII.

Ταῦτα ἔχεις παρ' ἡμῶν τῶν Ἀλεξανδρέων. Memineriimus dicere ista Alcidem, Musicum Alexandrinum; qui

loquens introductus est inde a pag. 174. b. παρ' ἡμῶν, *a nobis*: nempe quae *a nobis* praestita sunt in arte musica. Dalecampius, in versione, περὶ ἡμῶν expressit *de nobis*. ἱστοροῦντα Μενεκλέα τὸν Βαρκαῖον συγγραφέα. De b hoc *Menecle* consulendus Vossius lib. III. de Hist. Gr. p. 387. Cum titulum operis non prodiderit Athenaeus, συγγραφέα adpellasse auctorem contentus, i. e. *Historicum*, *Historiarum scriptorem*; suspicari licet, nude Ἱστορίας inscripsisse illum suos Historiarum libros: nisi forte illud *Meneclis* opus respexit Noster, quod lib. IX. pag. 390. b. citatur, cui titulus fuit Συναγωγή, id est, *Collectanea*, vel *Varia Historia*. Nam quod ei operi, de quo hic agitur, Χρονικῶν titulum fecit Dalecampius in Scriptorum Indice, id non alio nititur fundamento, nisi quod mox ait Noster, ἔτι τε Ἀνδρωνα ἐν τοῖς Χρονικοῖς.

κατὰ τὸν ἕβδομον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου Πτολεμαῖον, τὸν κυρίως ὑπὸ τῶν Ἀλεξανδρέων καλούμενον Κακεργέ- c της &c. »PTOLEMAEUS, rex Aegypti, sub quo vindi»catas ab interitu literas scribit Athenaeus, in historiis »dicitur *Evergetes secundus*: Alexandrinis & vivus & mor»tuus *Cacergetes* est appellatus, ut hoc loco docet au»ctor. [rursusque XII. 549. d. e.] Sic soliti Alexandrini »in suorum regum mores magna libertate iocari, alium »*Gastronem* aut *Physconem*, [is idem ipse fuit, de quo hic »agitur;] alium *Cybiosactem* appellantes. Erant enim eo »plane ingenio, quo fuisse Antiochenses in Misopogone »prodit Iulianus. Hic Ptolemaeus etiam contra fratrem »[Philometorem] bellum gessit: quae causa est cur oc»ciderit postea πάντας τοὺς κατ' αὐτὸν ἐφηβήσαντας: »nam eorum maxime suspecta fides erat tyranno, qui a »pueritia cum fratre assueviscent.« CASAUBONUS. — De eodem PTOLEMAEO, *septimo Aegypti rege, Evergete secundo* cognominato, itemque Κακεργέτῃ & *Physcone*, haud multo ante dictum est ad pag. 174. d. In quo illud fortasse mireris, quod, cum plurimos doctos viros in exsilium egerit, ipse tamen literarum amans fuisse videatur. Fuerat quippe celeberrimi Grammatici Aristarchi discipulus, (Athen. II. 71. b.) ipseque etiam librorum Homericorum proponere emendationes tentaverat: (II. 61. c.) denique idem auctor fuit (quod perspicue Athenaeus noster docet XII. 549. d. e.) *Commentariorum* illorum *Historicorum*, quatuor & viginti libris comprehensorum, (XIV.

654. d.) qui frequenter a Noſtro citantur. At quid magnopere mirum, ſi in mortali natura, & praeſertim in tyranni ingenio, contraria ſtudia coniuncta videmus? Pro Κακεργέτην, eſt Κακεργάτην in ms. *Ep.* ſive quod ita placuerit Breviatori, ſive quod errarit librarius.

AD CAP. LXXXIV.

d Προνόμου, τοῦ μεγίστην ἐσχηκότος δόξαν. Perperam Προσνόμου ed. Baſ. & Caſ. Veram ſcripturam dedit ed. Ven. cum utroque cod. msto. Conf. XIV. 631. d. Pauſan. IX. 12. pag. 734. & Suid. in Πρόνομος, ex Schol. Ariſtoph. ad Eccleſ. vſ. 102. De corrigenda menda monebat etiam IACOBS in *Notis mſstis*. *Ibid.* ὡς Εὐφράνωρ τε, καὶ Ἀρχύτας, Φιλόλαός τε, ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι. ὁ δ' Εὐφράνωρ καὶ σύγγραμμα περὶ Αὐλῶν κατέλιπεν. In ed. Ven. & Baſ. nil aliud legitur niſi ὡς Εὐφράνωρ καὶ σύγγράμμα &c. Duodecim voces, in medio omiſſas, ex Italicis codicibus ſupplevit Caſaub. Easdem omnes agnoſcit ms. *A.* ſed pro Φιλόλαός τε, mendoſe Φιλολίλαιός τε habet. Ac videtur id nomen etiam eo in codice corruptum fuiſſe, quo uſus erat Epitomator; qui adpoſitis *Euphranoris* & *Archytae* nominibus, *Philolaum* ſilentio praeteriit. Idem vero ſic ſcripſit: Εὐφράνωρ τε καὶ Ἀρχύτας οἱ Πυθαγορικοί· οἱ καὶ συγγράμματα περὶ Αὐλῶν κατελιπον. EUPHRANORIS librum περὶ Αὐλῶν paulo ante etiam citaverat Noſter, pag. 182. c. Archytae vero ſcriptum de eodem argumento nusquam commemorat.

ἐμφανίζει δὲ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης. Articulum ὁ, cum deeſſet editis, dedit ms. *A.* *Ibid.* Ὅς τις αὐλοῖς. Vulgo ſic ſcriptum erat continuo tenore, Ὅς τις δ' αὐτὴν αὐλοῖς καὶ λύραις &c. usque κελεύσις. Ubi CASAUBONUS: »In »Ariſtophanis verbis, inquit, inducendum τὸ αὐτὴν: »ita plana erunt caetera.« — Docuit vero inſuper BRUNCKIUS (in Fragm. Ariſtophan. pag. 238. num. 8.) metri cauſſa delendam δ' particulam, poſt λύραις autem voculam aliquam (v. c. νῦν, aut ſimilem aliam) eſſe adiiciendam: quem ſecutus ſum. Sic prodibat verſus trochaicus tetrameter catalecticus, cum priori hemiſtichio verſus ſequentis. Equidem priorem etiam verſum, quem integrum non capiebat unius lineae longitudo, in duo hemiſtichia partitus ſum. Et Ariſtophanis vero teſtimonium,

& Phrynichi quod continuo ſequitur, praetermiſit Epitomator.

Φρύνιχος Ἐφιάλτῃ. Sic ſatis commode ms. *A*. Nec opus erat ἐν Ἐφιάλτῃ, quod eſt in edd. Poëtae huius verba, Οὐ τουτονὶ &c. tamquam unum efficientia verſum vulgo ſcribebantur, quum ſit iuſtus ſenarius unus cum primoribus verbis eius qui illum excipiebat. Poſtrema verba, αὐλεῖν τε διδάξας, ſic ſcripſi, ut praeivere membr. *A*. αὐλεῖν π' ἐδίδαξας edd. quod ſicut non ſperno, ſic non vidi cur ſcriptae lectioni praeferrem. Ad ſententiam quidem parum aut nihil intereſt.

ἐπαυλῆσαι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον. Ut hîc verbum ἐπαυλεῖν, eodem modo pag. 183. c. ὑπαυλεῖν uſurpatum conſtructumque vidimus. ἐνόπλιον, intellige νόμον: vel ῥυθμὸν, ut volebat H. Stephanus in Theſ. II. 1369. d.

Ionis verſum ex *Phoenice vel Caeneo* in hunc modum edidit Casaubonus:

Ἐπῇδ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν.

Tum: »Iſto verſu, inquit, Ion Chius *tibiam* vocavit »ἀλέκτορα. In promtu cauſſa eſt: nam & *gallus gallina»ceus* & *tibia* cantu dormientes excitat. Similiter Aeſchy»lus *Solem* vocat *Iovis alitem*, id eſt, ἀλέκτορα, in Sup»plicibus: [vſ. 220.] καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκε»τε. Scholiaſtes: Ζηνὸς ὄρνιν· ἥλιον. ἐξανίστησι γὰρ ἡμᾶς, »ὡς ὁ ἀλεκτρυών.« — Scilicet nomen habet ἀλέκτωρ, ut docent graeci Grammatici, διὰ τὸ ἐκ τοῦ λέκτρου ἡμᾶς ἐγείρειν. (Euſtath. ad Od. δ'. pag. 144, 34. & Etymol. M. in Ἀλέκτωρ.) At eo quidem reſpectu cum *gallo gallinaceo* paulo commodius *tuba*, quam *tibia*, confertur. Sic neſcio quis apud Polybium XII. 26, 1. in Pacis laudibus, ait: Κοιμωμένους τὸν ὄρθρον, ἐν μὲν τῷ πολέμῳ, διεγείρουσιν αἱ σάλπιγγες· κατὰ δὲ τὴν εἰρήνην, οἱ ὄρνιθες. Sed nunc *tibiam* cum *gallo* conferre placuit poëtae: cuius in verbis quod mendoſum Ἐπὶ δ' tacite in Ἐπῇδ' mutavit Caſaubonus, rectiſſime feciſſe videtur; in quo praeeuntem Dalecampium habuit, qui *Canebat* interpretatus erat. Et ſic ſententiae quidem, ſed verſui nondum, conſtabat ratio. Nam metrum prorſus peſſumdat inſerta vox αὐλός: quam non dubito vel e verſu praecedente aut ſequente adpoſitam eſſe, vel potius ex interpretatione inter lineas olim adſcriptam irrepſiſſe. Pariter mihi perſuaſi,

Λύδιος, non Λύδιον ſcriptum oportuiſſe: ut ἀλέκτωρ Λύδιος idem valeret ac αὐλὸς Λύδιος. Eſt autem ultima ſyllaba in Λύδιος producta, ob conſonam ſequente aſpero ſpiritu. Sic, excluſa voce αὐλὸς, commodus prodit verſus ſenarius.

a Ἐν δὲ Φρουροῖς τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἶρηκε σύριγγα &c. »Ionis Φρουροὺς adducit in teſtimonium etiam He»ſychius in Νιφόεσσα Ἐλένη. - - - Ex eodem dramate »adducit Athenaeus,

»Πρεθεῖ δέ τοι σύριγξ Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

»Ubi, ſicut obſervat auctor, τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἶ»ρηκε σύριγγα. Offendit me orationis huius τὸ ἀμφίβο»λον. Difficile enim dictu, vox Ἰδαῖον quo pertineat. »Eclogarius ita accipit: ἀλλαχοῦ δὲ τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον »σύριγγα κέκληκε. *Gallum gallinaceum appellavit Idaeam* »*fiſtulam.* Ἰδαῖον valet *factam ex buxo*, ut exponit Dalec. »vel *in ſylva natam*, ſimpliciter: nam ἴδην *quamvis ſyl*»*vam* dicebant etiam vulgo. Pollux: Ἔστι δὲ εἰπεῖν, εὔ»ξυρος γῆ, καὶ εὐθηρος ἴδη. Idem: Τόποι δὲ θηρίων, ἴδαι, »νάπαι, ὕλαι, ὄρη: &, τὰ δὲ ταῖς ἴδαις τε καὶ ὕλαις »χαίροντα. Alibi: Εὐναὶ λαγῶν, θάμνοι συνηρεφεῖς, ἴδαι »ἀμφιλαφεῖς. Apud Homerum *Idaeus* nobilis eſt Troia»norum praeco. Suſpicatus ſum nonnumquam, eo allu»ſiſſe Ionem, appellaſſeque *praeconem*, *fiſtulam* & *gallum* »*gallinaceum*: quarum appellationum ratio perſpicua. A»thenaei verba huic menti inſerto καὶ accommodaveris: »τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἶρηκε καὶ σύριγγα.« Casaubonus. — Omnis dubitatio fluctuatioque, in qua ſe circumegit Vir doctus, inde orta, quod, cum tractaret hunc locum, non meminiſſet, τὴν σύριγγα dixiſſe Graecos, non τὸν σύριγγα. De quo ſi cogitaſſet, viſurus erat vocem Ἰδαῖον citra ambiguitatem ad τὸν ἀλεκτρυόνα referri. Sed & illud mirum, quod notionem eidem illi vocabulo Ἰδαῖον ſubiectam ubivis potius, quam ibi quaeſiverit, ubi in promtu & in medio poſita erat; quae etiam ſponte occurrere debebat ei praeſertim qui illud ad σύριγγα referebat vocabulum. Quid enim ſimplicius aut magis in promtu erat, quam *Idaeam fiſtulam* vel *tibiam*, *Phrygiam* intelligere? conf. Luciani Deorum Dial. XII. Iam vero poëta, pro eo quod *Phrygium* vel *Idaeam fiſtulam* (Ἰδαίαν σύριγγα) dicere potuerat, fiſtulam maluit (per adpoſitionem, quam dicunt Grammatici)

τὸν Ἰδαῖον ἀλεκτρυόνα adpellare, id eſt, *Idaeum gallum gallinaceum.* Denique & illud praeteriit Caſauboni animadverſionem, quod in ipſo verſu adlato, prouti vulgo ſcribebatur, a

Προθεῖ δέ τοι σύριγξ Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

poſtrema vox minime conveniebat metro. Cui voci poſtquam ſubſtituimus eam, quam ipſe Athenaeus proxime praecedentibus verbis perſpicue indicavit, ἀλεκτρυών, perfectus prodiit ſenarius.

» In ſequenti verſu,

» Ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ,

» ſcripta lectio eſt τρέχοντα: quod refutat Epitoma, in » qua ſic eſt adnotatum, Ἴων ῥυθμὸν τρέχοντα τὸν Φρύ» γιον καλεῖ. Quid eſt ἔκτυπος αὐλός? an *tibia canora & » bene reſonans?* Sonus ἔκτυπος, *clarus & perſpicuus:* pro» prie locum habet in iis, quae de alio ſunt ἀκριβῶς ex» preſſa, &, ut Graeci loquuntur, ἐκμεμαγμένα. Non » male tamen ſcripſerimus εὔκτυπα. « CASAUB. — Quod ſcriptam lectionem τρέχοντα eſſe Caſaub. ait, neſcio quibus e codicibus id enotarum repererit vir doctus. In Aegianis quidem excerptis nil tale comparet; & membranae noſtrae cum editis libris τρέχοντι tenent. Iſta tamen Caſauboni adnotatione inductus BENTLEI, in Epiſt. ad Millium pag. 55. ait: » Non de nihilo eſt quod codices mssti » conſtanter exhibent τρέχοντα, ad quorum indicium ſic » legerim:

» — — ἐκτύπουν, ἄγων βαρὺν
» αὐλὸν, τρέχοντα ῥυθμόν. — —

» ut in Euripidis Rheſo, [vſ. 308.] τοῖσι σὺν κώδω» σιν φόβον. « —— Neque vero ego negaverim, commodiſſime hîc ſtare poſſe accuſativum caſum: ſed dativo uſum eſſe poëtam, praeter membranarum noſtrarum cum edita ſcriptura conſenſum, evincit id quod adiicit Athenaeus, οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ. Mendoſum ἔκτυπον, recte haud dubie in ἐκτύπουν (a verbo κτυπέω) mutavit Britannus criticus. Iam ad verbum τρέχοντι quod ſpectat; fuerit τρέχων ῥυθμὸς, *currens*, i. e. *citus, incitatus numerus* ſive *modus.* At *Phrygii modi* non tam *concitati* fuiſſe perhibentur, quam *graves*, & praeterea *aſperi* & *inconditi:* quo magis probabilis mihi viſa eſt HEMSTERHUSII coniectura, τρήχοντι ῥυθμῷ legentis, (ad Luciani Dial. Deor. XII.) id eſt, *aſpero numero, inconditis modis.*

a Qua quidem admissa scriptura, actum utique esse de metri ratione in adlatis poëtae verbis, praeclarissime viderat idem Vir doctissimus: sed simul meminerat, quam lubrica omnino in laceris adeo poëtarum reliquiis, praesertim brevissimis, esset versuum constituendorum ratio. Iam, quod post verba, οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ, cum in editis libris, tum in vetustis membranis proxime sequebatur, βαρὺς γὰρ οὗτος, id quidem minime cum vulgata paulo ante scriptura, τρέχοντι ῥυθμῷ convenire videri debebat: sed ne sic quidem, si τρήχοντι ῥυθμῷ legas, ferendum erat, propter id quod continuo deinde sequitur, παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν. Sic enim pronomen αὐτῷ ad ῥυθμῷ referebatur, quod tamen necessario ad αὐλὸν debebat referri, quem ob eamdem caussam τὸν κερασφόρον αὐλὸν Aristides Quintilianus vocavit, de Musica lib. III. p. 147. conf. Polluc. IV. 74. & Hesych. in Ἐγκαίρεον αὐλῆσαι, quod vitiose ibi scriptum pro Ἐγκεραυλῆσαι. Quare perspecte vir doctus DELAPORTE DUTHEIL in *Notis mssstis* monuit, nisi alia huic loco certior medicina reperiatur, pro λέγων τῷ Φρυγίῳ, λέγων τὸν Φρύγιον esse scribendum, quod ad αὐλὸν referatur; aut certe deinde αὐλῷ, pro αὐτῷ, esse legendum. Cui haud cunctabundus morem gesturus eram, nisi id ipsum certius remedium, quod desiderabat Vir doctissimus, Epitoma Athenaei praesentissimum nobis exhibere visa esset. Scilicet extremam partem huius libri in hunc modum descripsit Epitomator: Ὁ αὐτὸς (nempe Ἴων) καὶ ῥυθμὸν τρέχοντα τὸν Φρύγιον καλεῖ· καὶ βαρὺν αὐλὸν τὸν Φρύγιον. βαρὺς γὰρ οὗτος τῷ ὄντι· παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν, ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι. Unde perquam probabili ac certissimâ propemodum ratione coniectare licebat, in eo Athenaei codice, quo usus est Epitomator, scripta hoc loco fuisse ista verba ad sententiam necessaria, quae in nostris membranis librarius, a voce Φρυγίῳ ad Φρύγιον aberrans, praetermisit. Quod deinde τῷ ὄντι adiicit idem Epitomator, potuit id suo arbitratu facere: fortasse vero ipse etiam Athenaeus ibidem vocem ὄντως posuerat, qua frequenter alibi utitur; aut, absque voce οὗτος, nude βαρὺς γὰρ ὄντως scripserat, & ex ὄντως aliquis οὗτος fecit; quemadmodum persaepe aliâs οὕτως perperam pro ὄντως scriptum observavimus. Vide I. 34. e. III. 73. a. IV. 137. d.

τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν, ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλ- a
πίγγων κώδωνι. » *Cornu illud*, inquit, *quod adiicitur tibiae* » *Phrygiae, proportione reſpondet codoni tubae:* id eſt, vim » eandem habet ad acuendum gravem aliàs tibiae Phry- » giae ſonum, quam in tuba codon. Eſt autem κώδων, » *orificium tubae* [exterius] *qua exit ſpiritus.* Sed notandum » eſt, cum multa fuerint tubarum genera (ſex enumerant » veteres) *tibiam Phrygiam* non cuicumque, ſed tantum » Tyrrhenicae, fuiſſe ſimilem. Euſtathius: [ad Iliad. σ'. » pag. 1189, 52.] Ἔκτη, tubae ſpecies, Τυρσηνικὴ, ἧς » εὑρεταὶ Τυρσηνοὶ, ὁμοία Φρυγίῳ αὐλῷ, τὸν κώδωνα κε- » κλασμένον ἔχουσα, λίαν ὀξύφωνος. « CASAUBONUS. — Confer Salmaſii Exercit. Plin. pag. 86 ſq.

LGr
A866S

21457

Athenaeus Naucratita
Deipnosophistarum libri XV; with Latin version of Casaubon; ed. by Schweighäuser.
[Vol.7.]

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED